DIETER. HERM. KEMMERICHII ... INTRODUCTIO AD JUS PUBLICUM...

Dietrich Hermann Kemmerich

Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 7. 384.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Dietericus Hermannus
Kemmerichius,

DIETER. HERM. KEMMERICHII,

SERENISS. SAXON. DVCVM STIRP. ERNEST. CONSIL. AVL. FACVLT. IVRID. ET SCAB. PRAESIDIS ORDINARII, CVRIAE PROVINC. SAX. ASSESSOR. ET ANTECESSORIS PRIMARII IN ACADEM. IENENSI,

INTRODVCTIO AD JVS PVBLICVM IMPERII ROMANO-GERMANICI,

EX

HISTORIA GERMANIAE, LEGIBVS FVNDAMENTALIBVS, ACTIS PVBLICIS, ET DIPLOMATIBVS,

NEC NON

ACCVRATIORIBVS ET CELEBRIORIBVS JVRIS PVBLICI SCRIPTORIBVS,

ORDINE, QVA LICVIT, NATVRALI, CONCINNATA,

EDITIO SECVNDA AVCTIOR ET EMENDATIOR,

CVMPRIMIS CAPITVLATIONI NOVISSIMAE CAROLI VII ACCOMMODATA.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, MDCCXXXXIIII.

IMPENSIS JO. FRID. GLEDITSCHII.

Digitized by Google

TINAE·BIBL

Digitized by Google

Dedicatio Primae Editionis.

PERQVAM SERENISSIMI
AC POTENTISSIMI
POLONIARVM REGIS ET
SAXONIÆ ELECTORIS
SANCTIORI
SENATVI,
AC
SINGVLIS EIVS MEMBRIS
SPLENDIDIDISSIMIS AC GRAVISSIMIS,
V I R I S
ILLVSTRISSIMIS, PER-IL-
LVSTRIBVS ATQVE EX-
CELLENTISSIMIS,
ADMINISTRIS STATVS
INTIMIS,
DE REPVBLICA IMPERII ET SAXO-
NIAE IMMORTALITER MERITIS,
DOMINIS PATRONIS AC
MAECENATIBVS SVIS
LONGE GRATIOSISSIMIS,
PERENNATVRAM SALVTEM!

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI, PERILLV-STRES ATQVE EXCEL-LENTISSIMI
DOMINI
DOMINI PATRONI AC MÆCENATES LONGE GRATIOSISSIMI.

Non una fuit cauſſa, quæ me permovit atque impulit, ut *ILLVSTRISSIMIS, PERILLVSTRIBVS atque EXCELLENTISSIMIS NOMINIBVS VESTRIS*, hoc quicquid eſt primitiarum Academicarum Wittebergenſium, qua par eſt obſervantia ac animi ſubmiſſione, offerrem atque conſecrarem.

Digitized by Google

rem. Primum enim recordor, ac per omnem vitam recordaturus ſum, quantum ſummo Favori Veſtro ac Gratiæ debeam; quippe cui, poſt Summi Numinis Providentiam, atque Regis longe Clementissimi indulgentiam munus in hac Academia mihi demandatum demiſſe acceptum fero: Unde ſumma ope nitendum erat, ut extaret aliquod ſaltem gratiſſimi animi in Vos mei monumentum. Sed & meum eſſe duxi, ut VIRIS, qui curam ſalutis publicæ gerunt, atque de Republica Imperii pariter ac Provinciarum Saxonicarum immortaliter merentur, rationem redderem eorum, quæ de Juribus publicis ſtudioſæ in hac Academia Juventuti, in ſpem publicam adoleſcenti, traditurus eſſem. Selegi igitur hoc argumentum, quod nec ſummis Dignitatibus Veſtris indignum, nec a munere meo alienum putavi, & cui ex aliquo tempore nonnihil ſtudii, non ſine voluptate, impendi. Extant equidem jam aliorum in hoc genere lucubrationes: Ve-

rum uti ſcientiæ non uno momento ad faſtigium deducuntur, ſed progreſſu temporis, die diem docente, incrementa capiunt; ita inprimis Juris publici noſtri prudentia, non ſolum ut magis magisque elaboretur, ſed & indies fere, mutato Reip. Statu, acceſſionibus quibusdam augeatur, opus habere videtur. Quod eo felicius hodie procedit, quo magis noſtrorum temporum ſtudia, Hiſtoriarum ac Jurisprudentiæ naturalis, cumprimis Juris publici univerſalis, luminibus colluſtrata, efficiunt, ut Juris publici quoque R. Germanici doctrina ſenſim in clariore luce collocari queat. Dedi itaque operam, ut quæ obſcuriora forte viderentur, ad liquidum magis deducerem, quæque integritati ſcientiæ deeſſent, ſupplerem, denique omnia in commodiorem, & naturæ rei convenientiorem ordinem digererem. Equidem facile intellexi, quanti momenti, quantæ gravitatis, quanti periculi plena res ſit, de ſummis Imperantibus eorumque

Juri-

Juribus commentari: Sed, hanc ob cauſſam, omne meum ſtudium, omnem operam, curam, induſtriam, mentem denique omnem in eo fixam & collocatam habui, ut ne vel in AUGUSTISSIMI CÆSARIS MAJESTATEM, vel in ſummorum ELECTORUM, PRINCIPUM ac STATUUM LIBERTATEM ac ſublimia Jura temere quid admitterem. Hunc in finem nihil partium ſtudio, nihil affectui, nihil ſenſibus aliorum, dare conatus ſum: ſed Statum Imperii præſentem, Legibus Imp. fundamentalibus, cumprimis Pace Weſtphalica & Capitulationibus Cæſareis, formatum, tanquam perpetuam regulam, ac cynoſuram veluti, ob oculos habui, atque Jura Imperatoris & Statuum ita deduxi, ut huic normæ convenire arbitratus ſum. Quod ſi nihilominus præter opinionem lapſus ſum (quis enim in tanta re ab omni lapſu & errore ſe immunem eſſe crederet?) & gravitas argumenti, & ſententiarum varietas, me, ut ſpero, excuſabit: ſicut & admoni-

 tus

tus, ac rationibus adductus, ad admiſſos forte errores corrigendos promtus paratusque, ero: Ceterum Summum Numen veneror, velit ſapientiſſima Conſilia Veſtra ad ſalutem publicam Imperii & Saxoniæ dirigere, atque Vos, DOMINI, litterarum præſidio, Academiæque noſtræ ſolatio, quam diutiſſime ſervare: Ita fiet, ut de ſummo Favore ac Gratia Veſtra ſibi porro gratulari queat

ILLVSTRISSIMORVM, PERILLVSTRIVM, ATQVE EXCELLENTISSIMORVM NOMINVM VESTRORVM

Cultor humillimus

DIETERICUS HERMANNUS KEMMERICH D.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Dum *INTRODVCTIO* mea ad *JVS PVBLICVM IMPERII R.G.* repetita prælectione in lucem prodit, operæ pretium eſſe duco, inſtituti mei rationem, quam quidem in Dedicatione primæ editionis paucis tetigi, paulo jam exponere uberius, atque dein judicia quædam eruditorum de hoc opere meo adducere, iisdemque animadverſiones meas ſubjungere. Nimirum cum primum Jus Publicum Auditoribus meis in Academiis tradendi occaſio mihi naſceretur, facile quidem animadvertebam, non prorſus Compendia aut Syſtemata Juris Publici deeſſe, deeſſe vero talia cenſebam, quæ inſtituto meo omni ex parte ſatisfacere videbantur. In aliis enim neceſſarii Hiſtoriæ Germanicæ fontes, atque origines rerum, ad ſtatum Imperii vel Territoriorum pertinentium, inde derivatæ, deficiebant: alia etiam non neceſſariis hiſtoriarum divitiis fere abundabant. In aliis ſufficiens jurium, tum Imperatori, tum Statibus Imperii competentium, enarratio aut explicatio deſiderabatur: dum alia in enarrandis quidem Statuum juribus territori-

 riali-

rialibus maxime occupabantur, jura vero Majeſtatis Imperialis leviter duntaxat perſtringebant. In aliis jura territorialia vel cum juribus imperialibus permixta, vel ſaltem utriusque generis jura ſatis imperfecte tradita reperiebantur. Rurſus in aliis tam jura Cæſaris, quam jura Statuum, copioſe quidem atque diffuſe ſatis pertractata erant, ut tamen nihilominus ſuis adhuc nævis ac defectibus laborarent; ſæpius quoque aliena atque ad Jus publicum haud pertinentia admiſcerent, multaque ex genuinis fontibus non hauſta haberent, atque juris potius Romani placita ſaperent. In nonnullis denique nec methodus ſatis congrua videbatur; præſertim ſi eadem ad Inſtitutionum Juſtinianearum crepidam fuerit accommodata.

Novum igitur Juris Publici R.G. Compendium conſcribere in animum induxi, inque eo nævos & defectus hactenus obſervatos, qua liceret, emendare. Quocirca id mihi negotii dari credidi, ante omnia de tali ſollicitum eſſe ordine, qui eſſet naturalis, i. e. naturæ & indoli rei, de qua erat agendum, conveniens. Præmiſi igitur initio more ſolito *Prolegomena*, tam de *Natura & indole* Juris Publici & Jurisprudentiæ Publicæ Imperii R. G. quam de origine & progreſſu illius, quo ab exiguis initiis & inſigni imper-

per-

perfectione ad majorem amplioremque perfectionem ſenſim excrevit, agentia. Deinde cum *objectum* Juris Publici noſtri ſit *Corpus Imperii R. G.* hoc autem rurſus primum in ſua integritate, ac deinde in *Capite* ſuo ac *Membris*, porro in facultatibus ſuis & actionibus, conſiderari poſſit: facile intelligitur, primum mihi de *univerſo Imperio*, ejusdemque Origine, Populisque ac Provinciis, iſtud conſtituentibus, atque adeo Territorio ejus ac Finibus, Prætenſionibusque; deinceps de *CAPITE* Imperii, nempe IMPERATORE, eidemque juncta *Auguſta*, Succeſſore item deſignato, *Rege Romanorum*, denique de *Vicariis Imperii*, ejusdem vice fungentibus; porro de *MEMBRIS* Imperii, cumprimis STATIBUS IMPERII, eorumque origine, varietate ac diviſione in *Eccleſiaſticos* & *Seculares*, itemque diverſis eorum collegiis & claſſibus, agendum fuiſſe. Quemadmodum autem quodlibet corpus vivum ſuis gaudet facultatibus & viribus, a quibus vita & actiones ejus procedunt: ita viciſſim natura rei exegit, ut, poſt contemplationem Capitis & Membrorum, etiam *Nexus* ipſorum, & procedentia inde *Jura* eorundem in cenſum venirent. Inprimis igitur id operam dedi, ut genuinam *Regiminis Formam*, quæ in Imperio R. G. obtinet, in clariore

luce

luce collocarem. Neutiquam enim ad inanem ſpeculationem hoc argumentum pertinere, exiſtimavi, uti nonnullis viſum, ſed omnino magni momenti rem eſſe, verum, qui inter Caput Imperii & Membra ejus, Cæſarem, puta, & Status Imperii intercedit, nexum, *ſocialis* nempe, an *feudalis*, an vero *ſubjectivus*, is cenſendus ſit? curate introſpicere: Siquidem variæ quæſtiones dubiæ in praxi ſeſe offerentes, nec in Legibus Imperii definitæ, per argumentationem convenientem, inde definiendæ veniunt. Cujus rei exemplo eſſe poſſit quæſtio: utrum Status Imperii crimen læſæ Majeſtatis adverſus Cæſarem admittere, atque adeo pœna ejusdem affici poſſint? quippe quæ, ſi Status Imperii inæqualiter tantum foederati, aut nudi ejus vaſalli eſſent, affirmari neutiquam poſſet. Operæ pretium igitur eſſe duxi, triplicem iſtum nexum, in pauciſſimis Juris Publici compendiis tactum, dilucide explicare.

Deinde *JVRA MAJESTATIS IMPERIALIS*, ad univerſum ſcilicet Imperium ſpectantia, ordine ac plene percenſere, & non tantum *Partes* eorum *eſſentiales*, ſed etiam *objecta* eorundem atque negotia, circa quæ verſantur, ita exponere, ut ſimul fundamenta diverſarum claſſium, in quas diſtributa ſint, intelligantur. Et cum inprimis

cauſſæ

cauſſæ Religionis & Eccleſiæ, in Imperio R. G. inſignem in res Imperii, ſtatum ejus publicum concernentes, influxum habeant, adeoque in Jure Publico Imperii R. G. peculiarem merito locum occupent: ego quoque de *Juribus* Majeſtatis Imperialis circa *Sacra* ſeorſim egi, atque oſtendi, quomodo ea omnia olim a Cæſare vel ſolo, vel conſilio aut conſenſu Ordinum, etiam in Papam exercita, poſtea vero per attentata Papalia Cæſari maximam partem ſubtracta fuerint. Porro *Jura* Majeſtatis Imperialis circa *Secularia*, primum quidem ſecundum *Partes* ſuas *eſſentiales*, Poteſtatem *Conſultatoriam*, *Legiſlatoriam*, & *Judicialem*, deinceps vero ſecundum diverſa ſua *objecta*, *Perſonas* & *Res* ſeu *Bona*, tam publica, quam privata, nec non *Belli* & *Pacis* negotia, circa quæ verſantur, ſpectavi, inſimul & jura *Cæſareo-Comitialia*, quæ Cæſar cum conſenſu omnium Statuum in Comitiis, & *Cæſareo-Electoralia*, quæ ſaltem cum conſenſu Electorum, & *Reſervata Cæſarea*, quæ ipſe ſolus, citra cujusquam conſenſum, exercet, ſollicite ſecernere conatus ſum. Cumque hæc jura vel in *Comitiis*, vel in *Judiciis*, vel etiam in *Circulis* Imperii, aut horum ope, exerceantur; quippe in quibus Corpus Imperii in motu atque [illegible]

activitate ſua cernitur: de his quoque ſuo ordine & loco actum.

Sequitur dehinc *Jus Publicum Statuum Imperii*. Cum enim magnum iſtud Imperii Corpus iterum ex diverſis *Specialibus*, vel majoribus, vel minoribus, conſtet *Rebus publicis*, quarum quælibet peculiari ſua forma & conſtitutione gaudet, ita tamen, ut ea jura, quibus Territorium in Sacris & Secularibus regitur, quæque jura *ſuperioritatis Territorialis* appellantur, omnibus ſint communia: etiam hoc Speciale Jus Publicum in Syſtemate Juris Publici Imperii R. G. ordine ac plene pertractandum fuit. Qua in parte eadem fere methodus, qua in Jure Publico univerſi Imperii tradendo uſus ſum, a me ſervata eſt. Siquidem primum de Specialibus Imperii R. G. Rebuspublicis, ſive *Territoriis* Statuum & *Superioritate Territoriali* in genere, nec non de origine earum: deinde de *Juribus* Superioritatis Territorialis tum circa *Sacra*, tum circa *Secularia* enarrandis ſollicitus fui. Præterea hic quoque, uti ſuperius, primum Partes Superioritatis Territorialis *eſſentiales*, nempe *Poteſtatem* Dominorum Territorialium *Conſultatoriam*, *Legiſlatoriam* ac *Judiciariam* expoſui, ac deinceps eaſdem ad diverſa *objecta* applicavi, adeoque rum Jura Territorialia circa *Perſonas*, tum

jura

jura circa *Res*, ſeu *Bona*, in Territorio contenta, tam publica quam privata, tum jura Superioritatis Territorialis, circa *Bellum*, *Pacem*, *Fœdera* & *Legationes*, diſtincte expoſui. Quibus tamen duo adhuc capita ſingularia, de quibus in plerisque Juris Publici Compendiis parum aut nihil reperitur, nempe de *Jure Ceremoniali* Electorum, Principum & Statuum Imperii, itemque de *Servitutibus Juris Publici*, addidi. Poſtquam hac ratione varia Superioritatis Territorialis Jura conſiderata ſunt, conveniens mihi viſum eſt, poſt capita de Conventibus Provincialibus, nec non Senatibus & Judiciis, quæ itidem ſaluti Territorii promovendæ, ac Juribus Territorialibus felicius exercendis inſerviunt; varias etiam, quæ ex vario Jura Territorialia exercendi, vel acquirendi modo, nec non diverſo Domini & Statuum ſubditorumve Territorialium nexu, naſcuntur, ſpecialium rerump. I. R. G. Figuras, una cum variis Superioritatem Territorialem non ſolum acquirendi, ſed etiam amittendi aut extingendi, modis, conſiderare: denique tam ea, quæ ad Obligationem Dominorum Territorialium, quam quæ ad Subjectionem Territorialem pertinent, ſubjungere. Sed nec *Jus Publicum Nobilitatis* Imperii *Immediatæ* negligendum eſſe cenſui: atque adeo peculiari capite eximia ejusdem

jura, jurium territorialium æmula, exponere volui.

His omnibus ita pertractatis, tandem & *Juri privato Principum & Statuum Imperii* locum aliquem in Compendio hoc Juris Publici dare, non abs re eſſe putavi. Licet enim illi ipſi quoque ſint homines, atque adeo varia ipſis jura, tam ratione perſonarum, quam ratione rerum ſuarum, cum aliis hominibus, etiam privatis, videantur eſſe communia; attamen & hic locum habet vulgatum illud: duo cum faciunt idem, non eſt idem. Certe circa Matrimonia, Patriam Poteſtatem, Liberos, Tutelas, Bona allodialia & feudalia, Alienationes, Donationes, Contractus, Teſtamenta, Succeſſiones ab inteſtato, Principum & illuſtrium Perſonarum, variæ occurrunt circumſtantiæ, quæ nonnumquam exceptiones a juris communis regula operari poſſunt; qualia in vulgaribus Juris Privati Compendiis raro ſpeciatim attendi aut notari ſolent: id quoque mihi negotii dari credidi, ut peculiarem eumque ultimum locum in Introductione mea ad Jus Publicum I. R. G. concederem; præſertim cum & in aliis quibusdam Juris Publici Compendiis, ad methodum Inſtitutionum Juſtinianearum conformatis, veluti SCHILTERI, VITRIARII, RHETII, *Inſtitutionibus*

Juris

Juris Publici, hujusmodi Juris Privati capita, ad Illuſtres adplicata, reperiantur.

Hoc meum Juris Publici Compendium ubi primum lucem adſpexit, cum applauſu quodam, tam in aulis, quam in academiis, ſuſceptum eſt; neque adeo defuere, inter Principum Miniſtros pariter, ac eruditos alios, qui variis iſtud elogiis ornare non dedignati ſunt. Sed nec defuere tamen, qui varia in eo deſiderarunt, ac virgula cenſoria notanda in eodem deprehendiſſe ſibi viſi ſunt. Cumprimis prolixius paulo iſtud eſſe, atque in molem juſto majorem, præſertim ob hiſtorica largiori manu paſſim inſperſa, ſe idem excrevisse, opinati ſunt. Nec ipſe diffiteri poſſum, talem hoc Compendium magnitudinem eſſe nactum, ut ſaltem non niſi integri anni ſpatio in collegio iſtud abſolvi potuerit. Atque hæc fuit ratio, quæ me permovit, ad Compendium aliud, idque brevius, ex majori iſto excerpendum; quod ſub nomine *Synopſeos Juris Publici* R. G. typis quidem, in uſum auditorum, exſcriptum, nondum tamen in Nundinis ſolennibus publici juris factum eſt: in quo quidem eundem fere ordinem, ac tantum non omnia capita, quæ in Introductione habentur, retinui; ut tamen hiſtorica ſuccinctius ſint

Digitized by Google

tractata, nonnulla quoque dilucidius expoſita.

Antequam vero de nova hac *Introductionis* meæ ad *Jus Publicum R. G.* editione verba quædam faciam, *Judicia* de eadem Eruditorum potiora hic recenſere, atque *Animadverſiones* meas iis ſubjungere, haud pigebit. Primus, ni fallor, qui dictum Compendium meum ſub cenſuram vocavit, eſt Celeberrimus Dominus JO. JAC. MOSER a FILSECK & WEILERBERG, cujus prolixius, idemque benignius, judicium extat in *Impartialibus*, quæ vocat, *Judiciis*, *den unpartheyiſchen Urtheilen von juridiſch- und hiſtoriſchen Büchern*, P. II N. IV, ita ſe habens: *Der Herr Autor erfordert p. 26 ein gutes Judicium von einem Buch zu geben, folgendes:* In judicio de hujusmodi Scriptoribus recte formando partim ad methodum, an eadem apta vel inepta, confuſa & præpoſtera aut naturalis; partim ad materiam, an conveniens & ſufficiens, an aliena aut manca aut mutila ſit; partim ad deciſionem, an ex genuinis principiis petita & cum judicio facta; partim ad proponendi modum facilem vel difficilem, perſpicuum aut obſcurum, gratum aut ingratum, reſpiciendum. *Ich will alſo auch mich gegen ihme nach dieſem verhalten, ohne doch von meiner gewöhnlichen Manier abzugehen.*

Mir

Mir gefället alſo, etwas weniges, davon hernach, ausgenommen, des Herrn Autoris Methode *fürtreflich wohl, ſie iſt ſehr natürlich, und leget forderiſt das nöthige* ex hiſtoria *zum Grund, ſodann tractiret ſie* generalia, *und nachmahls* ſpecialia, *und zwar ſo, wie die Materien ſich am natürlichſten auf einander ſchicken. So iſt auch dem Leſer dadurch ungemein viel geholfen, daſs er den Text in einer Suite fort leſen kan, und deſſen genugſame Erläuterung in beſondern Noten findet. 2. Gefällt mir das Buch wegen der Materie, er hat nichts unnöthiges, ſondern lauter nöthiges, und nicht nur von dem nöthigen etwas, oder nur das alte, ſondern es ſo beyſammen, daſs aus dieſem einigen* Compendio *einer in* Jure Publico *ſo viel lernen wird, daſs ihme wenig* Caſus *fürkommen werden, von denen er ſich nicht da Raths erholen könnte. Und gewiſslich, es begreiffet dieſes Buch an Materie mehr, als das gröſte und beſte Syſtema unſerer übrigen* Publiciſten. *3. Gefallen mir ſeine* Principia: *er gehet den mittlern Weg, und tribuiret ſelten dem Kayſer oder denen Ständen mehr, als ieden von dieſen beyden alle unpartheyiſche einräumen werden. Dieſe ſeine* Principia *aber bauet er zuförderſt auf die Reichs-Geſetze, ſodann auf eine gründliche Hiſtorie und geſunde natürliche Rechte, welcher drey* Diſciplinen *ſo ſchöne Wiſſen-*

ſchafft man ſelten alſo beyſammen, als bey unſerem Herrn Autore *antreffen wird. Endlich 4. die* Propoſition *belangend, ſo iſt er zwar mit Bedacht zu leſen, weilen alles wie eine Kette an einander hänget, und kein Wort umſonſt geſetzet iſt: alleine eben dieſes machet das Buch verſtändigen Leuten deſto angenehmer, zumahlen er einen ſo deutlichen* Stylum *führet, als bey ſolcher Kürtze möglich iſt. Was mir nun lieb geweſen wäre, wenn es geſchehen oder nicht geſchehen wäre, iſt folgendes:* 1. Ratione Methodi *wolte, daſs die Nachricht von denen Churfürſten und deren* Juribus reſpectu *der übrigen Stände nicht ſo weitläufftig gerathen wäre. Dann obwohl von ihnen als denen vornehmſten und mächtigſten Ständen mehr, als von denen niedern geſagt werden kan; ſo muſs doch deswegen von jenen nicht alles* ad unguem *erzählet, dieſe aber nur genennet werden. Weiter ſo wolte, daſs der Herr* Autor, *wenn er von denen Kayſerl.* Juribus *und Autorität handelt, nicht allemahl das, was der Kayſer allein oder mit Zuziehung einiger oder aller Stände thun kan, zuſammen in ein* Caput *geworffen hätte, ſondern* diſtinctius *gegangen wäre, und gezeiget 1. Was der Kayſer allein thun könne, 2. worzu er die* majora, *oder 3. die* unanimia *der Churfürſten, ferner 4. wo er der Kreiſe, oder 5. ſonſt einiger Stände, 6. wo er der Kreiſe*

Con-

Conſens, *und* 7. *wo er aller Stände* majora, *oder* 8. unanimia Vota *vonnöthen habe. Jedes oder die meiſte dieſer* Capitum *aber hætte er hernach wieder* ratione objecti in *Sectionen theilen können*, e. g. *was der Kayſer*, 1. *in* Sacris, 2. circa ſecularia in univerſum, 3. circa leges ferendas &c. *allein könne*. Ratione *der Materie fællt mir ietzo nur dieſes bey, daſs der Herr* Autor *auch die* Jura ſingularia Corporis Evangelici, *des Fürſtlichen* Collegii, *des Stædtiſchen* Collegii, *ferner der Fürſtlichen Perſonen*, qua *Fürſten* ſeparatim ab Electoribus, *und ſo auch die denen Reichs-Grafen* qua Collegio & qua ſingulis *zuſtehende* Jura, *nebſt noch etlichen andern in beſondern* Capitibus *oder reſp.* ſuo loco *mitgenommen hætte. Doch dieſes iſt etwas weniges gegen dem, was ich oben aus unintreſſirten Gemüth ſo ſehr gelobet, und halte ich meines Orts dieſes Buch für das beſte unter allen unſern* Compendiis *und* Syſtematibus Juris Publici.

Verum hic ſaltem cauſſas aperiam, quare de Electoribus plura, quam de reliquis Principibus & Statibus Imperii dicenda fuerint. Propoſitum mihi fuit, *Jus Publicum* J. R. G. *generale*, atque adeo Jura, quæ *univerſum Imperium*, ejusque ſtatum publicum, reſpiciunt, itemque Jura omnibus Stâtibus intuitu

Territoriorum ſuorum communia, ordine ſyſtematico exponere: neutiquam vero *Jus Publicum ſpeciale* ſingulorum Electorum, Principum & Statuum Imperii, eorumque jura ſingularia, cuique ſpeciatim competentia, enarrare. Cum igitur Electores talibus gaudeant juribus, quæ ad univerſi Imperii ſtatum maxime ſpectant, veluti quæ circa electionem & coronationem Imperatoris ipſis competunt, veluti Archi-Officia, Vicariatus Imperii, qualibus ceteri Principes & Status Imperii non gaudent: de illis utique plura, quam de his in Jure Publico generali dici potuerunt ac debuerunt. Falſum vero eſt, quod de Electoribus omnia ad unguem hic ſint enarrata, ceteri Principes autem tantum nominati: Multo plura ſane de Electoribus dici potuiſſent, ſi ſaltem de Prætenſionibus ipſorum & Controverſiis illuſtribus ex inſtituto agere voluiſſem. Quod ad reliquos Principes & Status attinet, contrarium ipſa inſpectio Capitum Libri IV, nempe Capitis XV de Principibus & Statibus Eccleſiaſticis; Cap. XVI de Principibus ſecularibus, Cap. XVII de Comitibus & Baronibus, Cap. XVIII de Civitatibus Imperii docebit: in quibus ſingulis non ſolum diverſæ ipſorum claſſes enarratæ, ſed etiam jura, tam eccleſiaſtica, quam ſecularia, tam

conju-

comitialia, quam territorialia, itemque ceremonialia, ſingulis Claſſibus competentia, breviter, quantum in Compendio J. P. generali fieri potuit ac debuit, tradita ſunt. De reliquis, quæ de Juribus Cæſareis diſtinctius proponendis, & in plures claſſes diſtribuendis monentur, quidquam hic addere non opus erit, tum quod jam ſatis diſtincte, pro inſtituti mei ratione, illa propoſita ſunt, nec entia multiplicanda præter neceſſitatem, tum quod ex ſupra dictis ratio methodi, in Juribus Cæſareis a me adhibitæ, ſatis pateſcat, tum quod inferius adhuc de methodo quædam addendi occaſio ſe offeret.

Proximo loco & B. JAC. CAROLI SPENERI judicia hic legi merentur. Leguntur ea in opere ipſius, quod ſub titulo: *Teutſches* Jus Publicum, *oder des* Heil. Röm. Reichs *vollſtändige* Staats-Rechts-Lehre, An. 1723 prodiit, Lib. I Cap. XIII § 15 not. (a) ibi: *Herr Kemmerich hat An. 1721 eine gelehrte* Introductionem I Jus Publicum Röm. Germ. *herausgegeben, die ſich in obigen meinen Noten vielmal allegiret findet. Seine führende* Principia *erkenne für gründlich, und gefället mir auch die Methode in den meiſten Stücken ſehr wohl. In vielen iſt die meinige derſelben gleich, obwohl die Schrift eher*

nicht, als da ich ietzo die Noten zu meinem Werck verfaſſe, durchgegangen. Manche nützliche Materien hat der Herr Autor *gründlicher, als anderweit geſchehen, ausgeführet. Demnach ſein Werck eines billigen Ruhms würdig bleibet.* Item Cap. XIV § 3 not. (a) ibi: Specielle *Nachricht von Herrn* Kemmerichs *gebrauchter Methode kan der Text nicht geben. Ich rühme gleichwohl hier, daſs er die hiſtoriſchen Gründe, ferner die Landes-Hoheitlichen, und Kirchen-Rechte, gründlicher und beſſer, als mehrentheils geſchehen, ausgeführet hat.* Itemque eod. cap. § 4 not. (a) ibi: *Herr* Kemmerich J. P. Lib. I tot. *ſtellet eine weitläufftige Handlung an*, de Imperio Romano-Germanico in univerſum. *In derſelben præmittiret er ſo gar die Nachrichten von dem alten Römiſchen Staat. Denn führet er die Reichs- und Kayſer-Hiſtorie in zehen* Periodis *aus, worauf er in unterſchiedenen Capiteln die Hiſtorie der Teutſchen Staaten und Territorien durchgehet. Die Arbeit begreiffet einen groſſen Theil des gantzen Wercks. Ich halte ſie eben ſowohl in* Jure Publico *für überflüſſig und unerforderlich. Da will und ſoll man nicht die Reichs-Hiſtorie lernen, ſondern bereits wiſſen, und allein um deren vernünftigen Gebrauch in* Jure Publico *recht bemühet ſeyn.* Coccejus *und* Titius *treffen es mit ihren*

ihren Vorſtellungen deſſen, was in der Reichs-Hiſtorie intereſſant *für das* Jus Publicum *iſt, weit beſſer.*

Hic jam opportunum eſſe credo rationem reddere, quare hiſtorica largiori manu in Introductione mea tradiderim. Scilicet, cum primum Juris Publici R. G. principia Auditoribus meis explicare cœpi, facile animadverti, pleroſque, qui animum ad hoc ſtudium adjungebant, in Hiſtoria Germanica plane hoſpites eſſe; ſiquidem tunc temporis nondum ſaltem in omnibus Academiis, moris erat, Hiſtoriam Imperii Germanici (*die Teutſche Reichs-Hiſtorie*) in peculiaribus Collegiis exponere: unde hoc mihi negotii dari credidi, ut Epitomen quandam Hiſtoriæ Germanicæ Compendio meo Juris Publici R. G. præmitterem, atque præcipuas Status Publici mutationes in Imperio R. G. per X Periodos, in quas totam hanc rem diſtribui, breviter percenſerem. Quod autem ad prima initia Reip. Rom. adſcenderim, indeque Imperium Germanicum deduxerim, propterea factum, quod Imperium noſtrum R. G. non ſolum nomen, ſed & natales quodammodo Veteri Imperio Romano debeat, atque adeo eo melius intelligi queat, an & quouſque nexus aliquis Regno Germanico cum Imperio Romano intercedat.

dat. Sed & de Regno Italiæ nec non Arelatenſi, atque potioribus utriusque Regni mutationibus agendum eſſe duxi, ut eo facilius fundamenta Prætenſionum in horum Regnorum provincias, de quibus in capite de Finibus Imperii agendum erat, intelligi poſſent. Præterea non exigua Status Publici pars in Imperio noſtro cardinalibus Germaniæ Populis Provinciisque nititur: id quod celeberrimi Juris Publici Doctores, COCCEJUS, TITIUS & STRUVIUS, probe perſpexerunt, & hinc hiſtoricam de illis tractationem Compendiis ſuis inſeruerunt. Proinde & ego, exemplo horum virorum, ad rectius ſtatum publicum Imperii noſtri pernoſcendum, expedire putavi, ſi & originem & progreſſum cujusque Populi Provinciæque cardinalis ex hiſtoria breviter repræſentarem; ſiquidem dubitari nequit, ſtatum præſentem ex mutationibus antecedentibus, ex quibus natus eſt, & has iterum ex originibus ſuis, rectius intelligi. Intellexit hoc ipſe quoque B. SPENERUS, qui integram Partem IIdam & IIItiam Syſtematis ſui Capitibus XV de *Originibus* rerum ad ſtatum Imperii R. G. publicum pertinentium, in quorum primo adeo ad primas quatuor Monarchias adſcendit, ex Hiſtoria deductis, tria fere plagularum alphabeta, vulgo dicta, complexis,

plexis, replevit: cum mea hiſtorica de Origine & Mutationibus Imperii R. G. nec non Provinciarum Germanicarum vix XV plagulas complectantur; ut adeo propitia veritate dici nequeat, illa magnam Compendii mei partem complecti. Ceterum ſi nævus eſt, quod præcipua Juris Publici noſtri capita ex fontibus hiſtoricis derivaverim, atque hunc defectum, de quo ſæpius illuſtres Præceptores mei, B. THOMASIUS, B. LUDEWIGIUS, & B. GUNDLINGIUS conqueſti ſunt, ſupplere conatus fuerim, innoxius ſaltem is erit, nec forte omnibus ingratus.

Jungi his merentur, quæ in B. BURC. GOTTH. STRUVII *Bibliotheca Juris ſelecta* Cap. XIV § 45 & Cap. XVI § 21 extant, elogia. Alterum hoc eſt: *Eandem laudem meretur* DIET. HERM. KEMMERICHII *ICti Vitembergenſis doctiſſimi*, Introductio ad Jus Publicum Imperii Romano-Germanici, Vitembergæ 1721, 8, *commoda & naturali methodo, ex accuratioribus & celebrioribus Juris Publici Compendiis & Scriptoribus concinnata, poſitisque partium ſtudiis, magna circumſpectione conſcripta; & libro cumprimis ultimo ſive VIII, nobiles & quotidiano uſu frequentatas de Jure Statuum Privato vel quaſi,* e. g. *Juribus Fœminarum illuſtrium* &c. *materias tradens*. Alterum hoc: DIET. HERM. KEM-

MERI-

MERICHII Introductionem ad Jus Publicum Imperii R. G. Vitemb. 1721, 8 editam, *ordo, perſpicuitas, materiarum copia, modeſtia maxime commendant.* Circa quæ nihil habeo, quod moneam.

Sed non poſſum non alia quoque Dni MOSERI, eaque diverſa plane ab his pariter ac a primo iſto ſuperius adducto, judicio his addere judicia. Nimirum in *Præcognitis Juris Publici* Cap. VI § 35 ita de *Introductione* mea judicare lubuit: *Dieſe und* Struvens *Arbeit halte ich einander ziemlich gleich, doch die letztere noch etwas höher, weil jenes* Principia *nicht allemahl* cohæriren, *noch mehr manques, obſcures und falſches darinn iſt, auch die Materien oft ſehr zerriſſen ſind, und bald da, bald dort ein Fetzen davon ſtehet; hingegen hat er die zu dem von einigen ſogenannten* Jure Privato Statuum Imperii *gehörige* Themata *vor andern fleisſig abgehandelt.* At enim vero primum Dn. Moſer hic ſibi ipſi contradicit, cum ſuperius aſſeruerit, omnia in Introductione mea *inſtar catenæ cohærere; daſs alles wie eine Kette an einander hänge;* deinde quod principia mea ſæpe non cohæreant, quod plura manca, obſcura & falſa, in Compendio meo, quam in Struviano, reperiantur, nondum a quoquam mihi demonſtratum eſt. Quod ſi forte in facto una altera-

circumſtantia irrepſit, quam Dnus Mo- aliter ſe habere didicit, hoc facile corda- ores Lectores excuſabunt. In puncto ju- non omnia ſtatim falſa ſunt cenſenda, æ a Dn. Moſer pro falſis venditantur. Ce- rum ſi Dn. Moſer leges bonæ methodi pa- er, ac rationes methodi a me adhibitæ, ctius intellexiſſet, fortaſſis ad judicium tam iſtrum a præjudicio præcipitantiæ ſeduci haud paſſus fuiſſet. Certe cordatiores Ju- s Publici Doctores non diffitebuntur, oc- urrere in Compendio vel Syſtemate Juris ublici materias, quæ quidem cognationem abere videntur, ut tamen diverſis in locis, ro diverſo reſpectu de iis agi poſſit, nem- e uno in loco ex inſtituto & exacte, in alte- o vero ita, ut connexionis cauſa leviter tan- um & cum remiſſione ad alterum, perſtrin- antur. Exemplo ſit materia de *Circulis* Im- erii. De his primum in Lib. I Cap. XIX, ac leinde in Lib. VI Cap. VIII agendum fuit: n Libro I quidem quatenus hæc materia d Territorium Imperii ac Diviſionem ejus ertinebat. Sed admodum incongruum uiſſet, ſi eodem in loco & de tota Politia Circulorum, de Juribus & negotiis eorum, temque Conventibus Circularibus agere oluiſſem, antequam de Juribus ſummæ Po- teſtatis Imperialis, eorumque exercitio & ad- mini-

miniſtratione, quæ ex parte per Circulos Imperii exercetur, actum fuiſſet; cum regulæ bonæ methodi requirant, ut illa ſemper præmittantur, quæ ad rectius intelligenda ſequentia faciunt.

Denique in *Bibliotheca Juris Publici* ejusque P. III n. 105, nova cenſorem Juris Publici mei agendi lubido Dnum MOSERUM inceſſit, dum judicium ſuum, antea in libello, *unpartheyiſche Urtheile*, inſcripto, vel temperare, vel potius in deterius mutare conatus eſt. In principio inanem præmittit conjecturam, omni veroſimilitudine deſtitutam, nempe hanc: *gewiſſen Umſtänden nach ſolte ich faſt muthmaſſen, als ob ſchon die zweyte* Edition *dieſes Buchs in Händen des Publici, auf der neuern aber (ohnfehlbar aus ſeinen dazu bewegenden Urſachen, das Jahr der alten Edition beybehalten) ſelbige auch ſo gar bis auf die* Errata *Blat auf Blat abgedrukt worden ſeye, doch kan es nicht eben gewiſs ſagen*: qualis ne quidem meretur attentionem. Deinceps repetit ſumma capita materiarum, de quibus in Prolegomenis & octo Libris Introductionis meæ egi, hunc in modum: *Die von dem Herrn* Autore *beliebte* Methode *iſt dieſe, daſs er in denen* Prolegomenis *von dem Jure Publico & Jurisprudentia Publica in genere,*

re, it. de origine & Progreſſu Juris Publici
: variis ejus Scriptoribus *handelt, dann* de Im-
erio Romano-Germanico in univerſum, *also*
ein förmlicher kurtzer Begrif von der Reichs-
Hiſtorie, ingleichen weitläuftige Abhandlun-
gen, de Francia & Franconia, Lotharingia,
Terra Rhenenſi & Palatinatu Rheni, Aleman-
nia ſeu Suevia, Bojoaria ſeu Bavaria, Saxonia,
Thuringia, Friſia, Venedorum ſive Sclavorum
Terris in genere, & de Venedorum Branden-
burgenſium, Obotritorum, Pomeranorum &
Soraborum Terris in ſpecie, ſpecialiſſime au-
tem de Vitembergenſi, Miſniæ, Luſatiæ, Quer-
furtenſi & Anhaltino Territorio, item de Scla-
vorum, Bohemorum, Moravorum & Sileſio-
rum Terris &c. *fürkommen. Lib. 2 iſt de Legibus*
Imperii fundamentalibus; & ſic pergit In-
ſcriptiones Librorum enarrare. Porro ju-
dicia SPENERI & STRUVII de Introductio-
ne mea recenſet. Sed & integrum judici-
um ſuum ex *Impartialibus* ſic dictis *Judiciis*
(*den unpartheyiſchen Urtheilen*) hic inſerit.
Denique novam ſuam cenſuram Libri mei
his verbis ſubjungit: *Ich habe nach der Hand*
ein Collegium Juris Publici *gehalten, worin-*
nen ich dieſes Buch zum Grunde geleget, und
es alſo deſto beſſer habe kennen lernen. Seit-
hero ſeynd alſo meine Gedancken von ſolchem

 Buch

Buch dieſe: Das erſte Stück, was ich daran gelobet, bleibt, auſſerdem, was ich hernach ſagen werde, und iſt gewiſs dem Leſer beſonders angenehm, daſs ihn die Allegationen im Text *nicht hindern; das 2te wolte ich in etwas und alſo modificiren, daſs in alle Wege viel nöthiges, nützliches und practiſches in dieſem Buch zu finden, und zwar mehr, als in denen meiſten von allen andern Publiciſten. Das 3te kan,* ſi a potiori fiat denominatio, *auch ſtehen bleiben, und ſo auch das 4te. Dieſem allem ſetze noch bey, daſs 5 der Herr* Autor *überall die neueſte und beſte* Autores *in ieder Materie angeführet, auch 6 die neueſten* Controverſias Juris Publici *gehöriger Orten ſorgfältig eingetragen, in welcher nöthigen Sache doch ſonſten die neueren Publiciſten faſt insgemein ziemlich nachläſſig befunden werden.* Circa hæc nihil moneo.

Pergit vero: *Was ich hingegen deſideriret, und zwar erſtlich wegen der Methode, deren Meynung bin ich nicht nur gleichfalls noch, ſondern conformire mich auch mit Herrn Spenern, daſs die oben ſpecificirte weitläuftige hiſtoriſche Abhandlungen gar nicht in dieſes Buch gehörten. Ferner glaube ich, die Materie von den Kayſerlichen* Reſervaten *und übrigen Gerechtſamen wären beſſer, nach der gemeinen*

Metho-

Methode, in dem 3ten Buch; die Materien de modis acquirendi Territoria Eccleſiaſtica *in dem Capitel von den geiſtlichen Ständen des Reichs, die* de ſucceſſione in Principatus & Comitatus Imperii ab inteſtato *in dem Capitel von den weltlichen Ständen des Reichs, die Materie* de inveſtitura Feudorum Imperii *in dem Capitel* de Feudis Imperii regalibus *abgehandelt worden, und dergleichen mehr. Ins beſondere hat mich die in dem 5ten Buch von dem Herrn* Autore *ergriffene Ordnung gar nicht gut gedeucht, weil dadurch die Materien zerriſſen und an einen unbequemen Ort rangiret werden, z. E. ſo findet ſich* Cap. 8 § 7 *ein Fetzen der Materien von denen höchſten Reichsgerichten, das übrige aber muſs man in dem 6ten Buch ſuchen;* ibid. § 25 ſeqq. *wird die Materie* de Foro Imperatoris *abgehandelt, welche doch billiger in das dritte Buch gehöret hätte, und ſo auch* § 36, 37 ſeqq. *die Materien* de foro Regis Romanorum & Statuum Imperii *auch unter die Titel* de Rege Rom. & de Statibus Imperii; § 56 ſeqq. *hätte die Materie* de Banno Imperii *nach der neueſten Wahl-Capitulation unter die vor einem Reichs-Tage gehörige Materien (die ein eigen Capitel verdienet hätten) geſetzet werden ſollen;* § 73 *die Materie* de foro Perſonarum Camerali-

ralium *und* (legendum forte, *in*) *das Cammer-Gericht*; § 74 ſeqq. *die Materie* de Jurisdictione feudali *theils unter das* Caput *von Kayſerlichen Reſervaten*, *theils unter das* Caput *von den höchſten Reichs-Gerichten*; § 29 ſeqq. *die Materie* de foro Mediatorum *in ein eigenes* Caput, *oder doch in das Buch oder* Caput de Mediatis &c. *Und ob ich zwar ſonſt niemand gern wegen der Methode* querelle *mache, wenn ſie nur ein wenig* tolerabel *iſt, ſo muſs ich doch geſtehen, daſs die in ſchon beſagten 5ten Buch gebrauchte denen Lehrenden und Lernenden viele Mühe und Confuſion verurſachet, und man oft nicht weiſs, woman eine Materie ſuchen ſolle, oder ſie muſs doch aus 3 4 und mehr Orten zuſammen geklaubet werden. Wiewohl ich dieſes* Deſideratum *nicht nur bey dem 5ten Buch, ſondern auch ſonſt hin und wieder, doch nicht ſo ſtarck, zu machen, Urſach gefunden habe.*

Hic Dn. MOSER plane methodum, qua in conſcribendo Jure Publico meo uti debuiſſem, idque pro auctoritate quaſi, mihi præſcribere non dubitavit. Sed quamdiu Dictatore in Republica litteraria deſtituimur, puto, meam auctoritatem hac in parte tantum valere, quantum forte auctoritas Dni Moſeri valebit. Certe dudum ego Jus Publi-

licum in Academiis docui, antequam
en Moſerianum innotuit. Placuit or-
ı me ſervatus B. SPENERO; placuit B.
uvio ſive Doctiſſimo ejus continuato-
lacuit denique ab initio & ipſi Dno MO-
), cujus verba in *Impartialibus Judiciis*
ſunt: *Mir gefällt alſo des Herrn* Auto-
lethode *fürtreflich wohl, ſie iſt ſehr na-*
-h, und leget forderiſt das nöthige ex Hi-
ı *zum Grunde, ſodann tractiret ſie* gene-
, *und nachmahls* ſpecialia, *und zwar ſo,*
ie Materien ſich am natürlichſten auf ein-
ſchicken. Sed jam, poſtquam ipſe Com-
ium Juris Publici conſcripſit, atque
ı ſibi ordinem, licet inconſultiorem,
ebro ſuo confinxit, ſibi ipſi contradice-
luit, quam ea, quæ ſemel probavit,
ı probare, imo potius exigere, ut alii
præconceptis ipſius ordinis ideis ſe
rmare debeant. Contigit ipſi, quod
ontingit, qui per vitrum cœruleum res
iunt, quippe quibus res omnes cœru-
parent. Quare ego origines rerum
itum Imperii R. G. Publicum pertinen-
ex hiſtoricis fontibus deduxerim, ejus
iones ſuperius reddidi. Sat quoque
is mihi fuit, quare vulgarem metho-
in exponendis ac diſtribuendis Maje-

ſtatis Imperialis juribus ſervare noluerim, ſed conſultius duxerim, primum partes ſummæ Poteſtatis eſſentiales, *Conſultatoriam*, *Legislatoriam & Judiciariam*, in diſtinctis capitibus tradere, ac dein jura ipſarum ſecundum diverſa ſua objecta, tam *ſacra*, quam *ſecularia*, tam *Perſonas*, quam *Res* ſeu *Bona*, publica & privata, itemque negotia *Belli* & *Pacis*, *Fœdera* & *Legationes*, diſtributa, exponere, atque adeo ea, quæ ſua natura conjuncta ſunt atque circa idem objectum occupantur, conjunctim quoque, ne materiæ divellerentur, in ſingulis capitibus tradere: In ſingulis vero Capitibus iterum ea, quæ a Cæſare ſolo exercentur, ab iis, quæ non niſi conſenſu vel omnium Statuum, vel ſaltem Electorum, exerceri poſſunt. Quo pacto ſimul judicio diſcentium conſulere volui, ut fundamenta intelligerent, quænam jura, & ex qua ratione, ad quamlibet claſſem referenda ſint. Ut tamen nec vulgaris iſta diviſio jurium Majeſtatis Imperialis Juris Publici cultoribus incognita manerent, Jura Majeſtatis Imperialis circa ſecularia inprimis ad tria iſta ſumma Capita. *Cæſareo-Comitialia*, *Cæſareo-Electoralia* & *Reſervata Cæſarea* revocavi, ſingulaque ad quodque caput pertinentia, præpoſitis generalibus princi-

cipiis enarravi. Equidem in *Synopſi Juris Publici* ſecundum vulgarem meum, a Dno Moſero commendatam, Julajeſtatis imperialis diſtribuere conatus Atque adeo primum *Cæſareo-Comitia*-deinde *Cæſareo-Electoralia*, denique *Rata Cæſarea*, & quidem ſingula ſeorſim liaribus Sectionibus, tradidi; ita tamen, 'ca ſingula iterum tum eſſentiales ſum-Poteſtatis partes, nempe Poteſtatem *ſtatoriam*, *Legiſlatoriam* & *Judiciari*-tum objecta, circa quæ verſantur, nin *Perſonas* & *Res*, itemque *Bellum* & *a*, *Fœdera* & *Legationes*, in qualibet ſe-e ſejunxerim. Quocirca Capita Libri Synopſi illa hoc ordine ſe excipiunt: I de ſumma Poteſtate Imperiali, ejus-aribus univerſim, nec non Forma Im-R. G. Cap. II de Juribus Majeſtatis Im-s circa ſacra. Sect. 1 de Juribus ſummæ tatis circa ſacra univerſim. Sect. 2 de s Papalibus in Imperio R. G. Sect. 3 ibus Cæſareo-Comitialibus circa ſa-ct. 4 de Reſervatis Cæſareis circa ſacra. II de Juribus Summæ Poteſtatis circa ia, iisque Cæſareo-Comitialibus. Sect. oteſtate Imperatoris & Statuum Coria, Legiſlatoria & Judiciaria. Sect. 2 de

de Juribus Cæſareo-Comitialibus circa Perſonas. Sect. 3 de Juribus Cæſareo-Comitialibus circa Res ſeu Bona. Sect. 4 de Juribus Cæſareo-Comitialibus circa Bellum & Pacem, Fœdera & Legationes. Cap. IV de Juribus Cæſareo-Electoralibus. Cap. V de Reſervatis Cæſareis circa Poteſtatem Conſultatoriam, Legislatoriam & Judiciariam. Sectio 2 de Reſervatis Cæſareis circa Perſonas. Sectio 3 de Reſervatis Cæſareis circa Res ſeu Bona. Sectio 4 de Reſervatis Cæſareis circa Bellum, Pacem & Legationes. Sed mature ſenſi, quamvis hæc Methodus diſtincta Jurium Cæſareorum tractatione ſe commendare videatur, tamen non exiguo eam incommodo laborare, inprimis quod materiæ ſua natura conjunctæ per eam diſcerpendæ, atque de eadem materia in diverſis capitibus agendum fuerit; ita ut v. g. particula (*ein Fetzen* phraſi Moſeriana) ſ. Poteſtatis circa ſacra in Cap. II Sect. 3, particula (*ein Fetzen*) in Sect. 4, rurſus particula (*ein Fetzen*) Poteſtatis Legislatoriæ in Cap. III Sect. 1, particula (*ein Fetzen*) ejusdem poteſtatis Legislatoriæ in Cap. V Sect. 1, particula (*ein Fetzen*) ſummæ Poteſtatis circa Perſonas Cap. V Sect. 2, particula (*ein Fetzen*) ejusdem Juris

Cap.

Cap. V Sect. 2, particula (*ein Fetzen*) S. P. circa Res ſeu Bona, in Cap. III Sect. 3, particula (*ein Fetzen*) Jurium Summæ Poteſtatis circa Bellum & Pacem in Cap. III Sect. 4, particula (*ein Fetzen*) eorundem jurium in Cap. V Sect. 4 quærenda ſit. Atque hæc eſt ratio, cur non crediderim, quod credidit Dn. Moſer, melius fuiſſe, ſi methodo vulgari Reſervata ceteraque Jura Cæſarea tractaſſem, ſed conſultius eſſe putavi, meam methodum in Introductione mea retinere.

De modis acquirendi Territoria Eccleſiaſtica, ex inſtituti mei ratione, neutiquam in Capite de Statibus Eccleſiaſticis agendum fuit: cum materia de modis acquirendi Territoria plane ad alium locum pertineat, ut ex infra dicendis patebit; in hoc vero Capite tantum conſiderentur Perſonæ Statuum Eccleſiaſticorum, quatenus ſunt Membra Imperii, & hinc jura ipſorum & modi eoſdem conſtituendi breviter tantum tangi debuerunt. Multo minus materia de Succeſſione in Principatus & Comitatus Imperii ab inteſtato in Capite de Statibus Imperii ſecularibus tractanda fuit. Primum enim ad Status Imperii Seculares non ſolum Principes & Comites Imperii, ſed & Electores & Civitates Imperii pertinent. Et Succeſſio

ab inteſtato eſt modus acquirendi tam Electoratus, quam Principatus & Comitatus; ad Civitates autem Imperii idem modus plane non, niſi abſurde, applicari poſſet. Deinde regulæ bonæ methodi poſtularunt, ut de Electoribus, propter ampliora ipſorum Jura, primum omnibus in genere, ac deinceps de ſingulis in ſpecie, propter peculiaria cujusque Jura ac prærogativas, diſtinctis Capitibus ageretur. Eædem regulæ poſtularunt, ut de Principibus quoque Imperii, æque ac Comitibus Imperii, itemque Civitatibus Imperii, ceu peculiares Statuum Imp. claſſes conſtituentibus, atque inter ſe quoque non una ratione differentibus, diverſis Capitibus ageretur. Præterea materia de Succeſſione in Principatus & Comitatus ſic ſatis ampla eſt. Quod ſi jam omnes hæ materiæ ampliſſimæ, de Electoribus omnibus & ſingulis, de Principibus Secularibus, de Comitibus Imperii, quin & de Civitatibus Imperii, denique & de Succeſſione in Electoratus, Principatus & Comitatus ab inteſtato, ſecundum methodum Moſerianam, in uno eodemque Capite coagmentandæ, & obtorto quaſi collo conſtringendæ forent: vah! quam monſtroſus inde partus proditurus eſſet. Sed ad modos acquirendi Principatus Seculares & Comitatus

ctatus Imperii pertinent etiam Pacta Succeſſoria, Teſtamenta, Præſcriptiones: ubi ergo de his erit agendum? nullum his Dn. Moſer in methodo ſua cerebrina aſſignavit locum. Monuit porro Dn. Moſer, de inveſtitura Feudorum Regalium agendum fuiſſe in Capite de Feudis Regalibus: ſed ex qua ratione? an forte propterea, quod Inveſtitura pertineat ad modos acquirendi Feuda regalia? Verum ita nulla poterit dari ratio, quare non etiam de omnibus reliquis acquirendi Feuda regalia modis in uno illo Capite agendum, atque adeo integer tractatus de Feudis Imperii huic Capiti inſerendus fuerit. Cerebrina hæc ſunt omnia! Annon ergo multo convenientius fuit, hoſce modos acquirendi Territoria Electorum, Principum & Comitum Imperii in diſtinctis Capitibus ſuo ordine ſubjungere illis Capitibus, in quibus, poſt Jura Perſonarum, de Rebus quoque Statuum Imperii earumque jure, atque adeo de Modis acquirendi vel transferendi Res publicas & privatas aut Jura Statuum Imperii in genere actum fuit.

Si porro materiæ ad rem Judiciariam pertinentes ab invicem ſeparatæ fuerint, hoc non ſine ratione factum eſt. Scire debebat Dn. Moſer, aliud eſſe Summam Poteſtatem

Judi-

Digitized by Google

Judiciariam, indeque pendentem Poteſtatem conſtituendi Judicia, atque jurisdictionem illis concedendi, officiaque Cæſaris circa Poteſtatem illam exercendam; aliud vero ipſa Judicia jam conſtituta, atque Jurisdictionem illis competentem, Forumque inde naſcens, pro diverſitate Perſonarum & Cauſarum, diverſum, itemque ordinem ac modum in illis procedendi. Hæc uti diſtincta ſunt, adeo, ut priora capita ad jura Summæ Poteſtatis Imperialis, poſteriora vero ad Judicia Imp. pertineant: ita commodiſſime diverſis in locis, nempe illa in Libro V, hæc in Libro VI de illis agi potuit. Quamvis materiam de Foro, pro diverſitate Perſonarum & Cauſarum diverſo, in hac nova editione a matêria de Summa Poteſtate Judiciaria prorſus ſeparare, atque in peculiari Capite de Judiciis Imperii univerſim pertractare convenientius mihi viſum fuerit. Materia de Foro pertinet ad materiam de Judiciis: adeoque de Foro Imperatoris, de Foro Regis & Statuum Imp. adeoque non niſi incongrue de his ceteriſque Fori generibus, a Dn. Moſero enarratis, in Titulis de Imperatore, de Rege Rom. de Statibus Imp. & ſic porro actum fuiſſet. Bannum Imp. pertinet ad Judicia Imp. & licet Jus decernendi ac infligendi

gendi bannum Imp. ſecundum Capitulationes noviſſimas pertineat ad Jura Cæſareo-Comitialia; tamen æque ineptum foret, totam materiam de banno Imp. in Capite de Comitiis Imp. pertractare, ac ineptum foret, totam materiam de Summa Poteſtate Imp. circa ferendas Leges Imp. itemque de Jure S. P. Imp. circa Bellum & Pacem, aut Fœdera propterea in Capite de Comitiis Imp. pertractare, quod hæc itidem ſint Cæſareo-Comitialia. Ceterum quod methodus mea ſit intolerabilis, quod Docentibus & Diſcentibus multum laboris & confuſionis pariat, forte nemo aſſeret, niſi cui eſt ingenium Moſerianum. Certe alii Juris Publici Doctores aliter ſentiunt. B. SPENERUS & B. STRUVIUS vel ejus Continuator de nulla confuſione in Compendio meo reperiunda conqueſti ſunt, ſed ordinem potius in eodem laudarunt.

Ex dictis autem haud obſcure patebit, quam parum ſolidis cenſura Moſeriana nitatur rationibus, ex quibus & reliqua ipſius judicia ſiniſtra æſtimari poterunt; quæ ſimilibus laborare imbecillitatibus, facile eſſet ad demonſtrandum, niſi tempore, adpropinquantibus Nundinis Lipſienſibus, excluderer. Qua temporis penuria, quid in nova

hac

hac editione mea præſtiterim, quibus acceſſionibus eandem auxerim, qua ratione eam emendare conatus ſim, ediſſerere prohibeor: ſpero autem, ipſam libri inſpectionem quemlibet edocere poſſe, non fruſtra eam auctiorem & emendatiorem appellatam eſſe. Ceterum cum & inter continuos labores, ratione munerum meorum ſubeundos, quibus & ſuperiori anno acceſſit morbus, facile fieri poſſit, ut quid irrepſerit, rectius curatiusque tradendum, hanc quoque ſpem foveo, cordatiores Lectores iſtud, æque ac ſphalmata typographica, benevole excuſaturos eſſe.

INDEX CAPITUM.

PROLEGOMENA.

Cap. I. de Jure Publico & Jurisprudentia publica in genere.
Cap. II. de Origine & progreſſu Juris Publici & variis ejus Scriptoribus.

LIBER I.

De Imperio Romano-Germanico in univerſum.

Cap. I. de Origine Imperii Romano-Germanici & variis ejus mutationibus.
Sect. I. de Statu Imperii Romani & regni Italici ab Origine usque ad Carolum M.
Sect. II. de Statu Germaniæ Imperiique Romano-Germ. & variis ejus mutationibus.
Art. I. de Statu Germaniæ antiquo.
Art. II. de Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Francis Merovingicæ Stirpis.
Art. III. de Statu Reip. Franco-Germanicæ ſub Carolo M. & Carolingis.
Art. IV. de Statu Reip. Germanicæ ſub Conrado I, & Saxonicis Imperatoribus.
Art. V. de Statu Imperii Romano Germ. ſub Franconicis & Suevicis Imperatoribus.
Art. VI. de Statu Germaniæ in Interregno.
Art. VII. de Statu Imperii Romano-Germanici ſub Rudolpho I ad Maximilianum I uſque.
Art. VIII. de Stat. I. R. G. ſub Maximiliano I & Auſtriacis ceteris ad Ferdinandum III ſeu Pacem-Weſtphalicam uſque.

Cap.

Cap. II. de nomine & Territorio ſeu Finibus Imperii Rom. Germanici; ſpeciatim de Territorio Regni Germanici & præcipuis ejus provinciis ac populis.
Cap. III. de Francia & Franconia.
Cap. IV. de Lotharingia.
Cap. V. de Terra Rhenenſi & Palatinatu Rheni.
Cap. VI. de Alemannia ſeu Suevia.
Cap. VII. de Bojoaria ſive Bavaria.
Cap. VIII. de Saxonia.
Cap. IX. de Thuringia.
Cap. X. de Friſia.
Cap. XI. de Venedorum ſive Slavorum Terris in genere.
Cap. XII. de Venedorum Brandenburgenſium, Pomeranorum & Obotritorum Terris.
Cap. XIII. de Venedorum Soraborum Terris; ſpeciatim Wittenbergenſi, Miſniæ, Luſatiæ, Querfurtenſi & Anhaltino Territorio.
Cap. XIV. de Slavorum, Bohemorum, Moravorum ac Sileſiorum Terris.
Cap. XV. de Acceſſoriis Regni Germanici Trans-alpinis; ſpeciatim Imperio Romano & Regno Italiæ, nec non utriusque Siciliæ.
Cap. XVI. de Acceſſionibus Regni Germanici Cis-Alpinis; ſpeciatim Regno Burgundico ſeu Arelatenſi.
Cap. XVII. de Acceſſoriis Regni Germanici Trans Eidoranis, Cis- & Trans-Viſtulanis, nec non Cis- & Trans-Danubianis.
Cap. XVIII. de Exemtionibus Territoriorum Imp R.G. nec non de Jure Prætenſionum Imp.
Cap.

Cap. XIX. de Diviſione Imperii R. G.

LIBER II.

De Legibus Imperii Fundamentalibus.

Cap. I. de Legibus Imperii Fundamentalibus in genere.
Cap. II. de Receſſibus Imperii.
Cap. III. de Aurea Bulla.
Cap. IV. de Pace Publica ſeu profana, *Land-Frieden.*
Cap. V. de Pace Religioſa.
Cap. VI. de Pace Weſtphalica.
Cap. VII. de Pace Noviomagenſi, Ryſvicenſi, Trajectenſi, Raſtadio-Badenſi & Viennenſi.
Cap. VIII. de Capitulatione Cæſarea.
Cap. IX. de Concordatis Nationis Germanicæ.
Cap. X. de Ordinationibus Cameræ Imperii, Judicii Imperialis aulici & executionis.
Cap. XI. de Ordinationibus politicis ac monetariis.
Cap. XII. de Obſervantia Imperii.
Cap. XIII. de ceterorum Jurium Germanicorum & extraneorum, Longobardici, Canonici & Juſtinianei in Jure Publico uſu & auctoritate.

LIBER III.

De Capite Imperii Romano-Germanici.

Cap. I. de Imperatore ejusque conſtitutione ſeu Electione.
Cap. II. de Coronatione Imperatoris.
Cap. III. de Majeſtate ſive Juribus, prærogativis, titulis, inſignibus ac aula Imperatoris.
Cap. IV. de Obligatione Imperatoris.

Digitized by

Cap. V. de Modis, quibus Imperator eſſe deſinit.
Cap. VI. de Imperatrice ſive Auguſta.
Cap. VII. de Rege Romanorum.
Cap. VIII. de Vicariis Imperii.

LIBER IV.

De Membris Imperii.

Cap. I. de Statibus Imperii in genere.
Cap. II. de Statuum Imp. origine & varietate.
Cap. III. de Matricula Imperii.
Cap. IV. de variis Imperii officiis ac officialibus cumprimis Palatinis.
Cap. V. de Electoribus in genere cumprimis eorum origine.
Cap. VI. de Juribus Electorum.
Cap. VII. de Electore Moguntino.
Cap. VIII. de Electore Trevirenſi & Colonienſi.
Cap. IX de Rege Bohemiæ.
Cap. X. de Electore Bavariæ.
Cap. XI. de Electore Saxoniæ.
Cap. XII. de Electore Brandenburgico.
Cap. XIII. de Electore Palatino.
Cap. XIV. de Electore Brunſuico-Luneburgenſi.
Cap. XV. de Principibus & Statibus Eccleſiaſticis.
Cap. XVI. de Principibus Secularibus.
Cap. XVII. de Comitibus & Baronibus.
Cap. XVIII. de Civitatibus Imperii.
Cap. XIX. de Nobilibus Imperii ceterisque membris Imperii immediatis.
Cap. XX. de Vaſallis & ſubditis Imperii.
Cap. XXI. de Juribus membrorum Imperii communibus.
Cap. XXII. de Obligatione membrorum Imperii.

) o (

In-

INDEX CAPITUM.

LIBER V.

De Majeſtate Imperii Romano-Germanici ſive ſumma Poteſtate Imperatoris & Statuum intuitu univerſi Imperii.

Cap. I. de forma Imperii.

Cap. II. de ſumma Poteſtate Imperatoris & Statuum circa Sacra cum primis origine & progreſſu ejusdem.

Cap. III. de Juribus Papalibus in Imperio Rom. Germ. circa Sacra.

Cap. IV. de Juribus Majeſtatis Imperialis circa Sacra in ſpecie.

Cap. V. de ſumma Imperatoris & Statuum Poteſtate circa Secularia in univerſum.

Cap. VI. de Poteſtate Imperatoris & Statuum Conſultatoria.

Cap. VII. de Poteſtate Imperatoris & Statuum Legiſlatoria.

Cap. VIII. de Poteſtate Imperatoris & Statuum Judiciaria.

Cap. IX. de Juribus Majeſtatis Imperialis circa Perſonas.

Cap. X. de Juribus Majeſtatis Imperialis circa res ſeu bona.

Cap. XI. de Juribus Majeſtatis Imperialis circa bellum & pacem, legationes, fœdera & commercia.

LIBER VI.

De Comitiis, Judiciis & Circulis Imperii.

Cap. I. de Comitiis Imperii univerſalibus.
Cap. II. de Conventibus Imperii particularibus.
Cap. III. de Jure & Conventibus Corporis Evangelici.
Cap. IV. de Judiciis Imperii univerſim.
Cap. V. de Judicio imperii aulico.
Cap. VI. de Judicio camerali.
Cap. VII. de Recurſu ad Comitia.
Cap. VIII. de Judicio Auſtregarum.
Cap. IX. de Judicio Rothwilenſi ceteriſque judiciis Imp. Provincialibus.
Cap. X. de Cancellaria, Archivo & Idiomate Imperii.
Cap. XI. de Circulis Imperii.

LIBER VII.

De Jure Publico Statuum Imperii.

Cap. I. de Specialibus Imperii R. G. rebuspublicis, ſive territoriis Statuum & ſuperioritate territoriali in genere.
Cap. II. de origine ſpecialium I. R. G. rerumpublicarum, ſpeciatim ſuperioritatis territorialis Statuum ſecularium.
Cap. III. de origine ſuperioritatis territorialis Statuum eccleſiaſticorum.
Cap. IV. de Juribus ſuperioritatis territorialis circa ſacra.

Cap. V.

Cap. V. de Juribus ſuperioritatis territorialis circa ſecularia, ſpeciatim poteſtate Conſultatoria, Legislatoria & Judiciaria.
Cap. VI. de Juribus ſuperioritatis territorialis in Perſonas.
Cap. VII. de Juribus ſuperioritatis territorialis in res ſeu bona.
Cap. VIII. de Juribus ſuperioritatis territorialis circa Bellum, Pacem, Fœdera & Legationes.
Cap. IX. de Jure ceremoniali Electorum, Principum & Statuum Imperii.
Cap. X. de Juribus Statuum in territorio alieno, ſive ſervitutibus Juris Publici.
Cap. XI. de Conventibus Provincialibus.
Cap. XII. de Senatibus & Judiciis in territoriis.
Cap. XIII. de variis ſpecialium I. R. G. rerumpublicar. figuris, nec non modis acquirendi ſuperioritatem territorialem.
Cap. XIV. de modis amittendi & extinguendi ſuperioritatem territorialem.
Cap. XV. de obligatione dominorum territorialium.
Cap. XVI. de Subjectione territoriali.
Cap. XVII. de Jure Publico Nobilitatis Imper. immediatæ.

LIBER VIII.

De Jure Statuum Imp. privato vel quaſi.

Cap. I. de Jure Statuum privato vel quaſi in genere.

Cap. II. de Jure Connubiorum Illuſtrium.
Cap. III. de Juribus fœminarum Illuſtrium.
Cap. IV. de Juribus liberorum, Patria Poteſtate, adoptionibus & emancipationibus Illuſtrium.
Cap. V. de Tutela Illuſtrium.
Cap. VI. de Rebus Statuum Imp. earumque diviſione.
Cap. VII. de Allodiis Imperii.
Cap. VIII. de Feudis Imperii regalibus.
Cap. IX. de Modis acquirendi vel transferendi res publicas & privatas, aut Jura, Statuum Imperii in genere.
Cap. X. de Alienationibus Imperii.
Cap. XI. de Contractibus, Donationibus & Præſcriptionibus Statuum Imperii.
Cap. XII. de Teſtamentis & Pactis Succeſſoriis Statuum Imp.
Cap. XIII. de Modis acquirendi territoria eccleſiaſtica & Jura connexa.
Cap. XIV. de Succeſſione in Principatus & Comitatus Imp. ab inteſtato.
Cap. XV. de Inveſtitura Feudorum Imperii.
Cap. XVI. de Obligatione Succeſſoris Illuſtris.
Cap. XVII. de Actionibus Judicialibus Illuſtrium.

PROLEGOMENA.

CAP. I.

DE JVRE PVBLICO ET JVRIS PRVDENTIA PVBLICA IN GENERE.

§. I.

JVS PVBLICVM Romano-Germanicum eſt *Syſtema vel doctrina, ſtatum publicum Imperii R. G. atque adeo jura & officia Capitis & Membrorum Imperii, ex legibus Imp. fundamentalibus deducta, ordine ſuo exhibens atque exponens.*

II. JVRISPRVDENTIA vero PVBLICA Rom. Germanica eſt *habitus men-*

§. I. Conſ. Dn. IO. IAC. MOSER *a Filſeck. Præcognita Juris Publ. C. I §. 1. ſeqq.* ubi ampliſſimam *Juris Publici* exhibet deſcriptionem, tantum non omnes Imperii Statusque Publici partes complexam.

II. Differentiam inter *Jus Publicum* & *Jurisprudentiam Publicam* ERICVS MAVRITIVS in Specim. Diſſ. de *Principiis Jur. Publ. Cap. II.* §. 13. ita

tis, Leges Imp. fundamentales recte intelligendi vel interpretandi, atque ad negotia Imp. appli-

ita expoſuit: *Sane ad eum modum, quo a corpore naturali differt, qua id explicat, Scientia, haud ſecus a Jure Publico diverſa eſt, qua id explicat, Scientia: utque iſthac Phyſica, ita hac Jurisprudentia eſt Publica.* Jus Publicum idem §. 16. ita definit: *Jus Publicum Imperii noſtri idem eſt cum legibus, quæ directo & principaliter (vel quod idem eſt) intentione & executione, ad conſervationem & conſtitutionem Reipublicæ Germanicæ ſpectant.* Differentiam a MAVRITIO expoſitam laudat quoque IO. FRID. PFEFFINGER in VITRIAR. *Illuſtr. L. 1. Tit. 1. §. 1. §. 1.* lit. b) Diverſas vero *Jurisprudentiæ* acceptiones G. G. TITIVS in *Specim. Jur. Publ. L. I. C. I. §. 14.* ita explicat: *Sicut omnis, ita in ſpecie Jurisprudentia Publica Germanica tripliciter ſupponi poteſt; 1.) pro Legum publicarum in Germania valentium notitia, 2.) pro habitu eas intelligendi, 3.) pro Legum earum, aut etiam doctrinæ inde concinnatæ, complexu ſeu ſyſtemate.* Verum accurate loquendo, *Jurisprudentia Publica* neque eſt *Doctrina*, neque *Legum complexus* aut *ſyſtema*, licet interdum abuſive ita accipiatur: ſed eſt *habitus intellectus*, conſiſtens in habilitate jura publica tractandi, atque adeo non ſolum Leges Imperii publicas recte interpretandi, ſed etiam ad negotia Imp. publica applicandi. Vnde recte I. R. VITRIARIVS in *Inſt. J. Publ. L. V. Tit. 1.*

applicandi, juraque adeo Capitis & Membrorum inde ita deducendi, ut ſalus Imperii promoveatur.

III. Eſt autem *JVS PVBLICVM* R. G. vel *GENERALE* ſeu *univerſale*, quod vel ad univerſum Imperii corpus, vel ſpeciales Imperii Reſpublicas, ſeu Territoria Statuum, *in genere* ſpectat, atque e Legibus Imp. fundamentalibus cognoſcitur:

Tit. I. §. 1. Juriſprudentiam Publicam definit, *habitum practicum, leges publicas univerſaliter poſitas applicandi ad caſus ſpeciales, in Republica exiſtentes, ut appareat, quid juſtum in iis ſit, quid injuſtum.* Paulo latius Juriſprudentiam Publicam extendit IO. SCHILTERVS in Diſp. de *Natura & Origine Juris Publici Cap. I. §. 3.* ubi ſcribit: *Finis tractationis hujus eſt non ſimpliciter leges de ſtatu publico ſciri facere, quod & Hiſtorici eſſe poterit, ſed imo leges & conſuetudines Imperii noſtri in artem redigendi atque habitum; cumque communicandi cupida hujus ſtudii juventuti, ut ea & leges rite interpretandi & de iis judicandi, earve emendandi; vel novas condendi, item ſecundum eas dijudicandi cauſas & controverſias publicas, ac denique ſecundum easdem, atque a Republ. conſilia dandi* facultatem obtineat; *quibus quippe partibus perfectus & publici & privati Juris Conſultus abſolvitur.*

IV. Vel *SPECIALE* ſeu *Singulare*, quod ad ſingulos Imperii Status, ſeu hujus vel illius *Territorii* ſtatum ac jura, in ſpecie pertinet, atque ex Receſſibus vel conſuetudinibus provincialibus, litteris reverſalibus, pactis Familiarum, teſtamentis, litteris inveſtituræ ac privilegiis Imperatorum, addiſcitur.

V. *Objectum* igitur Juris publici Generalis eſt *STATVS PVBLICVS* tum univerſi Imperii R. G. tum ſpecialium Rerum publ. ſeu provinciarum in genere, ex legibus Imp. metiendus: uterque ſecundum materiam & formam ſuam conſiderari poteſt.

VI. *Materia* Status publici partim *TERRITORIVM* Imp. eiusque *Provincias*, partim *Perſonas*, Imperium conſtituentes, atque in

IV. v. SAM. RACHEL. *Ot. Noviomag. Cap. XIII.* HERM. CONRING. ad IAC. LAMPAD. *L. 2. p. 56.* VL. HVBER. *Auſpic. Domeſt. Orat. III.* CASP. HENR. HORN. *Jur. Publ. Prud. Cap. I.* §. *28.* BRVNNEM. *Jurisprud. Publ. Diſſ. I.* §. *5.* ubi de raritate & difficultate Juris publ. ſpecialiſſimi, ejusque cauſis. Add. Ill Dn. IO. PETR. de LVDEWIG *Singular. Jur. Publ.* Tom. I. ubi itidem cauſas huius difficultatis exponit.

V. v. HERM. CONRING. ad *Lampad. p. 2.* ubi per *Statum publicum* intelligit adminiſtrationem Reip. quæ ſæpe a legibus diverſa eſt. Hunc ſequitur SEV. de MONZAMB. *præf. p. 6.* ſed hic accipitur,

in *CAPVT* & *MEMBRA* diviſas, complectitur.

VII. *Forma* eius generatim intuitu totius Imperii in *NEXV* CAPITIS & MEMBRORVM Imp. intuitu *ſpecialium Rerumq.* Germ. in *NEXV* DOMINORVM Territorialium ac STATVVM vel SVBDITORVM provincialium, ſpeciatim in mutuis harum perſonarum juribus & obligationibus conſiſtit.

VIII. *Jurisprudentiæ* vero Publicæ *Objectum* ſunt partim *LEGES* Imp. fundamentales, ſtatum publicum formantes; partim *negotia publica*, Statum Imperii vel Territoriorum concernentia.

IX. *Principia* Juris publici vel *communia* ſunt, vel *propria* ſeu *domeſtica*.

accipitur, qualis ſecundum leges eſſe debet. conf. IO. FRID. RHETII *Inſt. J. Publ. L. I. T. I.* §. *10. 11. 12.* Quamvis ea quoque, quae ad ſtatum Imp. priori ſenſu acceptum ſpectant, in Jure Publico tradenda eſſe cenſeat Dn. MOSER in *Præcogn. Jur. Publ.* § *11.*

VII. v. Ill. HENR. COCCEJ. *Jur. Publ. Prud. Cap. I.* §. *6. & 9.* RHET. *l. c.* §. *11.*

VIII. v. RHET. l. c. §. *9.* HORN. l. c. §. *19.* TITIVS. l. c. §. *12. 42. ſqq.*

IX. 1. *Principia* varia, ex quibus diverſi ſcriptores cauſas Juris publici definire conati ſunt, eaque in X. Claſſes diſtributa, recenſet Dn. de LVDEWIG l. c. *Cap. II.* nimirum 1) ex *Sacro Codice,*

4) ex

X. Ad hæc partim *OBSERVANTIA IMPERIALIS*, partim *LEGES* Imp. *CONVENTIONESQVE FVNDAMENTALES*, pertinent: Quibus certa ratione quoque *DIPLOMATA* & *ACTA PVBLICA*, quatenus rationes decidendi cauſas publicas, Statum Imperii vel Territorum tangentes, continent, addi poſſunt.

XI.

---

2) ex *jure naturæ*, 3) ex *jure & moribus gentium*, 4) ex *Jure Romano*, 5) ex *jure feudali Longobardico*, 6) ex *Legibus Germanici Imperii publicis*, *Aurea Bulla*, *Receſſibus*, *Tabulis Pacis*, *Capitulationibus*, 7) ex *Speculis Suevico* & *Saxone*, 8) ex *Jure Canonico*, 9) ex *caterva Doctorum* & *Librorum*, denique ex *Hiſtoria Germaniæ veteris*, *Latii*, *Francorum Carolidarum* deprompta, quæ omnia ipſi *falſa* audiunt: *verorum* vero unicam claſſem conſtituit, nempe ex *Hiſtoria* & *Formula Germanici Imperii* uſuque ſeculorum ab a. 912. ad a. 1730. conſtantia. Quæ quouſque admittenda ſint, ex infra dicendis facile erit ad intelligendum. Sane quæ n. 6) de *Legibus Germanici Imperii* aſſerit, nemo cordatiorum Juris Publici Conſultorum admittet. Unde & ad periculoſas Juris publici doctrinas hæc Dn. MOSER in *Præcognitis I. Publ. C. IV.* §. 9. refert.

2. *Hiſtoria Germaniæ* inter Principia Juris Publici vix referenda, niſi quatenus *obſervantiam Imperii* continet.

X. Leges quomodo pro diverſo reſpectu & objectum & principia Juris publici eſſe poſſint, dicendum.

conf.

XI. Ad illa primum *JVS NATVRÆ & GENTIVM*, quod non ſolum in explicandis legibus fundamentalibus Imp. ſed etiam in controverſiis cum exteris, imo inter ipſos Status, ubi leges fundamentales, vel pacta ſpecialia deficiunt, locum invenit:

XII. Deinde *IVS FEVDALE*, *CANONICVM*, *JVSTINIANEVM*, *GERMANICVM*, quatenus hæc ad Statum Imperii vel Territoriorum publicum, Perſonasve publicas, applicari, atque adeo uſum legalem præſtare poſſunt.

XIII. Ab his ſecernenda *Adminicula* Juris publici, qualia ſunt *NOTITIA STATVS* Imp.

conf. RHET. l. c. §. *46. 47. 62.* ubi convenientiam cum *Ratione Status* Rei Germ. ſubſtituit. SCHWEDER. *I. Publ. P. Germ. C. I.* §. *14.* conf. Dn. de LVDEWIG. *ſingular. I. Publ. Præfat. C. I. II. ſeqq.* ubi inſignem uſum apparatumque Diplomatum & Actorum publicorum, in Tabulario Magdeburgenſi repertorum deprædicat.

XII. v. MAVRITII *Spec. Diſſ. de Princ. J. Publ.* RHET. & SCHWEDER. ll. cc. B. STRVV. *Synt. J. Publ. cap. I.* §. *19.* conf. *Lib. 2. Cap. IX.* infra PFEFFINGER. *Vitr. ill. L. I. Tit. II.* §. *1. not. (6.)*

XIII. v. RHET. l. c. §. *63. ſeq.* BRVNNEM. *Jurispr. Diſſ. I.* §. *19. ſqq. III.* B. CHRIST. THOMASIVS *Præf. ad Monzamb. n. 9. ſqq.* vbi de neceſſitate notitiæ Status publici ad intellectum LL. publicarum. PFEFFING. l. c. §. *6.* conf. B. CHRIST. GOTT-

Imp. etiam ſecundum defectus & morbos ſuos, nec non Regnorum & Rerumpubl. exterarum; cum primis *HISTORIA* Imperii *Germanici*, atque *exterarum Gentium*, *ACTA PVBLICA* ac *DIPLOMATA*, *GEOGRAPHIA* Imperii ejusque finium, *GENEALOGIA* Imperatorum & Statuum, *CHRONOLOGIA* cum hiſtoria Imperii conjuncta, *HERALDICA*; itemque *PHILOSOPHIA* rationalis & moralis, cumprimis *POLITICA*: quippe quæ omnia ad Statum publicum Imp. eo rectius pernoſcendum, atque controverſias illuſtres felicius definiendas multum faciunt.

XIV. Scilicet *Controverſiæ*, quæ Imperatori ac Statibus enaſci poſſunt, varii ſunt generis.

XV. Aliæ *Imperatori* & *Imperio* vel *Statibus* cum *exteris* intercedunt; & hæ primum ex Pacificationum aliarumve pactionum publicarum tabulis, dein, ſi hæ deficiant, ex Jure gentium definiendæ ſunt.

XVI. Si vero *exteri* adverſus *Status* Imp. agant, cauſa ſecundum Leges Imp. vel ſi hæ deficiant, itidem ſecundum Jus gentium diſceptanda eſt.

XVII.

GOTTFRIED HOFFMANN (quem inter Auditores meos Lipſiæ quondam numeraſſe honori mihi duco) *gründliche Vorſtellung der eigentl. Beſchaffenheit des deutſchen Staats-Rechts. §. 5. ſeqq.*

XVII. Aliæ inter *Imperatorem* & *Status* oriuntur; quæ non aliunde niſi ex Legibus Imp. fundamentalibus, vel Jure naturæ, cum primis jur. publ. univerſali, definiri poſſunt.

XVIII. Aliæ inter *Status* Imp. *ipſos*; ubi, ſi cauſa fuerit publica, primum quidem ad Pacta ſpecialia reſpiciendum, his deficientibus, eadem, quæ inter Imperatorem & Status, definiendi ratio obtinebit; ſi vero cauſa ſit mere privata, ex jure privato dirimenda erit.

XIX. Aliæ denique inter *Statum* Imp. ceu *Dominum Territorialem* ac *Ordines Provinciales*, *Vaſallos* aut *ſubditos* agitantur: & hæ iterum vel ex pactis ac receſſibus provincialibus, litteris inveſtituræ aut reverſalibus, vel his deficientibus, ex Legibus

XIX. v. B. STRVV. l. c. §. *21. 22. 23.* ibique loca ex PVFEND. *Hiſt.* FRID. WILH. *L. XVIII.* §. *10. 11.* & INSTR. P. RYSW. *art. 8.* adducta. TITIVS l. c. §. *45. ſq.* ubi differentia inter cauſas publicas & privatas evolvitur. STRYKII *Uſus Mod. P. Diſc. prælim.* §. *4.* KESTNER *de Defect. Jur. commun. in Rep Germ. Probl V* conf omnino B. GRIBNERI Diſſ. de *Præiudicio Princip. Imp. ex abuſu Juris Juſtin inprimis Cap. II.* de *Abuſu Jur. Juſt in Jurispr. Princ. privata* & C. III. de *Abuſu LL R. in jure, quo erga ſubditos utuntur.* Dn. LEYSER *Med. ad Pand. Spec. XLI. Med. 5. p. 423.*

Imp. fundamentalibus, vel etiàm ex jure publico univerſali decidendæ venient.

XX. *Modus* controverſias illuſtres definiendi, Juraque Imperatoris & Statuum deducendi, æque ac in jure privato, partim Legum publicarum *interpretatione*, partim earum ad negotia publica *applicatione*, abſolvitur.

XXI. *Interpretatio* Legum publicarum vel *authentica* eſt, vel *doctrinalis:* Illa ſolius eſt Imperatoris & Imperii, in Comitiis exercenda; hæc ad Jure-Conſultos pertinet, ac regulis Logicis Legibusq. Imp. debet eſſe conformis; non tamen obligat, niſi auctoritate publica ſit facta.

XXII. Differt *Jus publicum* a *JVRE PRIVATO*, quod illud de Statu Imp. publico, nexuque inprimis Imperantium & parentium: hoc vero de negotiis privatis ac domeſticis, meum & tuum potiſſimum concernentibus, ſubditorum pariter ac Imperantium, ſed absque reſpectu ad Remp. conſideratorum, agat.

XXIII.

XXI. v. INSTR. P. WESTPH. art. *VIII.* §. 2. RHETZ §. 18. *ſeq.* STRVV. §. 24. Conf. B. CHR. G. HOFMANNI Diſſ. de *Ratione interpretandi Leges Imp. Imp.* R. G. *publicas.*

XXII. v. HVBER. de *Jure Civit. S. I. C. I.* §. 21. TITIVS l. c. §. 42. *ſqq.* de LVDEWIG l. c. Not. ad HORN. *J. Publ. Cap. I.* §. 2. *p.* 114. *ſqq.*

XXXIII. Differt etiam a *NOTITIA IMPERII*, quæ ſtatum Reip. Rom. Germanicæ, qualis vel revera eſt, vel eſſe debet, *hiſtorice*, *geographice* & *politice* conſiderat, atque adeo & Jus publicum tanquam partem complectitur.

XXIV. Differt a *JVRE PVBLICO VNIVERSALI*, quod eſt Pars juris naturæ, ac de juribus officiisque Imperantium ac ſubditorum in genere agit, cum hic iura Imperii R.G. in ſpecie ſpectentur.

XXV. Differt denique tum a *POLITICA* in genere, quæ cum Jure publico univerſali ſæpe male confunditur, tum a *RATIONE STATVS* Imperii in ſpecie; cum utraque, quid expediat, vel omnibus Rebus publicis in genere, vel Imperio in ſpecie; Jus publicum vero, quid publici Juris ſit, reſpiciat.

XXVI.

XXIII. v. BOSIVS *Introd. gener. in Notit. Rerump. Orbis univerſ.* HERT. *Notit. Reip. Singular.* CONRING. *Not. ad Lamp.* p. 2. MONZAMB. de *Statu Imp in præf. p. m. 6.* TITIVS *Not. ad* MONZ. *p. 8* *Auctor Academie d. Wiſſenſchafft T. I. Lib. 11. C. 25.* conf. ſupra §. *13.* ibique alleg.

XXV. v. HIPPOL. a LAPIDE *de Ratione Stat. Imp.* TEXTOR de *Rat. Stat. Imp.* MONZAMB. de *Statu I. Cap. VII.* TITIVS *J. Publ. L. 7. Cap. X.* de LVDEWIG ad HORN. *C. I. §. 23. 25.*

XXVI. An in *Academiis Jus publicum docendum ac diſcendum ſit?* hodie fruſtra quæritur, cum nec ullibi hoc prohibitum ſit, ſed Profeſſores Juris publici paſſim conſtituti, imo utile ac neceſſarium cenſendum, ut fundamenta Juris publici æque ac privati in Academiis jaciantur, ſine quorum ſolida notitia neutrum deinceps in aulis ad uſum transferri poteſt.

XXVII. Etſi vero major in Germania eſt Libertas Jus publicum docendi & ſcriptis exponendi, quam in exteris regionibus: tamen

XXVI. v. LIMN. *J. Publ. L. I. C. 2.* TITIVS §. 34. VITRIAR. *Inſt. J. Publ. Prooem.* §. 18. & PFEFFING. in *Not.* (a) ibique Reſponſum Conſiſtorii Dresd. ad Elect. Sax. d. a. 1630. 14 April. & LIMNAEI, judicium de ſtudioſis Juris Jus publicum negligentibus.

XXVII. Jam dudum, a tempore Pacis Religioſæ conſtitutæ, variis Imperii Legibus cautum, ne libri ederentur, tranquillitati publicæ, & cum primis Paci Religioſæ adverſi. Cumprimis Pace Weſtphalica ſancitum, ab vtriusque religionis Magiſtratibus ſevere & rigoroſe prohibendum, *ne quisquam publice privatimque concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc inprimis* ſive *Declarationem,* ſive *Transactionem, uspiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur.* Qvales

tamen & hic eadem ita limitata eſt, vt ne quid Legibus Imp. adverſum aut in Imperatoris Majeſtatem & Statuum Libertatem injurium doceatur; ſicut &, caute in controverſiis nondum definitis verſandum eſſe, prudentia ſuadet.

XXVIII.

Quales ſanctiones quoque in Capitulationibus Cæſareis ſubſequutis, inprimis etiam *Noviſſima* Capitulatione Auguſtiſſimi Imperatoris CAROLI VII. repetitæ atque firmatæ, omniaque ſcripta ſeditioſa atque in alterutram Religionem, in Imperio ſtabilitam, injuria, ſevere prohibita. Sed & certi *Commiſſarii* a Cæſare dudum ordinati, qui libris, in nundinas Francofurtanas invectis invigilare, ſub cenſuram eosdem vocare, atque pro re nata fiſco addicere debeant: ut tamen in Capitulationibus noviſſimis ſimul cautum ſit, nec Judicio Imp. Aulico, nec Commiſſario librario, indulgendum, ut vel illud in decernendis proceſſibus in hujusmodi cauſis, vel hic in cenſura & confiſcatione librorum, alteri parti præ altera faveat. V. INSTR. P. WEST. *art. V.* §. *17.* *Cap. Caſ.* JOSEPHI, CAROLI VI. & CAROLI VII. *art. 11.* Add. MOSER. *Præcogn. J. G Cap. III.* § *4 - 18.* & *Appendix* ad *Cap.* h. *III. p 167.* & ſeqq. variis *Edicta Cæſarea* & *Acta publica*, huc ſpectantia continens. LIMN. *T. IV. Addit. ad Cap. 2. n. 1.* HVBER. *Auſpic. Domeſt. Orat. 3. p. 131.* BRVNNEM. *Exam. J. Publ. L. I. C. I. qu. 5. & 6.* TIT. §. *39.* HORN. *J. Publ. C. I.* §. *29.*

XXVIII. Nihilo minus tanta Libertas Juris publici Conſultis relinquenda eſt, ut veritatem Legibus fundamentalibus haut adverſam de Cæſaris pariter ac Statuum Juribus libere profiteri liceat.

XXIX. An vero vel *Hiſtorici*, vel *Philoſophi*, *Politici* vel *Jureconſulti* iſtud docere debeant, Imperantis eſt definire; quod ubi non factum, doceat, quisquis eſt idoneus; qua in parte *ICtus*, ſcientia hiſtorica & philoſophica, nec non prudentia civili inſtructus, haud dubie ceteris præferendus eſt.

XXX. Sed nec dubitandum, quin utiliſſimum imo neceſſarium ſit *Juris Publici Studium*, non ſolum *Privatis*, puta, *Juris conſultis*, cum primis illis, qui vel Imperatori & Imperio, vel Principibus & Statibus Imperii miniſteria ſua addicere, & vel ſalutaria conſilia, in regendo Imperio vel Territorio, vel cauſas ipſorum in Judiciis Imp. agere cupiunt; ſed etiam ipſis *Imperantibus*, puta *Imperatori*, nec non *Principibus* & *Statibus Imp.* ut & ipſi jura ſibi in Imperio vel Territorio competentia recte intelligere, & in utriusque generis negotiis, ſibi ipſis conſulere, quidque ſibi expediat, providere, & conſilia ſibi a Miniſtris ſuppeditata dijudicare queant: cum e contrario ex ignorantia

XXVIII. v. TITIUS. l. c. §. 30.
XXIX. v. SCHWEDER *P. Gen. C. II.* §. *15.* TIT. §. 35. VITRIAR. l. c. §. *16.* ibique PFEFFING.

rantia Juris Publici qua vel Imperantes vel Privati, laborant, maxima ſæpe in Rem Imperii, vel Territorii, publicam incommoda ac damna redundent.

XXXI. *Studium* Juris publici *theoria* & *praxi*, ſeu *meditatione* & *uſu*, abſolvitur.

XXXII. *Illam* adjuvat partim *Inſtitutio* fidelis & cordati Doctoris, genuina Juris publici fundamenta viva voce tradentis.

XXXIII. Partim *Lectio* non ſolum Compendiorum & Syſtematum aliorumque Scriptorum Juris publici, ſed etiam ipſarum Legum publicarum, Hiſtoriæ Germanicæ, atque librorum adminicula ſuppeditantium.

XXXIV. *Hæc* vero in commercio cum viris pragmaticis & negotiorum publicorum tractatione conſiſtit.

Cap. II.

XXXI. v. MOSER *Præcogn. J. Publ. Cap. II.* ex inſtituto hoc argumentum edisserentem.

XXXIII. SULPICII ſive KULPISII Diſſ. *de ſtudio Jurispubl. recte inſtituendo* & de *Scriptoribus eo pertinentibus.* TITIUS l. c. §. 81. ubi Scriptores Juris publ. in *Præparatorios*, *Adjuvantes* & *Principales*, & hi iterum in *Syſtematicos*, *Singulares* & *Subſidiarios* diſtinguuntur.

XXXIV. RHETZ. l. c. §. 4. 8. TIT. l. c. §. 19.

CAP. II.
DE
ORIGINE ET PROGRESSV JVRIS PVBLICI ET VARIIS EIVS SCRIPTORIBVS.

§. I.

O*rtum* eſt Jus publicum, ſimul ac Germania in aliquam Reipublicæ formam coaluit: ſed ab initio *moribus* potius, quam *legibus*, conſtitit.

II. Deinceps *varie* pro *variato* Reip. Germanicæ Statu, cum primis combinato Imperio Romano Italiæque cum Germaniæ Regno, proque arbitrio & potentia Imperatorum ac Statuum, inprimis Epiſcoporum, Jus publicum quoque mutatum eſt.

III Equidem non deſunt jam *CAROLINGORVM* atque *SAXONVM* temporibus *Conſtitutiones* nonnullæ vel *Pactiones* de primævo Reip. Germ ſtatu, eiusque mutationibus, quæ *primordia* quædam *Legum publicarum Imperii Rom. Germ.* exhibent.

IV. Talis eſt *Lex Regia Imperii Francorum*, qua jus omne & poteſtas in Romam, *CARO-*

§. I. v. SCHILTER. Inſt. J. Publ. L. I. Tit. II. §. 2.
III. v. SCHILTER l. c. §. 7
IV. (a) Hoc SCtum a THEODORICO de NIEM *Epiſc. Verd. & Camerac.* ac *Protonotario Apoſt.* ex

CAROLO M. ſub *Patriciatus* itemque *Regis Romanorum* titulo, a Papa S. P. Q. R. A. 774. collata fuit, (a) A. C. 800. eidem, tanquam *Imperatori Auguſto*, ſolennitate veteri firmata, itemque *Tranſactio* inter *CAROLVM M.* & *NICEPHORVM* Imp. orientalem an. 810. inita. (b).

V. Talis etiam eſt celebris iſta Pax Confluentana, in Caſtello S. Caſtoris prope confluentes ad Rhenum an. 860. a tribus LVDOVICI P. filiis inita, quæ & *Diviſionem Imperii Carolini*, & perpetuum *fœdus* inter Imperatorem ac utriusque Franciæ Reges, & Legem fundamentalem Regni Germanici primamve *Capitulationem* inter Regem & Ordines continet, quam deinceps & *Lotharingici Regni Diviſio* inter LVDOVICVM & CAROLVM an. 870. ſequuta eſt.

B VI.

ex Protocollo curiæ Rom. extractum & Scholiis illuſtratum, extat ap. GOLDASTVM in *Conſtit. Imp.* & SCHILTER. *J Publ. T. II. Tit. I.* cum Commentario ipſius. conf. *Tit. II.* p. 17. & *Tom. I. L. I. Tit. II.* § *3. 4.* & ejusdem Diſſ. de *Nat. & Orig. Iur. Publ.* §. *8.*

(b) Quam exhibet GOLDAST. T. I. p. 144. & SCHILTER. Tom. II. J. Publ. Tit. 3. p. 19.

V. v. st. BALVZ *Tom. II. Capitul. p 39 42. 46 138. 222.* SCHILTER *Tom. I. L. I. Tit. II. §. 5. p. 12. 13. T. II. Tit. VI. p. 45. ſeq.* ad p. 75.

VI. Sub *Saxonicis* Impp. præter *Pacem* & tranſactionem HENRICI I. & CAROLI ſimplicis de *Lotharingia* Germaniæ relinquenda (a) inprimis memorari meretur *Lex Regia* OTTONI M. Imp. an. 964. in Concilio Generali Romæ a *Leone VIII.* P. R. in Lateranenſi celebrato, renovata, (b) juxta cum *Reſignatione* Bonorum Imperii a Papa R. poſſeſſorum, (c) nec non Diplomate ab OTTONE *Johanni XII.* de bonis Epiſcopatus jam antea dato. (d)

VII. Memorabilis quoque eſt OTTONIS III. *Conſtitutio* de Jure ac poteſtate Imperii, de donatione Conſtantini & Caroli Calvi, de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Rom.

VI. (a) Cujus inſtrumentum a St. BALVZIO *T. II. Capit.* p. 299. & SCHILTERO *I. P. T. II. Tit. 9. p. 75.* exhibetur.

(b) & (c) Vtrumque Documentum *Theod.* a NIEM ex vetuſtiſſimo Codice MSto Florentino, deſcriptum conſervavit, a SCHARDIO in *Syntagm. de Imperiali Jurisd. ac pot. Eccleſ.* p. 249. ſeq. an. 1568. & a GOLDASTO *T. I. Conſt. Imp.* an. 1607. & 1613 editum, ac adverſ. Baronium in Rationali p. 29. 36. defenſum. conf. SCHILTER *I. P. T. I. L. I. T. II. §. 7.* & *T. II. Tit. 10. p. 80. ſeq.* & *T. II. p. 91. ſeq.*

(d) Quod Romæ in Caſtello S. Angeli aſſervatur a BARONIO & GOLDASTO evulgatum.

VII. v. SCHILTER *T. I. L. I. T. II. §. 8. 9.* & *T. II. Tit. 12. p. 99. ſeq.*

Rom. ad ſui ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debeant, HENRICI 5. *Conſtitutione* confirmata.

VIII. Nihilominus maxima adhuc *incertitudine* laboravit jus publicum, tum propter Legum fundamentalium defectum, tum propter varias ſtatus publici mutationes: unde novæ ſubinde mutationes enatæ.

IX. Hinc factum, ut & *PONTIFEX CAESARIS* jura invadere, atque in Imperium ſibi poteſtatem arrogare non erubeſceret, & STATUS etiam rerum ſuarum ſatagentes, cum Cæſareæ poteſtatis imminutione ſuam augere conarentur; CAESARES vero, ſuæ Majeſtatis memores contra utroſque niterentur: unde confuſiſſimus rerum ſtatus exortus.

X. Hinc nova *Lege ſcripta* Jus publicum locupletatum, quæ ſub titulo: *Concordatum Nationis Germ. antiquiſſimum, circa Electiones & Inveſtituras Epiſcoporum & Abbatum inter Imperatorem* HENRICUM V. *& Papam* *CALISTUM*, *factum Wormatiæ in conventu Imp. a.* 1122. *præſente Legato ſedis Rom. Lamberto Card. Epiſc. Oſtienſi, cum aliis duobus Cardinalibus,* extat.

XI. Acceſſere & alia quædam Juris publici monumenta, ut CONRADI III. *Re-*

X. Quod a BARONIO ex autographo Archivi Rom. ac deinde a LEIBNITIO in *Cod. I. G Dipl P. I.* editum, indeque a SCHILTERO *Tom. II. T. 13. J. Publ. p. 102.* inſertum.

ſcriptum ad *Joannem Comnenum* Imp. Conſtantinop. porro FRIDERICI II. Conſtitutio de *Juribus Principum Eccleſ:* nec non Conſtitutio de *Juribus Statuum*, itemque *Fœdus Electorale Rhenſenſe* d. a. 1338. (a) nec non celebris iſte *Receſſus Imp. Francofurtenſis* d. a. 1344. (b) atque alter d. a. 1347.

XII. Iſta Pontificum Rom. tyrannis variis etiam ſcriptis Juris publici anſam dedit, viroſque cordatos excitavit, qui Imperatoris & Imperii jura adverſus Papæ ac Italorum depravationes maſcule defenderent; qua in parte diverſa GVELPHORVM & GIBELLINORVM ſtudia cernere licuit.

XIII. Inter Scriptores hujus generis, ab HENRICI III. inprimis temporibus, PETRVS DAMIANI, (a) GOTTFRIDVS, Abbas *Vindocinenſis*, (b) HVGO *Floriacenſis*, (c) S. BERNHARDVS, (d) *Petrus* ABAILARDVS, (e)

XI. (a) V. SCHILTER *I. P. Tom. I. L. I. Tit.* 11. §. 11. & *Tom. II. Tit.* 14. 15. 16. 17.

(b) ap. GOLDAST. *T* 2.

XII V. GOLDASTI *Monarchia S. R. Imp. Tom. I. & II.* PFEFFINGER *Vitriar. Illuſtr. Proœm.* §. 16. *lit.* (*e*)

XIII. (a) Epiſc. Oſtienſ. in Libello de *Correctione Epiſcopi & Papæ*, itemque de *contemtu ſeculi.*

(b) Qui pro jure veſtituræ Papæ competente ſcripſit.

(c) Lib. de *Regia poteſtate & ſacerdotali dignitate*, ap. BALVZ. *L. IV. Miſcell. p.* 9.

(d) Lib. IV. de *Conſideratione ad Eugenium Papam*,

(e) ARNOLDUS *Brixienſis*, (f) *Guil.* OCCAM, *Lupoldus* de BEBENBURG (g) aliique innotuere.

XIV. Sed, qui pro Cæſare pugnabant, GIBELLINI, (a) argumenta ex Codice Juſtinianeo potius, quam Hiſtoriæ Germ. ac Juris publici univerſalis fontibus hauriebant: contra GUELPHI verum juris publici conceptum confundere atque obſcurare ſtudebant.

XV. Atque hæc adeo *prima* Juris publici ætas cenſenda eſt, quæ ad LUDOVICI Bavari, vel ſi mavis, CAROLI IV., tempora duravit, atque tenuiſſima hujus juris *initia* complectitur.

XVI. Secundam CAROLI IV. Imp. *Aurea Bulla* inchoat, qua certius quidem Jus publicum, quod ad nonnulla capita, red-

 ditum,

pam, in qua, Papam non Petri, ſed Conſtantini ſucceſſorem ſe gerere, contra Chriſti & Apoſtolorum interdictum, arguit.

(e) & (f) de quibus NATALIS ALEXANDER V. 3. Sel. Hiſt. Eccl.

(g) De *Zelo chriſtiana relig. veterum Principum Chriſt.* it. De *Iuribus Regni & Imperii Rom.* cum not. FREHERI.

XIV. (a) Quod vel ex populi voce, FRIDERICO I. in Campis Roncaliis, meris fere Juris Juſtinianei floſculis, acclamante. v. g. *Tua voluntas jus eſto, ſicuti dicitur: Quod Principi placuit, Legis habet vigorem* &c. apparet. v. RADEVIC de *Geſt. Frid. I. Lib. II. C. 4.*

Digitized by Google

ditum, ſed tamen non exigua adhuc imperfectione laboravit, paucosque Scriptores, ad *Seculi* XVI. ſive *Reformationis* tempora, invenit.

XVII. Et quamvis MARSILIVS PATAVINVS, *Theodoricus* a NIEM, *Nicolaus* CVSANVS, *Petrus* de ANDLO aliique in hoc genere aliquid tentarint: tamen & hi non niſi Imperatorum cum Papis natas controverſias reſpexerunt, parumque ad rei ſummam contulerunt.

XVIII. *Tertia* periodus, quæ Seculum XVI. perduravit ad GOLDASTVM, vel, ſi mavis, LEHMANNVM usque, feliciora jam fata Juri publico ominata eſt: dum non ſolum per *Capitulationes* Cæſareas, aliasque Leges publicas, cumprimis *Pacem Religioſam*, Cæſaris ac Ordinum jura certius definire cœpit, ſed & varia egregiaque ei ſubſidia ſubminiſtravit.

XIX. Scilicet *Receſſus* Imp. nunc primum collecti, *Scriptores* rerum Germanicarum,

XVII. v. SCHARDII *Sylloge tractatuum de Imperiali Iurisdict. & Praeminentia ac poteſtate Eccleſiaſt.* ubi iſti recenſiti.

XIX. Qua in parte *Petri* DRACHEN, *Ioh.* SLEIDANI, *Sim.* SCHARDII, *Chriſt.* VRSTISII, *Iuſti* REVBERI, AVENTINI, PITHOEI, HENNINGII, Fr. IRENICI, REVSNERI, BEATI RHENANI, *Wolfg.* LAZII, *Henr.* CANVSII &c. opera commendanda.

carum, Diplomata item, aliaque monumenta publica ex Archivis & Cœnobiis in lucem protracta: non exiguo ſane Juris publici commodo.

XX. *Novam* eamque *quartam* Juris publici periodum *Melchior* GOLDASTVS & *Chriſtoph.* LEHMANNVS ſub auſpiciis Seculi XVII. exordiuntur, ad CONRINGII & MONZAMBANI vsque tempora perducendam.

XXI. *Ille* enim, collectis magnis *Conſtitutionum Imperialium, Actorum publicorum* ac Diplomatum, Latino vernaculoque ſermone extantium, voluminibus, aliisque Tractatibus Politicis in lucem editis, egregiam rebus Germaniæ illuſtrandis materiam ſuppeditavit.

XXII. *Hic* vero, emiſſo *Chronico* ſuo *Spirenſi*, reipſa ad univerſam Germaniam ſpectante, in perquirendis ex *Hiſtoria Media* genuinis Juris publici fontibus viam præivit.

XXIII. Equidem in *Academiis* vsque adhuc neglectum atque inexcultum jacebat nobiliſſimum Juris publici ſtudium; ſicuti nec primæva Academiarum inſtitutio Juris publici Profeſſores admiſerat: quin uti non niſi Jus Civile & Canonicum ibi perſona-

 bat,

XXI. v. CONRING. Dedic. ad Com. de *Windiſchgrætz* Exercit. de *Republ. Imp. Germ.* præf. STRVV. *Biblioth. Iur. Cap. XI* §. 3.

bat, ita nec niſi vtriusque huius Juris Doctores creabantur.

XXIV. Unicus in Academia Vitembergenſi circa initia *Seculi XVI.* extitit Doctor, nempe *Præſes Jureconſultorum Ordinis*, HENNINGIVS GODEN, qui, cum antea de nonnullis, electionem Cæſaris concernentibus, capitibus conſultus eſſet, dein ex Diæta Francofurtana, in qua CAROLVS V. Cæſar electus & inauguratus erat, redux, primus *Juris Publici* indixit *Scholas*, usque eo in academicis cathedris inauditas, easque in programmate barbara grandiloquentia indicavit.

XXV.

XXIV. Capita, de quibus interrogatus fuit, hæc erant: 1. *Ob eben der künftige Kayſer ein Deutſcher ſeyn müſſe? 2. Ob ein Churfürſt vor ſeiner Mündigkeit bey der Kayſerwahl zuzulaſſen? Ob* Carolus V. *vor einen Deutſchen zuhalten?* ad quæ mirum in modum reſpondit. Verba Programmatis erant: *Sum lecturus Wittenbergæ Scholaribus meis Practicam* (*einen Staats*-Proceſs) *& modum eligendi Romanorum Regem, quemadmodum vidi & legi. Ut Scholares Wittenbergenſes aliqua audiant de curſibus mundi* (*von Lauff der Welt*) *vale.*
v. Dn. de LVDEWIG *Vorrede zu dem 2ten* Tomo *ſeiner Erleuterung der Güldnen Bulle* p. 20. & *Singular. I. Publ.* ad HORN. *Cap. I. §. 29.*

XXV. *Cauſſæ* neglectus variæ ab aliis
feruntur, quæ fere omnes in fatalem quan-
m *barbariem* deſinunt; forte non ultima
tio ſtatus fuit, imprimis *Pontificis*, cujus
e non erat, Jura Imperatoris & Imperii
clariore luce poni.

XXVI. Jam vero & *Religionis diſſidia*,
creſcente vel Cæſaris vel Ordinum po-
tia, *mutuæ* de cujusque juribus ac pote-
e *contentiones* fecerunt, ut curatius in
Cæſaris & Ordinum inquireretur, atque
ſolum plurima Juris publici capita,
ue adhuc incerta & ambigua, LL. ſcri-
e cumprimis *Pace Weſtphalica*, defini-
ur, ſed etiam *Jus publicum* ſenſim, ipſis
edentibus aulis, in *Academias* intro-
eretur.

XXVII. Hinc poſt *Seculi XVII.* inpri-
initia extiterunt, qui ſyſtematica magis
modo de Statu publico Germ. ejusque
tibus commentarentur, atque diſputa-
ibus Academicis Jus publicum illu-
rent.

B 5 XVIII.

V. v. RHETZ. *L. I. C. I. §. 95 97.* VITRIAR. *Inſt. I. Publ. Proœm. §. 16.* SCHWEDER. *C. I. §. 8.* THOMAS. præf a MONZ. Cauſam tot *librorum juris publici*, poſtea editorum, Dn. de LVDEWIG l c. §. 17. itidem, colliſionem illam Cæſarum & Ordinum Germanici Imperii eſſe, enſet.

XXVIII. Id modo dolendum, quod plerique adhuc ex impuris & peregrinis Juris Juſtinianei ac Philoſophiæ Ariſtotelicæ potius, quam genuinis ac domeſticis Hiſtoriæ patriæ fontibus a LEHMANNO monſtratis, ſaniorisque Philoſophiæ civilis principiis, iſtud haurire voluerint.

XXIX. Primi fuerunt DOMINICVS ARVMAEVS, Nobilis Friſius, *Jurisconſultorum* Jenenſium *Præſes Ordinarius*, qui primis fere *Seculi XVI.* annis, in *Academia Jenenſi*, Jus Publicum docendo & diſputando proponere, atque in ſcriptis explicare cœpit (a). Cujus veſtigiis inſtiterunt DANIEL OTTO (b) Fac. Philoſ. Adjunct. in ead. Acad. Jenenſi, *Jo.* LIMNAEVS Jenenſis, poſtea Conſil. *Onolsbac.* (c) *Georg.* BRAVTLACHIVS, (d) diſcipuli ejus.

XXX.

XXVIII. v. RHETZ *J. Publ. L. I. C. I. §. 96.* & Dn. GRIEBNER. Diſſ. de *præjudicio Princ. Imp. ex abuſu Iur. Iuſtin. Cap. I. §. 4. not.* (b) & (c).

XXIX. (a) Edidit *Diſcurſus Academicos de Jure Publico Imperii*, ſive Diſſertationes de variis Juris Publici materiis, in cathedra Academica ſeorſim antea publicæ disquiſitioni ſubjectas, deinceps vero A. 1616. 1620. 1621. A. 1623. in Voluminibus collectas, atque tantum non omnes Juris Publici materias, ordine ſuo diſpoſitas, per modum Syſtematis, exhibentes; quas poſtea quoque *Diſcurſus ejusdem ad Auream Bullam*, nec non Tract.

XXX. Idem circa eadem fere tempora, in Academia Baſileenſi *Gerlach* BUXTORFIUS, (a) in Academia Argentoratenſi *Joach.* CLUTENIUS, (b) in Academia Tubingenſi *Mart.*

Tract. de *Comitiis*, exceperunt.

(b) Cujus *Diſſertatio* Inauguralis de *Jure Publ.* Imp. Romani, methodice conſcripta, Jenæ, non ſolum inter *Diſcurſus Arumæi*, ſed etiam ſeparatim A. 1616. 8. cum primum veluti *Juris Publici Compendium* continere videretur, poſtea denuo cum *Notis* & *Animadverſionibus* JO. LIMNAEI, itemque *Jo. Henr.* BOECLERI, prodiit.

(c) Cujus de *Jure Publico Imperii Romano-Germanici* opera in *Tres Tomos*, quorum fundamenta jam in Academia Jenenſi jacta fuerant, diſtributa, atque mox duobus *Additionum* Tomis, qui IVtum & Vtum efficiunt, ab ipſo Auctore aucta, quibus dein *Ahasverus* FRITSCHIUS novum *Additionum* Tomum adjunxit, primum A. 1618. ac repetita deinceps aliquoties prælectione, poſtremo cura JO. SCHILTERI, cum hujus *additionibus*, A. 1650. & 1670. Argentorati prodierunt.

(d) Cujus *Epitome Jurisprudentiæ Publicæ univerſæ* primum Jenæ circa a. 1611. conſcripta, deinde aliquoties in 12. & 8. additionibus etiam aucta prodiit.

XXX. (a) Ubi Diſputatio Inaug. ſub titulo: *Concluſiones ad XVII. priora Capita A. B.* A. 1612. edita.

(b) Cujus *Sylloge rerum quotidianarum*, pro conſequendis ſummis in jure honoribus & privilegiis

Mart. RVMELINVS, (c) in Academia Rinthelenſi *Henr. Chriſtophorus* a GRIESSHEIM, (d) Nobilis Thuringus tentarunt: Quos deinceps alii complures, tum Profeſſores, tum Principum Conſiliarii, ſequuti ſunt.

XXXI. Extra Academiam, inter primos Juris Publici cultores referri meretur *Tobias* PAVRMEISTERVS, Conſil. Saxon. & Epiſcopatus Halberſtadienſis Cancellarius (a).

XXXII. At major gloria debetur *Herm.* CONRINGIO (a) & *Severino* de MONZAMBANO (b), ſive *Sam.* PVFENDORFFIO: quippe

privilegiis doctoralibus A. 1614. Auguſtæ Rauracorum publicæ cenſuræ expoſita eſt.

(c) Qui indem *Diſſertationes Academicas ad A. B.* A. 1619. edidit.

(d) Cujus *Jurisprudentia Publica Romano-Germanica brevis delineatio, ſex Diſputationibus comprehenſa,* Roſtochii 1620. prodiit. Quam *Diſcurſus hiſtorico-politici ad A. B.* A. 1621. ſequuti ſunt.

XXXI. (a) Qui de *Jurisdictione Imperii Romani* libros primum duos Francofurti ad Mœn. 1616. in 4to edidit.

XXXII. (a) Qui in variis ſcriptis, præſertim opere de *Finibus Imperii*, Tract. de *Germanorum Imperio Romano*, & *Exercitationibus de Republica Imperii Germanici*, de præcipuis Juris publici materiis commentatus eſt.

(b) Cujus de *Statu Imperii Germanici ad Lalium fratrem* liber primum Genevæ A. 1667. 12. ac deinde repeti-

quippe qui genuinis hiſtoriæ Germanicæ & exactioris Philoſophiæ civilis Jurisque naturalis ſubſidiis inſtructi, limatiora Juris publici ſcripta nobis dederunt; unde ab his quinta eaque noviſſima Juris publici periodus repetenda eſt.

XXXIII. Horum veſtigiis deinceps alii inſiſtentes feliciori indies ſucceſſu Jus publicum coluerunt, ac magis magisque perfecerunt, variisque illud vel Syſtematibus, vel Compendiis, vel aliis Tractatibus ac Diſſertationibus particularibus, vel etiam Commentariis in LL. publicas, locupletarunt.

XXXIV. Cauſa feliciorum progreſſuum, quos a Seculi XVII. initiis Jus publicum fecit, inter alia egregiis ſubſidiis tam philoſophicis quam hiſtoricis, quibus hæc ætas a viris doctis

repetitis prælectionibus aliquoties 8. ac tandem curante *Jac. Paul.* GUNDLINGIO, ſub vero Auctoris, *Samuelis* PUFENDORFFII, nomine, prodiit. Quem librum varii mox Scriptores, in Notis, Exercitationibus, Commentariis, vel ſtrictis calamis ſub examen revocare, vel benignius interpretari atque illuſtrare conati ſunt: veluti *Mart.* SCHOOKIUS, *Pacificus* a LAPIDE, ſive *Phil. Andr.* OLDENBURGER, *Jo. Lud.* PRASCHIUS, *Car.* SCHARSCHMIDIUS, *Ulr.* OBRECHTUS, *Jo. Georg.* KULPISIUS, *Chriſt.* THOMASIUS, denique *Gottl. Gerb.* TITIUS, qui cum ſelectis variorum notis, Lipſiæ A. 1708. eundem edidit.

doctis inſtructior reddita eſt, adſcribenda veniet.

XXXV. Inprimis *HISTORIA GERMANICA*, tam univerſalis totius Imperii, (a) quam particularis Procerum Imperii, (b) ulterius

XXXV. (a) De qua CLVVERIVS, HACHENBERGIVS, VORBVRGIVS, THVANVS, SCHATENIVS, BOECLERVS, JOBVS LVDOLPHI, SCHVRTZFLEISCHIVS, FRANCKENSTEINIVS, LVDWIGIVS, GVNDLINGIVS, STRVVIVS, SPENERVS, aliique præclare meriti ſunt.

(b) Quo ſpectant BROWERI, TOLNERI, PVFENDORFFII, SCHATENII, FVRSTENBERGII, OBRECHTI, MVLLERI, SPENERI, LVDEWIGII, aliique, quos hic in Germ. Princ. recenſet. conf. H. D. MEIBOMII Orat. de *Genuinis Hiſt. Germ. fontibus. p. m. 66.* ubi prolixe & accurate de hujusmodi Scriptoribus agit.

(c) Quales DVCHENII, PISTORII, FREHERI, REINECCII, GOLDASTI, GEWOLDI, MEIBOMIORVM, LAMBECII, PAVLLINI, SCHILTERI, LEIBNITZII aliorumque cura editi.

(d) Cujus generis ſunt HORTLEDERI & LONDORPII Acta publ. *Diarium Europæum*, *Theatrum Europæum*, MVLLERI *Reichstags-Staat*, THVCELII *Electa Juris Publ* & *Acta publ Sec. XVIII.* LVNIGII *Sylloge Negotiorum publ.* & cum primis *Archivum Imp cum Spicilegio Eccleſiaſtico & Seculari*, Anonymi *Monatlicher Staats-Spiegel*,

ulterius nunc variis *Scriptorum* Germanicorum, (c) *Actorum* publicorum, (d) *Diplomatum*, (e) *Legum* Germanicarum, (f) Collectionibus, itemque medii ævi *Gloſſariis*, (g) nec non *Genealogicis*, (h) *Geographicis* (i) & *Chronologicis*, (k) adminiculis adjuta, ac magis magisque exculta, inſignem Juri publico lucem fœnerata eſt. (l)

XXXVI.

Spiegel, Fabri *Staats-Cantzley*, *Electa juris publ.* aliaque, quæ magno numero hodie prodeunt.

(e) Qualia præter GOLDASTUM, VADIANUS, ZYLLESIUS, PISTORIUS, HUNDIUS, GEWOLDUS, MIRAEUS, PAPEBROCHIUS, CHERUBINUS, BARONIUS, BZOVIUS, RAYNALDUS, BALUZIUS, LEUBERUS, MULLERUS, MADERUS, SAGITTARIUS, SCHATENIUS, BRACHELIUS, VALCKENERIUS, GASTELIUS, SCHILTERUS, DATTIUS, LEIBNITZIUS, PFEFFINGERUS, & Perilluſtris FRANCKENBERGIUS, aliique vel ex inſtituto collegerunt, vel ſcriptis ſuis inſeruerunt.

(f) Quo ſpectant; BALUZII *Capitularia Franc.* LINDENBROGII *Codex Legg. antiqu.* *Speculi Sax.* & *Suev.* Compilationes, Nova *Receſſuum Imp.* *Collectio* ab OSTERMANNO facta.

(g) Qualia LINDENBROGIUS, WENDELINUS, *Carolus* du FRESNE, WEHNERUS, BESOLDUS, SPEIDELIUS nobis dederunt.

(h) Quo faciunt RITTERSHUSII, LOHMEIERI, IMHOFII, HUBNERI, aliorumque labores.

(i) Quo

XXXVI. Deinde & exactior *JVRIS NATVRAE & GENTIVM HISTORIA GERMANICA* cumprimis juris publ. univerſalis, Philoſophia, GROTII, PVFENDORFFII, THOMASII, TITII, aliorumque indefeſſo ſtudio ad ἀκμὴν fere deducta, fecit, ut genuina Juris publ. fundamenta accuratius tradi, & a variis communibus erroribus purgari potuerint.

XXXVII. Nihilo tamen minus ita perfectum ac omnibus numeris abſolutum Jus publicum hodie nondum cenſendum eſt, vt, nullis amplius nævis laboret: quippe quos in Scriptoribus Juris publici paſſim obſervare licet, vt de legibus ipſis nihil dicam.

XXXVIII. *Nævi* hujusmodi vel a Judicii vel neceſſariorum ſubſidiorum, cumprimis hiſtoriæ Germanicæ & Juris publici univerſalis,

(i) Quo pertinent CELLARII *Geographia antiqua*, JVNCKERI *Geographia, medii avi*, KOEHLERI *Anleitung zur Alten und Mittlern Geographie*. MERIANI & ZEILLERI *Topographia*, aliaque opera.

(k) Qualia ſunt BVCHOLCERI *Index Chronolog.* SCHRADERI *Tabulæ chronol.* AGVLICHIO illuſtratæ, Chronologie *des allgemeinen Staats*-Archivs &c.

(l) Conf. H. D. MEIBOMII *Orat.* de *Genuinis Historiæ Germ. fontibus. Jo. Georgii* ECCKARDI *Introductio ad Hiſt. Germ.*

XXXVIII. v. TITIVS *J. Publ. L. I. C. I. §. 37.*

ſalis, vel etiam experientiæ defectu, vel a nimio Juris Romani amore, vel etiam partium ſtudio oriuntur.

XXXIX. Hinc magna Scriptorum Juris publici eſt differentia. Siquidem alii ex jure *Juſtinianeo* iſtud deducunt: ad quam claſſem veteres fere omnes, atque adeo præter ARUMAEUM, PAURMEISTERUM, OTTONEM, LIMNAEUM, imprimis SCHUTZIUS, BRAUTLACHTIUS, LAMPADIUS, BESOLDUS, SPRENGERUS, MYLERUS AB EHRENBACH, aliique referendi; quorum nonnulli inſuper ad Politicæ Ariſtotelicæ normam Jus publicum exigere conati ſunt.

XL. Alii partium ſtudio ducti, vel CAESARI nimium tribuunt, uti REINKINGIUS, MULZIUS, STAMLERUS, aliique; vel STATUUM jura nimis extollunt, uti HIPPOLITHUS a LAPIDE, RELFENDSO & alii; vel denique RELIGIONI, quam profitentur, inſerviunt, uti BECKERUS, HERMES, MUNCHMEIERUS, aliique religioni Pontificiæ addicti.

XLI. Alii vero rectius ſapientes ex Juris naturæ & gentium principiis, Hiſtoriæ Germ. fontibus, Legibus Imperii fundamentalibus, Actis publicis ac Diplomatibus, Jus Publicum derivarunt.

XLII. Quo nomine CONRINGIUS, MONZAMBANO, S. PUFENDORFFIUS, BOECLERUS, STRAUCHIUS, RHETIUS,

SCHILTERVS, VITRIARIVS, COCCEIVS, SCHWEDERVS, KVLPISIVS, HERTIVS, THOMASIVS, TITIVS, HORNIVS, LVDEWIGIVS, WERLHOFFIVS, PFEFFINGERVS, STRVVIVS, BRVNNEMANNVS, SPENERVS, MASCOVIVS, HOFFMANNVS, MOSERVS, & qui primum nominandus erat Perilluſtris AVCOR *des Europæiſchen Herolds*, *Friederich Leutholfs von* FRANCKENBERG, ſive B. *Bernhardus* de ZECH, præ cæteris laudandi.

XLIII. Et quamvis nonnulli horum ſuis etiam nævis laborent, dum vel non prorſus a ſuperfluis Legum civilium allegatis abſtinent, vel ad methodum inſtitutionum Juſtinianearum Jus publicum accommodare volunt, vel peculiaribus ſuis hypotheſibus nimium indulgent; tamen hi nævi, propter alia præclara de Jure publico merita, facile iis condonandi ſunt.

XLIV. *Notitia Auctorum* Juris publici acquiritur vel ex ore cordatorum Doctorum, vel ex Lectione eorum propria, vel ex Auctoribus, qui de Studio Juris publici recte inſtituendo ex inſtituto egerunt, atque adeo Bibliothecas vel Catalogos Scriptorum eodem pertinentium una cum judicio de iis exhibuerunt.

XLV. In judicio vero de huiusmodi Scriptoribus recte formando partim ad methodum, an eadem apta vel inepta, confuſa & præpoſtera aut naturalis; partim ad materiam,

riam, conveniens & ſufficiens, an aliena aut manca & mutila ſit; partim ad deciſionem, an ex genuinis principiis petita, atque cum judicio facta; partim ad proponendi modum, facilem vel difficilem, perſpicuum aut obſcurum, gratum aut ingratum, reſpiciendum.

XLVI. Ceterum de *Scriptoribus* Juris publici, *Actorumque Publicorum* ac *Diplomatum* Collectoribus, ex inſtituto egerunt BOECLERUS (a), VITRIARIUS (b), KULPISIUS (c), RACHELIUS (d), BILDERBECKIUS (e), STRUVIUS (f), HOFFMANNUS (g), MOSERUS (h).

XLV. V. TITIUS *J. Publ. L. I. C. I. §. 83. ſqq.*

XLVI. (a) *Notit. Imp. L. I. C. IV.*

(b) ad finem *Inſtitut. J. Publ.*

(c) in Diſſ. de *ſtudio Juris Publ.*

(d) in *Otio Noviomag.*

(e) in *Biblioth. Juris Publ. Statui Imp. præmiſſa.*

(f) in *Biblioth. Juris. Cap. XI.*

(g) in *Bibliotheca Juris Publici.*

(h) in *Præcognitis Juris Publici, Unpartheyiſchen Urtheln von Juriſtiſch- und Hiſtoriſchen Büchern,* & *Bibliotheca Juris Publici.*

LIB. I.

DE

IMPERIO ROMANO - GERMANICO IN VNIVERSVM.

CAP. I.

DE

ORIGINE IMPERII ROMANO-GERMANICI ET VARIIS EIVS MVTATIONIBVS.

SECTIO I.

DE

STATV IMPERII ROMANI ET REGNI ITALICI AB ORIGINE VSQVE AD CAROLVM M.

§. I.

ROMA primum regibus paruit: poſt ſumma rerum inter Senatum Populumque aliquandiu fluctuavit: tandem, poſt varios motus in abſolutam Imperii Monarchici formam redacta fuit.

II. Fun-

§. I. v. LIVIVS & FLORVS, aliique Scriptores Rom. paſſim. Add. VERTOT *Hiſtoire des Revolutions arrivées dans le Gouvernement de la Republ. Romaine.*

II. Fundamenta Imperii CAESAR jecit: ſtabilivit AVGVSTVS: a quo tempore *CAESARES, AVGVSTI, PRINCIPES IMPERATORES* ſalutati ſunt Monarchæ Romani, Imperiumque orbis affectarunt; quanquam vix ſextam ejus partem tenuerunt.

III. Poſt varia autem incrementa, cum ſummum potentiæ faſtigium attigiſſet Imperium Romanum, decreſcere iterum cœpit, atque ad incitas tandem redactum fuit.

IV. Cauſæ excidii variæ: cum primis CONSTANTINVS MAGNVS & THEODOSIVS ruinam maturarunt: ille, fixa Byzantii ſede regni, & dimotis a ripa Rheni ac Danubii in Orientem legionibus validiſſimis; hic, diviſo inter filios ignaviſſimæ indolis Imperio, uterque, occidentem barbarorum invaſionibus exponendo.

V. Hinc a temporibus HONORII totius pene Occidentis, nimirum *Hiſpaniæ, Gal-*

II. v. PETRON. *Satyr.* ibi: *Orbem jam totum victor Romanus habebat. Qua mare, qua terra, qua ſidus currit utrumque.* Add. CONRING *de Germ. Imp. Rom. Cap. II.* §. 1-4. COCCEJ. Diſſ. de *dominio orbis.*

III. v. MONZAMBANO de *Statu Imp. R. G. C. I.* §. 10.

IV. v. MONZAMB. l. c. & CONRING de *Germ. Imp. R.* C. IV. conf. HERT. *Not. Vet. Franc. R. C. I.* §. *11. p. 31. ſeq.*

ſiæ, *Britanniæ*, *Vindelici*, *Norici* ac *Rhetiæ*, itemque *Pannoniæ*, ac denique *Italiæ*, poſſeſſione excidit Imperium Romanum.

VI. Atque ſic tandem finis *IMPERIO OCCIDENTIS* impoſitus fuit: dum, ab invadentibus Italiam primum *Viſigothis* & *Vandalis*, ac deinceps *Herulis*, capta & vaſtata *Roma*, abdicatoque ROMVLO MOMYLLO AVGVSTVLO, novum *ITALIÆ REGNVM* ab ODOACRO, *Herulorum* Rege, fixa *Ravennæ* regni ſede, conditum fuit, ab *Oſtro-Gothis* deinceps occupatum, ipſam etiam Romam ſub ambitu ſuo complexum.

VII. *Gothorum* regno Juſtiniani armis iterum deſtructo, Roma & magna Italiæ pars Imperio Græcorum adjuncta & in formam provinciæ redacta fuit.

VIII.

V. Ita factum, ut non totis L. annis perierint Romanis pene mille annorum labores, quos acquirendis illis inſumſerunt. v. CONRING de *Germ. Imp. Rom. C. IV*. §. *2. 3.*

VI. v. JORNAND de *regn. ſucceſſ.* ibi: *Gothorum dehinc Regibus Romam tenentibus*. PROCOP. *ver. Goth. L.* 1. BARON. Annal. ad A. C. 410. & 476. SIGON. de *R. Ital. l. 1. C. I.* CONRING. l. c. §. *4.* COCCEJ. *J. Publ. C. VI. §. 8. 9. 10.*

VII. v. SIGON. l. 20. ONVPHR. PANV. de *Comit. Imp. C. IV. n. 5.* CONRING l. c. §. *5. 6.* COCCEJ. l. c. *C. IV*. §. *8.*

VIII. Poſtea *Longobardi*, Germanica gens, ſed quæ aliquamdiu Pannoniam tenuerat, a Narſete invitati, ſubacta maxima Italiæ parte, aliud *ITALIAE REGNVM*, *LONGOBARDICVM* inde dictum, extruxerunt, quod, conſenſu Cæſarum Orientalium tandem firmatum, per duo, & quod excurrit, ſecula floruit.

IX. Remanſit GRAECIS inferior Italiæ pars; *Roma*, *Ravenna*, *Pentapolis*, *Calabria*, & urbs *Venetiarum*: quæ per PATRICIOS, quos *EXARCHOS* vocarunt, Ravennæ reſidentes, gubernata, ſed deinceps quoque maximam partem iis ſubducta fuit.

X. ROMA inprimis obſequium Græcis denegavit, ob Exarchorum libidinem, & Imperatorum in ſtatuas ſævientium hæreſin, vel potius Pontificum ad ſeculare imperi-

 um

VIII. v. PAVL. WARNEFRIED de *Geſtis Longobard.* CONRING. l. c. §. 6. KVLPIS ad MONZAMB. *C. I.* §. 10. *n.* 6.

IX. v. SIGON. de *R. Ital. l.* 1. ERYC. PVTEAN. *Hiſtor. Inſubr. l.* 2. conf. COCCEJ. *J. Publ. C. VI.* §. 5.

X. Aliquamdiu Roma *Duces* habuit, antea Conſtantinopoli, vel ab Exarcho etiam, miſſos: unde *Ducatus Romanus* enatus, qui tamen ſupremæ Cæſaris Conſtantinopolitani poteſtati fuit ſubjectus. Imo poſt *rebellionem* illam ſolennem adverſus LEONEM ISAVRVM, imaginum cauſa excita-

um adſpirantium ambitionem: unde turbæ Pontificum inter Exarchum enatæ.

XI. *Longobardi* rerum ſuarum ſatagentes non ſolum *EXARCHATVM*, pulſo Exarcho *Eutychio*, occupant, ſed & *Romæ* inhiant, obſidione illius, primum a LVITPRANDO, dein AISTVLPHO rege, tentata.

XII. Pontifex STEPHANVS III. in tantis anguſtiis, fruſtra imploratis CONSTANTINI *Copronymi* auxiliis ad *Francos* confugit, atque PIPINVM Regem, ad defendendum *B. Petri Patrimonium*, evocat.

XIII. PIPINVS Provincias AISTVLPHO ereptas, & ad Orientale Imperium pertinentes,

---

excitatam, Italiæ populi nullum alium Dominum, ne Papam quidem, agnoſcere voluerunt, ſed ſibi ipſi *Imperatorem* creare, niſi Pontifex prohibuiſſet. Unde ſaltem *DVCES* ſibi omnes ubique in Italia elegerunt.

V. PAVL. WARNEFRIED. *Hiſt. Longobard. L. V. C. 49.* ANASTAS. *Biblioth.* in vita GREGORII II. CONRING. l. c. *C. VI. §. 2-5.* LEHMANN *Chron. Spir. l. 3. C. 20. 23.* MONZAMB. *C. I. §. 11.*

XI. v. SIGON. l. 3. LEHMANN l. c.

XII. Efficlis B. PETRI litteris, a BARONIO, in perpetuum hominis opprobrium, productis. v. SIGON. l. c. LEHMANN C. 22. 23. CONRING de *G. I. R. Cap. VI. §. 4. 6.*

XIII. v. BODIN. *de Republ. L. 1. C. 9.* ubi obſervat, *Ponti-*

nentes, non CONSTANTINO, licet enixe per legatos roganti, reddidit, ſed *PONTIFICI* donavit, vel dolo *PONTIFICIS* deceptus vel propria ſtatus ratione permotus.

XIV. Quæ cum PIPINO pactus erat *Aiſtulphus*, fregit ſucceſſor ejus DESIDERIVS: hinc CAROLVS M. a Pontifice *Hadriano* imploratus, *ADVOCATVS S. PETRI* conſtituitur; qui, victo Deſiderio, regnum *LONGOBARDICVM*, non velut *portionem Imperii Romani*, ſed ut *regnum ſui juris*

C 5

Pontificem ipſum, ſi Pipinus Longobardos ſubegiſſet, Exarchatum Ravennæ, i. e. XIII. Urbes, & Pentapolin provinciam, quæ urbibus XVI. continebatur, ſibi fiduciæ nomine pactum eſſe. Pipinum, ut promiſſum impleret, harum urbium claves ſacris D. Petri altaribus impoſuiſſe: prius tamen utriusque dominatum ac jura majeſtatis ſibi poſterisque ſuis reſervaſſe: Pontificem his non modo annuiſſe, ſed etiam, ut Pipinus Imperatorem ſe appellaret, pene perſuaſiſſe. Add. CONRING. l. c. *Cap. V. §. 12. 13 Cap. VI. §. 6. ſeq.* ubi ex *Anaſtaſio Biblioth.* nominatim recenſentur urbes in Papam translatæ. WERLHOF de *Orig. Imp. Germ. C. II. §. 6. p. 8.* ibique adductus locus *Chronici Caſſinenſis.* TITIVS *J. Publ. L. I. Cap. II. §. 32.*

XIV. v. SIGON *l. 3. & 4. princ.* LEHMANN *l. 2. Cap. 20.* CONRING *de G. I. R. C. V. §. 12-16.* COCCEJ. *J. Publ. C. VI. §. 1. & 4. ſeq.*

juris in ſe transtulit, atque hinc REX FRANCORVM & LONGOBARDORVM appellitari voluit.

XV. Reliquas Imperii Orientalis provincias, a *Deſiderio* denuo occupatas, *PONTIFICI* reddidit & auxit CAROLVS; *Calabria* tamen & *Apulia* Imperatori Græco relicta: ipſe vero earum intuitu *PATRICIATVS* dignitate mactatus, *Jura*, quæ *Exarchi* olim exercuerant, in *Romam* terrasque circumjacentes obtinuit, umbra quadem reverentiæ in Græcos manente.

XVI. Tandem pro tot tantisque beneficiis CAROLVS, conſilio Pontificis, ſuffragante Senatu, populoque Rom. acclamante, A. 800. ipſis feriis natalitiis, ROMANORVM IMPERATOR atque AVGVSTVS ſalutatus

XV. v. CONRING. l. c. *Cap. VI. §. 9. ſeq. ibique §. 15. cit.* ANNAL. FRANC ad *a. 796.* itemque §. *16. & ibi* adduct. loc. *Anaſtaſii Bibliothecarii.* WERLHOFF *Juris Publ. Enucl C. II. §. 6. p. 10. ſeq.* ibique alleg. MABILLON de *re diplom. L. 2. Cap. III. §. 11.* PETR. de MARCA de *Concord. Sacerd. & Imp. l. 3. Cap. XI. §. 7.* COCCEJ. *Cap. VI. §. 6. 7. & 15. p. 156.* SCHILT. de *Nat. & Orig. J. Publ. §. 6.*

XVI. v. ANONYMI *vita Caroli M.* in *Annalib. Pithoeanis p. 233.* CHRON. MOISSIAC. ad *a. 801.* SIGEBERT GEMBL. a. 801. MOACH. EGOLISM. in *Annal. Pith. p. 263.* CONRING. de *G. I. R. C. VII. §. 3. ſeq.* WERLHOF. l. c. §. *6. not. (b. c.)*

ſalutatus ſolenniterque inauguratus eſt, non adeo invitus, uti quidem videri voluit.

XVII. Quid juris hoc titulo in CAROLUM translatum fuerit, ambiguum: ſi rem recte æſtimes, *nil niſi titulum* translatum eſſe, patebit; ſplendidiſſimum quidem illum, ex inſtaurata in Occidente Romani nominis Majeſtate, & eminentiæ inter Reges ac Principes Orbis Chriſtiani ceteros ſontem inſignem.

XVIII. Non autem jus quoddam *Advocatiæ*, aut protectionis, ſedi Romanæ præſtandæ, hoc titulo in Carolum translatum eſt: cum hoc jam antea obtinuerit, & *Patriciatus* etiam plus juris involverit.

XIX. Sed nec ditionis amplius quid, quam *SUMMUM IMPERIUM* in urbem *ROMAM* ipſosque ſimul *PONTIFICES*, & quæ in Rom. Eccleſiæ Patrimonio habebantur, regiones nonnullas, urbesque Italiæ, Exarchatum, Ravennatem puta, ac Pentapolin, magni nominis amplitudo comprehendit.

XX. Non tamen ſummum iſtud Imperium in Romam Romanumque territorium per

---

XVII. V. COCCEJ. §. 16. *p.* 158. WERLHOF. *J. Publ. Enucl. Cap. II.* §. 7.

XVIII. MONZAMB. *Cap. I.* §. 12. ANON. *Vita Carol. M. in Annal. Pith. pag.* 233.

XIX. V. CONRING de G. I. R. C. VII. WERLHOF. l. c. §. 6. & 8.

per titulum iſtum Carolo quæſitum fuit: quippe quod vel jam antea ſub Patriciatus titulo competiit, vel ſaltem non ſine Imperatorum Orientalium conſenſu transferri potuit.

XXI. Certe non ex ſola translatione Pontificis Romanorumque illud nactus eſt: quippe qui ſui juris non fuere, ſed Imperio Græcorum adhuc obſtricti, nec vel prætenſa horum indignitate, vel derelictione, ſubjectionis vinculo ſatis exoluti.

XXII. Potius facto Romanorum delatum Imperium in provincias Græcorum, transactione demum cum IRENE, NICEPHORO, ac MICHAELE, Cæſaribus Græcis, inita, CAROLO firmatum eſt.

XXIII. Quamvis autem ex intentione forte Romanorum & opinione *Caroli IMPERIVM ROMANVM OCCIDENTALE*, hoc ipſo inſtauratum ſit; tamen neque hoc veritati omnino conſentaneum eſt.

XXIV.

XX. v. Dn. COCCEJ. C. V. §. 2. conf. *Petr.* de MARCA de Concord. Sacerd. & Imp. l. 2. C. II.

XXI. vid. WERLHOF. l. c. §. 10. u. TITIVS Juris Publ. l. 1. Cap. II. §. 38.

XXII. v. WERLHOF. d. l. § 12. & SCHILTER *Jus Publ. T. II. T. 3. p. 19.* ubi Epiſtola CAROLI M. ad *Nicephorum*, formulam Transactionis continens.

XXIII. v. LE BLANC. *Differt. hiſt. ſur quelques monnayes*

XXIV. Etenim *vetus* illud *Imperium Romanum* in *Occidente* dudum collapſum, atque urbs Roma tempore CAROLI M. jam a 400. retro annis bello capta & in ſervitutem vel Gothorum, vel Græcorum, redacta fuerat, jamque dudum Imperio Occidentis adeo exciderat, ut nec latum unguem terræ cum ſummo Imperio, nedum quidquam vi Imperii Occidentis tum teneret.

XXV. Nihilominus id certum eſt, *IMPERIVM* aliquod *OCCIDENTIS* Carolum M. conſtituiſſe: qui licet, triumphato Occidente, tot Regnorum & Provinciarum Dominus, novum Franciæ ſuæ Germanicæ Imperium erigere potuiſſet; tamen, ob antiquam nominis Romani venerationem, iſtud, cum re Germanicum eſſet, Romanum dici, ſeque Imperatorem Romanum Romæ ſalutari maluit.

XXVI. Etiam id recte dici videtur, *Imperium* iſtud *Occidentis*, nomine *Romanum*, re *Germanicum*, non *Franciæ* Occidentali ſeu *Galliæ*, ſed *Germanicæ* nationi, velut ſtirpi

noyes de Charle magne c. 4. ibique ſigillum plumbeum cum effigie *Caroli M.* in cuius altera parte hæc verba: RENOVATIO ROMAN. IMP.

XXIV. v. COCCEJ. l. c. §. *8. ſeqq.*

XXV. v. Dn. COCCEJ. §. *15. 16.*

XXVI. vid. COCCEJ. *Cap. VI.* §. *17.* KVLPIS ad MONZ. *C. I.* §. *11.* TITIVS l. c. §. *91.*

Digitized by Google

ſtirpi ac fundamento regni Francici, a CAROLO M. acquiſitum, atque adeo deinceps ab OTTONE M. quaſi jure poſtliminii, recte vindicatum fuiſſe.

SECT. II.

DE

STATV GERMANIAE IMPERIIQVE ROMANO-GERMANICI ET VARIIS EJVS MVTATIONIBVS.

ART. I.

DE STATV GERMANIÆ ANTIQVO.

§. I.

GERMANIA, quæ hodie appellatur, regio, magnum terrarum tractum, inter *Rhenum* & *Viſtulam*, *Danubium* & *Oceanum*, olim complexa eſt.

II.

I. Not. Germaniæ ſtatum antiquiſſimum obſcurum eſſe, ob Scriptorum domeſticorum defectum atque Græcorum Romanorumque, qui illum attigerunt, dubiam fidem.

v. Dn. de LVDEWIG *Hiſtor. infant ſine parente* WERLHOF. *Notit. Imp. Spec. II. L. I. C. II. §. 1. 2. 3.* JAC. CAR. SPENERI *Notit. Germ. Antiqv. Lib. I. C. II. §. 2. ſeqq. Hiſtor. Germ. Univerſal. L. I. C. I. §. 2.*

II. Populi, qui vaſtum hoc terrarum ſpatium incoluerunt, ejusdem quidem originis ac linguæ fuiſſe videntur, ſed nominibus tamen, generalioribus & ſpecialioribus, nec non regimine, THEVTISCI, vel TEVTONES, item GERMANI, ſalutati ſunt.

III. Sed & ultra dictos limites Germani habitarunt: unde jam a Romanis *GERMANIA TRANS-RHENANA* & *TRANS-DANVBIANA*, quæ & *MAGNA* ipſis cognominata, a *CIS-RHENANA* ac *CIS-DANVBIANA* diſterminata eſt.

IV.

II. Populos Germaniæ, generalioribus nominibus diſtinctos, memorat TACITVS *Germ. C. II.* ſequentes: *INGAEVONES, ISTAEVONES, HERMIONES, MARSOS, GAMBRIVIOS, SVEVOS, WANDALIOS.* PLINIVS vero *Lib. IV. C. 14. quinque nominat Germanorum genera: VINDILOS, INGAEVONES, ISTAEVONES, HERMIONES,* denique *PEVCINOS* ſive *BASTARNAS.* Singulos denique generaliorum harum claſſium populos enumerat SPENERVS in *Notit. Germ. L. 4. C. I. §. 5 & ſeq.* & KOEHLERVS *Geogr. Ant. C. II.* Absque intuitu vero harum claſſium, HERT. *Notit. Vet. Germ. Pop. P. II. C. I. & II.* idemque SPENERVS *Hiſt. Germ. univ. C. I. §. 4* ubi ſecundum diverſa tempora, quibus nomina eorum innotuerunt, diverſasque ſedes, eosdem recenſet. & *C. II. §. 8.* ubi:

IV. *GERMANIA MAGNA* a *Rheno* ad ſinum *Bodnicum* & *Viſtulam*, monteſque *Sarmaticos*, atque a *Danubio* ad *Oceanum Septentrionalem* usque protendebatur. *CIS-RHENANA* vero *ripam Rheni* Gallicam, a Germaniæ populis habitatam, complectebatur, a Romanis ita dictam; atque in *Primam* & *Secundam*, ſive *Superiorem* & *Inferiorem* iterum diviſam. *CIS-DANVBIANA* autem Germaniæ populos, in *Vindelicia* & *Norico* conſidentes, continebat.

V. Poſtea, abolitis priſcis nominibus, præcipui Germaniæ populi fuere, FRANCI, ALEMANNI ſeu SVEVI, SAXONES, THVRINGI, FRISII, quibus VENEDI tandem ſeu SLAVI, Germanis intermixti, acceſſere.

VI. *GERMANIÆ MAGNÆ* incolæ ſui juris erant, nec Romanorum Imperio obnoxii, quin potius ipſis Romanis metuendi: ſed

ubi de primo, eoque generaliori Germanorum nomine.

III. IV. v. CLVVER. *Germ. Ant. L. I. C. II.* COCCEJ. *J. Publ. C. II.* §. *10. n. 23.* SCHILTER. *J. Publ.* L. 2. Tit. I. §. *1.* & de *Lib. Eccleſ. Germ. L. I. C. IV. 4.* HERT. *N. V. G. P. P. I. C. I.* §. *5. p. 14.* & *P. II. C. I. & II. p. 64. ſq. & 69. ſqq.* WERLHOF. l. c. *Spec. II. Lib. I. C. II.* §. *19. 20. 21. 22. 36.*

V. v. COCCEJ. l. c. & 24. WERLHOF. l. c. §. *54. 59. 68. 70. 71.* HERT. *N. V. G. B. Part. I. Cap. I.* §. *8.*

VI. v. HERT. l. c. §. *5. 6. 11.*

ſed *Cis-Rheniani* & *Danubiani* cum *Maximæ Sequanorum* & *Belgii* populis, Romanis parebant.

VII. Nec tamen unam civitatem aut unum imperium Germania magna conſtituebat; ſed quot nationes, tot fere civitates erant, ſæpe nullo, ſæpe laxiore quodam foedere inter ſe colligatæ.

VIII. Pleræque populari regimine gaudebant: nonnullis Reges erant, ſed fere ſuadendi magis auctoritate, quam jubendi poteſtate: nonnulla tamen & adductius regnabantur.

IX. Scilicet per Pagos, *Gowen*, diſtributi erant ſinguli Germaniæ populi; pagi vero iterum per vicos, in quibus centeni fere degebant, ſuo judice inſtructi.

X. Duplici autem magiſtratu utebantur: belli temporibus DUCES, ex virtute

D ſumti,

VII. v. TACIT. *Agricol. c. 12.* HERT. l. c. §. *11.* MONZAMB. *C. I.* §. *2.* SPENER. *Hiſt. Germ. L. I. C. V.* §. *3. ſqq.*

VIII. TACIT. de *Moribus Germ. C. VII.* §. *1. C. XI.* §. *6. C. XLIV.* §. *3.* conf. HERT. l. c. *Part. I. C. IV.* §. *2.*

IX. v. JUL. CAESAR. de *B. G l. 6.* TACIT. de *M. G. C. XII.* §. *5.* CONRING de *Civibus Imp.* §. *15.* conf. B. Dn. THOMAS. ad *Monz. C. I.* §. *2. not. d.*

X. v. CAESAR & TACIT. ll. cc. conf. CONRING. de

ſumti, cum ſuis comitibus, exercitui præerant; *PRINCIPES* vel *SENIORES*, *Vorſten*, *Grauen*, ex nobilitate electi, ſuis itidem *COMITIBVS*, *Schäffen*, ſtipati, jus per pagos vicosque reddebant. Ceterum & *SACERDOTIBVS* magna in caſtigando populo auctoritas erat.

XI. Quodſi de communi ſalute agendum erat, conveniebant, atque de minoribus quidem rebus Principes conſultabant, de majoribus omnes: ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud Principes prætractarentur.

XII. Ceterum mores veterum Germanorum maximam partem ſimplicitatem, ſuperſtitionem ac barbariem redolebant, a vera virtute alieni, non tamen forte tot tantisque vitiis, ac gentium moratiorum, inquinati.

ART. II.

---

de *Ducib.* & *Comit.* §. 6. 7. de *Judiciis Reip. Germ.* §. 10. 11. 12. HERT. de *Orig. Special. Imp. R. G Rerumq.* §. 2. *Notit. Vet. G. P. Part. I. C. IV.*

XI. v. TACIT. de *M G. C. XII.* CONRING. de *Civib Imp.* §. 17. HERT. *N. V. G. P. Part. I. Cap IV.* §. 4

XII. v. RHETZ. *Inſt. J. Publ. l. 1. C. II.* §. 34. *ſeq.* TITIVS *Specim. J. Publ. l. 1. C. II.* §. 15. 16.

ART. II.

DE STATV REIP. GERMANICÆ SVB FRANCIS MEROVINGICÆ STIRPIS.

§. XIII.

A priſtino ſuo ſtatu ut recederent Germani, primi cauſam præbuere *FRANCI*, quorum nomen tempore VALERIANI & GALLIENI primum auditum, ſub CONSTANTINO M. maxime inclaruit.

XIV. Hi a *libertatis* ſtudio nomen ſortiti, ex diverſis Germaniæ gentibus, inter Rhenum, Mœnum, Viſurgim, & mare ſeptentrionale intermediis, in unum tandem populum coaluerunt, ac PHARAMVNDO ſibi Rege creato, novum intra Germaniæ fines *REGNVM FRANCICVM* ſcil., condiderunt, quod origo & matrix Imperii Germanici merito cenſetur.

 XV.

XIII. v. COCCEJ. *J. P. Cap. III. Sect. VI.* § 79. *ſeq.* conf. SPANHEIM de *uſu & præſtant. Numiſm. Diſſ. 8.* HERT. *Not. Vet. Franc Regni. C. I.* §. 2. STRVVII *Bericht von Veränderungen des Teutſchen Reichs.* §. 9. ibique loca ex TREBELL. POLL. in *Gallienis C. VII. VIII.* & VOPISCO in *Aurel. C VII.* adducta.

XIV. v. HIERONYM. *Vit.* HILARION. *C. VIII.* PONTAN. *Orig. Franc. l. 2. C. III. Geſta Francor.* epito-

Digitized by Google

XV. Hujus Pharamundi deinde Succeſſores, a MEROVAEO MEROVINGI dicti, Rhenum transgreſſi, non ſolum integram Galliam, ſed & maximam Germaniæ partem ſubegerunt.

XVI. Mirifica inprimis incrementa cepit Francorum regnum ſub CLODOVAEO M. maximo omnium ante ſe Franciæ Regum fortiſſimoque, ſed nimia regnandi libidine flagranti, & hinc injuſto ſæpe ac perfido, ejusque filiis.

XVII. *Ille* enim non ſolum in Gallia omnes Romanorum ditiones, & Regni *Veſi-Gothici* maximam partem, *AQVITANICAM* nempe, occupavit: ſed & in Germania *ALEMANNOS* prælio *Tulpiacenſi* vel *Tullenſi* devictos, in ſuam poteſtatem redegit, ac *BOJOARIOS* in fidem recepit; fixa tandem Pariſiis regni ſede, & minoribus Francorum Regulis oppreſſis. XVIII.

---

epitomata C. IV. AIMOIN. de *geſtis Franc. l. 1 Cap. IV. & l. 2. C. X.* HERT. *N. V. Franc. R. C. I. §. 4-6.* WERLHOFF. *Not. Imp. L. I. Cap II §. 26.* conf. tamen Illuſtr. LEIBNIZII Disquiſ. de *Orig Francor.* ubi a maris Baltici oris originem eorum repetit.

XV. v. WERLHOFF. l. c. *§. 80 81. ſeq.* HERT. *N. V. Franc.* R. §. *9 ſeq.*

XVI. v. HERT. *N. V. F R. C. I.* §. *8.* & *C. VII.* §. *6.*

XVII. v. GREG., TVRONENS. *lib. I. C. XII. & lib. 2. Cap. XXVII. XXX XXXII. XXXVIII* HERT. l. c. *Cap. I* §. *9. 10.* WERLHOF. l. c. §. *73-87.*

XVIII. *Hi* vero & *THVRINGIAM* in Germania, impoſito etiam *Saxonibus* tributo, & in Gallia reliquias *Weſt-Gothicas*, & ditiones *Oſtro-Gothorum* cis-alpinas & regnum *Burgundionum*, quod per quinque provincias Gallicas dilatabatur, Regno Francico adjecerunt.

XIX. Sed memorabilis mortem Clodovæi M. ſecuta eſt *Regni Francici* inter quatuor ejus filios *diviſio:* quæ, a poſteris ſubinde conſilio non adeo prudenti repetita, Regni vires non parum debilitavit.

XX. Exorta hinc *Auſtriæ* ſeu AVSTRASIAE & NEVSTRIAE ſeu *Neuſtraſiæ* celebria quondam nomina, terras Franciæ orientales atque occidentales, modo ampliores, modo contractiores, diſcernentia, Aquitaniam tamen ac Narbonenſem Burgundiamque haud complexa.

XVIII. V. HERT. l. c. §. 15. 16. 17. 18.

XIX. V. GREGOR. TVRONENS. *l 3. C. I.* WERLHOF. l. cit. §. 18. HERT. l. c. *C. I. §.* 7.

XX. Not. Statim a condito *Auſtraſiæ* regno, *Cis-Rhenanis* Provinciis Germaniam auctam, adeoque ad *Moſam* usque productam eſſe: Deſiiſſe vero eodem tempore *Danubium* Germaniam finire; quod *Rhætia Noricumque*, ab *Alemannis Bojariisque* poſſeſſæ provinciæ, ſemper inde *Auſtraſiæ* regni, quod ſuperiorem fere ſolam Germaniam comprehendit, partes fuerint habitæ. V. WERLHOF.

XXI. Ceterum collapſa ſub ultimis Merovingis regni majeſtas, Regibus vel regnare neſciis, vel ſocordiæ ſe dedentibus: unde MAIORIBVS DOMVS, qui non ſolum palatio præfecti, ſummique belli Duces erant, ſed & regnum adminiſtrabant, occaſio nata, ſummam rerum ad ſe trahendi, Regesque ipſo tandem regno exuendi.

XXII. Effecit hoc PIPINVS, Caroli Martelli filius, qui, conſenſu Ordinum & Pontificis, Regem ſe appellavit, atque adeo novam regum Francicorum ſtirpem, a Carolo filio CAROLINGICAM dictam, condidit.

ART. III.

DE STATV REIP. FRANCO - GERMANICÆ SVB CAROLO M. ET CAROLINGIS.

§. XXIII.

CAROLVS, Pipini filius, *MAGNI* cognomento illuſtris, Francorum regnum ad

HOF. §. 90. ſeq. HERT. l. c. §. 7. SPENER *Hiſt. Germ. L. 2. C. I. §. 2.*

XXI. v. HERT. l. c. *Cap. IV. §. 4. de Orig. Special. I. R. G. Rer. §. 4.* WERLHOF. l. c. §. *149. 161.* PFEFFING. *Vitr. illuſtr. L. I. T. X. §. 1. not. a.)* & ibi *p. 255.* NAVCLER. *Chronogr.*

XXII. v. ANNAL. PIPIN. a. 750. REGIN. a. 750. WERLHOF. l. c. §. *178. 184. ſeq.*

ad ſummum evexit faſtigium, atque novum quendam Orbis Europæi habitum induxit.

XXIV. De *Patria* Caroli M., *Germanus* ſcil. an *Gallus* fuerit, acriter inter ſe, tanquam de re maximi momenti, diſputant Autores: ſtirpis tamen *Germanicæ* recte aſſeritur, cum Franci, e quibus oriundus, populi Germanici fuerint, quamvis nec *terra conceptionis*, nec *natale ſolum*, nec *ſedes regia*, hic magnopere ſint attendenda.

XXV. Satis amplæ ditiones erant, quas a *Pipino* patre CAROLVS acceperat. ſpectabat ſcilicet ad eum: I. Pars *GALLIAE* Rhenum inter & Ligerim, Oceanumque & mare Balearicum interjecta, i. e. *FRANCIA OCCIDENTALIS*; II. pars *GERMANIAE* intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque & Salam amnem, qui Thuringos & Sorabos dividebat, i. e. *FRANCIA ORIENTALIS* & præter eam *ALEMANNIA* & *BOJOARIA*.

XXVI. Sed mirifice paternas ditiones Carolus auxit. Nimirum adjecit I. *AQVITANI-*

XXIII. v. WERLHOF. §. 202. *ſeq.* HERT. l. c. *C. I.* §. 25.

XXIV. v. MONZAMB. *C. I.* §. 6. *& Not.* Dn. THOMASII. conſ. SCHVRZFL. *Additam.* ad Diſſ. de *Diviſ. Imp. Carol.* GVNDLING. *Abriſs zur Reichs-Hiſtorie.* p. 21. 22.

XXV. v. EGINHARD, de *vita Caroli M. C. XV.* conſ. WERLHOF. *N. J. L. I C. II.* §. 248.

TANIAM & *VASCONIAM*, penitus ſub jugum redactas, totumque *Pyrenæi montis Jugum*, & usque *ad Iberum* amnem Regni ex ea parte limites protendit, *Marcam* quoque *Hiſpanicam*, hodie *CATALONIAM*, ſuo ſub Imperio complexus.

XXVII. Addidit II. *ITALIAM* totam ab Auguſta Prætoria (Aoſta) usque in Calabriam inferiorem Beneventanis conterminam: atque adeo & ſummum *Imperium* in urbem *ROMAM Ducatumque Romanum* & Regnum *LONGOBARDORVM*, una cum adjacentibus III. *ISTRIA* & *LIBVRNIA*, i. e. parte *Croatiæ* & *Dalmatiæ*, exceptis maritimis civitatibus, & in iis *Veneta*.

XXVIII. Adjunxit IV. *SAXONIAM* bello plus quam tricennali vix perdomitam, Francicis terris in Germania duplo latiorem, longitudine ſimilem; bello etiam cum Danis feliciter confecto, verſus Daniam *Eidorum* limitem regni conſtituit.

XXIX. Acquiſivit V. *PANNONIAM* tum *Superiorem*, ubi nunc pars orientalis *Auſtriæ*, *Stiria*, pars *Carinthiæ*, *Carniola*, *Vindo-*

XXVI. V. EGINH. C. 15 WERLHOF. l. c. §. 249. HERT. *N. V. F. R. Cap. II.* §. *25.*

XXVII. WERLHOF. l. c. §. *250. 253.* HERT. l. c. § *25.*

XXVIII. WERLHOF. l. c. §. *251.* HERT. l. c. §. *25.*

XXIX. WERLHOF. l. c. §. *252.*

Vinidorum Marchia, item pars *Croatiæ:* tum *Inferiorem*, ubi *Boſnia*, *Slavonia* & pars *Hungariæ;* item *Daciam*, ubi hodie cum parte *Hungariæ Tranſilvania*, *Valachia* & *Moldavia* fere tota.

XXX. Domuit VI. omnes barbaros ac feros populos *SLAVICOS* ſeu *VENEDICOS*, qui a Sala ad Albim usque, nonnullis etiam locis cis Albim protenſi, hinc trans Albim omnia circa Baltici maris littora usque ad Viſtulam, Bojohemum item ac Moraviam ad Danubium usque impleverant, quos tributarios fecit, aliis etiam citra conflictus bellicos in deditionem acceptis.

XXXI. Tot igitur tantarumque terrarum ac populorum potentiſſimorum dominus CAROLVS, cum etiam IMPERATORIS ROMANI & AVGVSTI titulo mactatus,

D 5

XXX. v. WERLHOF. l. c. 254.

XXXI. Nimirum ſicuti CAROLVS hactenus *tria Regna* conjunxerat, quodlibet titulo ſingulari, ita poſt XX. annos & quot excurrunt, etiam *Titulus univerſalis* ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis pro derelicto habitus, IMPERATORIS Romanorum AVGVSTI in *Occidente*, veluti apex ſuperimpoſitus fuit, quo ipſo arctius iſta Regna ſibi invicem unita, atque Imperio ita ſubordinata, ut, etſi ſingula ſuas haberent leges, ſuos Status, atque Ordines, ſuaque ſibi Comitia: in cauſis tamen communibus etiam *univer-*

Digitized by Google

ctatus eſſet, *tres diverſas Civitates*, vel, ſi mavis, *tria Regna*, imperio complexus eſt, diverſo acquiſitas titulo.

XXXII. Scilicet I. *REGNVM FRANCIAE*, a Patre ipſi relictum, & variis acceſſionibus in *Germania*, *Gallia*, *Pannonia* & *Hiſpania* ab ipſo auctum: II. *REGNVM LONGOBARDORVM*, armis quæſitum, & in patrimonio habitum. III. *IMPERIVM ROMANORVM* ſive ſummum imperium in urbem Romam ac ducatum Romanum: voluntate quidem Pontificis Populique Romani ipſi delatum, ſed transactione cum Græcis demum firmatum: quorum alterum ab altero Carolus ſemper & accurate diſtinxit.

XXXIII. *Regnum Francicum* tunc temporis, uti & *Longobardicum* & *Imperium in Romam*, ſi non prorſus abſolutum fuit, tamen

---

univerſalia Imperii totius *Comitia* Imperator celebraret. Atque non tantum Comitia, ſed & *Concilia*. Et cum ſummus inter Reges atque Principes Chriſtianos Occidentales eſſet Imperator, acquiſivit eo ipſo quoque jus Concilii univerſalis & Directorium in cauſis etiam mixtis totam Chriſtianitatem Occidentalem concernentibus. Id quod poſtea transactio inter Carolum M. & Nicephorum Imp. Orientalem penitus confecit. v. SCHILTER de *Nat. & Orig. Jur. Publ.* §. 7.

XXXII. v. SCHVRZFL. *Additam.* ad Diſp. *III. p. 8.*

men nec valde limitatum, ſaltem per Procerum auctoritatem & Comitia nonnihil temperatum fuiſſe videtur: quamvis hoc magis ad modum adminiſtrandi, quam ad ipſam vim & poteſtatem pertinuerit; cum penes Reges ſemper fuerit, quam ſententiam ſequi, quidque ſtatuere voluerint.

XXXIV. *Hereditario* etiam jure ad ſucceſſores devolutum videtur regnum Francorum: & quæ procerum populique in Rege conſtituendo intervenit auctoritas, magis inſtar ſolennis inaugurationis, obſequiique erga novum regem conteſtationis, quam liberæ electionis, cenſenda.

XXXV. Adminiſtraverant autem usque adhuc Franci Regnum in ſacris per *ARCHIEPISCOPOS*, *EPISCOPOS* & *ABBATES*; in profanis per *DVCES* & *COMITES*; extra ordinem in utrisque per *MISSOS* regios; ſingulos a REGE conſtitutos.

XXXVI. *ARCHIEPISCOPIS*, qui & *Metropolitani* dicti, ſuberant Epiſcopi: *EPISCOPORVM* poteſtas ſe extendebat in perſonas Eccleſiaſticas parochiæ ſuæ quas-

XXXIII. v. KVLPIS. ad MONZ. *C. I.* §. *7. p. 52.* HERT. *Not. V. Fr. R. C. IV.* §. *3. p. 118. ſeq.*

XXXIV. v. MONZAMB. C. I. §. 7. HERT. l. c. §. 6.

XXXV. v. HERT. *N. V. F. R. Cap. V.* §. *12.* de *Orig. Spec. Imp. R. G. Rerump.* §. *3. p. 9. 16.*

XXXVI. v. HERT. *N. V. Fr. R.* §. *12. 14. 18.*

quaſcunque, Abbates, Abbatiſſas, Canonicos, Monachos, Sanctimoniales, Presbyteros & Clericos: *ABBATES* vero & *ABBATISSAE* monachis & ſanctimonialibus præerant.

XXXVII. *DVCES* & *COMITES*, qui & *Graviones* vocati, Præfecti erant, qui Regis nomine provincias adminiſtrabant: atque illi quidem non ſolum exercitibus præerant & rei militaris curam gerebant, ſed & jus dicebant; hi vero itidem & delectus militum conſcribebant, iisque ſub Duce provinciæ præerant, & jurisdictionem exercebant, & rationes fiſci procurabant: nonnulli vero Comites & ſine Duce erant.

XXXVIII. Sed CAROLVS M. in mandandis magiſtratibus prudentem obſervavit rationem. *MAJORES DOMVS* ſuſtulit, *COMITEM PALATII* una cum *ARCHICAPELLANO* ſeu *Apocriſiario* reliquit, qui minoris momenti lites ad aulam delatas dirimerent; ille quidem ſeculares, hic vero Eccleſiaſticas.

XXXIX.

XXXVII. v. HERT. *N. V. F. R.* §. *20. p. 161.*

XXXVIII. v. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 5. LVDEWIG. *Germ. Princ. poſt-Carol. C. IV.* §. 2. not. c.) PFEFFING. *Vitr. Illuſtr. l. 1. T. XI.* §. *1. lit. b) p. 259.*

XXXIX. Porro magnos & formidandarum opum *DVCATVS* fregit, nonniſi unum uni *Comitatui* & plerumque *Pago* *COMITEM* præficiens, qui non ſolum ea, quæ *Comitum* erant, ſed & quæ *Ducum*, curaret: nonnulli illorum limites cuſtodiebant, inde *Limitum Cuſtodes* itemque *Marchiones* dicti, iique vel *majores* vel *minores* erant.

XL. A latere Comitum *EPISCOPOS*, ſibi ut invicem adjutores eſſent, collocavit, conceſſa eis in Abbates & Clericos quoscunque Parochiæ ſuæ judicandi facultate; ſed & mores eorum, jam ſeculum olentes, opportune correxit, & quo ſacris diligentius vacarent, *ADVOCATOS* iis adjunxit, qui bonorum eccleſiaſticorum curam gererent, nomine Epiſcoporum & Abbatum in judiciis comparerent, atque cauſas ipſorum agerent.

LXI. Præterea crebro per provincias mittebat legatos, *MISSOS REGIOS* ſeu *DOMINICOS* vocatos, qui in *Epiſcoporum*, *Abbatum*, *Comitum* adminiſtrationem inquirerent, geſtorum omiſſorumve rationes exigerent, conventus juridicos per provincias agerent; ſatisfacerent deſideriis & querelis Provincialium, præſertim vero vidua-

XXXIX. V. HERT. l. c.
XL. V. HERT. l. c. *p. 14. 15.*
XLI. V. HERT. l. c. *p. 15. 16.*

viduarum & pupillorum; denique expedirent omnia, quæ poſſent, reliqua remitterent ad Regem & coram de ſingulis ad Regem referrent.

XLII. Illud forte non ſatis provide a CAROLO factum, quod Majorum more Imperium primum inter tres filios CAROLVM, LVDOVICVM & PIPINVM diviſit; atque deinceps ætate gravis, mortuo *Carolo* & *Pipino*, LVDOVICVM PIVM conſortem Imperii, BERNARDVM vero, ex *Pipino* nepotem, *Regem Italiæ* conſtituit: unde non exiguæ poſtea turbæ enatæ, dum *Bernardus* Regnum Francorum ſibi vindicaturus bello *Ludovicum P.* & filios invaſit, ſed captus regno & oculis privatus eſt.

XLIII. LVDOVICVS PIVS nec prudentiæ paternæ veſtigiis inſtitit, nec imprudentiam correxit, ſed multo majori imprudentia auxit, atque ita ſe geſſit, ut ſacro ordini quam imperio aptior æſtimari poſſet: quippe in ſacro ſtudio & pſalmodia occupatus, credulus nimis ac ſimplex, filiis & uxori, conſiliariis ac Epiſcopis, nihil non indulgens.

XLIV.

XLII. v. SCHVRZFLEISCH. de *Diviſ. Imp. Karol.* §. *5. ſeq. 9. 10. 11.* THOMAS. ad MONZ. *C. I.* §. *9.* PFEFF. *Vitr. Illuſtr. L. I. T. V.* §. *11. p. m. 89.*

XLIII. v. SCHVRZFLEISCH. de *Diviſ. Imp. Karol. l. 25. p. 14.*

XLIV. Spreta hinc Imperatoris auctoritas, cura ac diſciplina bellica neglecta, Comites Præfectique ſuo fere arbitratu partes egere, atque provinciæ, ſalubri antea conſilio in Comitatus diſtinctæ, in Ducatus redigi cœpere.

XLV. Omnium malorum caput, & converſi Francorum Imperii cauſa fuit *Diviſio*, quam LVDOVICVS P. imprudenter ſuſcepit, dum totum Imperium inter filios primi tori ita diſtribuit, ut LOTHARIVM maximum natu Imperii conſortem, &, capto *Bernardo*, Regem Italiæ, PIPINVM Aquitaniæ, LVDOVICVM Bavariæ renunciaret: ſed poſtea, a ſecunda uxore Juditha inductus, reſciſſa priori diviſione, licet juramento Ordinum confirmata, optimam maximam Imperii partem inter LOTHARIVM & CAROLVM CALVVM, fruſtra renitente LVDOVICO, partitus eſt.

XLVI. Defuncto *Ludovico P.* LOTHARIVS, immemor transactionis a. 840. ſacramento firmatæ, ſibi in fratres jus ſumere voluit,

XLIV. v. SCHVRZFLEISCH. l. c. §. *25. 32.* HERT. de *O. Sp. I. R. G. R.* § *6. p. 20.*

XLV. v. Annales Franc. a. 840 SCHVRZFLEISCH. l. c. §. *26.* HERT. l. c. §. *6* THOMAS. ad *Monz.* C. *I.* §. *9* p. m. 45. PFEFF. *Vitr. Illuſtr. L. I. T. IV. p. m. 92.*

XLVI. v. PFEFF. *Vitr. Ill. L. I. T IV. p. 93.* THOMAS. ad *Monz.* l. c. *p. 45.* SCHVRZFL. l. c. §. *28.*

voluit, atque CAROLVM CALVVM Aquitania, LVDOVICVM *Bojoaria*, beneficiaria lege a ſe recognoſcendis, contentos eſſe juſſit.

XLVII. Sed hi paternam hereditatem ſic interverti conqueſti, ſumtis armis pro jure ſuo pugnarunt, &, commiſſo prælio Fontanidico, ad novam & æquiorem diviſionem Lotharium adegerunt.

XLVIII. Igitur primum in *Confluentis* caſtro, deinde *Viroduni* coëuntes tres fratres univerſas Imperii Francici ditiones ita inter ſe diſpertiti ſunt, ut LVDOVICVS *Franciam Orientalem* ſeu *GERMANIAM Transrhenanam* cum urbibus cisrhenanis, *Moguntia, Wormatia* & *Spira*: CAROLVS *occidentalem Franciam* ſeu *GALLIAM* relicta PIPINO II. *Aquitania*, mox tamen a CAROLO ipſi erepta, LOTHARIVS denique mediam inter utramque ſeu *AVSTRASIAM*, poſtea ex ejus nomine *LOTHARINGIAM* dictam, cum Regno *ITALIAE* ac titulo *IMPERATORIS AVGVSTI* Imperioque in *Romam* obtineret.

XLIX. Hæc celebris *pactio* ac *diviſio* eſt,

XLVII. v. PFEFFING. SCHVRZFLEISCH. TOMAS. l. c. L. v. Annales Franc. ad a. 843. REGINO ad a. 842. SCHVRZFL. l. c.

XLVIII. v. CONRING. de *G. I. R. Cap. IX.* §. 8. SCHVRZFL. l. c. §. 36. & SCHILTER. *I. Publ. Tom. II. Tit. VI. p. 45. ſeq.*

eſt, qua ampliſſimum *Francorum Regnum* in *tria* diſtincta *Regna* abiit, quorum quodque ſui juris fuit, ac ſeparatas a reliquis rationes habuit: unde fratres ſinguli REGES FRANCORVM appellati, nemoque in alterum poteſtatem habuit, ſed ſuam quisque partem ſuo & pari jure tenuit, atque ob eam rationem *Pares* dicti fuere.

L. LOTHARIVS deinceps, ſive tædio, ſive pœnitentia rerum præteritarum, ad ſacrum ordinem converſus, abdicato imperio, vires rerum Francicarum ſic ſatis inclinatas nova diviſione diſtraxit, Regnoque in tres partes diſtributo, LVDOVICO majori *Italiam* cum Imperii dignitate, LOTHARIO juniori *Auſtraſiam* ſive *Lotharingiam* cum *Burgundia cisjurana*, CAROLO natu minimo *Burgundiam transjuranam* cum parte provinciæ addixit.

LI. Poſthæc coaleſcere iterum cœpere ditiones Francorum varie hactenus diſtractæ. Scilicet extincto ſine prole CAROLO II. LOTHARII I. Cæſaris filio, fratres ſuperſtites regnum ejus ita inter ſe diviſerunt, ut

L. v. REGINO ad an. 855. OTTO FRISING. *L. VI. C. 2.* CONRING. de *Fin. Imp. L. I. Cap. VI.* SCHVRZFL. l. c. § 47 & *Hiſtor. Vet. Regni P. Q. Burgund. C. VI.* §. 2 *not. c.*

LI. v. SCHVRZFL. *Hiſtor. Vet. Regni. P. Q. Burgund. Cap. VI.* §. 2. *not. c.* TIT. *I. P. L. I. Cap. II.* §. 51.

ut LODOVICVS II. Cæſar *Burgundiæ transjuranæ* partem & *Provinciam*, & LOTHARIVS, *LOTHARINGIÆ* Rex, *Burgundiam minorem* acciperet.

LII. Deinde cum & LOTHARIVS junior improlis deceſſiſſet, hujus regnum *Burgundia* auctum de jure pertinuiſſet ad fratrem ſuperſtitem LVDOVICVM II. Cæſarem: ſed Patrui illius LVDOVICVS *Germanicus* & CAROLVS *Calvus* iſtud ita inter ſe diviſerunt, ut illi Burgundiæ pars Rheno vicinior, huic remotior cederet; quæ injuſta fortiſſis occupatio morte LVDOVICI Cæſaris fuit purgata.

LIII. LVDOVICO II. Imperatore itidem ſine liberis extincto, proximus heres erat LVDOVICVS *Germanicus*, cuius filium CAROLOMANNVM ſibi ſucceſſorem LVDOVICVS II. deſignaverat: ſed artibus *JOHANNIS* VIII. Papæ & muneribus CAROLI *Calvi* Galliæ regis factum eſt, ut imperatoria dignitas cum Italiæ Regno ad hunc CAROLVM perveniret.

LIV. At CAROLOMANNVS cum exercitu Italiam ingreſſus, poſt fugam Caroli & Pontificis ſub cuſtodia detentionem, in fidem

LII. v. Annal. BERTIN. & REGINO ad a. 876. OTTO FRIS. *L. VI. C. 6.* SCHVRZFL. l. c. §. 49. TIT. l. c. §. 52.

LIII. v. THOMAS. ad *Monz. Cap. I.* §. 9. *lit. q.* SCHVRZFL. l. c.

fidem juratam Optimates Romanorum recepit, Italiamque per aliquod temporis ſpatium tenuit, quamvis a titulo, utpote a Pontifice non coronatus, abſtinuerit, quem interim LVDOVICVS *Balbus* Caroli Calvi filius, ſine re tamen, geſſit.

LV. *Regnum Germanicum*, mortuo LVDOVICO Germanico, ex ejus voluntate inter filios *Carolomannum*, *Ludovicum* & *Carolum Craſſum* denuo quidem diviſum, ſed tamen in CAROLO hoc *Craſſo* iterum unitum, quin & cum *Imperatoria* dignitate non ſolum, *Italiæque* regno, ſed etiam *Francia Occidentali* conjunctum fuit.

LVI. Ita CAROLVS CRASSVS *univerſi Imperii Carolini Dominus*, ſed ab breve tempus, extitit: mox enim, ob ægritudinem animi & corporis, throno motus, atque ab omnibus deſtitutus, in ſumma miſeria mortuus eſt.

LVII. In *Italia* jam vivo Carolo variæ turbæ exortæ, ut Pontifex decreverit, ſi

E 2 Carolus

LIV. v. Annal. METENS. ad a. 876. OTTO FRIS. *L. VI. C. 6.* THOMAS. l. c. p. m. 47. SCHVRZFLEISCH. l. c. §. *50.*

LV. v. SIGEB. GEMBLAC. ad a. 885. OTTO FRISING. *L. VI. Cap 8.* conf. THOMAS. l. c.

LVI. v. OTTO FRISING. *L. VI. C. 9.* SIGEB. GEMBL. ad a. 883. conf. THOMAS. l. c.

LVII. v. SIGON. de *Regno Ital. L. 6.* ERYC. PVTEAN.

Carolus ſine liberis decederet, Regni Italiæ Imperiique fortunam penes Italos fore: unde mortuo *Carolo* ſeceſſiones factæ, aliis Italiæ Proceribus BERENGARIVM, aliis GVIDONEM Imperatorem & Italiæ Regem deſignantibus.

LVIII. Cum vero ARNVLPHVS Carolomanni filius nothus a Germaniæ Principibus, in locum Caroli, poſt multas diſſenſiones, Rex electus fuiſſet, is *Italiam* quidem armis recuperavit, & *Imperii* dignitatem a Pontifice nactus eſt, ſed *Franciam Occidentalem* amiſit, in *Francia Orientali* vero *Præfectis* provinciarum multum indulſit, novosque *Duces* creavit, ac tandem veneno infectus miſerando morborum genere extinctus eſt.

LIX. Succeſſit ipſi filius LVDOVICVS *Puer*, a Germaniæ Proceribus itidem electus, qui vero Imperii oneri ſedandisque turbis in Italia pariter ac Germania cum enatis, ob ætatem, impar, nec Imperatoris titulo inſignitus, in florente ætate obiit.

LX. Miſera tunc rerum facies, *Regno* utrius-

TEAN. *Hiſtor. Inſubr. L. 5. & 6.* THOMAS. l. c. p. m. 48.

LVIII. v. Annal. FVLD. & REGINO ad a. 1396--99. THOMAS. l. c. MEDITAT. ad *Inſtr. Pac. Specim. IV.* Mantiſſ. I. de *Superioritat. Terr.* §. 32. p. 32.

LIX. v. REGINO ad a. 900. ALBERICVS *Chron.* ad a. 912.

utriusque *FRANCIÆ* non ſolum inteſtinis Carolingorum diſcordiis a LVDOVICI PII fere temporibus lacerato, ſed & Barbarorum, *Normannorum*, *Saracenorum*, ac *Hungarorum*, invaſionibus ſubinde vaſtato, *ITALIÆ* vero Regno factionibus poſtremo itidem diſtracto ac perturbato.

ART. IV.

DE STATV REIP. GERMANICAE SVB CONRADO I. ET SAXONICIS IMPERATORIBVS.

§. LXI.

Extincta in Francia orientali *CAROLIDARVM* ſtirpe regnatrice, (a) ſui juris facti ſinguli Germanorum populi, ſummoque imperio jam ſinguli *Duces*, Provinciarum Præſides, conſenſu cujusque Populi, gaudere videbantur (b).

LXII. Placuit tamen, propter metuendos Hungarorum, Venedorum ac Gallorum

E 3 in-

LX. v. ALBERICVS *Chron.* ad a. 919.

LXI. (a) v. REGIN. *Supplem.* ad a. 911. HERM. CONTRACT. ad a. 911. (b) Dn. *de* LVDEWIG. *Germ. Princ. Poſt Caroling.* C. I. §. 2. & *Cap. III.* B. GVNDLING de *Statu Reip. Germ. ſub Conrado. I.* §. 3.

LXII. v. WITTICHIND *Corb. L. I. de geſtis Ottonis I.* LVITPRAND. *Hiſt. L. 2. Cap. VII.* DITMAR. *Chron.*

inſultos univerſis Germaniæ Populis, novum eligere Regem, CONRADVM ſcilicet, ſtrenuum & ſapientem non minus ac potentem *Franconiæ Ducum:* qui, cum non aliis conditionibus, ac Anteceſſoribus, delatum ei Imperium fuiſſe conſtet, eodem quoque imperandi jure merito uſus fuiſſe videtur

LXIII. Erant tunc temporis potentiſſimi Germaniæ Principes; EBERHARDVS, *Franciæ* Comes, GISELBERTVS *Lotharingiæ*, BVRCARDVS *Sveviæ*, ARNOLDVS *Bojoariæ*, &, ceteris omnibus eminentior, HENRICVS *Saxonum & Thuringorum*, DVCES: qui in potentiæ ſuæ incrementa intenti, contra Regem inſurgunt, ſed ejusdem prudentia & fortitudine omnes, præter *Arnoldum*, ei conciliantur, ita tamen, ut liberior quædam poteſtas in provincias ipſis concederetur.

LXIV.

Chron. p 325. edit. LEIBNIT. conf. SCHVRZFL. de *Diviſ. Imp. Karol.* §. *65*. Dn. *de* LVDEWIG. *Diſſ.* laud. *C. II.* §. *4. & 6. ſq.* B. GVNDLING *Diſſ.* laud. §. *4. & 7.*

LXIII. V. SIGEBERT. *Gemblac.* ad a. 914. LVITPRAND. *L. 2. C. 7.* WITTICHIND. *Annal. L. I.* p. 634. 635. Dn. *de* LVDEWIG Diſſ. cit. *C. III.* GVNDLING. *Diſſ* cit. §. *8. Meditationib.* ad *Inſtr. P. Spec. VII.* adject. *Mantiſſ. I. de Super. Terr.* § *32. p. 33.* conf. SPENERI *Hiſt. Germ. L. 4. C. II.* §. *1. 2.*

LXIV. Huic, eodem electionis jure, conſilio Conradi, conſenſu *Francorum, Alemannorum, Bavarorum, Thuringorum* & *Saxonum*, ſuffectus HENRICVS, *Auceps* dictus, fortiſſimus æque ac potentiſſimus *Saxonum* & *Thuringorum Dux*, qui ad componendas Reip. turbas atque inſtaurandam Germaniæ ſalutem occulta fati lege natus & factus videbatur.

LXV. Hic igitur primum BVRCARDVM *Soeviæ*, & ARNOLDVM ſeu ARNVLPHVM *Bavariæ*, inquietos Duces, prudentia magis quam armis, ad officium revocavit; conceſſa huic etiam poteſtate Epiſcopos conſtituendi; ac deinceps *Lotharingiam*, a CAROLO SIMPLICE, Franco Galliæ Rege occupatam, Germaniæ denuo adſeruit.

LXVI. Idem ut ſaluti Germaniæ eo rectius conſuleret, Saxoniamque imprimis a Barbarorum incurſionibus tutiorem red-

 deret,

LXIV. v. LVITPRAND. *Hiſt. Lib. 2. Cap. 7.* REGIN. *Supplem. ad a. 919.* WITTICHIND. *Annal. L. I.* ibi: *natum Ottoni Henricum toti mundo neceſſarium.* Aut. *vitæ S. Mathildis C. II.* conf. GVNDLING. de *Henrico Aucupe.* §. 13. 14. SPENER. *Hiſt. G. L. 4. C. III.* §. 4 5.

LXV. v. WITTICHIND. *Annal. Sax. L. I.* LVITPRAND. l. c. REGIN. *Suplem.* ad a. 924. GVNDLING. de *Henr. Auc.* §. 15. 16. 17. 18.

LXVI. v. GVNDLING. de *Henr. A.* §. 20. 21. 22. 23.

deret, *VRBIBVS* exſtruendis muniendisque operam dedit, *MARCHIONES Brennaburgi*, *Miſniæ* & *Slesvici*, limitum cuſtodes conſtituit, *Ludos Equeſtres* honoris & virtutis excitandæ cauſa celebravit, atque ad armorum diſciplinam Germanos inſtituit.

LXVII. Ita munimentis viribusque militis exercitati inſtructior Barbaros aggreſſus eſt, & primum *SLAVOS* ſeu *VENEDOS*, *Hevellos* imprimis & *Sorabos Dalemincios*, itemque *Luſicos*, & *Bohemos* aliosque, deinde *NORTMANNOS* ſive *Danos*, ac tandem *HVNGAROS* perdomuit, ac Germaniam his vectigalem libertati ſplendorique reſtituit; in Italiam quoque moturus, ni fato præventus fuiſſet.

LXVIII. OTTO M. Princeps, religioſus & fortis a Patre Henrico Rex deſignatus, atque hoc mortuo, ab omni *Francorum* & *Saxonum* Populo electus inauguratusque eſt in urbe *Aquisgranenſi*, miniſtrantibus ſolenni ritu ſummis Regni *Officialibus*, GISELBERTO *Lothariorum*, EBERHARDO *Franciæ*, HERMANNO *Sueviæ*, & ARNVLPHO *Bavariæ*, Ducibus. LXIX.

---

23. 27. ubi Ruxneri *Thurnier-Buch* ſuſpectæ fidei accuſat. SPENER. l. c. §. *7*.

LXVII. v. WITTICHIND. l. c. LVITPRAND. l. c. *C. 9.* GOTHOFRED. *Viterb.* conf. GVNDLING. l. c. §. *22 -- 27. 29. 30.*

LXVIII. v. WITTICHIND. *L. 2. Annal.* in princ. conf. COCCEJ. *I. P. Cap. XII. 5.*

Digitized by Google

LXIX. Hic regia auctoritate uſus, rebelles Principes, EBERHARDUM, *Franciæ* & GISELBERTUM *Lotbaringiæ* Duces, nec non *Tancmarum*, *Henricum* fratres ſuos, porro *Arnulphi Bavari* filios, denique CONRADUM generum *Lotbaringiæ* & LUIDOLFUM filium, Sueviæ Duces, ambitione nimios, morte, exilio vel alia ratione compeſcuit, atque de Ducatibus pro arbitrio fere diſpoſuit: in hoc tamen forte non ſatis prudens, quod nimiam poteſtatem ac Ducatus integros Ducibus conceſſit

LXX. Nimis forte etiam liberalis erga ſacrorum Antiſtites, dum non ſolum plures *Epiſcopatus* fundavit, quos æque ac *Monaſteria* ampliſſime ditavit, ſed & *Epiſcopis* novo more *ſecularem poteſtatem*, integrosque *Ducatus* gubernandos tradidit; Exemplo *BRUNONIS*, fratris Colonienſis Archiepiſcopi, cui *Lotbaringiæ Ducatum*, & *WILHELMI*, filii *Archiepiſcopi Moguntini*, cui

E 5 inſignia

LXIX. v. WITTICHIND. l. c. LUITPRAND. *l. 4. Cap. 7.* ALBERT. STAD. ad a. 939. ſeq. conf. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerumq.* §. 7. & 17. ibique Saraceni Cordubæ Regis judicium de Ottone ex Vita Johannis Abbatis Gorzienſis.

LXX. v. PAULUS LANGIUS *Chron. Citic.* ab init. DITMAR. MERS. *Lib. 2. Chron. ed. Leibn. p. 337.* WITTICHIND. *L. 1. Annal. p. 638.* Magn. Chron. *Belg.* pag. 80. REGIN. *L. 2.* ad a. 935. conf. HERT. de *Orig. Spec. Rer.* §. 7.

inſignia in *Haſſiam* & *Thuringiam* jura conceſſit; quamvis haud dubie hoc firmamentum Regiæ auctoritatis adverſus inſolentes & altiora ſpirantes Ducum animos crediderit.

LXXI. Is vero tunc *Regni Germanici* ſtatus erat: *Summa rerum* penes REGEM erat, & licet in conventibus Procerum ſive placitis modo de Republica, de bello, de tributis & vectigalibus conſultaretur, modo leges ferrentur, modo judicia exercerentur; attamen Regibus ſua conſtabat auctoritas, Carolingorum poteſtati conſimilis: ſicut & vectigalia, ceteraque bona, regalia ſive *fiſcalia* appellata, pleraque ærario cedebant.

LXXII. *EPISCOPOS* quoque & *ABBATES* conſtituebant, immorigerosque removebant, & defunctorum in mobilibus heredes erant: ſicut & *Epiſcopatibus* atque *Abbatiis* ſeu *Monaſteriis*, quorum plurima erant regalia, *ADVOCATOS* ſeu *VICEDOMINOS* præficiebant, vel bona Eccleſiæ adminiſtrantes, vel jus hominibus illius Eccleſiæ dicentes, vel alia jura exercentes.

LXXIII.

LXXI. v Card. CUSANUS de *Concord. Cathol. L. 3. C. 36.* ubi de exquiſita *Ottonis M.* & Succeſſorum poteſtate agit. conf. HERT. de *Spec. J. R. G. Rer.* §. 7. SPENER. l. c. *C. VIII.* §. 8.

LXXII. v. HERT. de *Orig. Spec. Rerump.* §. 7.

LXXIII. Tantum vero abeſt, ut *Superioritas Territorialis* OTTONVM tempore orta fuerit, ut potius *REGIA POTESTAS* tunc rewiruerit, *DVCVMque* & *COMITVM* poteſtas nonniſi dependens atque vicaria adhuc fuerit, cum honore & certa bonorum fiſcalium portione, feudi quidem more ipſis collata, ita tamen, ut *Ducatus* ipſi & *Comitatus* jure proprio ad Regem pertinuerint, quamvis functiones ſuas ad heredes transmittere *Duces* & *Comites* ſumma ope niſi ſint.

LXXIV. Sed ratione *IMPERII ROMANI* & *ITALIÆ* mutatio quædam Status publici OTTONIS tempore accidit. Is enim, rebus domi compoſitis, exterisque, *Danis*, *Slavis*, *Hungaris* devictis, in *Italiam* profectus eſt, a variis Principibus ab Arnulphi tempore uſurpatam atque BERENGARIVM II. primo coëgit, ut regnum cliente-

LXXIII. v. SPENER. l. c. *C. VIII.* §. 5. HERT. l. c. SCHILT. *ad J. Feud. Rom. Cap. XLII.* §. 21. 22. Card. Nic. de CVSA de *concord. Cathol. I. c. 28.* conf. BOECLER. in *Reb. ſecular. Henrici I.* p. 251. & *Ottonis M.* p. 316. MEIBOM. *Vindic. Bill.* ubi infinitis fere chartis Ottonis II. & III. probat, *Comites* nondum a *Comitatibus*, ſed *Comitatus* a *Comitibus* nomen accepiſſe.

LXXIV. v. LVITPRAND & WITTICHIND ll. cc. conf. SIGON. de *Regno Ital. L. 6.* SCHVRZFLEISCH

clientelari titulo a ſe reciperet, deinceps vero perfidiæ & perduellionis reum regno multavit, *ITALIAM*que adeo, conſenſu Procerum, ſibi & Succeſſoribus, Germaniæ Regibus, quaſi jure poſtliminii, vindicavit.

LXXV. Pari ratione Auguſta *IMPERII ROMANI* dignitas, itidem varie, ab ARNVLPHI tempòre, a principibus Italiæ, conſpirante Pontifice, uſurpata, cum ſummo ROMAE & *ſacri Patrimonii* Dominio, ab OTTONE M. acquiſita, impoſita ipſi a *IOHANNE XII.* Pontifice corona Romana, pactoque OTTONEM inter & *LEONEM VIII.* Populumque Rom. inito, perpetuo jure Regno *Germaniæ* juncta fuit.

LXXVI.

FLEISCH *Jus Auguſti in Ital.* §. 2. - 8. SPENER l. c. §. 12. 13.

LXXV. v. REGINO ad a. 962. Chron. *Caſſinens. L. I. C. 64. Theodor.* a NIEM. Tr. de *Jurib. Privileg. Imp.* p. 248. & GOLDAST. *Conſt. Imp. T. 1.* p. 34. it. SCHILT. *J. Publ. Tom. II. L. 2. Tit. X.* ibi. *Conſtituimus - - Ottoni I. Auguſto - - ejusque Succeſſoribus hujus Regni Italiæ in perpetuum, tam ſibi facultatem eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi* &c. item *Diploma Ottonis* de bonis Johanni Pontifici donatis ap. BARON. ad an. 962. ibi. *Salva in omnibus poteſtate noſtra*,

Digitized by Google

LXXVI. Idem fere ſtatus ſub OTTONIS II. & III. Imperio fuit: quippe qui auctoritatis Imperatoriae, juriumque a Patre & Avo quæſitorum adverſus Invaſores vel rebelles, *Bavaros*, *Bohemos*, *Danos*, *Polonos*, *Gallos*, *Italos*, *Romanos*, *Graecos*, *Saracenosque*, ſtrenui vindices, erga Eccleſias vero itidem juſto liberaliores, extitere.

LXXVII. Nec multum mutatum ſub HENRICO II. *Sancto* appellato, ſiquidem & hic in Sacrum Ordinem propenſior, in gratiam *Cunigundae* uxoris imprimis, *Epiſcopatum Bambergenſem* inſtituendo, aliosque

ſtra, *poſterorum noſtrorum* &c. conf. OTTO FRISING. *L. VI. C. 17. & 24.* CONRING de *Germ. Imp. Rom. c. X. & de Imperatore Rom. Germ.* §. 48. *ſeq.* SPENER l. c. §. 13 14.

LXXVI. v. LAMBERT. SCHAFNAB. SIGEBERT. GEMBLAC. ad an. 975. 976. ſeqq. it. 980. 981. ſeqq. CRANZ. *Saxon.* L. 4. C. 18. DITMAR. *Merſb. L. 3. & 4.* conf. SCHVRZFL. *Auctor. Hiſtor. Auguſt. ſequioris* §. 3. 4. VITRIAR. *Illuſtr.* C. *I. Tit. V.* §. 11. *Medit.* ad *Inſtr. Pac. Spec. IV.* adjecta *Mantiſſ. I.* de Superiorit. Territ. §. 33. ibique Card. *Cuſani* & *Onuphrii* Panvinii teſtimonia.

LXXVII. v. SIGEBERT & HERM. CONTRACT. ad an. 1003. ſeqq. compilatio Chron. ad a. 1002. apud Piſtorium Tom. I. p. 733. Aut. *Vita MEINWERCI Epiſc. Paderb.* ap. HERT. *de*

que Epiſcopatus nimiis beneficiis ornando, bona Imperii profudit: jura tamen Imperii in *Italiam*, *Bohemiamque* & *Poloniam* fortiter defendit.

ART. V.

DE STATV IMPERII ROM. GERMAN. SVB FRANCONICIS ET SVEVICIS IMPERATORIBVS.

§. LXXVIII.

Sub *FRANCONICIS* Imperatoribus, CONRADI *Saliqui* ac HENRICI III. inprimis auſpiciis, *Summa* Imperatoris *Poteſtas* non in *Germania* ſolum, contra rebelles *Duces*, ſed etiam in *Italia*, adverſus Pontificem & Proceres, itemque *Polonia* & *Bohemia* firmata: Sed & *Burgundiæ Hungariæque* Regna Germanico Regno innexa vel ſubjecta fuere.

LXXIX. Sed maxima rerum converſio HENRICI IV. & V. temporibus accidit, Imperiique *MAJESTAS* atque *IMPERATORVM*

de ſpec. Rebuſp. §. 9. conf. SCHVRZFL. *Auctor.* cit. §. 5 GVNDLING *von der H. Kunegunda, und derſelben vermeinten Keuſchheit, Otior. P. 3. Cap. III.*

LXXVIII. v. WIPPO in *Vita Conradi Sal.* DITMAR. *Merſb.* OTTO *Friſ. L. 6. c. 28.* ADAM. *Brem. L. 2. C. 39.* LAMB. *Schafn.* SIGEBERT. *Gembl.* ad a. 1040. ſeqq. *Urſperg. Chron.* in *Henrico.*

TORVM auctoritas, crebris Procerum defectionibus, Sacrique inprimis Ordinis, immenſis opibus aucti, atque potentia ſua elati, machinationibus labefactata, tantum non penitus concidit. *PROCERVM* vero, quorum ditiones, & terris & juribus auctæ, hereditariae ab hoc tempore factæ, potentia crevit.

LXXX. Caput cauſſae erat *ambitio Antiſtitum* cumprimis Romanorum, qui Imperii ſecularis pertaeſi, jure *Epiſcopos inveſtiendi* Imperatorem exuere conabantur. Sed hac de re inferius ex inſtituto agendi locus erit.

LXXXI. *Svecica* gens *HOHENSTAVFFIORVM* Imperio admota, ampliſſima *Henricorum* Franconiæ Ducum hereditate quidem aucta, ſed inter perpetuas fere turbas regnavit, vel a *Guelfica* gente æmula, vel a *Papa* excitatas.

LXXXII. Statim CONRADI III. tempeſtate fatalia *GVELFORVM* & *GIBELLINORVM* nomina & factiones enatæ ſunt, quorum illi cauſſam Pontificis egerunt,

LXXIX. v. MAIMBOVRG *de la Decad. de l' Empire l. 3.* SCHVRZFL. *Auctor.* cit. §. 7. Mantiſſa I. *Meditat. ad Inſt. P.* Spec. IV. adjecta de Super. Terr. §. 35.

LXXXII. v. ANDREAS PRESBYTER *chron. Bavar.* p. 25. edit. Schilt. OTTO FRISING. *L. 7. C. XXII. XXIII.* MVTII *chron. l. 20.*

runt, hi partes Imperatoris tuendi ſuſceperunt, utrique Germaniam & Italiam bellis civilibus per duo fere ſecula impleverunt.

LXXXIII. *Expeditiones* quoque *cruciatæ* in Palæſtinam hoc tempore ab Imperatoribus ſuſceptæ, quibus Germania viribus & flore militum ſpoliata, Pontificum vero, potentiam Imperatorum graviter ferentium, atque interim in turbido piſcantium, commoda maxime promota ſunt.

LXXXIV. *IMPERATORIÆ* tamen *MAJESTATIS* inſtaurator atque juris in *Italiam* ceterasque gentes Imperio obnoxias ſtrenuus vindex fuit FRIDERICVS *Aenobarbus*, Princeps fortis & animoſus; quippe qui ſepties in Italiam movit, atque *Papam* & *Civitates Italiæ* in ordinem redigere conatus eſt; nec minus *Burgundiæ* Comites fidelitatis vinculo ſibi adſtrinxit; in *Polonos* quoque jus ſuum exercuit, controverſias eorum dirimendo, atque tributum debitum exigendo; *Bohemiæ* modo Regem, modo Ducem dedit, ſed *Hungariam* intactam reliquit.

LXXXV.

LXXXIII. v. F. BVDDEI *Diſſ. de Expeditionibus cruciatis*, & P. MAIMBOVRG. *Traité des Croiſades.*

LXXXIV. v. OTTO FRISING. & RADEVIC. *de reb. geſt. Frid.* conf. SCHVRZFL. *Auctor.* cit. §. 11.

LXXXV. Memorabilis vero ſtatus publici mutatio accidit per HENRICI LEONIS, potentiſſimi *Saxoniae* & *Bavariae* Ducis, *proſcriptionem*, cujus pater HENRICVS *Superbus* jam ſub CONRADO III. eandem ſortem expertus, ſed filius FRIDERICI I. favore primum reſtitutus quidem, mox vero itidem, ob deſertum Principis beneficiarii officium, in comitiis Herbipolitanis proſcriptus, ac tantum non omnibus ditionibus, exceptis allodiis, privatus fuit.

ART. VI.

DE STATV GERMANIÆ IN INTERREGNO.

§. LXXXVI.

Cum FRIDERICO II. & CONRADO IV. & Imperantium auctoritas, & quies publica, & omnis prope felicitas perierunt, exorto magno & funeſto Germaniæ *INTERREGNO*: quo durante quidem GVILIEL-

LXXXV. v. GERH. STEDERBVRGENSIS, *Hiſtor. Henrici Leonis*. MEIBOM. *Apologia pro Henrico Leone*. SCHVRZFL. de *Henrico Leone*. Dn. LVDEWIG *Germ. Princ. Lib. 6. C. 1. §. 4.* Quæ rerum converſio in *Saxonia* & *Weſtphalia* inde conſequuta ſit, inferius ſuo loco memorabitur.

LXXXVI. Not. An *Interregnum* aliquod, idque tam diuturnum, quantum fertur, hac tempeſtate extiterit?

LIELMVS Batavus, RICHARDVS Cornubiæ Dux, & ALPHONSVS Caſtiliæ Rex, Imperatores, ſed factione Principum, electi, qui Imperium vel non legitime acceperunt,

tis? dubitari video, imo negari inprimis a IO. GVIL. HOFFMANNO, in Diſſ. cui titulus; *Jus Publicum, quod in S. R. Imperio Interregni magni temporibus obtinuit*, Francofurti edita: ubi, RICHARDVM Cornubiæ Comitem, poſt GVILIELMI mortem, rite electum ac coronatum, a magno Principum Germaniæ numero Regis loco habitum, negotiorum Imperii componendorum ſtudioſum, litem vero, quam ipſi ALPHONSVS Caſtiliæ Rex coram incompetente Pontificis tribunali movebat, nullam, adeoque dignitatem ejus non ſuſpenſam fuiſſe, cenſet; neque RICHARDVM, poſtquam a. 1259. in Angliam redierat, inani Regis nomine contentum, ad rem Germanorum publicam gerendam animum poſthac non advertiſſe, exiſtimat; cum tamen is a. 1262. *Tigurinos* a *Conrado* Sveviæ Duce ſollicitatos in ſuam & Imperii tutelam immediatam receperit, & a Sveviæ Ducatus vinculo, cui alligari periclitabantur, abſolverit; an. 1263. Petro *Sabaudiæ* Comiti terras *Kiburgenſes* donaverit; a. 1267. & 1268. ceſſionem *Ducatus Brabantini* inter *Henrici III.* Ducis filios compoſitam confirmaverit & ratam habuerit; a. 1269. conſulibus *Wormatienſibus*, in *Comitiis* ibi convocatis, angariæ abuſu interdixerit; denique a. 1271. *Abbatis*

Digitized by Google

perunt, vel non diu retinuerunt, vel ſaltem non rite adminiſtrarunt.

LXXXVII. Hac occaſione SENATVS SEPTEMVIRALIS in Germania cœpit, dum tres *ARCHI-EPISCOPI* iidemque *ARCHI-CANCELLARII*, & quatuor *ARCHI-PRINCIPES* ſeculares, qui, propter Dignitates officiales, Seculo XII. hereditario jure acquiſitas, magnam praerogativam

batis & conventus *Gisleni* tutelam *Balduino* de Avesnis commendaverit; neque etiam Regem demum a. 1262. ſed jam a. 1259. ad iter Germanicum ſe accinxiſſe; & quamvis denuo Angliam repetierit, & per aliquod tempus in vinculis ibi detentus ſit, nihilominus quatuor in Imperium noſtrum rediiſſe, adſerit. At enim vero quisquis turbatiſſimum Reip. Germanicæ ſtatum, qui tum temporis fuit, exiguum temporis ſpatium, quo is in Germania præſens, & maximum, quo abſens fuit, nec de Vicariis, in abſentia ſua toti Imperio proviſuris proſpexit, paucas quoque & exigui momenti res, quas in Imperio geſſit, conſideraverit, facile animadverteret, ſtatum illius temporis Interregno non fuiſſe abſimilem. v. ALBERTVS STADENS. ad an. 1247. CHRON. AVGVSTAN. a. 1257. MATTHAEVS PARISIENS. an. 1257. 1259. Anonym. autor *fragmenti* hiſtor. ap. VRSTISIVM T. II.

LXXXVII. v. CHRON. AVGVSTAN. an. 1257. Epiſt. VRBANI IV. ap. LEIBN. in *Cod. J. G. Diplom.*

gativam adepti, jura eligendorum Imperatorum in ſe transtulerunt.

LXXXVIII. Hoc rèrum ſtatu factiones, duella, diſſidiones publicæ, invaſiones, rapinae multæ exercebantur, nulla erat reverentia legum, nulla pax publica: diſtractis odio, belloque civili Principibus, Nobilibus, Civitatibus, Sacerdotibusque pro teſſera ignorantiam, crapulas, libidines, habentibus.

LXXXIX. Hinc *FOEDERA*, inter Status, publicæ ſecuritatis cauſſa, inita, quale inprimis *RHENANVM* iſtud fuit, a Civitatibus ad Rhenum ſitis multisque Principibus pactum; itemque HANSEATICVM, commerciorum cauſſa jam antea initum, & hoc tempore firmatum, nec non *GANERBINATVS* inter nobiles Familias conſtituti.

XC. Erant vero hæc duriſſima patriæ tempora cum funeſtis illuſtrium Familiarum caſibus conjuncta, dum *HOHENSTAVFIA* & *BVRGOVIENSIS* in *Svevia* & *Franconia*, *BABENBERGICA* in *Auſtria*, *LVDOVICI Barbati* progenies in *Thu-*

LXXXVIII. v. TRITHEM. *Chron. Hirſaug.* a. 1260. MVTIVS *Rer. Germ. Lib. 21.*

LXXXIX. v. CHRON. AVGVSTAN. ap. *Freher.* ad an. 1247. WERDENHAGEN de *Rebusp. Hanſeat.* KYLLING. de *Ganerbiis caſtrorum.*

XC. v. SCHVRZFL. *Auctor.* cit. §. 20.

Digitized by Google

Thuringia, *ANDECHSIA* & vulgo *MERANIA* apud *Variſcos* & *Bojos*, *EGISHEMENSIS* in *Alſatia* & complures aliæ interierunt.

XCI. Sed ex harum ruinis creverunt HABSPURGII, BOII, NORICI *Burggravii*, VETINENSES, BRABANTINI, BADENSES, WIRTENBERGICI, HENNEBERGICI & ORLAMUNDAE Comites. Præſules item BAMBERGENSIS & HERBIPOLITANUS; denique CIVITATES & NOBILES IMMEDIATI complures in *Franconia* & *Svevia* hinc enati.

XCII. Incrementa quoque hac tempeſtate cepit PRINCIPUM POTESTAS, quippe qui, Cæſare non exiſtente, jam majori libertate non ſolum in territoriis ſuis imperarunt, ſed etiam quæ foras ſpectant negotia belli, pacis, fœderum ſibi arrogarunt; ſicut & *Epiſcopi* & *Prælati* *Advocatos* ſuos & *Vice-Dominos* ſuſtulerunt: unde *Cæſaris auctoritas* tam in ſecularibus quam eccleſiaſticis magis magisque *labefactata* eſt.

F 3 ART.

XCII. v. Tract. de *ſuperiorit. Territ.* Mantiſſæ I. loco *Meditat.* ad Inſtr. P. Specim. IV. adjecta §. 36. CONRING. de *Conſtit. Epiſc.* §. 69. & de *Judic. Germ.* §. 71.

Digitized by Google

ART. VII.

DE STATV IMPERII ROMANO-GERMANICI SVB RVDOLPHO I. AD MAXIMILIANVM I. VSQVE.

§. XCIII.

Creatus tandem, inſtinctu Papæ atque Antiſtitum ſtudio, novus iterum Imperator, RVDOLPHVS *Habspurgicus*, Princeps fortis & magnanimus, qui auctoritatem Cæſaream, quantum potuit, inſtauravit, atque affinitate, qua potentiores Principes ſibi junxit, magnaque virium acceſſione potentiam firmavit: Statibus vero jura quæſita pleraque reliquit, nonnulla tamen Imperio vindicavit.

XCIV. In eo autem præclare de Republica Germanica meritus eſt, quod *pacem publicam* diuturno interregno turbatam reſtituit, *juſtitiam* per univerſam Germaniam priſtino more adminiſtravit, factionesque & diffidia Procerum latrociniaque malefeeriatorum ſuſtulit, atque adeo ſtatum Imperii omnibus modis emendare conatus eſt.

XCV.

XCIII. v. STERO ad an. 1273. & 1277. LEHMANN *Chron. Spir.* L. V. C. 104. ibique locus ex *Chron. Sponheim.* SCHVRZFL. Auctor. cit. §. 21. Tract. de *Superior. Terr.* Sup. cit. §. 37.

XCIV. v. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. V. C. 104. ſeqq. ibique *Chron. Sponheim.* GOTTFRIED. *Monach.* ad an. 1236. SCHVRZFL. l. c.

XCV. Nec *Arelatenſis Regni* jura neglexit: ſiquidem *Trevirenſem* Præſulem, *Cancellarium* illius *regni* conſtituit, ejusdemque Comites, in ordinem redactos, in verba ſua jurare coëgit.

XCVI. *Italiam* non adiit, nec tamen jura Imperii, ut vulgo creditum, alienavit, ſed potius, ne quid ejusmodi fieret, miſſis illuc nunciis literisque cavit, &, conſtitutis pro ſe VICARIIS, eam officii admonuit. Nonnullis quidem Civitatibus immunitates & privilegia impertitus eſt, ſed ſalvo Imperii jure, & certis finibus circumſcripta.

XCVII. Poſt ADOLPHVM *Naſſovicum* & ALBERTVM *Auſtriacum*, HENRICVS VII. *Luzelburgicus* Princeps maxime ſtrenuus, annitente Pontifice, cum *Philippus* Galliæ

XCV. v. ARGENTINENS. *Chron.* TRITHEM. *Chron. Hirſaug.* an. 1281. PONTVS HEVTER. de *Habsp. Orig.* C. IV. p. 11. SCHVRZFL. l. c.

XCVI. v. *Diplomata* RVDOLPHI, & inter hæc memorabile Reſcriptum ad Marchiones, Comites, Nobiles & Civitatum Poteſtates miſſum, in quo *Romaniola Imperii pomarium* nominatur ap. LAMBEC. de *Biblioth. Vindob. L. 3. App. p. 327. Chron.* HIRSAVG. ad an. 1281 conf. SCHVRZFL. l. c.

XCVII. v. ALBERT. ARGENT. ad an. 1308. ſeqq. ad 1313. MVTII *Chron. L. 23. p. 213. 214.* VERI

Rex pro fratre Imperium ſollicitaret, & negotium curante Trevirenſi, Henrici fratre, opportune celeriterque electus eſt: ſed qui, compoſitis Germaniae rebus, cum & in Italia Cæſaream auctoritatem inſtaurare conaretur, veneno in S. Cœna interemtus ab aliis dicitur, ab aliis negatur.

XCVIII. Rurſus igitur *Interregnum*, idque turbis & latrociniis fœdum, ultra annum extitit, donec LVDOVICVS *Bavarus* a majori Electorum parte eligeretur, cui tamen cum FRIDERICO *Auſtriaco* æmulo, de Imperio per octo annos contendendum fuit: quo ſuperato auctoritatem firmavit, & primus fixam in ditionibus ſuis *aulam* propriis ſumtibus aluit.

XCIX. Idem *IMPERII MAJESTATEM* adverſus iniqua Pontificis, Cæſarem citra ſuam confirmationem haud agnoſcentis, poſtulata maſcule defendit, in *Italia* vicariam adminiſtrationem, exemplo RVDOLPHI & HENRICI VII. continuavit, *Gibel-*

CERII *vita Henrici VII.* TRITHEM. *Chron. Hirſaug.* ad a. 1313. BALVZ. *Miſcell.* T. I. p. 162. ubi Diploma Johannis filii pro innocentia Monachi. conf. Matt. DIEFENBACH de *vero mortis genere Henrici VII.*

XCVIII. v. AVENTIN. *Annal. Boj.* *L.* 7. REBDORFIVS in *Annal.* ad an. 1314.-1322. it. 1344.

XCIX. v. ALBERT. ARGENT. p. 123 MVTIVS *lib.* 24.

Gibellinos, cauſſam Imperatoris agentes, tutatus eſt, atque priſtina Imperatorum jura circa Sacra exercuit, Pontificisque Anathema ſprevit, & in Comitiis Rhenſenſibus & Francofurtenſibus, *Imperatorem Rom. ex ſola electione cenſendum, nec Papæ confirmatione indigere* ſtatuit.

C. Ludovico CAROLVS IV. *Luzelburgicus* Bohemiæ Rex inſtinctu Pontificis & Antiſtitum favore oppoſitus fuerat, ſed illo mortuo nova diſſenſio exorta, aliis EDVARDVM *Angliæ* Regem, aliis FRIDERICVM *Misniæ* Landgravium, aliis denique GVNTHERVM Comitem *Schwartzburgicum*, Imperatorem poſcentibus, quibus omnibus tamen vel ſponte, vel accepta pecuniæ ſumma, cedentibus, vel morte ſublatis, CAROLVS ſolus Imperium obtinuit.

CI. Præcipuum ejus opus *Aureæ Bullæ* Sanctio fuit, qua Vicariatum Papalem abolevit, libertatem vero Imperii atque electionis jura firmavit, Electorumque prærogativas

lib. 24. LEHMANN. *Chron. L. 7. C. 16.* GOLDAST. *Conſtit. Imp. Tom. I. p. 325. & T. III. p. 409.*

C. v. ALBERT. ARGENT. ad a. 1346. 47. 48. REBDORF. ad h. a. MVTIVS *L. 24. 25.*

CI. v. MVTIVS L. 25. AENEAS SYLV. *Hiſt. Bohem.* C 33. CVRAEVS *Annal. Sileſ.* fol. 109. CVSPINI *Vita Caroli IV.* SCHVRZFL. *Diſſ. quod*

gativas ad faſtigium evexit: *Arelatenſis* vero Regni jura non alienavit, etſi CAROLVM *Delphinum* vicarium ejus non ſatis prudenter conſtituit: in *Italia Romæque* coronatus non multum effecit, & *Vice-Comiti Galeazio* aliiſque Vicariis, accepta pecunia, nimis indulſit, jus tamen ſupremum non vendidit; ceterum magis de *Bohemia* amplianda, & familia evehenda, quam Imperio tuendo, cujus vectigalia diſſipavit, ſollicitus.

CII. WENCESLAVS, largitionibus patris ad Imperium promotus, turbas & factiones in Germania callide fovit, atque fœdus civitatum adverſus Principes confirmavit, ſed mox iterum diſſolvit, & pacem publicam imperavit; in *Italia* jura Imperii imminuit, creato GALEACIO *Mediolanenſi* Duce, tandem ob varia facinora, cum primis neglectam Imperii curam, ſententia publica exauctoratus eſt.

CIII. In

---

quod Carolus IV. Imperii bona non diſſipaverit. SCHILT. *J. Publ. L. I. T. II.* §. *11. & T. XXIV.* §. *6.*

CII. v. ALBERT. ARGENT. ad an. 1376. MVTIVS *L. 26.* ad a. 1370. & 1400. LEHMANN. *L. 7. C. 63.* AVENTIN. *L. 7. p. 642.* GOLDAST. *Conſt. Imp. T. I.* p. 379. ubi exauctorationis formula. AENEAS SYLV. *Hiſt. Bohem.* in Wenceslao.

CIII. In hujus locum primo FRIDERICVS *Brunsvicenſis*, hoc autem cæſo, RVPERTVS *Palatinus*, ſurrogatus eſt, qui Statibus majorem libertatem ac jura conceſſit.

CIV. Mortuo *Ruperto*, ab aliis SIGISMVNDVS, Wenceslai frater, Rex Hungariae & Marchio Brandenburgicus, ab aliis vero IODOCVS *Moraviae* Marchio electus, ſed hoc defuncto, priori Imperium confirmatum eſt: qui, majoris animi quam fortunae Princeps, omnem curam impendit, ut ſtatum religionis & reipublicæ tranquillum redderet.

CV. Ante omnia *Schisma* in Eccleſia ex Antipaparum turbis, & *Wiclefi Huſſique* doctrina ortum, in *Concilio Conſtantienſi* tollere quidem, ſed auſu valde iniquo & infelici, contendit, *Johanne Huſſo* contra datam fidem combuſto: unde *bellum Husſiticum*, toti Bohemiæ & Germaniæ funeſtum

CIII. V. CVSPIN. f. 390. ſq. *Magn. Chron. Belg.* p. 342. MVTIVS. *L. 26. p. 266. 267.* LEHMANN. *L. 7. C. 75.* SCHILT. *J. Publ. L. 1. T. XXIV. §. 6.*

CIV. V. GOBELIN. PERSONA Aetat. VI. C. 90. B. RECHENB. *lib mem. prælect. hiſt. P. 3. C. V. §. 7.*

CV. V. AENEAS SYLV. *Hiſt. Boh. C. 38. 39. 44. ſqq.* HERM. *van der* HARDT *Hiſtor. Concil. Conſtant.* LEHMANN. *L. 7. C. 78.* B. RECHENB. l. c. PFEFFING. *Vitr. illuſtr. L. I. T. V. §. 18. n. (37.)*

Digitized by Google

ſtum exortum, in quo, æque ac *Turcico*, non una clade affectus fuit.

CVI. Poteſtate interim & jure Cæſareo uſus, *Pontifices* quodammodo coercuit, Comites *Cliviæ* & *Sabaudiæ* DVCES creavit, FRIDERICO Burggravio *Norimbergenſi* Electoratum BRANDENBVRGICVM, SAXONICVM vero, mortuo ſine herede *Alberto*, vacantem, FRIDERICO BELLICOSO Landgravio *Thuringiæ* & Marchioni *Miſniæ*, propter inſignia merita, præterito *Erico Lauenburgico*, contulit.

CVII. *Sigismundo* ſucceſſit gener ALBERTVS II. Auſtrius, Hungariae & Bohemiæ Rex, Princeps fortiſſimus ac potentiſſimus, Turcarumque terror, a quo ſibi maxima quæque pollicebatur Chriſtianus Orbis Imperiumque Germanicum, niſi præmatura morte extinctus fuiſſet.

CVIII. Poſt hunc FRIDERICVS III. Archi-Dux *Auſtriæ* electus, Princeps pacis & tranquillitatis amans, prætereaque avarus,

CVI. v MAGN. *Chron. Belg.* p. 356. GVICHENON. *Hiſtoire Genealogique de la Maiſon de Savoye*, ubi Diploma. CVSPIN. in *Vita ejus*. FABRIC. *Orig. Saxon. L. 7. f. 696.* D. RECHENB. l. c. PFEFFING *Vitr. ill.* l. c.

CVII. v. CVSPINIAN. in *Vita ejus*. p. 401. GERH. a ROO *Annal. Auſtr.* l. 5. 158.

CVIII. v. MVTIVS. L. 28. 29. AENEAS SYLV. in *Hiſtor.*

rus, occaſionumque negligens, ac in gerendis rebus Imperii remiſſior, qui, cum *Pontifici* per *concordata nationis Germanicæ* non parum indulſiſſet, etiam *Hungariæ* & *Bohemiæ Regna* ſibi prærripi paſſus eſt, nec *Pruſſos* Imperio ſervare ſtuduit, neque *Turcarum* progreſſus in provincias Europæas *Gallorumque* invaſiones in terras *Burgundicas*, inhibuit, domeſticis rebus diſtentus atque *Auſtriacorum* perfidia divexatus: de *pace publica* ſtabilienda quidem ſollicitus fuit, multaque *Comitia*, & hujus pacis & belli Turcici cauſſa, celebravit, ſed parum effecit, *turbis* hinc inde & *bellis civilibus* inter Proceres Imperii enatis, quibus tamen *fœdus Suevicum* non ſine fructu oppoſitum eſt.

ART. VIII.

DE STATV IMPERII ROMANO-GERMANICI SVB MAXIMILIANO I. ET AVSTRIACIS CETERIS AD FERDINANDVM III. SEV PACEM WESTPHALICAM VSQVE.

CIX.

MAXIMILIANO I. qui jam a Patre in conſortium Imperii tanquam Rex Rom. coopta-

Hiſtor. Friderici III. GERH. a ROO *Annal. Auſtr.* L. X. LEHMANN. lib. 7. C. 117. DATTII Vol. nov. rer. Germ. L. 2. C. IV. PFEFFING. l. c. n. (39) Dn. RECHENB. l. c. §. 8.

cooptatus fuerat, rerum potito, Germania ſimul cum orbe Europæo novam quaſi faciem induit; cum hic Princeps variis virtutibus eminens, ad ſeculi habitum ſtatumque melius ordinandum, quaſi divinitus deſtinatus videretur; in eo etiam felix, quod per connubia ampliſſimas ditiones *Burgundicas* atque univerſam Monarchiam *Hiſpanicam* Domui Auſtriacæ acquiſivit.

CX. Præclare autem de Imperio meruit, dum *Pacem publicam* ſtabilivit, *judicium Camerale* conſtituit, jus *Auſtrægarum* confirmavit, judicia Weſtphalica reformavit, *Regimentum* Imperii inſtituit, Imperium in ſex *circulos* primum, deinceps in decem diviſit, atque in variis Comitiis de ſalute publica promovenda conſultavit, Principes etiam ad inſtituendas Scholas & *Academias*, doctosque ad *ſtudia*, inprimis Hiſtorica & Genealogica excitavit.

CXI. De-

CIX. v. AENEAS SYLV. in append. ad lib. *Auguſtal.* Beneventi de Rambald. CVSPIN. in Maximil. I. MVTIVS *L. 29.* p. 303. 304. THVAN. *Hiſt. L. I.* D. RECHENB. l. c. *Cap. VI.* §. 1. 2.

CX. v. CVSPIN. in Maximil. DATT. *vol. nov. rer. Germ. Lib. 3. 4. 5. Ordin. Camer* de an. 1495. in proœm. GRYPHIAND. de *Weichb.* C. 54. ſeq. ORDIN. *Regiments Imp.* ap. MVLLER. *im Reichs-Tags-Staat L. I. C. V.* Dn. RECHENB. Diſſ. de *Regim. Imp.* SLEIDAN. *L. X.* p. 272. Rec. Imp. de

Digitized by Google

CXI. Defuncto *Maximiliano I.* & FRANCISCVS I. Galliæ & CAROLVS Hiſpaniæ Reges Imperium prenſabant: ſed poſterior priori, ſtudio inprimis Moguntini & FRIDERICI Sapientis *Saxoniæ* Electoris, qui Imperium ſibi delatum prudenti conſilio recuſabat, prævaluit; *Capitulatione* tamen, qua poteſtas Principis potentiſſimi limitaretur, ipſi præſcripta, qua per Procuratorem acceptata, primum Aquisgrani corona Germanica, poſtea Bononiæ Romana & Longobardica, inauguratus eſt.

CXII. Hoc imperante magna rerum converſio facta eſt per *REFORMATIONEM RELIGIONIS*, a B. LVTHERO non ſine Dei nutu ſuſceptam, quae in variis Comitiis negotium Imperatori & Statibus faceſſivit, variisque motibus anſam dedit, qui, cum duriora Cæſar veriori religioni addictis minitaretur, in fatale illud *bellum Smalcaldicum* eruperunt, exitio libertati Statuum

de an. 1512. §. 11. CHYTR. *Sax.* l. 1. 5. 6. conf. RECHENB. lib. *memor. Hiſtor. C. VI.* §. 14.

CXI. v. SLEIDAN. de *Statu Relig.* lib. 1. & 2. ERASM. *Epiſtol.* l. 13. Ep. IV. P. MARTYR. l. 33. Epiſt. 641. 643. 648. 697. & 699. GOLDAST. *Polit. Imperial.* part. 2. 3. 4.

CXII. v. infra lib. II. C. VI. SLEIDAN. de *Statu relig.* HORTLEDER. de *bello Smalcald.* NATAL. COM. *Hiſt.* L. I. & ſeqq. conf. RECHENB. l. c. *Cap. VII.* §. 3. 4.

Digitized by Google

Statuum civili pariter ac religioſæ futurum, ni MAVRITIVS novus Saxoniæ Elector, fœdere cum Gallis inito, ad mitiorem mentem Cæſarem redegiſſet, atque *Transactionem Paſſavienſem* primum, ac deinceps *Pacem religioſam* in Comitiis Auguſtanis procuraſſet.

CXIII. Sicuti autem in hoc turbato Germaniæ ſtatu variæ inter Principes & Ordines Imp. *controverſiæ* agitatæ, variaque bella civilia, vel tumultus exorti ſunt: ita & *ſtatus publicus* varie *formatus* fuit, *Capitulationibus* introductis, Pace publica per Ordinationem executionis aliosque Receſſus firmata, Regimento Imperii denuo primum ordinato, ſed tandem abolito, fœdere Suevico diſſoluto, Electoratu Saxonico ab Erneſtinis ad Albertinos translato, libertate religionis Proteſtantium ſtabilita, atque hinc duplici Statuum corpore enato, ſtatibus etiam jus belli, pacis, fœderum liberius exercentibus.

CXIV.

CXIII. V. RECHENB. l. c. §. 5. SLEIDAN. *L. 1. 3. & ſqq.* paſſim. HORTLEDER. de *bell. Smalc.* T. 1. CHYTR. *Chron. Sax. L. 10. & ſqq.* Ordin. *vom Landfrieden* an. 1521. Declar. pacis Norib. an. 1512. R. I. Norimb. de an. 1529. REFORM. Judicii Camer. de an. 1521. §. 50. ibi: *Dieweil das Regiment gefallen.* DATT. *L. II. C. IV.* MVLLER. *Annal. Saxon.* ad an. 1548.

CXIV. CAROLO V. Imperium abdicanti, ſucceſſit FERDINANDUS frater, Princeps pacis amans, jam vivo illo *Rex Rom.* contradicentibus licet Saxone aliisque Principibus, deſignatus, atque Regno Hungariæ & Bohemiæ auctus, quem deinceps nec Pontifex *Paulus* IV. Imperatorem agnoſcere volebat, quod abdicatio Caroli & inauguratio Ferdinandi ſine ſuo conſenſu facta eſſet, & licet a ſucceſſore agnoſceretur, *Coronatio* tamen *Romana* ab hoc tempore ceſſavit.

CXV. *Ferdinandum* excepit filius MAXIMILIANUS II. Princeps æquitate animi, prudentia & juſtitia inſignis, ſub quo *Proteſtantium religio* floruit, & in Bohemia Auſtriacisque provinciis, itemque Epiſcopatibus Magdeburgico, Halberſtadenſi, Verdano, ac Brunſvicenſium Ducatu, incrementa cepit, AUCTORITAS CAESAREA etiam in Italia & adverſus Papam vindicata, Statu Imperii cetera tranquillo, niſi turbis *Grumbachianis*, proſcriptionem *JOHANNI FRIDERICO* Saxoniæ Duci conciliantibus, inquietatus fuiſſet.

CXVI.

CXIV. v. THUAN. *L.* 21. SLEIDAN. *L.* 7.

CXV. v. THUAN. *L.* 26. 36. 37. 41. 45. 46. 62. CHYTR. L. 21. 22. NATAL. COM. *hiſt.* *L.* 21. *p.* 455. GRATIAN. de *vita Commendon.* L. III. C. 8.

CXVI. Subſequutum RVDOLPHI II. Principis mitis, ſed naturalibus ac chymicis plus operæ curæque, quam Imperii rebus impendentis, Imperium diuturnum variis motibus, religionis cauſſa fere excitatis, turbatum fuit, qui *bello tricennali* funeſtiſſimo præluſerunt, atque Status publici mutationibus haud exiguis anſam præbuerunt. Sed de Bello hoc ejusque cauſis aut occaſionibus, nec non pace in Weſtphalia tandem concluſa, inferius agendi locus erit.

CXVII. Pace Weſtphalica STATVS IMPERII varie formatus ac mutatus fuit, *Libertati* Statuum & *Religioni* Proteſtantium rectius conſultum, jusque *territoriale* ac *comitiale* iisdem firmatum, Collegio Electorali *Octoviratus* invectus, *terræ* quædam Imperii *Gallis Suecisque* ceſſæ, ac *Eccleſiaſticæ* nonnullæ in *Seculares* transformatæ: certæ vero res ad Statum publicum formandum ſpectantes ad proxima Comitia dilatæ.

CAP. II.

CXVI. v. Dan. EREMIT. *itinerar. Germ.* ſub init. STRVV *ſyntagm. Hiſtor. Germ. Diſſ. XXXIV.* §. 1. *ſeqq.*

CXVII. v. *Inſtrum. Pac. Weſtph.* Osnabrugenſe & Monaſter.

CAP. II.

DE
NOMINE ET TERRITORIO SEV FINIBVS IMPERII ROM. GERM. SPECIATIM
DE TERRITORIO REGNI GERMANICI ET PRÆCIPVIS EJVS PROVINCIIS AC POPVLIS.

§. I.

Quæ ex *Regno Franco-Germanico* ejusque acceſſionibus nata eſt Reſpublica, vel Rerumpublicarum potius compages, ſolenni elogio SACRVM ROMANVM IMPERIVM TEVTONICAE NATIONIS, *das Heilige Römiſche Reich Teutſcher Nation*, vel SACRVM ROMANVM IMPERIVM absque addito illo, vel IMPERIVM ROMANO-GERMANICVM, vel etiam IMPERIVM, *das Reich*, Κατ' ἐξοχὴν, appellitatur.

II. *IMPERII* nomen primum Monarchiæ Romanæ tributum, poſtea, ex quo

G 2 CARO-

§. I. v. BOECLERI *Diſſ. de Sacro Rom. Imp.* CONRING *de Germ. Imp. Rom.* Cap. X. l. OBRECHT *ad Monz.* C. I. §. 14. 15. KVLPIS *de Unit. Reip.* C. II. §. 2.

II. v. BOECLER. & CONRING ll. cc. qui adverſus BLONDELLI argutias hoc nomen Germanicæ

CAROLVS M. & OTTO M. titulum *IMPERATORIS ROMANI* aſſumſere, Imperium Romanorum Occidentale inſtaurare ſibi viſi, idem cum addito ROMANI *Germanorum* Reip. ſolenni ſtylo & conſenſu Gentium ita proprium factum, ut aliis Regnis ſtylo curali merito denegetur, ac peculiarem ejus præ ceteris Rebuspubl. præeminentiam inferat, eandemque ob cauſſam hodie recte retineatur.

III. *SACRUM* quoque idem Imperium Germanorum jam Carolingico ævo, ſolenni autem ſtylo a Seculi XII. temporibus, cognominatum: idque tum ad exemplum Roma-

nicæ Nationi vindicant. Conf. Illuſtr. THOMAS. Not. ad *Monzamb* Cap. I. § 9. p. 81. & §. 14. p. 118. BECMANN. *Notit. Dignit.* Diſſ. I C. 2 HORN. *J. Publ.* Cap. III. §. 2. TITIVS *J. Publ. Specim.* L. 1. C. IX. §. 7-- 17. BRVNNEM. *Exam. J. Publ.* L. 1. C. I. qu. 11. 12. 13.

III. v ARNVLPHI Imp *Dipl.* apud HVND. *Metrapol. Saltsb p.* 225. ibi: *ſuſtentatione noſtri SACRI IMPERII.* FRIDERICI I. Imp. in reſponſo Legatis Græcorum dato ap. FREHER. *Tom. I p.* 409 & GOLD *Conſtit. p* 286. ibi: *celſitudinem SACRI ROMANI IMPERII jam ferme triginta octo annis poteſtative gloriamur* & ap. OTTON. FRIS. *L. II. C. 30.* ibi: *SACRO IMPERIO & divæ Reip. conſulere debemus.* Decretum LVDOV. BAV. Rhens. apud. GOLD. *T. III. p.* 409.

Romanorum, *ſacrum*, quidquid ad Imperatorem pertineret, appellantium, tum inprimis, ad *Sacro-Sanctam* Imperii *Majeſtatem* ac eminentiam, vel adverſus Græcos, Imperium ſuum ἁγίας βασιλείας titulo efferentes, vel adverſus improbas Pontificum ac Italorum profanationes, eo fortius vindicandam, factum videtur; quæ poſteriores rationes ſequiori ævo forte acceſſere.

IV. Ut autem ſuperſtitioſa nominis Romani veneratio haud dubie fecit, ut Germani Civitatis devictæ ac provinciæ acceſ-

 ſoriæ

p. 409 ibi: *SACRO-SANCTUM IMPERIUM ſumma in terris poteſtas.* Idem *SACRI* vel *SACRO-SANCTI IMPERII* titulus ab exteris quoque, præſertim Galliarum Regibus, CAROLO VIII. LUDOVICO XII. & FRANCISCO I. itemque Angliæ Rege, HENRICO VIII. imo & Pontifice NICOLAO V. Imperio noſtro paſſim tributus legitur.

v. BARN. BRISS. de *verb. ſignif. I.* 17 v Sacras, MABILLON. de *Re Dipl. L.* 2 *C XI. n* 13 *L.* 6. *p.* 549. de LUDEW. *Tom II R liqu. L* 2 *p* 96. FREH. *Tom. III. Ep* 8. *p* 370. *Ep* 14 *p.* 418 *T. II. p.* 42. *ſqq.* LEIBN. *Cod Dipl. P.* 1. *n* 161 BOECLER. Diſſ cit. voce *Sacrum.* SCHILT. *J Publ.* L. I T XIV. §. 1. TITIUS *J. Publ* L. I. C IX §. 4. 5. 6. B. STRUV. *Corp. Jur. Publ. I. R G. Cap. II.* §. 1.

IV. v. TITIUS *J. Publ.* L. I. C. IX. §. 17. 20. CONRING

ſoriæ nomen domeſticis titulis præferrent: ita *TEVTONICAE NATIONIS* cognomentum, vel iisdem Italis, vel etiam Gallis, jus ſibi in Imperium Romanum arrogantibus, oppoſitum, atque adeo ſoli Teutonicæ Nationi jus iſtud in Imperium Rom. hoc nomine adſertum videtur.

V. TERRITORIVM Imperii Romano-Germanici, ſecundum *fines* ſuos, ac *provincias*, quas continet, deſcribendum, primo omnium in *UNIVERSALE*, quod eſt univerſi Imperii, & *PARTICVLARE* ſeu *Provinciale*, quod eſt Statuum Imp., recte diſpeſcitur: quorum illud jure Majeſtatis Imperatoris & Imperii, hoc jure Superioritatis territorialis gubernatur.

VI. *UNIVERSALE* Imperii Romano-Germanici *Territorium* iterum vel *Principale* eſt, provincias complexum, in quibus primum ac primario Imperium conſtitutum; vel *Acceſſorium*, quo ſpectant terræ provinciæque eidem acquiſitæ, nec tamen pleno jure incorporatæ.

VII. Aliud vero eſt territorium *Imperii Romani* antiqui, aliud *Imperii Romano-Germanici*: Imperii *Romani* territorium *principale*

RING. l. c. C. XII. §. 23. MONZAMB. *C. I*, §. 4. PACIF. a LAPID. ad *Monzamb.* D. 6. §. fin. 417.

V. v. SCHILT. *J. Publ.* L. 1. T. I. §. 2.

VI. v. COCCEJ. *J. Publ.* Cap. I. §. 10.

VII. v. COCCEJ. l. c. Cap. II. §. 1.

cipale fuit olim *Roma*, &, quæ ei initio Imperii jam ceſſerat, dudumque jure Quiritium utebatur, *Italia*; *Acceſſorium* erant *provinciæ*, ei per *Africam*, *Aſiam*, & *Europam* quæſitæ, nec iterum jure exemtæ: ſed de horum finibus hic non ſumus ſolliciti.

VIII. Imperii ROMANO - GERMANICI territorium *principale* olim fuit *FRANCIA GERMANICA*, in qua primo Regnum a Francis ſtabilitum, ac variis deinceps vel acceſſionibus, territorium *acceſſorium* conſtituentibus, auctum, vel diviſionibus exemtionibusque imminutum: unde *fines* territorii principalis & acceſſorii per vices temporum varie mutati ſunt, neque adeo, niſi obſervata temporum diverſitate, accurate definiri poſſunt.

IX. Scilicet alii erant *fines* Germaniæ antiquæ ante erectum Francorum Regnum; alii Regni Francici Merovingorum tempore; alii Imperii Carolingici; alii Regni Germanici poſt diviſionem Imperii Carolingici; alii Imperii Romano-Germanici Ottonis M. & ſequentium Imperatorum temporibus ad

VIII. v. COCCEJ. l. c. §. 2. CONRING. de Finib. Imp. Lib. I. C. 1.

IX. v. SPENERI *Hiſt German.* L. I. C. 1. ubi de Germaniæ priſcæ finibus, regionibus & populis, & ſic deinceps in ſequentibus Libris ac Periodis de finibus Imp. per vices temporum mutatis agitur.

Interregnum usque; alii denique ab Interregni tempore, poſt varias pacificationes, Weſtphalicam inprimis, Noviomagenſem, Rysvicenſem, ac Raſtadtio-Badenſem, hodieque exiſtunt.

X. Sed cum parum juvet, *antiquiores* Germaniæ vel etiam Imperii Romano-Germanici limites operoſius inquirere; ſatis erit, *Territorium* Imperii noſtri conſiderare, quale *hodie*, poſt varias finium mutationes, exiſtit, ita tamen, ut non tam *Geographice fines* ſecundum provincias, quas adhuc poſſidet, deſcribantur, quam *juridice* disquiratur, quarum provinciarum poſſeſſione juſte vel injuſte exciderit, quasque adeo juſta prætenſione repetat.

XI. *Principale* igitur Territorium Imperii Romano-Germanici hodieque eſt *GERMANIA*; quippe quam victor populus a temporibus Francorum primum inſedit, primariamque Regni ſedem a *CAROLI M.* ac deinceps *OTTONIS M.* temporibus conſtituit: quæque adhuc hodie & jus eligendi & regendi & reſidendi ſibi vindicat: licet ea arctioribus hodie, ac olim, limitibus circumſcripta ſit.

XII. Inter *Acceſſoria* ejusdem Imperii territoria olim numerabantur *ROMA* cum ſuo territorio, Regnum *ITALIÆ* & utriusque *SICILIÆ*. Regnum *ARELATENSE*, *DANIA*, *BORUSSIA*, *LIVONIA*, *POLONIA* & *HUNGARIA*; quippe quæ terræ

ræ omnes vel jure armorum vel pactorum a CAROLI M. atque OTTONIS M. temporibus Regno Germaniæ acceſſere; ſed pleræque iterum exemtæ atque avulſæ ſunt, ut adeo non niſi Regnum *ITALIÆ* atque *ARELATENSIS* Regni provinciæ quædam ſuperſint.

XIII. *GERMANIA*, quæ olim a Gallis, Rhetiisque & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus ſeparabatur, atque ad Oceanum Septentrionalem Sinumque Bodnicum & Finnicum protendebatur: hodie fines habet, *Orientem* verſus Poloniam atque Hungariam, verſus *Occidentem* Galliam atatque Belgium, verſus *Meridiem* Italiam & Helvetiam, verſus *Septentrionem* mare Balticum & Daniam.

XIV. Diviſa autem antiquitus Germania non in Provincias, ſed *Populos*, quorum prima ætate perplures fuerunt, qui tamen a nonnullis ad V. vel VI. generaliora nomina, ſive gentes majores, reducuntur: quamvis diviſio iſta obſcuritate non careat, nec ad pernoſcendum ſtatus publici moderni fundamentum multum facere videatur.

XIII. v. CELLAR. *Notit. orb. ant.* Lib. 2. C. V. p. 449. CLUVER. *Introd. ad Geogr.* L. 3. C. I. p. 109.

XIV. v. PLIN. *Hiſt. Nat.* L. IV. C. 14: Dn. COCCEJ. *J. Publ.* C. II. §. 23.

XV. Sed poſtea, abolitis antiquioribus iſtis, nova præcipuorum Populorum nomina audita ſunt, quæ & provinciis, in quibus ſedem fixerunt, ſenſim adhæſere: unde, *Carolingorum* inprimis atque *Ottonum* temporibus, *FRANCIA* vel *FRANCONIA*, *LOTHARINGIA* & *TERRA RHENENSIS*, *ALEMANNIA* ſive *SVEVIA*, *BOJOARIA*, ſive *BAVARIA*, *SAXONIA & THVRINGIA*, tanquam cardinales Germaniæ principis partes ac provinciæ, innotuere; quibus deinceps & *VENEDORVM* ſeu *SLAVORVM* provinciæ, in Germania ſitæ, acceſſere.

XVI. Cum autem, per diviſionem *Imperii Carolingici*, peculiare in *Germania* Regnum enatum fuerit, *FRANCIAE ORIENTALIS REGNVM* initio, ac deinceps *GERMANICVM REGNVM*, appellatum: hujus jam *Territorium*, ſecundum *fines* ſuos ac *provincias* curatius definiendum erit.

XVII. Nimirum *Territorium* hoc *REGNI GERMANICI* itidem non incommode in *Principale* ſive *Originarium* & *Acceſſorium* diſpeſci poteſt.

XVIII. *Principale* eſt, quod continet *Populos* Germaniæ *Principes*, qui a tempore LVDOVICI GERMANICI juris Germanici fue-

XV. v. Ill. COCCEJ. *J. Publ.* C. II. §. 24. STRUV. *Synt. J. Publ.* Diſſ. III. §. 2. SPENER. *Hiſt. Germ.* L. 3. C. I. §. 7. 11. & L. 4. C. I. §. 4. 5.

Digitized by Google

fuerunt: nempe *FRANCOS*, *ALEMANNOS* ſeu *SVEVOS*, *BOJOARIOS* hodie *BAVAROS*, *SAXONES*, *THVRINGOS*, denique *FRISIOS*, & Provincias, ab iis habitatas ac denominatas.

XIX. *Acceſſorium* vero eſt, cujus Populi vel Provinciæ poſtea demum in juris Germanici conſortium tranſierunt: veluti *LOTHARINGI*, nec non Provinciæ *SLAVIAE*, in Germania ſitæ, & Civitate Germanica donatæ.

CAP. III.

DE FRANCIA ET FRANCONIA.

§. I.

FRANCI a libertatis ſtudio ita dicti, ex diverſis Germaniæ populis, Rheni inferioris, Moeni, Viſurgis & maris ſeptentrionalis accolis, ac initio tantum fœdere ſub communi Duce unitis, tandem in unam Remp. coaluerunt, &, creato Rege PHARAMVNDO, novum in Germania *Regnum* condiderunt, *FRANCICVM* a conditoribus appellatum.

II. Hocce Francorum Regnum, intra fines Germaniæ primo conſtitutum, fixa *Diſpar-*

§. I. v. GREGOR. TVRON. Lib. II. C. 9. *Geſta Francor. Epitom.* C. IV. conf. ſupr. L. I. C. I. §. 16.

II. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. III. Sect. VI. §. 80. -- 84.

STRVV.

Dyſpargi in confiniis Thuringorum regia ſede, ac deinceps Belgica utraque & Germania Cis-rhenana auctum, tribus tum conſtitit provinciis: 1. *FRANCIA GERMANICA* ſive *TRANS-RHENANA*; 2. *FRANCIA GALLICA*, ſive *CIS-RHENANA*, quæ & *TERRA RHENENSIS* dicta, jam antea a genuinis Germaniæ populis habitata, atque ita ei unita, ut vera Germaniæ pars ac provincia ſemper habita, ac pleniſſime juris Germanici facta fuerit; 3. *FRANCIA* ſive *GERMANIA MEDIANA* ſeu *BELGICA*.

III. *FRANCIAE RHENENSIS* populi primum *Salii* & *Ripuarii*, unde & ipſa Terra *Salica* & *Ripuaria* dicta, deinde vero, una cum *Germaniæ Belgicæ* populis, *Lotharingorum*, nominibus inclaruerunt.

IV. Cum vero poſtea, CLODOVAEI M. inprimis & filiorum auſpiciis, *Galliam* non ſolum, ſed etiam *Germaniam*, ſibi ſenſim ſubjicerent Franci: coepit diviſio in *FRANCIAM ORIENTALEM* atque *OCCIDENTALEM*, ſive quod idem eſt, Regnum *AVSTRASIAE* & *Neuſtriæ*, *Oeſtenreich* & *Weſtenreich*.

IV.

STRUV. *Synt. Hiſtor. Germ.* Diſſ. I. §. 14. & Diſſ VI. §. 1. ſqq.

IV. v. WERLHOF Not. Imp L. 1 C. II. §. 90. ſq. STRUV. *Synt. J. Publ.* Diſſ. III. §. 5.

V. *NEVSTRIA* dicebatur, quidquid inter Moſam & Ligerim ſitum, ſive *Francia Gallica* in ſpecie ita dicta, atque a *Burgundia* & *Aquitania*, nomina retinentibus, diſtincta.

VI. *AVSTRASIÆ* vero nomen initio quidem nonniſi terras inter Rhenum Moſamque, cum Transrhenanæ priſcæque Franciæ exigua ad fluminis ripam portione, atque Franconia Alemanniæ parte; ſed deinceps integram quoque Alemanniam, & ſtipendiarias provincias, Thuringiam atque Bojoariam, complexum eſt: licet poſtea ſæpe omnis *Germania*, quousque *Francorum* parebat Imperio, *FRANCIÆ ORIENTALIS* nomen ſortita fuerit.

VII. *Pars* Auſtraſiæ ſive *Franciæ Orientalis* proprie dictæ, ad Mœnum ſita, atque *Alemanniæ Thuringiæque* partes complexa, *FRANCONIA* in ſpecie ſalutata eſt, inde nata, quod, continendis in officio Alemannis, Thuringis & Bojoariis, nova in *Alemannicum*

VI. V. STRUV. & WERLHOF. ll. cc. HERT. *Not. Vet. Franc. Regni* Cap. I. §. 7. SCHURZFL. *de Auſtraſia.* FRANCOPOLITAE *Bericht von denen Kænigreichen Auſtraſien, Lothringen, und Germanien.* SPENER. *Hiſtor. Germ.* L. 2. C. IV. §. 5.

VII. V. COCCEJ. *J. Publ* C III. S VI. § 80. GUNDLING. de *Conrado I* §. 6. n. (c) SPENER. *Hiſt. Germ.* L. 2. C. I. §. 6. & C. IV. §. 3.

mannicum agrum a *Francis* colonia ducta eſt, quæ provinciæ nomen intulit.

VIII. Fines habuit Alemanniam ab auſtro, Rhenum ab occaſu, Saxoniam contra ſeptentriones, & Thuringiam ad orientem: ſed e Thuringiæ ruinis maxime aucta eſt, atque adeo inter Rhenum, Danubium, Mœnum & Salam intermedia ab eo tempore ſemper manſit.

IX. Diviſo poſtea Imperio Carolino, *Francia* quidem *orientalis* Trans-rhenana, ſeu *Germania*, cum Civitatibus Cis-rhenanis, Moguntina, Wormatienſi & Spirenſi, LVDOVICO *Germanico*, *Auſtraſia* vero reliqua LOTHARIO II. poſt mortem patris ſub Regni *LOTHARINGICI* nomine obvenit, quamvis & hoc non multo poſt *Germanico* Regno, ſub *Ducatus* titulo, iterum unitum fuerit.

X. Ceterum memoria triplicis illius *Franciæ* in triplici Metropoli, Eccleſiaſtica & Civili, deinceps quoque conſervata eſt: dum Franciæ *Germanicæ* metropolis Eccleſiaſtica,

VII. v. SPENER. l. c. L. 2. C. I. §. 6. & L. 3. C. I. §. 7.

IX. v. *Annal. Bertin.* ad a. 843 REGINO ad a. 842. conf. STRUV *Synt. Hiſtor. Germ.* Diſſ. VIII. §. 20. & *Synt. Jur. Publ.* Diſſ. III. §. 6. & 21.

X. v. GVNDLINGIANA P. XVI n. II. *von der Teutſchen Francken Erb-und Wahlreich.* Add. ejusd. *Diſcours uber* HENR. de COCCEJI *Juris Publ. Prud.*

ſiaſtica, *Moguntia*, civilis, *Francofurtum*; Franciæ *Rhenenſis* ſive *Ripuariæ*, metropolis eccleſiaſtica, *Colonia Agrippina*, Civilis, *Aquisgranum*; denique Franciæ *Belgicæ* metropolis eccleſiaſtica, *Auguſta Trevirorum*, civilis vero *Mediomatrices*, fuerunt.

XI. *FRANCIAM ORIENTALEM*, quæ & *Franconiam*, & reliquias *Franciæ Germanicæ*, *Ripuariæ* & *Belgicæ* complectebatur, Carolingorum tempore procurabant COMITES, fiſco regio præfecti, atque *CAMERÆ NVNCII* dicti, ex quibus duæ familiæ nobiliſſimæ effloruerunt, *Bambergenſis* ALBERTI, & *Herbipolenſis* ſeu *Francica* CONRADI, ſibi invicem infeſtisſimæ, adeo ut CONRADVS *Comes Franciæ* & *Wedroviæ* dictus, tandem ab ALBERTO occiſus fuerit, quem tamen viciſſim LVDOVICVS Rex morte multavit.

XII. Licet autem initio, non niſi exigente neceſſitate, DVCES *belli* in Franconia creati fuerint, tamen poſtea occiſi Conradi filius CONRADVS, ſuppreſſis maxime

XI. v. REGINO ad a. 811. & 902. ſeqq. ECKARD. de Caſ. S. Gall. L. I. Conf. PFEFFING. Vitriar. illuſtr. L. I. T. XVI. §. II. n. V. de Ducibus Francon. MEIBOM. Rer. Germ. T. I. fol. 673. ſeqq.

XII. v. MARIAN. SCOT. ad a. 887. ibi: *arte cujusdam Franci, ac ſolertia, nomine Ottonis, qui erat* DVX BELLI &c. conf. PFEFFING. l. c. STRUV. *S. J. Publ.* Diſſ. III. §. 8.

me Bambergicis, nomen *Ducale* ſibi vindicaſſe videtur, ſiquidem *DVX FRANCIÆ ORIENTALIS* nonnunquam audit: quamvis idem, Rex Germaniæ electus, Franconiam EBERHARDO ſub *Comitis* tantum titulo regendam commiſerit; qui tamen interdum quoque *Dux Francorum*, appellatus eſt.

XIII. Mortuo *Eberhardo*, Franconia CONRADO III. Sapienti, Eberhardi ex fratre nepoti, obvenit, quam una cum Ducum ſede *Limburgo* & palatio *Wormatienſi* obtinuit.

XIV. Ab hoc ad pronepotem CONRADVM SALICVM devenit, in cujus gente Franconiæ Ducatus usque ad HENRICVM V. permanſit: qui, cum improlis eſſet, eundem nepoti ſuo e ſorore Agnete, CONRADO FRIDERICI *Sueviæ* Ducis filio legavit.

XV. Ceſſit igitur *SVEVORVM* Ducibus, quibus cum CONRADINO deficienti-

XIII. v. TÖLNER *Hiſt. Palat.* C. VII. p. 181. Dn. COCCEJ. l. c. §. 96. PFEFFING. l. c. STRUV. l. c. §. 9.

XIV. v. WIPPO *in Vita Conradi Sal.* Dn. COCCEJ. *J. Publ.* C. III. §. 97. ſeq. PFEFFING. & STRUV. ll. cc.

XV. v. CASP. ACHAT. BECK *de Ducatu Francon. Auguſtin. de* CANUSIO *von dem Titul des Her-*

cientibus, ille quoque *Ducatus* varie diſſipatus; interim titulum *Franconiæ Ducis* adhuc gerente *Epiſcopo HERBIPOLITANO*, proteſtantibus tamen *Moguntino* & *Bambergenſibus*, *Saxonicis* atque *Brandenburgenſibus*, quibus etiam jura ſua ab Imperatore fuerunt confirmata.

Cap. IV.

DE LOTHARINGIA.

§. I.

LOTHARINGIA *Franciam Cis-Rhenanam*, quondam *Auſtraſiam*, cujus pars *Provincia Ripuariorum* ſive *Terra Rhenenſis*, præcipuo nomine dictam, ac Francorum Imperio parentem, olim complectebatur; ſed deinceps, cum per diviſionem Imperii Carolini LOTHARIO Imp., ac dein ejus filio cognomini obveniſſet, Regni *LOTHARIENSIS* nomen adeptum eſt; *Rhenenſis* vero *Terra* proprie dicta, quæ prima pactione Ludovico Germanico ceſſit.

H II. *Lothar*

Hertzogthums Francken in nova Biblioth. Hallenſi. COCCEJ. l. c. STRVV. l. c.

§. I. v. REGINO ad a. 842 ANNAL. BERTIN. ad a. 843. LVDEWIG *de Jure quod ſibi Gallarum Rex in Lotharingiam poſtulavit.* Cap. I. §. 5 6, SPENER. *Hiſt. Germ.* L. 3. C. I §. 10 PFEFFING. *Vitr. ill.* L. 1. T. XVI. §. 11. n. III. de Ducib. Lothar.

Digitized by Google

II. *Lothario* juniore defuncto, controverſia de ſucceſſione, inter ipſius patruos, LVDOVICVM Germaniæ, & CAROLVM *Calvum* Galliæ Regem ſuborta eſt, quæ *Procaſpidana* vel *Aquisgranenſi* transactione ita finita, ut Lotharingiam æquis partibus inter ſe dividerent.

III. Sed mox integram *Lotharingiam* ad Scaldim usque LVDOVICI *Germanici* filio cognomini ceſſit *LVDOVICVS Balbus*: Inde *ARNVLPHVS* eandem conceſſit filio ſuo notho ZVENTIPOLDO; qui cum proceribus minus gratus eſſet, in bello perimitur, ſuccedente ipſi ex procerum conſenſu CAROLO *Simplice*, Rege Gallorum, qui, contranitente licet *CONRADO*, Germanorum Rege, hanc provinciam obtinuit.

IV. Verum *HENRICVS Auceps* eandem ſingulari *transactione*, Bonnæ cum *Gallorum* Rege

II. v. REGINO ad a. 870. ANNAL. PITHOAN. p. 488. SCHVRZFL. de Regno Auſtras. §. 11. 18. LVDEWIG. l. c. §. 6. STRVV. *J. Publ.* Diſſ. III. §. 21.

III. Not. Zventipoldum adhuc *Regis* nomen in Diplomatibus ſibi adſcripſiſſe. v. REGINO ad a. 870. SIGEBERT. GEMBLAC. ad a. 912. COCCEJ *J. Publ.* Cap. V. Sect. II. §. 22. STRVV. l. c. PFEFFING. l. c. HEINECC. de *Eminent. Duc. Loth. Prærog.* § 3.

IV. v. REGINO ad an. 924. WITTICHIND. *Annal.* L. I.

Rege Carolo inita, Imperio iterum vindicavit, ac GISELBERTVM, deſponſata ipſi filia Gerberga, *DVCEM* Lotharingis præfecit, a proceribus jam ante electum, qui etiam inter *Duces*, *Officiales* Imperii, *OTTONIS M.* coronationi adfuit.

V. *GISELBERTO* poſtea rebellante, atque in tranſitu Rheni ſubmerſo, Lotharingia denuo *Teutonicorum Imperio* ab OTTONE M. aſſerta, & ſecundum Imperatorum arbitrium per *DVCES* aliquamdiu adminiſtrata fuit: quales fuere HENRICVS Ottonis M. frater, OTTO, CONRADVS idem & Franconiæ Dux, ac BRVNO Archi-Epiſcopus *Colonienſis*, Ottonis M. frater.

VI. Poſt Brunonis mortem OTTO M. (a) Lotharienſis Regni negotia ipſe diſpoſuit idemque, ut videtur, per *Comites* rexit, ſed *OTTO II.* deinceps CAROLO, *Lotharii* Galliæ Regis fratri, illud conceſſit, qui *primus* H 2 *DVX*

L. I. p. 637. & L. II. p. 643. SIGEBERT. GEMBL. ad an. 927. OTTO FRISING. L. IV. C. XIV. & XVIII. conf. STRVV. l. c. §. 21. 22. & LVDEWIG. l. c. §. 8. (cc). PFEFFING. *Vitr. ill.* L. I. T. XVI. §. 11. n. III. de Ducib Lotharing.

V. v. WITTICHIND. *Annal* L. I. p. 638. LEVOLDVS NORTHOFIVS in *Catal. Archiepiſc. Colon.* ap. MEIBOM. p. 681. PFEFFING. l. c.

VI. (a) Quem ſe adhuc *Regem Lotharienſem* & *Francigenum* ſcripſiſſe, *Miraus* in Cod. piar. donat. &

DVX hereditarius fuiſſe videtur, & licet ipſe *LOTHARIVS* Lotharingiam appeteret, eandem tamen abjurare fuit coactus.

VII. *Carolo* ſucceſſit filius OTTO II. poſt cujus fata *dividi* cœpit *DVCATVS* Lotharingiæ in *INFERIOREM* & *SVPERIOREM* ſive *RIPVARIORVM* & *MOSELLANICVM*, ille *Belgii* partem, præcipue *Brabantiam* in varios Ducatus & Comitatus deinde diviſam, hic vero *LOTHARINGIAM* ſtricte dictam cum *Alſatiæ* parte ſub ſe comprehendebat.

VIII. Hinc ampliſſimi olim Lotharici Regni, in Ducatum poſtea mutati, ſequiori ævo partes extitere: *Ducatus Lotharingiæ* ſtricte dictæ & *Barri*; Epiſcopatus *Trevirenſis*, *Colonienſis* & *Leodienſis*; Ducatus *Brabantiæ* & *Limburgi*, Comitatus *Lucemburgi*, *Juliaci*, *Bergæ* & *Geldriæ*; quorum prior a *CAROLO* IV. tres reliqui a *LVDOVICO* IV. in Ducatus erecti; item pars *Cliviæ*, a *SIGISMVNDO* in ducatum evectæ; Comitatus *Namurci*, *Hollandiæ* &c.

IX. Et quemadmodum univerſa *Lotharingia* ab *HENRICI* Aucupis atque *OTTONVM*

& ex eo CONRING. de *F. I. L. I. C. VI.* probant v. REGINO ad a. 966. SIGEB. GEMBL. ad a. 977. & 980. PFEFFING. l. c. STRVV. l. c. §. 22.

VII. v. PFEFFING. l. c. STRVV. l. c. §. 23.

VIII. v. COCCEJ. *J. Publ. Cap. V. Sect. II.* §. 29.

IX. v. CONRING. de *Finib. Imp. C. XXVII.* §. 15. COCCEJ.

NUM temporibus *Germaniæ incorporata* & juris Germanici facta eſt; ita & *Lotharingiæ Ducatus* in ſpecie poſt diviſionem *feudum Imperii* manſit, in quo Duces, ab Imperatoribus inveſtiti, continua ſerie ſibi invicem ſucceſſerunt.

X. Arctior quidem hic nexus feudalis in principio, florentibus Imperii rebus, fuit, ſed laxior, inter inteſtina Germaniæ bella, factus, tantum non penitus tandem ſolutus eſt, obſequio ſe Germanorum ſenſim ſubtrahentibus Lotharingiæ Ducibus, mox apertius *libertatem* profitentibus, atque Germaniæ illam extorquentibus.

XI. Accidit iſta *Lotharingici ſtatus mutatio* CAROLI V. temporibus, ubi ANTONIUS transactione a. 1542. Norimbergæ cum FERDINANDO I. CAROLI V. nomine,

 con-

COCCEJ. l. c. §. *33.* PFEFFING. l. c. p. m. 405. ſqq. Dn. de LUDEWIG Diſſ. cit. §. *9.* ubi noſtros Imperatores etiam adverſus Capetingos jura ſua in Lotharingiam defendiſſe demonſtrat & §. 10. ubi verba inveſtituræ *ALPHONSI* R. Rom. e LEIBNIZII *Cod. I. G. D* p. 18. allata.

X. v. Dn. de LUDEWIG Diſſ. laud. *§. 10.*

XI. v. CHIFFLET. *Commentar. Lothar. Cap. X.* & *Lotharing. Maſcul.* C. VIII. CONRING. *de Finib. Imp. L. 2. C. XXVII.* §. *15.* & ſqq ubi Tabulæ Transactionis. conf. EUROP. HEROLD. *P. I. p. 546. P. II. p. 734.* de LUDEWIG l. c. §. *10.* (nn) qui

concluſa, *liberum* obtinuit Lotharingiæ Ducatum; ita tamen, ut a *nexu feudali* quidem & jurisdictione Imp. certa ratione immunis, nec *incorporabilis;* ratione collectarum vero & Imperii onerum, nonnullorumque feudorum adhuc Imperio obnoxius ſit.

XII. Neque etiam Conventio CAROLI Ducis, qua univerſum jus in Ducatum *Gallis* ceſſit, eundem Germaniæ exemit; cum, deficiente Imperii Agnatorumque conſenſu, ſit nullius momenti; quamvis Lotharingiæ Duces ejus nomine varia fata experti fuerint.

XIII. *Feuda* vero, quae adhuc ab Imperio tenent Lotharingiæ Duces, in litteris inveſtituræ RVDOLPHI II. memorantur, *Marchionatus Pontis Montenſis, Comitatus de Blancken-*

---

qui conceſſam libertatem ita explicant, ut Germaniæ tamen ſuum in Lotharingiam jus conſtet hodieque.

XII. v. SCHWED. *P. Gen. Sect. I. C. IV.* §. 22. PACIF. A LAPIDE *Diſc. II.* §. 3. FRITSCHII *Notæ ad Pac. Noviom.* art. 12. HORN. *J. Publ. C. IV.* §. 22. TITIVS *J. Publ. L. 1. C. VIII.* §. 50. de LVDEWIG Diſſ. laud. *Cap. II.* ubi iſtud argumentum adverſus recentiſſima Gallorum in Lotharingiam poſtulata copioſe & erudite ediſſerit.

XIII. v. CONRING. l. c. §. 27. ubi litteræ inveſt. Rudolphi. EVROP. HEROLD. l. c. ITTER de *feud. Imp. C. VI.* §. 13.

Blanckenberg, ſive *Albimontis*, *Belliſtbein* & *Clarimontis*, *Marchionatus Hattonis caſtri.*

XIV. Non tamen negandum, plures Lotharingiæ terras excidiſſe Imperio, quas *Galli* maxime occuparunt, quibus & *Epiſcopatus Metenſis*, *Tullenſis* & *Verdunenſis*, per pacem Monaſterienſem ceſſi ſunt.

XV. *BARRUM* quoque, Lotharingiæ caſtrum, in ſolo Imperii a Friderico Duce extructum, initio Imperii fuit *allodium*, deinceps ab HENRICO V. in *feudum* receptum atque ex comitatu tandem in *Ducatum* evectum: ſed poſtea *Galli* dominium directum in hunc ducatum ſibi vindicarunt, quod & per pacem primo LUDOVICUM XIII. inter & CAROLUM III. Lotharingicum a. 1642. concluſum, ac deinceps per *Pyrenæam* & *Ryſuicenſem*, tacente *Imperio*, iis firmatum eſt.

XVI. Sub Lotharingia olim comprehendebatur etiam potiſſima *BELGII* pars, quae & ſub *Belgicæ Galliæ* nomine HENRICO *Aucupi* ceſſa, cui deinceps reliquæ

H 4 provin-

XIV. V. CONRING. l. c. *Cap. XXVI.* §. *8. ſeqq. 24. 32.*

XV. V. CHIFFLET. *Commentar. Lothar. Cap. 1. 2. 3. 19. 20.* BLONDELLI *Barrum Campano-Francic.* CONRING. l. c. *Cap. XXVII.* §. *3. ſeqq.* STRUV. l. c. §. *24.*

XVI. V. OTTO FRISING *L. VI. C. 19. & 30.* CONRING. l. c. *Cap. XXVIII.* STRUV. l. c. §. 25.

provinciæ, *Batavia* nempe, *Hannonia*, *Gröningia* & *Tranſiſalana*, quæ ad Germaniæ Regnum proprie ſpectabant, acceſſere.

XVII. Senſim autem BELGIVM, in varios Ducatus & Comitatus diviſum, matrimonii & hereditatis potiſſimum jure pervenit ad *Burgundiæ Duces*, & ab his, ducta Maria, CAROLI *Audacis* filia, ad MAXIMILIANVM I. qui reliquis Germaniæ regionibus Burgundiam denuo junxit & peculiarem *Circulum* conſtituit.

XVIII. Hujus Nepos CAROLVS V. ſingulari conventione, Auguſtæ a. 1548. concluſa, ſingulas haſce provincias, quibus Ultrajectum, Tranſiſalanam & Gröningenſem junxerat ſub CIRCVLI BVRGVNDICI nomine, Imperio denuo ſubjecit, ut ejus juribus & immunitatibus, cumprimis *Suffragii jure* in Comitiis fruantur, atque ad Imperii *onera* tantum, quantum *duo Electores* contribuant.

XIX. Verum ſeptem ex his Provinciæ, ob fœdus Trajecti initum, BELGIVM FOEDERA-

XVII. v. STRVV. l. c. §. 26. ibiq. Rec. Imp. de a. 1512. §. *XL.*

XVIII. v. CONRING. *de F. I. Cap. XXVIII. §. 13. pag. 450. ſqq.* ubi Tabulæ Transactionis. STRVV. l. c.

XIX. v. LONDORP. *T. VI. C. 218. pag. 331.* ALZEMA *Hiſt. pacis* p. 687. CONRING. l. c. §. 45. pag. 463. ſeqq.

DERATVM dictæ, tandem jugum Hiſpanicum ita excuſſerunt, ut per pacem Monaſterienſem, cum PHILIPPO IV. concluſam, *liberæ* & ſui plane juris declaratæ ſint, tacente quidem *Imperio*, cujus tamen conſenſum Philippus ſpoponderat; ſaltem tacite conſenſit, non contradicendo, atque cum iis tanquam Republ. libera agendo.

XX. Reliquæ Circuli Burgundici provinciæ ſub nomine *BELGII HISPANICI*, modo *AVSTRIACI*, ad Imperium Germanicum adhuc pertinent earumque nomine ſuffragium *Burgundicum* in comitiis fertur, licet variis immunitatibus gaudeant, & quædam ad Gallos translatæ, dubium an ſimul Imperio exemtæ ſint.

CAP. V.

DE TERRA RHENENSI ET PALATINATV RHENI.

§. I.

TERRA RHENENSIS olim dicta illa *Franciæ Transrhenanæ* pars, quæ Ludovico

H 5

XX. v. CONRING. l. c. SCHWEDER *P. Gen. C. IV.* *§ 35.* HORN. *J. Publ. C. IV. §. 23.*

§. I. v. REGINO ad a. 842. STRVV. *Synt. J. publ.* Diff. III. §. 31. 32. CONRING. *de Judic. Imp.* p. 261. COCCEJ. *J. P. Cap. III. Sect. VI. & VII.* *§. 88-91.* SPENER. *Hiſt. Germ. L. 3. C. I. §. 10.*

vico Germanico ob vini copiam prima pactione ceſſit: licet ampliori ſenſu Francia antiqua, ſeu prima Francorum ſedes, ad utramque Rheni ripam ſita, atque civitates *Wormatiam*, *Spiram* & *Moguntiam* non ſolum, ſed etiam *Aquisgranum*, *Coloniam*, *Auguſtam Trevirorum*, *Ingelhemium*, *Treburam* & villam Rheni *Rheinſe*, præcipuas regni curias, ſeu palatia, complexa, hoc nomine veniat Terra *SALICA* etiam, ſeu *PALATINA* a palatiis iſtis appellata.

II. In hac terra Rhenenſi ſeu Palatina prima *PALATINATVS RHENI* initia, obſcura aliis viſa, haud dubie quærenda ſunt: quamvis non tota Terra Rhenenſis ad Comitem Palatinum pertinuerit, nec clauſus Ducatus fuerit.

III. Scilicet cum plurimas terras *immediatas*, atque urbes *palatinas* hæc terra contineret, in quibus *Carolingici* Imperatores plerumque reſidebant: mirum non eſt, COMITEM PALATINVM primarium, qui aulam & perſonam Regis, ob muneris rationem perpetuo ſequebatur, in his terris quoque ſedem habuiſſe: licet terra ipſa non ad Comitem Palatinum, ſed ad Imperatorem ſpectaret.

IV. Ex-

II, v. TÖLNER. *Hiſtor. Palat. C. I. & VII.* SPENER. *Hiſtor. Germ. L. 4. C. I. §. 5. not. 1*).

III. v. TÖLNER. l. c. LVDEWIG. *Germ. Princ.* Hiſt. Comit. Palat. C. I. §. 3.

IV. Extinctis *Carolingis pars terræ Rhenenſis* inferior *Lotharingiæ*, ſuperior *Franconiæ* Duci accreviſſe videtur: cum *Aquisgranum* ad GISELBERTI, Lotharingiæ *Ducis, poteſtatem pertinuiſſe*; (a) EBERHARDVS vero *Franciæ Comes vel Dux Franciæ Auſtraſiæ, partem aliaque transrhenana loca tenuiſſe* (b) dicatur; ſicut & caſtrum *Limburg* antiqua Ducum Franconiæ, cognomento Salicorum, ſedes, in agro *Spirenſi* ſitum fuit (c).

V. Quis vero tunc *COMITIS PALATINI* officio functus ſit, GISELBERTVS an EBERHARDVS, adhuc ſub iudice lis eſt (a), cum GISELBERTVS quidem in coronatione *OTTONIS M. omnia procuraſſe* (b) dicatur, in ejusque poteſtate præcipuum Regni palatium, *Aquisgranum* fuerit, licet Comes Palatii nullibi audiat; EBERHARDVS vero terræ Rhenenſis ſuperioris poſſeſſor fuerit, ac *potentiſſimus Franciæ Comes* coævis Scriptoribus (c), ſequioribus etiam *COMES PALATINVS* (d) dicatur.

VI. Id

IV. (a) v. WITTICHIND. Lib. 2. princ. (b) MABILLON *in Vita S. Joh. Alb. Gorzienſis* apud TÖLNER p. 178. (c) TOLNER l. c.

V. (a) v. COCCEJ. *J. P. Cap. XII. § 5. & C. XXIII. Append. I. §. 10. ſeqq.* & TOLNER l. c. p. 178. hac de re diſputantes.

(b) v. WITTICHIND. l. c. (c) LVITPRAND. *Lib. II. C. 7.* (d) DITMAR. *L. 2.* SIGEBERT. ad a. 938.

VI. Id ſaltem certum videtur, *PALATINATVM RHENI* usque adhuc peculiarem *Principatum* vel *Ducatum* non fuiſſe; cum Comitis *PALATINI officium* nonniſi *ſtipendiarium* fuerit, quod exiguas quasdam terras haud dubie *ſtipendii* vel *feudi* loco annexas habuit: imo cum & *terra Rhenenſis* mox in varios dominos divulſa eſſet, videtur *Palatinatus* Rheni ex *variis terris* ſenſim acquiſitis demum in iuſtum *principatum* coaluiſſe.

VII. Poſt fata *Giſelberti* & *Eberhardi* Provincia Rhenenſis denuo ita diviſa fuit, vt pars *Superior* CONRADO, *Eberhardi* ex fratre nepoti, cum Ducum ſede *Limburgo* & Palatio Wormatienſi ſub *DVCIS FRANCONIÆ* titulo: *inferior* vero vtramque Rheni ripam complexa, *HERMANNO*, *Arnulphi* mali Boici Ducis filio, cum *COMITIS PALATINI RHENANI* officio ab OTTONE M. tribueretur.

VIII. Hic igitur HERMANNVS, qui primus *COMES PALATINVS* cum addito *RHENI* audiit, *PALATINATVS RHENI* primarius auctor atque fundator extitit

VII. v. TOELNER l. c. p. 187. v. infra § 9 not.

VIII. Not. Probabile, *Comitem Palatinum Rheni*, qui *OTTONVM* tempore in inferiori Rheni ripa, Lotharingiæ parte, exſurgebat, non ſolum *Palatium Aquisgranenſe*, CAROLI M., ſed etiam

tit, eundemque ad filios EZONEM i. e. *Ehrenfridum*, & HEZILONEM i. e. *Henricum* eorumque poſteros hereditario jure transmiſit.

IX. Sed mirifice auctus eſt Palatinatus hic HERMANNI & EZONIS temporibus, partim ex nova *Lotharingici* Ducatus *diviſione*, OTTONIS I. auctoritate facta, partim ex OTTONIS

etiam *Trevirenſe PIPINI* ſibi vindicaſſe; uti inferius L. 4. C. XVI. in notis ad §. 10. obſervatum eſt. v. TOELNER l. c. *Cap. II.* p. 25. LUDEWIG *Germ. Princ.* l. c. §. 6. ibique ex monumento *Papebrochiano REGALIS PALATII* apicem (EZO) *jure paterni ſanguinis conſcendit.* idem titulus HENRICI *Hozilonis* filii ex diplomate: *EGO DEI GRATIA COMES PALATINUS RHENI DOMINUS DE LACU.* item: *PALATII AQUISGRANENSIS PRÆSES.*

IX. Originarium *PALATINATUS RHENI* territorium olim ex *Comitatu Nemoris*, pago *Meyenfeld*, *Dominio Lacu*, *Tolpiaco*, caſtro *Thonberg*, *Capræmontio*, quæ partim adhuc ſub *Pallentiæ* nomine comprehendantur, conſtitiſſe: HERMANNUM II. poſt mortem *Wilhelmi* an. 1143. Comitem Palatinum Rheni factum, Comitatum ſuum *Stalecke* & *Bacharacum* junxiſſe, poſtea acceſſiſſe caſtrum cum burgo *Heidelberg* & Cometiam *Stahlbübel*: & cum priora bona ſenſim fuerint alienata, *territorium COMITUM*

TONIS III. donatione: vnde nova *PROVINCIA RHENENSIS, PALLENTIA* Major & Minor (hodie *die alte Pfaltz*) exorta eſt.

X. Poſt varios deinde ſucceſſores, quorum alii ſanguinis, alii teſtamenti ſimilive jure, alii vero Cæſarum beneficio, ſucceſſerunt, variaque bona ſibi ſenſim compararunt, tandem Palatinatus ad gentem Boicam, in LVDOVICO *Bojoariæ* Duce, FRIDERICI II. Cæſaris auctoritate rediit.

XI. Hujus

TVM PALATINORVM in tractu Rhenenſi ſuperiori reſediſſe; ex FREHERI *Origg. Palatin. L. I. c. 3. 10. & 11.* ac TOLNERO *C. II. de Increm. Palatin. Rheni.* obſervat B. STRUVIVS in *Corp. Jur. Publ. Cap. XXI. §. 17.* Et in *Statu Palatinatus (dem Staat von Pfaltz)* Halæ edito, p. 4. Addit. priſtinum Palatinatus territorium ita deſcribitur: *die Grafſchaft Mayenfeld im Trieriſchen, die Grafſchaft aufm Walde* (comitatus Nemoris) *welche Gegend die* Viele, *die* Filcke *oder die* Veele, *wegen ihrer vormaligen Græſſe, und ſich von der Maaſs, bey Aach vorbey bis an den Rhein hinziehet, nebſt mehr Oertern dieſs und jenſeits des Nieder-Rheins von der Maaſs und Moſel bis in Heſſen.* V. TOLNER l. c. *Cap. II. p. 24. 25. & Cap. VII. p. 182.*

X. V. TOLNER. *Cap. X. ad C. XVII.* LVDEWIG *G. P.* l. c. §. 7. *ſeqq.*

Digitized by Google

XI. Hujus igitur filius, OTTO *illuſtris* & nepos, LVDOVICVS *Severus* palatinatum una cum Bavariæ ducatu poſſederunt: ſed LVDOVICI *Severi* filii ita inter ſe pacti ſunt, vt ſenior natu RVDOLPHVS terras *PALATINAS*, junior LVDOVICVS *BAVARICAS* obtinerent & totidem *lineas* fundarent, ex quibus *Palatina* iterum in varias lineas abiit atque in hunc vsque diem in palatinatu perduravit.

CAP. VI.
DE ALEMANNIA SEV SVEVIA.

§. I.

ALEMANNI itidem ex turba collectitia diverſorum populorum maxime *Suevorum*, ab oris Maris Baltici huc delatorum, orti, ad *Mœnum*, *Rhenum*, *Nicrum* & *Danubium* primum conſederunt, ſed mox etiam partem *Helvetiæ* & *Alſatiæ*, occuparunt, atque vti originis ita juris Germanici ſemper fuerunt.

II. Pri-

XI. v. TOLNER. *C. XVIII. XIX.* ADLZREITER *Ann. Boj. P. I. L. XXV. p. 661.* STRUV l. c. §. 31.

§. I. v. HERT. *not. vet. G. Pop. P. 3. C. I.* §. 2. WERLHOF *Not. Imp. Spec. I. C. II.* §. 55. 56. COCCEJ. *J. Publ. C. III. Sect. II.* §. 14. *ſeqq.* STRUV. l. c. §. 10. SPENER *Hiſt. Germ. L. 2. C. I.* §. 4. *C. IV.* §. 3.

II. Primum *REGIBVS* paruerunt; ſed poſt cladem, a CLODOVAEO M. Francorum Rege ad Tolpiacum acceptam, *Francis* fuerunt ſubiecti, ita vt propriis quidem *DVCIBVS* uterentur, qui tamen *Francorum Imperium* agnoſcerent & annuum tributum penderent.

III. Jugum hoc cum excutere tentaret LANTFRIDVS Alemannorum Dux, a CAROLO MARTELLO plenius perdomita, *Alemannia fiſco regio* adſcripta & per *Cameræ nuncios* recta eſt, licet ab eo tempore *ALSATIA* ab eodem ſeparata fuerit.

IV. Duravit hic Sueviæ ſtatus ſub *Carolingis* usque ad tempora CONRADI I. qui, cum *Berchtholdus* & *Erchingerus* cameræ nuncii ſævitiam contumaciamque ſupplicio luiſſent, BVRCHARDVM, Alemanniæ *DVCEM*, Alemannorum aſſenſu, conſtituit: unde continens *Ducum* ſucceſſio, licet nondum hereditaria, ſed ab imperatorum arbitrio dependens.

V. Sed

II. v. STRUV. l. c. §. 11. COCCEJ. l. c. §. 20. 21. PFEFFING *Vitr. ill. L. I. T. XVI. §. 11. n. IV.* de Ducib. Alem. ibiq. citatus *pervetuſtus Scriptor* Theodorico II. coævus ex OBRECHTI *Prodrom. Rer. Alſat. Vol. I. Cap. 10. p. 213.*

III. v. OBRECHT *Prodr. Rer. Alſat. C. XIII.* PFEFFING. l. c. STRUV. l. c.

IV. v. EKKARD jun. de *Caſ. S. Gall. Cap. I.* COCCEJ. l. c. §. 22. 23. PFEFFING l. c. STRUV. l. c. §. 12.

V. Sed poſt *RVDOLPHI* Svevi mortem HENRICVS IV. Imp. *Sveviæ Ducatum* FRIDERICO *Hohenſtaufio* conceſſit, in cujus gente is usque ad CONRADINVM, Neapoli an. 1269. capite truncatum, continuatus fuit.

VI. Occiſo CONRADINO, *divulſus* quoque eſt *Sveviæ Ducatus*, & in plurimos ſtatus diviſus: dum plures *urbes* & *nobiles* imperio ſe immediate ſubjiciebant, cui rei iam PHILIPPVS *Suevus* imperator factus occaſionem præbuerat plurimaque per *Epiſcopum Curienſem* ac diverſos *Comites* diſtrahebantur, ex quibus *WVRTENBERGICI* inprimis & *BADENSES*, cum novioribus nonnullis hodie *Principum* jure vtuntur.

VII. Quidquid reliquum erat, RVDOLPHVS Habsburgicus *filio* ſecundo genito, RVDOLPHO, in *feudum* concedebat: quo defuncto ejusque filio *IOHANNE* ob parricidium profugo, iterum diminuebatur Ducatus, diverſis terris ad *Helvetos* & *Badenſes* delatis; vt de paucioribus ſaltem reliquis

V. v. COCCEJ. §. 24. 25. PFEFFING. l. c. STRUV. l. c.

VI. v. COCCEJ. §. 26. STRUV. §. 13. SCHVRZFL. *de reb. Badenſ.*

VII. v. *Gerard* a ROO *Ann. Auſtr. L. 1. pag. 13.* FVGGER *Spiegel der Ehren L. I. C. XIII.* & *L. 3. C. I. p. 752.* STRUV l. c. §. 13.

liquis HENRICUS VII. AUSTRIACOS tanquam de *feudo* novo ſub *Principatus* nomine inveſtiret.

CAP. VII.

DE BOJOARIA SIVE BAVARIA.

§. I

BOII, alias BOIOARII dicti, origine Germani videntur, qui, licet in Galliam aliquantiſper ſeceſſerint, tamen in patriam *Bojohemiam* reverterunt, priſtinasque ſedes occuparunt; unde a *Marcomannis* pulſi, in Italiam ceſſerunt, ſed denuo in Germaniam migrantes, ultra Danubium conſederunt variisque populis mixti fuerunt.

II. Hi primum *Reges* habuerunt; ſed poſt victoriam *Francorum* Tolbiacenſem, eorundem Imperio ſe ſubjecerunt, ita tamen ut *DUCES* ſemper acciperent ex gente *AGILOLFINGICA*, qui lege fidelitatis, id eſt, *feudi*, a *Regibus Francorum* Ducatum agnoſcerent, ceterum *proprio jure* ac magiſtratu uterentur.

III. Sed

§. I. v. COCCEJ. *C. III. §. 3.* HERT. *Not. Vet. Germ. popul. P. III. C. II.* STRUV. *S. J. P. Cap. III. § 14.*

II. v. COCCEJ. §. 6. STRUV. l. c. PFEFFING. l. c. n. VI. p. m. 412. *Thaſſilo a* PIPINO haſtâ, ſive baculo, regiminis ſymbolo, in cujus capite ſimilitudo hominis erat, inveſtitus. v. GUNDLING. de *Feud. Vexill. §. 15.*

III. Sed cum potentia elati Bojorum Duces ſæpius rebellarent; tandem THASSILO Ducatu a CAROLO M. exutus, & Bavaria *COMITIBVS* regenda conceſſa eſt: atque in hoc ſtatu eadem usque ad ultima *Carolingorum* tempora manſit, ubi iterum *DVCES* accepit, quorum primus LVITBALDVS memoratur.

IV. Bavariæ autem acceſſio tum fuit *NORICVM ſc. Auſtria* (olim pars Pannoniæ), *Stiria, Carinthia* (quibus tum tribus Regni ab ea parte limitibus tres *Marchiones* præfuere) *Carniola*, *Tyrolis*, *Salisburgum*.

V. Deficientibus in Germania *Carolingis* Bavariæ populi ARNOLPHVM regem ſibi crearunt, qui adverſatus CONRADO I. pacem cum HENRICO I. fecit, & priſtino jure *feudi* ab eo *Ducatum* cum omnibus praedictis populis recepit.

VI. *Liber* igitur iterum *DVCATVS* fuit, licet nec dum hereditarius, unde OTTO M.

III. v. HERM. CONTRACTVS ad an. 722. & 788. REGINO ad a. 743. & 788. EGINHARD. *Vit. Caroli M.* COCCEJ. §. 7. STRUV. §. 15.

IV. v. AVENTIN. §. 7. COCCEJ. §. 8.

V. v. AVENT. L. IV. f. 290. COCCEJ §. 9 PFEFFING. *Vitr. ill. L. I. T. V. in vita Conradi I. & T. XVI. n. VI. p. 424.*

VI. v. AVENT. L. V. f. 301. COCCEJ. §. 9. PFEFFING. l. c.

TO M. *ARNOLPHI* Filios, Bavariam cum regio titulo & injuſſu ipſius affectantes, ejecit, & Ducatum fratri germano BERTHOLDO, additis *Verona* & *foro Julio*, conceſſit.

VII. Dependebat igitur *Bavariæ* Ducatus ab Imperatorum arbitrio usque ad tempora GVELPHI, qui HENRICI IV. beneficio eundem obtinuit atque ad poſteros transmiſit, usque dum primum HENRICVS *Superbus* a *CONRADO III.* ac deinde filius HENRICVS LEO a FRIDERICO I. proſcripti, eodem e uerentur, ac, detracta *Auſtria* ceterisque ditionibus, *Bavaria* ſola OTTONI illuſtri *Wittelsbachio* daretur, in cujus familia eadem adhuc perdurat.

VIII. Bavariæ partes usque adhuc fuerant, *Auſtria*, *Stiria*, *Carinthia*, Regni quondam Marchiæ, nec non *Carniola*, *Tyrolis* & *Salisburgum*; quibus & *Verona* & *Forojulium* deinceps acceſſerat.

IX. Verum *AVSTRIA* jam a FRIDERICO I. Ducatus titulo ornata, atque HENRICO, Henrici Leonis vitrico, tradita eſt: *Stiria* vero, *Carinthia*, & *Carniola* proprios Duces,

VII. AVENTIN. L. V. LAMBERT. SCHAFN. ad an. 1071. OTTO FRISING. de *Geſt. Frid. I. L. 2. C. VII.* COCCEJ. §. *9. 10. 11.* PFEFFING. l. c. p. 430. STRUV. §. 16. SPENER. *Hiſt. Germ.* §. *5. 8.*

IX. COCCEJ. l. c. §. 12. SPENER. l. c. §. 9.

Duces, *Tyrolis* autem Comitem, acceperunt; tandemque Auguſtæ *AVSTRIACORVM* Genti, RVDOLPHI I. qui ALBERTO I. filio has terras dedit, auſpiciis, accreverunt; denique *Ratisbona* metropolis libertatem nacta eſt.

CAP. VIII.

DE SAXONIA.

§. I.

SAXONES, ſive *SASSONES*, nobiliſſimi æque ac ferociſſimi Germaniæ populi, ante Francorum nomen cogniti, primum *Cimbricæ Cherſoneſi* cervicem, ubi nunc *Holſatia* eſt, inſederunt, *Travæ* & *Albis* oſtiis contermini.

II. Hi a Seculo III. inprimis nautica re & piratica inclareſcentes, deinceps e finibus ſuis egreſſi, variisque nationibus

 aucti,

§. I. v. PTOLOMAEVS *Geogr.* L. II. C. 11. qui primus *SAXONES* diſerte nominat. SCHVRZFLEISCH. *de antiqua Saxon. Dignit.* §. not. a) MEIBOM. *Introd. ad Hiſt. Sax. Inf* p. 3. ſeq. HERTII *Notit. Vet. Germ. Pop.* P. III. C. 3. §. 2. 3. 4. GIOVANNI *Germ. Princ.* L. 5. C. I. §. 1. WERLHOF. *Notit. Imp.* L. 1. C. II. §. 71.

II. v. *Notit. Imperii* p. 110. ubi: COMES LITTORIS SAXONICI a Romanis conſtitutus memoratur. SCHVRZFL. l. c. MEIBOM. l. c. p. 6. ſ.

aucti, variis migrationibus ſuſceptis, a tenuibus forte initiis ad inſignem potentiam crevere.

III. Scilicet Albim transgreſſi jam Sec. IV. alii *oram maritimam* usque ad Rheni oſtia occuparunt, ſed inde Sec. V. in *Britanniam* transvecti, vacuas ſedes *Friſiis* reliquerunt; unde fortasſis factum, ut tota regio infra Neomagum olim *Saxonia inferior* fuerit appellata.

IV. Alii in mediterraneis intra Albim ac Viſurgim ad Rhenum usque protenſis regionibus ſedes fixerunt, cum priſcas *Francorum*, in Galliam ſecedentium, terras, poſt cruentum inprimis cum *Clothario* certamen, tum devictæ *Thuringiæ* partem ſeptentrionalem, occupando.

V. Hinc

p. 6. 7. WERLHOF. l. c. §. 72. 73. 74. HERT. l. c. §. 5.

III. v. BEDA *Hiſt. Eccleſ. Gent. Angl.* L. I. C. XV. p. 45. REINHARD *de Officiis Imp. Saxon.* Proœm. p. 2 3. WERLHOF. l. c. §. 75. & MEIBOM. l. c. p. 4. 5. ibique *Chronici* Rythmici *Belgici* verba.

IV. v. *Monum. Paderb.* p. 92. ſeqq. SCHATEN. *Hiſt Weſtphal.* L. III. p. 175. ſeq. L. V. p. 297. & 309. MEIBOM. l. c pag. 4. HERT. l. c. §. 5. WERLHOF. l. c. §. 77. 97 not. c) ubi de Pago *NORTHVRINGOWE*, v. infra de Thuringia.

V. Hinc nata Saxoniæ diviſio in *Cis-marinam* & *Trans-marinam*, ſeu Angliam, quarum illa iterum in *Trans-Albinam* & *Cis-Albinam* diviſa eſt.

VI. *TRANS-ALBINA*, olim *NORD-ALBINGIA*, itemque *Saxonia Borealis*, dicta, initio *Holſatiam*, *Stormariam* & *Dithmarſiam*, deinde & *Wagriam* ac *Lauenburgum*, complexa eſt, atque ante Carolum M. ab Eidora ad Penem & Eldam usque ſeſe protendit.

VII. CIS-ALBINA, quæ poſtea quoque ANTIQVA *Saxonia* dicta, inter Al-

I 4 bim,

V. v. SCHVRZFLEISCH. *in Notis ad Vitam Alberti III.* princ. & de *antiqua Saxon. dignitate* p. 13.

VI. v. BEDA H. E. L. I. C. XV. p. 45. *Annal.* CAROLI M. ad a. 799. HELMOLD. L. I. C. 47. CONRING. *de Finib. Imp.* C. 4. SCHVRZFL. l. c. *ad Vit. Alb. III.* ubi, *Jutas* non fuiſſe Saxones, accurate oſtendit, & de *Antiqua Saxon. Dignit.* §. 8. ubi fines Saxoniæ Transalbinæ erudite deſcribit. MEIBOM. p. 17. WERLHOF. §. 108. not. c) 109. 110. not. f)

VII. v. ADELMI *Annal. Caroli M.* ad a. 775. ubi prima *Weſtphalorum* & *Orientalium* Saxonum, præteritis *Angariis*, fit mentio. Auctor *Vitæ* CAROLI M. a *PITHOEO* editus, ubi Oſtvali *Auſterlandi* vocantur. *Capitularia* CAROLI M. ubi: *Congregati Saxones de diverſis pagis tam* de

bim, Oceanum, Rhenum & Franciæ Thuringiæque limites ſita, celebrium tunc Saxoniæ populorum, *OSTVALORVM* nempe, ab Albi ad Viſurgim; *WESTVALORVM*, a Viſurgi ad Rhenum; & *ANGARIORVM*, intermedias ad Herciniam ſeſe extendentes, terras continebat.

VIII. Ita

de WESTFELAHIS & ANGARIIS quam & de OSTFALAHIS. POETA Anon. *de Geſt. Car. M.* ad a. 772. ubi termini trium horum populorum deſcribuntur, & *Oſtvali* etiam *Oſterlings* dicuntur. WITTICHIND. *Annal.* L. I. p. 634. ubi in *Orientales* ſcil. populos, *Angarios* & *Weſtfalos* dividuntur.

Nec ante CAROLVM M. iſta nomina audita eſſe, obſervavit WERN. ROLEVINCK L. I. *de Morib. Weſtphal.* C. 2. & ex eo HERTIVS l. c. C. III. §. 11. Cum is in loca Saxonum, vel in Galliam transportatorum, vel occiſorum, vacua, Francos e Gallia repoſuerit; unde Saxones Francis immixti ita diſtincti & denominati, non a *Phalen* equo, ut COCCEJVS Cap. III. S. III. §. 35. cum aliis credit; ſed a *Walen* ſeu *Wallonibus*, qua voce exteros Germani appellare ſolebant, uti TRITHEMIVS *de Scriptor. Eccleſ.* C. 3. obſervavit, LAMBECIO propterea laudatus de *Bibl. Vindob.* L. 2. C. V. p. 64. conf. VALES. *Notit. Gall.* voce *Wallenſes.* SCHATEN. *Weſtphal.* L. VII. p. 420. ſeqq. WERLHOF. §. 109. MEIBOM. l. c. pag. 12. 13.

VIII. Ita latiſſime patuit *SAXONIA*, a meridie *Francos* habens & partem *Thuringorum* usque ad flumen Unſtrut, a ſeptentrione *Nordmannos*, ab ortu ſolis *Obotritos*, & ab occaſu *Friſios*.

IX. Regium imperium non ferebant Saxones, ſed Proceres ſummam rerum adminiſtrabant, quos vel *SATRAPAS*, vel *DVCES*, vel *PRIMORES*, vel *REGIONIS POTENTES*, vel *PRINCIPES* appellant Scriptores: (a) belli tempore communem ſupra ſe *DVCEM* eligebant, nonnunquam plures. (b)

VIII. v. ADAM. BREM. *Hiſt. Eccleſ.* L. I. C. 4. ex EGINHARDO ita fines deſcribens, & EGINHARD. *in Vita Caroli M.* *Theodor.* LANGE ſeu LONGVS *Eimbecc.* ibi:

Objicibus vaſtis includitur & ſpatioſis
Limitibus, cujus etiam Weſtphalia pars eſt.
Rhenus ab occaſu, ſimul Odera ſolis ab ortu,
Oceanus Borea, qua terminat Unſtrot ab ortu.

IX. (a) v. BEDA *Hiſt. Eccleſ. Gent. Angl.* L. V. C. 11. POETA *Saxo.* ap. LEIBNIT Tom. I p. 121. ibi: *Quot pagos, tot pene Duces.* ANNAL. FRANC. FVLD. ad a. 777. ubi *Witikindus unus e primoribus Weſtphalorum* dicitur. *Diplom.* CAROLI M. Eccleſiæ Oſnabr. dat. ap. MEIBOM. T II. R. G. WITTICHIND. *Annal.* L. I p. 634. ibi: *Principes.* COCCEJ. l. c. §. 35. 36. STRVV. l. c. §. 18. GIOV. *Germ. Princ.* l. c. §. 2. 3. 4. REINHARD. *de*

X. *Libera* itaque gens olim, poſt *Francis tributaria*, a CAROLO M. demum ſubacta, atque initio durioribus, ut videtur, dein mitioribus conditionibus in fidem recepta, ita, ut *unus cum Francis populus fieret*, & *priſtinæ libertatis honore* gauderet, (a) *comitiorum* particeps, (b) & *ſuis legibus*, ſed ſub

de Offic. Imp. Saxon. Prooem. pag. 1. 9. ſq. n. 18. 19. 20.

(b) Caroli M. tempore ſinguli Saxonum populi proprios belli Duces habebant: *Weſtphali WIDEKINDVM, Oſtphali HESSONEM, Angarii BRVNONEM, & Transalbini ALBIONEM* ſeu Abbonem. v. REGINO ad an. 775. SCHATEN. H. W. L. VII. p. 423. SCHVRZFL. *Not. ad Vitam Alb. III.* ſub voce: *Wittichindus I.* ubi contra illos diſputat, qui, *Witichindum Regem* vel *Magnum Ducem Saxoniæ* ſalutatum fuiſſe, contendunt. conf. REINHARD l. c. n. 29.

X. (a) v. EGINHARDI *Vita Caroli M.* ADAM. BREMENS *Hiſt Eccleſ.* L. I. C. 7. & 10. ubi ipſe Carolus M. in Diplomate ſuo ait: *Saxones PRISTINÆ LIBERTATI donatos, & omni debito cenſu ſolutos a ſe fuiſſe.* conf. SCHVRZFL. *ab Alb. III.* p. 118. 119. MEIBOM. *Hiſt. Sax* p. 22. ubi, *non ſatis determinari poſſe, qualis Saxonibus libertas relicta, aut in quantum acciſa fuerit*, putat. *Schreiter* de Orig. Jur. Sax. Poſ. X.

(b) v. *Capitul.* CAROLI M. Cap. 2. & 9. ibi: *Conſenſu FRANCORVM & fidelium SAXONVM.*

ſub *Judicibus Regiis*, vivens, (c) a *cenſu* etiam ſolutus: idque ſine ulla *Weſtphalorum* & *Oſtphalorum* differentia. (d)

XI. Nondum vero in *DUCATUM* (a) fuit erecta Saxonia, ſed in *PAGOS* (b) *COMITA-*

(c) v. POETA *de Vita Caroli M.* ad a. 803. ibi:
Tum ſub Judicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Legatisque ſuis, permiſſi LEGIBUS *uti*
Saxones PATRIIS & LIBERTATIS *honore.*

(d) Secus ac COCCEJUS §. 41. exiſtimat. Contrarium docet *Capitulare II.* a FERDINANDO *Furſt.* editum; ubi, regnante Domino Carolo, convenientibus in unum in ejus obſequio venerabilibus Epiſcopis, Abbatibus & illuſtribus Comitibus, diſerte memorantur *ſimul congregati Saxones de diverſis pagis, tam de* WESTFALAHIS *&* ANGRARIIS, *quam & de* OSTFALAHIS.

XI. (a) v. ADAM. BREM. L. II. C. 4. ibi: *Nondum poſt tempora Caroli Saxonia Ducem accepit, niſi Cæſarem.* Neque *WITIKINDUS* Dux fuit, niſi honorarius, ſolum patrimonium ſuum, Pagum ſc. *Angariæ* & caſtrum *Iburg*, cum hoc titulo poſſidens; unde forte *Ducatus Angariæ* & *Weſtphaliæ* poſtea natus. conf. SCHURZFL. Not. *ad Vitam Alb. III.* ſub voce: *WITICHINDUS I.* COCCEJ. §. 38. ſeqq. ubi contra KNICHENIUM & MEIBOMIUM diſputat. REINHARD. l. c. n. 29.

(b) v. *Henr.* MEIBOM. de *Saxoniæ Pagis.* H. D. MEIBOM. *Hiſt. Sax.* pag. 58. ſq. ubi notat, jam ante Carolum M. in pagos diviſam fuiſſe Saxoniam;

MITATVS & *DIOECESES*(c) diſtributa, & more Francorum per *COMITES*, *MISSOS* ſeu *Legatos*, & *ADVOCATOS* Regios, qualis fuit TRVTMANNVS, (d) in ſacris etiam per *EPISCOPOS*, a CAROLO & Succeſſoribus inſtitutos, gubernata; qui Status ad ultima *Carolingorum* tempora perduravit.

XII. His vero temporibus *Saxoniæ COMITES* potentiores a belli munere frequentius

niam; alios fuiſſe *majores* alios *minores*; in uno *Pago* interdum *plures Comitatus* fuiſſe, aliquando *unum Comitatum* ad *plures Pagos* ſeſe extendiſſe.

(c) V. SCHATEN. H. W. L. X. p. 654. REINH. l. c. p. 13. n. 26. ubi, in VIII. Dioeceſes dividi cœpiſſe Saxoniam, obſervat.

(d) Comes in Weſtphalia, quem *Virum Illuſtrem* vocat CAROLVS M. in Formula Conſtitutionis, quam primus edidit *Henricus* MEIBOMIVS, & Notis ad WITTICHINDI *Annal.* L. 2. inſeruit. Jubetur autem a Rege, *ut reſideat in curte ad campos in mallo publico ad univerſorum cauſſas audiendas vel recta judicia terminanda, utque Advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxonia agat, ſuperque Vicarios & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat & animadvertat, ita, ut officia ſua ſedulo peragant. &c.*

XII. V. ANNAL. SAXON. L. I. p. 6. 7. ADAM. BREM. L. I. C. 34. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. II. C. 47.

quentius etiam *DUCES* ſalutari cœperunt: exemplo LUDOLPHI, qui, cum contra Normannorum irruptiones *belli Dux* electus eſſet, primus fere SAXONIÆ DUX appellatus legitur, magnam *Weſtphaliæ* & *Angariæ* partem ſub hoc titulo complexus, nondum tamen proprio, nec prorſus hereditario jure.

XIII. Ab hoc tempore *DUCATUS* nomen *Saxoniæ* quoque adhæſit: & ſicut Ludolphi filius BRUNO *DUX*, ac poſt hujus mortem frater OTTO, *Magnus & potentiſſimus Saxonum DUX*, *totius Saxoniæ Ducatum* adminiſtraverant, (a) ita hic eundem filio HENRICO reliquit, qui adeo non ſolum, quicquid unquam Saxonici nominis fuit, *Ducatu*

47. p. 177. MEIBOM. *Demonſtrat. Saxoniam etiam ante* &c. in T. III. Rer. Germ. p. 45 & p. 48. ibique adductum *Diploma* LUDOLPHI de a 850. ubi ita: *Idcirco ego LUDOLPHUS DUX SAXONIÆ. Vindic. Billing.* p. 37. SCHURZFLEISCH ad *Vit. Alb. III.* p. 106. COCCEJ. §. 40. REINHARD. l. c. n. 30. p. 18. LUDEWIG *Germ. Princ. Poſt. Carol.* C. III. §. 4. not. m.) PFEFFING. *Vitr. illuſtr.* L. I. T. XVI. §. 11. not. a) H. D. MEIBOM. *Hiſt. Sax. inf.* p. 29.

XIII. (a) v. WITTICHIND. L. I. ibi: *Bruno cum* DUCATUM *adminiſtraret* TOTIUS SAXONIAE, *duxit exercitum contra Danos.* LUITPRAND. *Hiſtor.* L. I. C. 7.

(b) v.

Ducatu complexus eſt, (b) ſed etiam qua *Rex* primus *libera poteſtate* in Saxonia regnavit (c).

XIV. Sci-

(b) V. COCCEJ. §. 42. PFEFFING. l. c. §. 4. not. a) LUDEWIG *Germ. Pr. Poſt-Carol.* C. III. §. 4.

(c) WITTICHIND. p. 634. ibi: *REGUM maximus optimus HENRICUS, qui primus libera poteſtate regnavit in Saxonia.* Crucem mihi figebant hæc verba, cum non appareret, qua in parte *libera* iſta *poteſtas Ducis* conſtiterit, neque ea cum reliqua hiſtoria & ſtatu illorum temporum conciliari poſſet. In mentem igitur venit, *Wittichindum* de HENRICO, non qua *Duce*, ſed qua *Rege* loqui; quod & verba eorumque nexum inſpicienti ſtatim patebat. Ut adeo ſenſum eſſe intelligerem: *Saxoniam non amplius alienæ gentis Imperio ſubjectum eſſe, ſed poſtquam Henricus Saxoniæ Dux etiam Rex factus eſſet, eundem jam libera, non alieno Regi obnoxia, poteſtate in Saxonia gaudere.* Quam interpretationem adjuvant atque firmant, quæ paulo poſt p. 639. dicuntur: *Saxonia ex ſerviente facta eſt libera, & ex tributaria multarum gentium domina*; itemque verba: *relinquens* (Henricus) *ſibi ipſi, majori filioque magnum latumque Imperium, non a parentibus ſibi relictum, ſed per ſemet ipſum acquiſitum* &c. ubi quilibet facile perſpicit, non intelligi *Imperium territorii*, ſed *Imperium Regni*: licet hunc locum pro ſua hypotheſi de origine juris territorialis adducat Dn. de LUDEWIG. *Germ. Pr.*

Poſt.

XIV. Scilicet trans Albim HENRICVS non ſolum veteres *Saxoniæ Borealis* provincias, *Holſatiam, Stormariam, Dithmarſiam* & *Wagriam*, tenuit, ſed etiam trans Eidoram fines protulit, atque apud *Shaswich Slesvicum* Marchionatum Saxoniæ adverſus Danos, conſtituit.

XV. *Cis Albim* univerſa itidem Saxonia, *Oſtphalia* nempe, *Weſtphalia* & *Angria* ad Ducatum ipſius ſpectabat, cui & Ducatus *Thuringiæ*, extinctis ejus Comitibus, acceſſit: unde HENRICVS Dux de *SAXONIA* & *THURINGIA* ſubinde audit.

XVI. Sed probe advertendum, non proprio jure ad Henricum qua Ducem pertinuiſſe univerſum *territorium*, ſeu ipſas *provin-*

Piſt. Car. C. III. §. 4. not. m.) Breviter *Wittichndus* id voluit: *Henricum e Saxonibus primum fuiſſe, qui non amplius Regi Francorum ſubjectus, ſed ipſe Rex factus ſit.* Qua in ſententia mire confirmatus ſum, poſtquam in ea incidi, quæ *Phil. Theod.* VERPOORTENIVS ad hunc locum Wittichindi commentatus eſt in Orat. de *Ducatibus in veteri Germania hereditariis* p. 30.

XIV. v. ADAM. BREM. L. I. C. 47. SCHVRZFL. *de Antiq. Sax. Dign.* §. 8.

XV. v. LVDEWIG. l. c. §. 5. not. o) ibique Hiſtoria de Landgrav. Thuring. & REGIN. ad an. 898.

XVI. Igitur ſemper & *Ducatus provincia* h. e. munus gubernatoris ſeu vicaria poteſtas ad univer-ſam

provincias Saxoniæ & Thuringiæ, quippe quæ Regis erant, ſed *Ducatum*, i. e. *honorem* ac *munus* univerſam provinciam Regis nomine gubernandi, cum parte provinciæ loco ſalarii, & beneficii vel feudi nomine, ipſi a Rege conceſſum, jam forte hereditarium factum fuiſſe.

XVII. Hujus filius OTTO M. utramque Saxoniam per aliquod tempus retinuit, ſed in Italiam vocatus HERMANNO BILLINGIO

ſam provinciam ſeſe extendens; & *feudum Ducatus*, h. e. terræ portio Duci ſalarii loco, tanquam feudum, aſſignata; & *proprietas Ducis*, ſeu allodium, accurate ſecernenda.

v. WITTICHIND. p. 635. ibi: *veritus eſt* (Conradus R.) *ei tradere omnem NB. poteſtatem patris*. DITHMAR. *Mersb.* L. I. Henricus *in vacuam ſuccedens hereditatem jure & maximam NB. beneficii partem gratuito Regis ſuſcepit ex munere*. Ubi *hereditas* & *beneficii pars* bene diſtinguuntur; illa *jure*, hæc ex *munere Regis* dicitur acquiſita. Hanc Dn. de LUDEWIG *honorem Ducatus* interpretatur l. c. not. m.) conf. SCHILTER. *Comment. ad J. Feud. Alem.* Cap. XLII. §. 2. 21. PFEFFING. *Vitr. illuſtr.* L. I. Tit. XVI. §. 4 not. a.) ubi diſtinguit inter *Ducatum Nationis* & *Ducatum Ducis*. GUNDLING. de *Henr. Auc.* §. 36.

XVII. v. WITICHIND. *L. III. Hiſt. Otton.* ibi: *Militante adverſus Moguntiam Rege, HERMANNUS Dux SAXONIAM procurabat*. ADAM. BREM.

GIO *Trans-Albinam*, huc usque per Comites rectam, nomine *DVCATVS* tradidit, quem etiam hic, una cum allodiis *Luneburgenſibus*, hereditario quidem, ſed inæquali tamen, jure ad poſteros transmiſit.

XVIII. *Cis-Albinam* Saxoniam, quo & *Marchia* Saxoniæ, nunc *Brandenburgica* dicta, & Ager *Brunsvicenſis ſpectabant*, OTTO M. ſibi ſuæque familiæ ſervavit, ac fratri HENRICO *Rixoſo* Bavariæ Duci moderandam dedit: a quo ampliſſima hereditas, poſt varias diviſiones, per *Richſam*, Henrici Craſſi, *Bavariæ* & *Saxoniæ* Ducis filiam, ad LOTHARIVM *Supplinburgicum*, ejusdem maritum, devoluta eſt.

XIX. Idem, extinctis in MAGNO *Billingianis* maſculis, & excluſis filiabus, *Trans-*

K *Albinam*

BREM. L. II. C. 4. 5. p. 17. MEIBOM. *Vindic. Billing.* SCHVRZFL. ad *Vitam Alb. III.* p. 110. REINHARD. *de Officiis Imp. Saxon.* procem. p. 19.

XVIII. v. CRANZ. *Saxon.* L. III. C. 16. SPALATIN. *de Orig. Dom. Sax.* ap. HORTLEDER. *de Cauſis Belli Germ.* L. IV. C. 23. SPANGENB. *Chron. Querf.* L. II. C. 41. PFEFFING. *Vitr. illuſtr.* L. I. T. XI. §. 4. lit. g.) Io. Burc. MENCKEN. de *Electoratu Saxon. Friderico Bellic. jure collato* C. I. §. 6. 7.

XIX. v. CRANZ. *Sax.* L. V. C. 25. COCCEJ. §. 42. PFEFFING. *Vitr. illuſtr.* L. I. T. XVI. n. de Ducib. Sax.

Albinam quoque Saxoniam, HENRICI V. Imp. beneficio, nactus eſt; qui tamen, Imperator factus, generum ſuum HENRICVM *Gvelfum*, *cognomine* SVPERBVM Bavariæ Ducem, de *univerſa Saxonia* inveſtivit.

XX. *Trans-albinæ* autem Saxoniæ partes, *Holſatia*, *Stormaria* & *Wagria*, ab eodem LOTHARIO attributæ ſunt *ADOLPHO* Comiti *Schowenburgico*, manente nihilominus clientelæ vinculo, quo Ducatui Saxoniæ annectebantur.

XXI. At magna rerum converſio facta, HENRICO SVPERBO primum a *CONRADO III.*, ac deinde filio ipſius HENRICO LEONE a *FRIDERICO I.* Imp. proſcriptis; quippe magnus *Saxoniæ Ducatus* jam in plura Territoria, pluresque Status divulſus eſt, qui dein proprio jure uſi ſunt.

XXII. Scil. conſtiterat usque adhuc *SAXONICI DUCATUS TERRITORIUM* partim Saxonia *Cis-albina*, per omnes Oſtphalorum & Weſtphalorum terras, variosque in illis conſtitutos Epiſcopatus & Comitatus, ſeſe diffundente.

XXIII. Par-

Sax. p. m. 374 ſqq. SCHVRZFL. de *Antiq. Sax. Dign.* §. 8. p. 13. REINHARD. l. c. p. 20. 21. n. 31. 33.

XX. v. SCHVRZFL. l. c.

XXI. v. ARNOLD. LVBEC. L. II C. 16. n. 3. pag. 267. SCHVRZFL. de Henrico Leone. COCCEJ. §. 44. 45. REINH. p. 21. n. 33.

XXIII. Partim *Trans-albina*, ſuperiori & inferiori Albi adjacentes regiones, una cum Marchiis Saxoniæ nonnullis, & finitimis Venedorum Obotritorum & Pomeranorum tributariorum terris, comprehendente.

XXIV. Jam vero *portio Ducatus*, arctioribus limitibus circumſcripti, ſolum iſtum tractum Saxo-Sorabicum ab Albim, ex veteri Soraborum regione decerptum, qui in plerisque tabulis *Terra Wittenberg*, hodie *Circulus Electoralis*, Saxoniæ Superioris, appellatur, complexa, nomen *DVCATVS SAXONIÆ* retinuit, ac, cum priſtinis Ducatus juribus, BERNHARDO Aſcanio ac Ballenſtadienſi Comiti ceſſit, in cujus familia usque ad ALBERTVM III perſtitit.

XXV. Hoc a. 1423 ſine maſculis defuncto, *Saxoniæ Ducatum* FRIDERICVS BELLICOSVS, *Miſniæ Marchio* & *Landgravius Thurin-*

XXIV. v. ARNOLD. LVB. L. II. C. 24. n. 7. p. 176. ſqq. ALBERT STAD ad a. 1180. p. 194. SCHVRZFL. *de Ant. Sax. Dign.* §. 9. MEIBOM. *Hiſt. Sax. Inf.* p. 38.

XXV. v. CRANZ. *Sax.* L. XI. C. 15. MVLLER. *Annal. Sax.* ad h. a. 1423 G. SPALATINI *Chron. vom Herkommen der Churf. von Sachſ.* Tit. 2. ap. HORTLEDER. *de Cauſ. B. G.* Lib. IV. C. 23. p. 614. ſqq Dn. *Jo. Burc.* MENCKEN *de Electoratu Sax. Friderico Bellic. jure collato*, C. II. §. 6. ſqq. & C. III.

Thuringiæ, ex SIGISMVNDI Imp. beneficio, obtinuit, fruſtra contranitentibus *Lauenburgicis*: quo ipſo ſimul inſignibus *Miſniæ* & *Thuringiæ* acceſſionibus auctus eſt idem Ducatus, cui poſtea & *Luſatia* acceſſit.

XXVI. Hic igitur felix *Fundator* eſt hodiernæ *DOMVS SAXONICÆ* Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ, in duas deinceps Lineas generales, *ERNESTINAM* nempe & *ALBERTINAM*, quarum quælibet iterum in ſpecialiores abiit, diviſæ: a quarum priori *Saxoniæ Ducatus* vel *Electoratus* ad poſteriorem, CAROLI V. juſſu, translatus eſt.

XXVII. *PALATINATVS SAXONIÆ*, jam diu ex Saxonia trans-weſerana, ut videtur, in cis-weſeranam deductus, (a) & HENRICO *Leoni* ab ÆNOBARBO beneficiaria lege collàtus, (b) nunc, iſto exauctorato,

---

XXVI. v. IMHOF. *R. I. Proc.* L. IV. C. 2. COCCEJ. §. 48. GIOV. *Germ. Princ. de Gente Saxon.*

XXVII. (a) v. SCHVRZFL. *de Antiq. Sax. Dign.* §. 9. p. 14. 15 ubi quinque civitates palatinas, Palatinatus Saxonici ſedes, ex Speculo Saxon. L. III. art. 2. recenſet, aliasque addit. Sed conf. Dn. REINH. *de Offic. Imp. Sax.* §. XIX. p. 75. Quamvis Auctor *des Entwurfs einer Hiſtorie derer Pfaltzgrafen zu Sachſen* §. 30. p. 133. putet, Henricum Leonem ſine juſto titulo Comitatum hunc Palatinum poſſediſſe.

ctorato, ejuſdem Imperatoris beneficio ad HERMANNVM *Thuringiæ Landgravium*, (c) & ab hujus poſteris, puta, HENRICO *Raſpone*, ad HENRICVM illuſtrem *Miſniæ Marchionem*, (d) peruenit.

XXVIII. Et quamvis brevi poſt *Miſnenſibus* iterum ademtus, *Aſcaniisque* Saxoniæ Ducibus & Electoribus (a) a RVDOLPHO I. traditus eſſet: tamen, his extinctis, ad illos, cum Ducatu & Electoratu, per FRIDERICVM *Bellicoſum*, (b) rediit, at-

(b) v. SPANGENBERG *Chron.* p. 306. Dn. GRIEBNER. de *Jurib Palatin Saxon.* § 6.

(c) v. SAGITTAR. de *Antiquit. Alſtet. & Palatin. Sax.* §. 34. SCHVRZFL. l. c. HORN. *de Comit. Palat. Saxon.* § 7. conf. prædictus Auctor *des Entwurfs &c.* §. 31. p. 133. ſqq. ubi, ante Hermannum, ejus fratrem, Ludovicum V. Landgravium Thuringiæ Comitem Palatinum Sax. fuiſſe, obſervat.

(d) v. SCHVRZFL. l. c. p. 15. ubi allegat ex Diplomate Friderici II. d. a. 1242. ult. Iun. verba *LANDGRAVIAM THVRINGIÆ & COMITIAM PALATII SAXONIÆ.* Integrum exhibet Dn. LVNIG. *Reichs Archivs P. Spec. Contin. II.* p. 177. conf. modo laudatum ſcriptum *von denen Pfaltzgrafen zu S.* §. 34. p. 144.

XXVIII. (a) v. Dn. GRIEBNER. Diſſ. laud. §. 9. Dn. REINHARD. l. c. §. 15.

(b) Dn. GRIEBNER. §. 13. ubi notat, Fridericum Palati-

que deinceps, ad *ALBERTINOS* tranſlatus eſt, licet *Allſtedii* civitate & præfectura *Erneſtinis* relicta. (c)

XXIX. *LAVENBVRGICVS* tractus, a CAROLO IV. in *DVCATVM SAXONIÆ INFERIORIS DE LAVENBVRG* erectus, *Trans-albinæ* Saxoniæ portio fuit, in Alcaniis aliquando cum Superiori Ducatu unita, & Cæſareæ conceſſionis æque ac foederis ſucceſſorii jure cum eodem poſtliminio unienda, quamvis, litibus exortis, ex pacto *Luneburgenſibus* relicta.

XXX. Terra *Hadelenſis*, quam Sveci ut acceſſionem Ducatus Bremenſis, extincto Lauenburgico, ſibi vindicabant, in ſequeſtrum Cæſaris & Directorum Circuli inferioris Sax. ceſſit; quod tamen A. 1731. ſublatum, ac Terra Hannoverano ſolenni ritu tradita.

XXXI. Terræ *ANHALTINÆ* (a) haud dubie

Palatinatu quoque inveſtitum fuiſſe, verb: *mit der Pfaltz und Ertz-Marſchall-Amt*, ex Litteris inveſtituræ & Declaratione Sigismundi ap. MVLLER. *Annal.* p. 13. & 456.

(c) v. SCHILTER *Inſt. J. Publ.* Tom. II. T. 19. §. 41. p. 302. Dn. GRIEBN. §. 17. 18.

XXIX. v. SCHVRZFL. *Not. ad V. Alberti III.* p. 115. & *de Ant. Sax. Dign.* §. 9. EVROP. HEROLD. P. I. p. 512. SCHILTER *de Succeſſ. Saxo-Lauenb.*

XXX. v. SCHWEDER *Theatr. Pratens. P. II.* p. 34. PFEFFINGER Hiſtorie *des Braunſchw. Luneb. Hauſes L. 5. C. VI. §. 37.* p. 888. ſqq.

dubie partem veteris Saxoniæ Ducatus conſtituerunt, (b) ſed poſtéa ab eodem ſeparatæ, a FRIDERICO II. Imp. *Principatus Imp.* honore mactatæ, (c) hodieque inter diverſas Anhaltinorum Principum lineas diviſæ ſunt: (d) quamvis *Aſcaniæ* Comitatus Halberſtadienſibus donatus ſit. (e)

XXXII. *HOLSATIÆ* quoque Comes ADOLPHVS, excuſſo Ducis Saxoniæ jugo, & clientelari nexu diſſoluto, fidem deinceps Imperatori, nullo interjecto, obligavit;

XXXI. (a) Scil. Comitatus *Aſcaniæ* & *Ballenſtedienſis*, item Dynaſtiæ *Bernburgenſis*, *Deſſavienſis*, *Serveſtana* & *Cœthana*, nec non *Hercinia*, cum *Vogteia Gernroda*.

(b) V. SPECVL. SAX. in præfat. *Land.* R. L. III. a. 62. ubi inter ſeptem Ducatus Saxonici vexilla & Comitatus Aſcaniæ refertur. Do. GRIEBN. *de Terris J. Sax.* §. 32. Chriſt. KNAVT. *Antiquit. Nort-Thuringicis*, & *Comitat. Ballenſtad.* & *Aſcan.* L. 1. C. V. §. 2. ſqq. ad Pagum *Northuringia* Ballenſtadienſem & Aſcanienſem Comitatus pertinuiſſe oſtendit.

(c) V. SAGITTAR. *Orig. Anhalt.* SPENER. *Op. Herald. Sp.* L. 1. C. V. §. 12.

(d) V. IMHOF. *Not. Proc. J. R.* Lib. IV. C. XI. COCCEJ. §. 45.

(e) SCHWEDER. *Theat. Pratenſ. Illuſtr.* p. 553. ſqq. IMHOF. l. c. §. 3. ſqq.

XXXII. V. CYPRAEVS *Hiſt. Eccleſ. Sleſvic & Holſat.* C. 28. p. 206. SCHVRZFL. *de Antiqu. Sax. Dign.* §. 9.

inter cujus ſucceſſores CHRISTIANVS I. Daniæ Rex a FRIDERICO III. Imp. obtinuit, ut *Holſatiæ* & *Stormariæ* Comitatus, cum *Ditmarſiæ* regione, jure armorum ſibi aſſerta, in *Ducatum* commutaretur.

XXXIII. Cumque CHRISTIANVS iſte I. terras Holſaticas familiæ ſuæ acquiſiviſſet, inter poſteros ejus ita diviſas, ut duæ inde Lineæ, *Regia* nempe & *Ducalis*, naſcerentur: hinc factum, ut hodieque *Reges Daniæ* ratione *Holſatiæ Imperio* fidelitatem jurent; quamvis lis olim inter Regem & Ducem de inveſtitura exorta ſit.

XXXIV. *SLESWICENSIS Marchionatus*, ab *HENRICO Aucupe* inſtitutus, poſtea in *DVCATVM* converſus, a CONRADO II. primum Daniæ Regi in foedus amicitiæ tradi-

§. 9. p. 13. & *Not. ad Vit. Alb. III.* p. 116. H. D. MEIBOM. *Hiſt. Sax. Inf.* p. 38. *Henr.* MEIBOM. *R. Germ.* T. III. f. 213. ubi Diploma FRIDERICI. IMHOF. *Not. J. R. Proc.* L. IV. C. IX. §. 11. COCCEJ. §. 45.

XXXIII. v. MEVRS. *Hiſt. Dan.* L. p. 32. CYPRAEVS *in Annal. Epiſc. Sleſwic.* L. III. C. 1. IMHOF. l. c. §. 11. 12. LIMN. *J. Publ.* T. I. Addit. ad L. V. C. 9. ITTER. *de feud. Imp.* C. VI. n. 11. CONRING. *de Fin. Imp.* L. I. C. 16.

XXXIV. v. ADAM. BREM. L. II. C. 39. CONRING. *de Fin. Imp.* C. 14 15. IMHOF. l. c. SCHWEDER. *Theatr Pratenſ. P. I. L. II. Sect. 2. Cap. VI. p.* 249. ſqq.

traditus, ſed interregni tempore Imperio plane ſubductus, & Sec. XVII. tandem ſui juris Ducatus factus eſt.

XXXV. *HAMBVRGENSIS* quoque civitas in Saxoniæ Trans-albinæ ſolo ſita, poſtquam præfectos Imperatorios habere deſiit, primo in ditione Billingiorum fuit, dehinc ad Gvelfos, mox ad Holſatiæ Comites pervenit, atque his erepta a Danis, auſpicio Waldemari, ſine ulla juris Danici exceptione, Alberto Comiti Orlamundæ vendita eſt.

XXXVI. Ab hoc demum, numeratis MD. argenti libris, jura atque immunitates ſuas emit, ſeque in libertatem vindicavit; ſalvo tamen ſacramento *fidelitatis*, quo Duci Stormariæ, atque *ſubjectionis*, quo Imperio, nullo interjecto, illigatur: eoque in ſtatu, repetitis a Cæſaribus Diplomatibus, ac lite, a Dano ipſi mota, a. 1618. in Camera deciſa, conſervatur, licet ad ſuffragium in Comitiis, ob proteſtationes Holſatorum, nondum admiſſa ſit.

XXXVII. Porro & *LVBECA* a Saxoniæ Ducatu FRIDERICI I. auſpiciis exemta,

K 5 atque

XXXVI. v. SCHVRZFL. *N. ad Vit. Alb. III.* p. 116. KNIPSCHILD *de Jur. Civitat.* L. IV. C. I. n. 79. GASTEL. *de Statu publ. Eur.* Cap. XXXII. p. 1102. 1104. 1105.

XXXVII. v. ARNOLD. LVB. L. II. C. 36. & L. III. C. 4.

atque a FRIDERICO II. ſplendido privilegio inter urbes Imperii recepta eſt: ſicut & *GOSLARIA* tunc in libertatem Imperii aſſerta eſt, Brunsvicenſium tamen Advocatiæ adhuc obnoxia.

XXXVIII. *WESTPHALIA* usque adhuc ſub uno *Saxoniæ* nomine ac Ducatu comprehenſa, ſed jam, exauctorato Leone, in plura territoria ſciſſa, atque inter Epiſcopos & Comites diſtributa, nomen Saxoniæ amiſiſſe videtur.

XXXIX. Cumprimis peculiaris *WESTPHALIÆ* atque *ANGARIÆ Ducatus*, antea inauditus, nunc exortus, atque cum majori veteris Weſtphaliæ Angariæque parte *COLONIENSI* Archiepiſcopo a FRIDERICO I. tributus eſt: quem titulum quoque *MONASTERIENSES* Præſules & *LAVENBVRGICI* Duces ſibi ſumſerunt, unde *ANHALTINI* Principes & hodierni *SAXONIÆ* Duces eundem retinuerunt.

XL. Reli-

C. 4. ubi cauſæ, cur eam ſibi retinuerit Imperator. MEIBOM. *Hiſt Sax.* p. 40. 41. SCHWEDER *Theatr. Pratenſ.* p. 136. *Reichs-Staat* P. II. p. 262. Sagitt. *von den Rechten und Freyheiten der Stadt Lübeck.*

XXXVIII. v. MEIBOM. l. c. p 13. 14. conf. COCCEJ. C. IX. §. 11. 12. 13. 14. cujus plane contraria eſt philoſophia de Weſtphalia, ac a veritate hiſtorica aliena.

XXXIX v. SCHVRZFL. *ad Vitam Alb. III.* pag. 110. MEIBOM. l. c. p. 38.

XL. Reliquæ Weſtphaliæ partes Dominos nactæ ſunt *Archiepiſcopum BREMENSEM*, qui ſibi adjunxit Comitatum *Stadenſem*, nec non Epiſcopos *MONASTERIENSEM*, *OSNABRUGENSEM*, *MINDENSEM* atque *PADERBORNENSEM*.

XLI. Porro *Ducem JULIACENSEM*, Comites *LIPPIENSES*, *BENTHEIMENSES*, *TECKLENBURGENSES*, *PYROMONTANOS*, & Pyromontanæ Dynaſtiæ heredes *WALDECCIOS*, *DIEPHOLDENSES*, *HOIENSES*, *OLDENBURGICOS*, atque *DELMENHORSTANOS*: qui omnes ex LEONIS exuviis vel ditiones ſuas ditarunt, vel in libertatem Imperii ſe vindicarunt.

XLII. Sicuti autem *THURINGIA* jam ante Henricum Superbum a Saxonia avulſa, peculiarem Landgravium nacta eſt: ita & *MARCHIÆ* Saxoniæ, *Brandenburgica*, *Miſnica* & *Luſatica*, ab utriusque HENRICI Lapſu ſeparatas a Saxoniæ Ducatu rationes habuerunt.

XLIII.

XLI. V. ARNOLD. LUBEC. *Chron. Slav.* L. II. C. 24. ABR. STAD. ad A. 1180. CHRON. HUSSIENSE p. 192. CRANZ. *R. Sax.* L. VI. C. 38. ſq. CHYTRAEUS *Sax.* p. 73. UBBO EMM. *Rer. Friſ.* L. 7. p. 108. CHRON. BRUNSVIC. p. 157. SCHURZFL. l. c. MEIBOM. l. c.

XLII. De Thuringia & Marchiis in ſeqq. Capitibus ſigillatim

XLIII. Idem de *MAGDEBVRGENSI Archiepiſcopo*, in limitibus Saxoniæ Slavorum gratia inſtituto, (a) & intèr Saxoniæ Principes (b) numerato, nec non *HALBERSTADIENSI* ac *HILDESIENSI* Epiſcopis, (c) quorum ditiones in Saxoniæ territorio ſitæ, & ſine dubio Ducis tutelæ obnoxiæ fuerunt, pronunciandum.

XLIV. Denique Slavorum *OBOTRITORVM* Domini ac *POMERANORVM* Duces, exauctorato HENRICO LEONE, cui antea certa ratione obnoxii erant, ab hoc nexu ſoluti, Imperio ſine intermedio ſe addixerunt.

XLV.

ſigillatim agendi locus erit. conf. Do. *Griebneri* Progr. de Luſatia, not. x). ubi, hos tres Marchiones Saxoniæ Ducis Vaſallos fuiſſe, conjicit.

XLIII. (a) v. HELMOLD. *Chr. Slav* L. I. C. 11. IREN *Exeg* L. 12. ibi: Magdenburgum Saxoniæ Metropolis eſt. SAGITTAR. *Antiqu Magdeb.* §. 17. ubi cum CONRINGIO *de antiqu. Helmſt. ſtatu*, Magdeburgum Northuringiæ portionem fuiſſe, docet.

(b) v. *Chron. Montis Serens* ad an. 1166. ibi *Wichmannus Archiepiſcopus* (Magdeb.) & NB. *cæteri PRINCIPES SAXONIÆ contra Ducem Henricum provinciam turbant.*

(c) Fuerunt enim inter VIII. Epiſcopos a Carolo M. in Saxonia conſtitutos. v. HELMOLD. L. I. C 3. CHRONOGR. SAXO ad an. 781.

XLIV. v. MEIBOM. l. c. p. 39. 40.

XLV. Nihil igitur ex ampliſſimo Saxoniæ Ducatu reliquum manſit HENRICO ejusque poſteris, niſi *BRVNSVICENSE* & *LVNEBVRGENSE* patrimonium, quod ab OTTONE nepote Imperio oblatum, ab Imperatore FRIDERICO II. in *feudum Imperii* mutatum, atque in *DVCATVM* erectum eſt.

XLVI. Crevit etiam hic *DVCATVS BRVNSVICENSIS* & *LVNEBVRGENSIS* poſtea, coëmtis aliove jure quæſitis agris ac territoriis, ut ſæpe in IV. pluresve Ducatus ſatis validos dividi potuerit; ſicuti hodieque inter duas Familias, GVELPHERBYTANAM & HANNOVERANAM, ad Electorale non ſolum, ſed & Regium faſtigium evectam, diviſus eſt.

CAP. IX.
DE
THVRINGIA.

§. I.

THVRINGORVM, validiſſimæ gentis, Regnum, olim a Moeno ad Ocram usque, inter Lanam & Unſtrutum ſylvamque Hercy-

XLV. v. *Henr.* MEIBOM. *Hiſt. erect. Duc. Brunſv. ubi* tabulæ erectionis.

XLVI. v. COCCEJ. C III S. III. §. 46. IMHOF. *Not. I. R.* Proc. L. IV. C. 4. GIOV. *Germ Pr.* Lib. VI.

§. I. v. SCHURZFL. *Hypomn. ad Vet. Thuring.* §. 3.

SAGIT-

Hercyniam, item ad Albim, Salam & Viſurgim, latiſſime porrectum, incertis, ſed maximis, ſtetit finibus.

II. Cum vero a Francis, Saxonum auxilio, deſtructum eſſet iſtud Regnum, Thuringia in duas partes, *Septentrionalem* & *Auſtralem*, ſive *Saxonicam* & *Francicam*, ſeu, quod idem eſt, *cis-* & *trans- Unſtrutanam*, diviſa eſt.

III. Illa, *Nort-Thuringia* dicta, omnem terram inter ſylvam Hercyniam, Salam, Albim, imo ultra quoque Brandenburgum, usque ad Havelam, & Ducatum Brunsvicenſem ſine Alleram fluvium, complexa dicitur: hæc vero, *Sud-Thuringia*, trans Unſtrutum ad Auſtraſiæ & Allemanniæ limites ſe extendit, quam hodie ſub *THVRINGIÆ* & *HASSIÆ* nominibus complectimur.

IV. *Francica* igitur Thuringia Auſtraſiæ partem

SAGITTAR. *Antiqu. Regni Thuring.* L. II. C. 13. WERLHOF. *Not. Imp.* L. I. C. II. §. 70. 96. SPENER. *Hiſt. Germ. L. 2. C. I § 7.*

II. v. SCHVRZFL. l. c. §. 1. & 3. KNAVT. *Antiqu. Ballenſt.* L. 1. C. VI. §. 6. Dn. REINHARD. *Antiq. March Thur § 3.*

III. v. H. *Meibom* de Pag Sax. v. Pagus *Nortthuringove* T. III R. Germ. p. 106. ubi ex *Torquati* Annal Magdeb. & Halberſt. Northuringiæ fines ita deſcribit. SPENER. *Notit. Germ. Med.* C. IV. §. 28. & G. *Antiqu.* L. 4. C. III. §. 3.

partem conſtituit, ac in *Comitatus* diviſa per DVCES & *Comites*, *Saxonica* vero Saxonum more gubernata eſt.

V. CAROLI M. ævo utraque Thuringia *Comites* accepit: a LVDOVICI Germanici vero tempore quidam e Comitibus *DVCES*

IV. Sub *Francis* Merovingis Thuringia *Auſtralis* ſ. Francica DVCES accepit, qui tamen non proprio, ſed regio nomine illam rexerunt, & quibus Comites certa ratione ſubfuerunt. *Comites* vero *Pagis*, in quos Thuringia diviſa erat, præerant, atque Juriſdictionem in illis exercuerunt. v. SAGITTAR. *Antiqu. Ducat. Thur.* L. 1. C. XII. §. 3. & *ſeqq.* & L. 4. C. XIX. XX. & C. II. & III.

V. v. ANNAL. FVLD. ad an. 849. & 873. ibi: *Trachulfus*, *COMES ET DVX SORABICI LIMITIS* ANNAL. FRANC. ap. LAMBEC. de *Bibl. Vindob.* L. II. C. 5. p. 353. ibi: *Poppo & Egino*, *COMITES ET DVCES THVRINGORVM.* REGINO ad a. 892. *Poppo, Dux Thuringorum, dignitatibus expoliatur DVCATVS, quem tenuerat, Cunrado commendatur.* Hiſtor. de *Landgrav. Thur.* & REGINO ad an. 908. *Dux Thuringorum tertius percuſſus interiit ſine heredibus, & DVCATVS devolutus eſt ad Henricum Ducem Saxoniæ ejus conſobrinum.* LVITPRAND. L. 2. C. VII. ibi: *Henricum SAXONVM & THVRINGORVM DVCEM prudentiſſimum, Regem eligite.* PFEFFING. *Vitr. ill.* L. 1. T. V. §. 11. & T. XVI. n. 11.

DVCES SORABICI LIMITIS conſtituti ſunt: unde & *DVCATVS* nomen maturè inſtauratum; ſub quo *utramque Thuringiam* HENRICVS *Saxoniæ Dux* ſibi aſſeruit, atque hinc *Saxonum & Thuringorum Dux* appellatus eſt.

VI. Poſt HENRICI & OTTONIS M. tempora Thuringia iterum per diverſos *COMITES* recta videtur, qui partim *MARCHIONES* dicti fuerunt, inter quos eminuit ECKEHARDVS I. cui totus Thuringiæ *DVCATVS* adſcribitur: poſt hunc WILHELMVS *Vinarienſis* Comes, *Thuringorum tunc potentiſſimus*, &, hoc mortuo, LVDOVICVS *Barbatus*, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, *Comes totius terræ* dictus, celebrantur.

VII. Sed

---

n. II. de Ducib. Thuring. REINHARD l. c. § 4. 6. An *Carolingorum* ævo, *Thuringia* æque ac *Saxonia*, *COMITEM* habuerit *PALATINVM*? non ſatis certum. Sub *Saxonum* tamen Imperio *COMITES* memorantur *PALATINI*, in *Thuringia* quidem *Septentrionali & Orientali*, ſive *Saxonia*, SIGFRIDVS, & poſt hunc GERO; in *Thuringia* vero *Occidentali & Auſtrali*, ARNOLDVS. v. Auct. *der Hiſtorie der Pfaltzgrafen zu Sachſen Cap II. & III.*

VI. v. DITMAR. MERSEB. L. V. p. 107. 108. in. SVFFRID. PRESBYTER L. I. *Epit.* ad an. 1140. p. 692. *Ludovicus* (Barbatus) ab *Imp. Conrado II.* princi-

VII. Sed cum HENRICI IV. tempeſtate *Marchionum* nomen cum *ECBERTO* deletum eſſet, HERMANNVS *Wincenburgicus* Thüringiæ, ſub *Comitis Provincialis* titulo, præfectus eſt; quo exauctorato, LVDOVICVS III. a Lothario Imp. PRINCEPS & LANDGRAVIVS THVRINGIÆ appellatus, *Haſſiaque* & *Thuringia*, Auſtrali ſcil., donatus eſt.

VIII. Dignitas poteſtate aucta: ſiquidem omnes in Thuringia ejusque confiniis, immediate partim ab Imperio hactenus dependentes *Comites*, *Dynaſtæ*, *Nobiles*, *Civitates* & *homines*, imo etiam *Epiſcopatus* & *Coenobia*, in eodem territorio ſita, ſive abſolute, ſive ſalvis certis juribus, *LANDGRAVIO*, ut Principi territoriali, ſubjecta ſunt,

L &

principatum accepit. Sed terra hac in plures diſtracta dominos, ceſſavit Ducatus dici. Hiſtor. *Landgr. Thur.* C. XII. PFEFFING. l. c. p. m. 392. ſqq. REINHARD. l. c. §. 23. ſqq.

VII. v. *Append.* ad MARTIN. SCOTVM. ad an. 1130. *Hiſtor. Landgr. Thur.* C. 18. DILLICH. *Chron. Haſſ.* P. II. C. 132. CHYTRAEI *Saxon.* p. 168. SAGITTAR. de *Antiquo Statu Thur.* p. 61. PFEFFING. l. c. p. m. 395. REINHARD. l. c. ad fin. & Diplomata ibi adducta.

VIII. v. PAVLIN. *Annal. Iſenac.* §. 24. ALBIN. *Chron. Miſn.* p. 411. EVROP. HEROLD. L. I. pag. 243. MENCKEN de *Vi Superiorit. Territ. in Territoriis Imp. claus.* §. 6.

& feuda ſua deinceps ab eodem recognoverunt.

IX. Eadem dignitas & poteſtas deinde ad poſteros propagata, &, beneficio FRIDERICI II. Imperatoris, in HENRICVM *illuſtrem*, Marchionem A. 1242. ſolenni diplomate *Expectativæ* translata eſt: unde & Comites & Dynaſtæ ipſum pro vero Domino ſuo, litteris reverſalibus & juramento præſtito, agnoverunt.

X. Extincto autem ſine heredibus HENRICO *Raſpone*, *HASSIA* ad Ottonem BRABANTINVM, *THVRINGIA* ad Marchiones MISNIÆ, hodiernos Saxoniæ Duces, delata; utraque inter diverſas utriusque Gentis lineas iterum diviſa eſt.

CAP. X.
DE
FRISIA.
§. I.

FRISIORVM quoque clarum olim inter Germaniæ populos nomen primum quidem intra Rheni oſtium & Amaſum in ora Oceani

IX. v. WECKII *Chron. Dreſd.* p. 153 LVNIG. *Reichs-Archiv.* P. Spec. contin. 2. p. 177. MENCKEN Diſſ cit. ubi Comites & Dynaſtæ illi Thuringiæ recenſentur.

X. v. FABRIC. *Origg. Saxon.* L. VI. p. 573.

§. I. v. TACIT. *Annal.* L. 4. C. LXXIV. §. 1. VBBO EMMI-

Oceani ſe continuit, at deinceps verſus ortum non ſolum trans Amaſum, ſed & trans Viſurgim, Albim & Eidoram in Daniam usque; verſus occidentem vero usque ad Moſam, imo Scaldim, extincto ſenſim Batavico nomine, invaluit.

II. Potentiſſimus hic populus non ſolum in Britanniam cum Saxonibus expeditionem ſuſcepit, ſed & in Germaniæ oris maritimis propriam Rempubl. conſtituit, ac Reges habuit, usque dum a Francis devictus, arctioribus limitibus, maritimis nempe a Viſurgi ad Scaldim usque regionibus includeretur.

III. Atque hæc Friſiorum terra hodie in *Occidentalem* & *Orientalem*, mediante Amaſo amne, diſterminatur: quarum illa Belgio fœderato, hæc vero Germaniæ annumeratur.

EMMIUS de *Friſiorum Republ.* intra Flevum & Lavicam in princ. WERLHOF. *Not. Imp.* L. I. C. II. §. 68. 75. HERT. *Not. Vet. Germ pop.* P. III. C. V. §. 1. 2. SPENER. *Notit. Germ. Antiq.* L 4. *C. IV.* §. *6. p. 314.* ſqq. & *Not. Germ. Med. C. IV.* §. *150.* ſqq.

II. v. VALES. *Notit. Gall.* v. Friſia Cis Rhenana ſeu Citerior aut occidentalis. p. 211. HERT. l. c. §. 3. 4. WERLHOF. l. c. SPENER *Germ. Med. C. IV.* §. *17 18.*

III. v. PONTAN. de *Orig. Franc.* L. I. C. 10.

IV. Uti autem ſemper diſtincti a ceteris Germaniæ populis, cumprimis *Francis* & *Saxonibus*, fuerunt *FRISII:* ita nihilominus locum inter eos occuparunt, & pars Regni Teutonici reputati ſunt, licet jus Comitiorum initio non habuerint.

V. Recentiori tamen ætate hoc quoque jus acquiſiverunt, dum FRIDERICVS III. an. 1464. miſſis legatis, ULRICVM in urbe Emdana, ubi totius populi Comitia convocata fuerant, in poſſeſſionem feudi & honoris ſolenni ceremonia per enſem & vexillum immitteret, omnemque *Friſiam Orientalem* usque ad Viſurgim pro Imperatore curandam ipſi traderet: ſicut & a *Ferdinando III.* eorum Domini inter Principes Imp. evecti ſunt.

CAP. XI.

IV. v. EGINHARD. C. 14. ibi: *Friſiam & Saxoniam.* REGINO an. 876. OTTO FRISING. *Chron.* L. VI. C. 11. ALTING. *Notit. Germ. Inf.* P. I. & II. v. Friſii. COCCEJ. *J. Publ.* C. III. Sect. III. §. 28. ſqq. ubi Saxones & Friſios ejusdem gentis fuiſſe putat STRVV. *S. J. Publ.* Diſſ. III. §. 30. SPENER. l. c.

V. v. VBBO EMMIVS *rer. Friſ.* L. 25. IMHOF. *Not. Proc. I.* Lib. 5. C. VIII. §. 10. STRVV. l. c.

Cap. XI.

DE VENEDORVM SIVE SLAVORVM TERRIS IN GENERE.

§. I.

Præter Populos Germanicæ originis, alii peregrini, e vicina SARMATIA adventantes, magnam Germaniæ partem, a mari Baltico ad Iſtrum, atque a Viſtula ad Albim & Salam usque porrectam, a variis Germaniæ populis deſertam, occuparunt, atque jure civitatis Germanicæ tandem donati ſunt.

II. Scilicet a Seculo maxime Vto magnæ migrationes Gentium Germanicarum evenerunt: inprimis *Vandali*, *Suevi*, *Burgundiones*, *Heruli*, *Gothi*, *Longobardi*, *Saxones*, *Boji*, *Marcomanni*, *Quadi*, aliique, vel Imperii Romani infirmitate, vel Miniſtriſſimi ejusdem artibus, vel Attilæ expeditionibus excitati, novas extra Germaniam ſedes in variis Imperii Romani provinciis quæſiverunt.

 III Igitur

§. I. v. SPENER. *Not. Germ Ant L. I C. IV. §. 4. p. 38 L. 6. C. I § 7. 8 p. 200. ſqq G Med C. III.* §. *1* p. 379 ſqq *C. IV § 3 p. 88* Idem *Hiſt. Germ. L. 2 C. I. § 11 L. 3. C I. § 11 ad* §.

II. v. HERTII Diſſ. *de Renovato Rom. Germ. Imp. & Regni Bohem. nexu.* Sect 1. §. 2. GVNDLING. *de Henr. Auc.* §. XXII. not. t). p. 158. 159.

III. Igitur SARMATÆ, qui ſub VENEDORVM & SLAVORVM nominibus demum innotuerunt, ex *Aſia* in vaſtiſſimas Sarmatiæ regiones, *Ruſſiam*, *Livoniam*, *Pruſſiam*, *Lithuaniam*, *Poloniam*, imo & *Dalmatiam* ac *Pannoniam*, effuſi, tandem quoque vacuefactas iſtas *Germaniæ* oras inſtar diluvii inundarunt, impoſito veteribus colonis jugo, quorum numerus per tot migrationes valde imminutus erat.

IV. Hi uti in regionibus memoratis varia Regna condiderunt, ita a poſſeſſione cujusque regionis, ac viciſſim regiones ab ipſis, novis plane nominibus inſigniti, atque in varios populos familiasve diviſi ſunt.

V. In Germania quidem alii *boreales* atque *occidentales* plagas ad mare *Balticum* a *Viſtula*

III. *VENEDI* PLINIO, TACITO, PTOLOMAEO audiunt, qui ſequiori ævo *SLAVI* dicuntur v. JORNAND. de *Reb. Get.* C. 23. PROCOP. *Hiſt. Goth* L. III. p. 336. ubi prima *Slavici* nominis mentio, CROMER. de *Reb. Polon.* L. 1. BANGERT. ad HELMOLDI *Chron. Slav* p. 9. 11. SCHVRZF L. de *Reb. Slav.* §. 6. 8. Dn. de LVDEWIG *Germ. Pr.* L. I. C. 2. p. 204. 205. Dn. GVNDLING. de *Henrico Auc.* §. XXII. lit. n. WERLHOF. *Not. Imp.* L. 1. C. II. §. 16. 127.

IV. v. BANGERT. ad *Helmold.* L. I. C. 2. MANLIVS *Comment. de Reb. Luſat.* L. 2. C. I. §. 1. 2. GIOV. *Gr. Pr.* l. c. p. 212. g)

V. v. HELMOLD. *Chron. Slav.* L. I. C. 1. 2. 6. 7. 16.

a *Viſtula* ad *Albim* usque inſederunt: alii in mediterraneis regionibus intra *Oderam* atque *Albim*, imo & *Salam*, *Danubiumque*, verſus *Auſtrum* atque *Ortum* ſeſe protenderunt.

VI. Ex *illis* oræ maritimæ inprimis accolæ, in varias familias Ducesque diſtincti, plerique ſenſim coivere pars in *Pomeranorum*, pars in *Obotritorum* nomen: ceteri ſub *Holſatorum*, *Luneburgenſium*, *Brandenburgenſium*, *Luſatiorum* nominibus comprehenſi ſunt.

VII. Imo & peculiare *Regnum* condidiſſe feruntur Venedi iſti Boreales, quod ab Albi ad ſinum Codanum usque porrectum, utramque *Marchiam*, *Soldwedelenſem*, & *Brandenburgenſem*, *Megaloburgenſes* item, *Pomeranasque* terras continuit: quod, ſi fundamento non prorſus caret, forte idem

 illud

VI. Ex illorum numero fuerunt *Vagrii*, *Vilſi* ſeu *Velatabi*, *Obotriti*, *Brizani*, *Polabi*, *Cirzipani*, *Kiſſini*, *Runi*, *Redarii*, *Tollenſes*, *Linones* ſeu *Hilmones*, *Smeldingi*, *Hevelli*, *Ucrani* ſeu *Ugrenſens*, *Leuticii*, *Sioderani*, *Calucones*, *Luſiki*, *Pomerani*, *Caſſubii*.

v. HELMOLDI *Chron. Slav.* CRANZII *Vandalia* paſſim. conf. PEVCERI *Chron.* L. IV. MANLIVS *Comment.* L. I. C. 33 34. L. II. C. 1 2. 3 L. III. C. V. §. 2. Δειγμ. C V. BROTVF. *Chron Maritsh.* paſſim. COCCEJ. *J. Publ.* C. III. S. V. §. 76. WERLHOF. *Not. Imp.* § 216. 233. 234. GVNDLING. *de Henr. Auc.* 173. ſeqq SPENER. l. c.

VII. v. MANL. *Comm.* L. II. C. 2. & L. III. C. 5.

illud eſt, quod cum PRIBISLAO ultimo Obotritorum Rege interiit.

VIII. Ex his inprimis *SORABI*, itidem in varios populos, *Dalemincios*, *Milzenios* aliosque diſtincti, *MORAVI*, *BOHEMI*, *SILESII*, quorum nomina adhuc ſatis nota ſunt, celebrantur: Sed de his infra erit agendi locus.

IX. At non contenti *Venedi*, cumprimis *occidentaliores*, amplitudine terræ occupatæ, ſed ultra *Albim* ac *Salam* progreſſi, vicinas *Thuringorum*, *Francorum* & *Saxonum* terras perpetuis deprædationibus infeſtarunt, ac portiones ex illis decerpſerunt.

X. Tandem a CAROLO M. omnes hæ Slavicæ gentes, intra Rhenum & Viſtulam, Oceanumque & Danubium poſitæ, devictæ ac *tributariæ* redditæ: *DVCES* etiam *SORABICI LIMITIS* conſtituti, variaque ad

VIII. V. ANNAL. FVLDENS. ad A. 822. 880. HELMOLD. L. I. C. 7. BANGERT. *ad Helm.* p. 11. HERT. l. c. §. 3. WERLHOF. l. c. §. 231. SPENER. l. c.

IX. V. MANL. *Comm.* L. 1. C. II. §. 2. SAGITTAR. *Hiſtor. Luſat.* §. 9. 10. MEIBOM. *Hiſt. Sax. Inf.* p. 28. WERLHOF. §. 232.

X. V. EGINHARDI *Vita Caroli M.* AIMOIN. L. VI. cum Supplem. Turon. ANNAL. FVLD. ad A. 840. & 873. SAGITTAR. l. c. §. 15. COCCEJ. C. III. S. V. §. 65. ſqq. WERLHOF. l. c. §. 216. 232. 233. 234. HERT. l. c. §. 3.

ad Albim & Salam caſtella adverſus eos extructa ſunt.

XI. Sed extinctis *Carolingis*, jugum excuſſerunt Venedi, & cumprimis *Saxones* vicinos, quorum terras a tempore Carolingorum invaſerant, vel a CAROLO M. iis donatas, vel vi occupatas, varia injuria affecerunt, & cum *Hungaris* contra eos conſpirarunt.

XII. HENRICVS *Auceps* igitur in Saxonum gloriam & ſecuritatem intentus, non ſolum *Slavos, Hevellos, Sorabos, Dalemincios, Luſicos*, feliciter domuit, ſed etiam devictas eorum oras in *Præfecturas limitaneas*, ſeu *MARCHIAS*, diſtinxit, ac iis *Præſides* ſeu *MARCHIONES*, limitum cuſtodes, præfecit: unde MARCHIÆ, *BRANDENBVRGICA, MISNIÆ & LVSATIÆ*, enatæ.

XIII. Varii quoque EPISCOPATVS in his terris erecti, *MISNENSIS* nempe, *MERSEBVRGENSIS, CIZENSIS, BRANDENBVRGENSIS, HAVELBERGENSIS:* quibus *MAGDEBVRGVM*, Archi-Epiſcopi dignitate auctum, OTTO

L 5 M. præ-

XI. v. MEIBOM. l. c. p. 28. COCCEJ. l. c. §. 66. 67. GVNDLING. l. c. p. 160.

XII. v. DITMAR. *Merſeb. Chron.* L. I. LVITPRAND. *Hiſt. III. 5.* MANL. *Comm.* L. II. C. 7. GVNDLING. l. c. §. 22. ſqq. SAGITTAR. §. 16.

XIII. v. HELMOLD. L. I. C. 2. & BANGERT. in Not. CRANZ. *Vandal.* L. II. C. 30.

M. præſecit, ac Slavis convertendis metropolin ſtatuit.

XIV. Sed *ARCHIEPICOPATUS MAGDEBURGENSIS* ſatis amplo e terris Saxonicis & Sorabicis ab Ottone M. & Succeſſoribus ditatus, per pacem Weſtphalicam in *DUCATUM* converſus, Electori BRANDENBURGICO ceſſit.

XV. Cum vero ſæpius ad priora relaberentur Venedi, atque Saxones turbarent, denuo ab HENRICO LEONE & ALBERTO URSO ſtrenue debellati, e regionibus occupatis ejecti vel deleti, atque in eorum loca *SAXONES*, *Weſtvali*, *Rhenani*, *Friſii*, *Hollandi*, *Selandi*, *Flandri*, traducti ſunt.

XVI. In compluribus tamen provinciis, veluti Bohemia, Sileſia, Moravia, Luſatia, Venedorum Marchia, Pomerania, imo & in iis, ubi fere penitus extirpati, etiam hodie Venedi & Slavi ſuperant, in ſervitutem redacti, paſſim tamen cum Germanis commixti.

Cap. XII.

XIV. v. SAGITTAR. *Antiquit. Magdeb.* INSTR. P. W.

XV v. HELMOLD. L. I. C. 57. 87. 88. BANGERT. ad L. I. C. 2. p. 13. WERLHOF. l. c. §. 17. MEIBOM. *Hiſt. Sax. Inf.* p. 34. 35.

XVI. v. HELMOLD. L. I. C. 87. CHYTRAEI *Saxon.* p. 3. WERLHOF. §. 18.

CAP. XII.

DE
VENEDORVM BRANDENBVRGENSIVM POMERANORVM ET OBOTRITORVM TERRIS.

§. I.

MARCHIAM, hodie *BRANDENBVRGICAM* cognominatam, principio *Svevi* ac *Vandali Heruliſque*, his emigrantibus, forte ex parte *Saxones*, ac deinceps *Venedi*, cumprimis *Hevelli* incoluere.

II. Sed HENRICVS Auceps, debellatis *Hevellis*, & expugnato munitiſſimo ipſorum caſtro, quod *BRENNABORG* ſeu *BRANNYBOR* appellarunt, SIGFRIDVM Comitem *Merſebürgenſem* ibi conſtituit, ac limitibus Saxoniæ adverſus Slavos cuſtodiendis præfecit. Cui dein GERO Dux & Marchio in *Marca* illa, in qua civitas *Brendanburg* ſita erat, ſucceſſit.

III. Hoc

§. I. v. HELMOLD. L. I. C. 87. 88. GIOV. *G. Pr.* L. II. C. 11. p. 534. ſqq. GVNDLING. *de Henr.* p. 161.

II. v. WITTICHIND. *Annal.* L. I. fin. ibi: SIGFRIDVS *Saxonum optimus*, & a Rege ſecundus, - - - *Saxoniam procurabat, ne qua hoſtium interim irruptio accidiſſet.* Unde, *Sigfridum* inter *Comites*

III. Hoc pacto fundamenta quidem *MARCHIÆ* ſeu *Marchionatus Brandenburgici* jacta ſunt: ſed quod ille ſtatim, tanquam *Ducatus*

---

mites Saxoniæ, præcipuum fuiſſe, colligit B. GUNDL. de *Henr. Auc.* §. 1. *XXII.* p. 161. Add. DITMAR. *Merſeb. L.* 1. init. ibi: quod *Legatio* SIGFRIDI *Comitis Merſeburgenſis, quam ſibi idem vendicaverat, GERONI ſit tradita Marchioni.* Unde itidem B. GUNDLING l. c. colligit, *SIGFRIDUM* fuiſſe *Regis* in *Saxonia Legatum*, eaque auctoritate ornatum, qua poſt illum Gero Marchio redimitus fruebatur.

III. v. Ill. COCCEJ. *J. Publ.* C. III. S. V. §. 71. & Dn. de LUDEWIG. *Diſſ. de Formula Ducatus Brandenb.* hanc opinionem defendentes.

Argumenta ſunt: (1) *Epitaphium Gernrodanum: GERO DUX ET MARCHIO FUNDATOR ECCLESIÆ SAXONUM &c.* apud SPANGENBERGIUM, ANGELUM, MEIBOMIUM, a LUDEWIGIO Diſſ. cit. p. 35. allegatos. Verum Dn. GRIEBNERUS peculiari Programmate & dubiam Epitaphii fidem, & argumenti imbecillitatem evincere conatus eſt, præſertim cum non conſtet, quæ ſit ratio mutationis, cum Sigfridus nonniſi *Comes Saxoniæ* audierit.

(2) *Diploma* OTTONIS I. a. 962. iu quo GERONIS MARCHIONIS DUCIS fiat mentio. Sed B. HORNIUS *de Burggrav. Magd.* §. 10 poſt verba:

Ducatus provinciæ, proprio jure & poteſtate uſus fuerit, gratis & citra hiſtoriarum fidem aſſeritur.

IV. Imo

verba: *Geronis Marchionis*, non, *DUCIS*, ſed *DUAS* ſc. *civitates &c.* legendum eſſe, oſtendit. Nova Additio: Hoc tamen negari nequit, quod GERO ab ipſo OTTONE Imp. *DUX* & *MARCHIO*, & quidem in *Marca* illa, in qua civitas *Brendanburg* ſita erat, appellatus fuerit, in *Diplomate* fundationis Eccleſiæ *Brendanburgenſis*, verb. *Geronis dilecti DUCIS Marchionis noſtri in prædio noſtro in Marca illius ſito, in terra Slavorum in pago Heveldum in civitate Brendanburg &c.* ap. Dn. de LUDEWIG in *T. II. Reliqu. MSSt. p. 395. ſqq.* & THORSCHMIDT in *Antiqu. Ploc. p. 43.* quamvis nec ipſe *Marchio Brandenburgicus* cognominatus, nec *Marca* ipſius *Brandenburgica* jam cognominata fuerit, multo minus *Marca* illi *Ducatus* nomen competierit.

(3) *Diplomata* HENRICI VI. in quibus Marchia *DUCATUS TRANSALBINUS* audit. Sed hæc Diplomata recentioris ævi ſunt, ex antiquiori hiſtoria interpretanda, in qua nulla hujusmodi Ducatus veſtigia reperire licet. Imo Imp. CONRADUS III. Saxoniæ Ducatum, Henrico Superbo ablatum, Adalberto Urſo Marchioni conceſſit, iniquum ratus, unum duobus Ducatibus præeſſe: manifeſto indicio, ne illo quidem tempore Marchiam Ducatus juſti rationem habuiſſe.

IV. Imo Marchiones hic conſtituti inter *SAXONIÆ COMITES* (a) locum habuere, licet ob militare officium forte *DUCES* (b) interdum appellati fuerint.

V. Nec *MARCHIONIS BRANDENBURGICI* titulus prius auditus, (a) quam ALBER-

---

buiſſe. v. Dn. GRIEBN. l. c. x) conf. GIOV. in *Pruſſ.* p. 50. Ceterum Dn. GUNDLING. jam in HENR. Auc. §. XXII. & not. t) p. 157. iſtam de Ducatu Brandenb. opinionem erroris coarguit.

IV. (a) v. WITTICHIND. *Annal.* L. 2. p. 643. ubi Sigfridus *COMES SAXONICUS optimus Saxonum* dicitur. Diploma OTTONIS I. apud SAGITTAR. *Antiquit. Magd.* §. 45. ibi: *in COMITATU prædicti Marchionis GERONIS &c.* OTTO FRISING *de R. G. Frid. I.* L. I. C. 21. ubi: *Inter ceteros Nobiliſſimus MARCHIO SAXONIÆ ALBERTUS capitur.* Diploma FRIDERICI Archi Epiſc. Magd. d. a. 1147. ibi: *Conſentiente benigne ac laudante Marchione Alberto &c.* & non multo poſt: *eadem venditio ab eodem Adalberto COMITE &c.* Diploma Wigmanni Aep. ibi: *Adalbertus COMES & Advocatus hujus Eccleſiæ,* ap. BECMANN. *Hiſt. Anhalt. P. V.* L. I. C V. §. 2.

(b) v. COCCEJ. *J. P.* C. III. S. V. §. 71. & S. III. §. 40. ubi contra MEIBOMIUM *de Ducis* Sax. titulo diſputat. GUNDLING. *de Henr. Auc.* p. 160.

V. (a) v. CHRONOGRAPH. SAXO a. 1140. ubi: *Marchi-*

ALBERTVS VRSVS *Conradi Marchionis* cum *Marchia*, quam *Soldwedelenſem* vulgo appellant, Lotharii & Conradi III. auſpiciis conjunxit, & Civitatem Brandenburgicam, Chriſtianis iterum ereptam, a PRIBISLAO moriente recuperavit. (b)

VI. Ab initio igitur Saxoniæ (a) pars exigua fuit Marchia; ſucceſſu temporis variis terrarum acceſſionibus aucta, (b) in juſtam provinciæ magnitudinem crevit, propriique territorii jura tandem conſequuta eſt, licet Saxonico Circulo adſcriberetur. (c)

VIII. Ex

Marchiones Septentrionales. DITMAR. MERSEB. L. 3. ubi: *Epiſcopatus Brandenb. Defenſor*. Diet̄ericus ſub Ottone III. dicitur. HELMOLD. L. II. C. 4. ibi: *Adalbertum, MARCHIONEM ORIENTALIS SLAVIÆ &c.* conf. LVDWIG *de Form. Duc. Brand.* p. 86. not. c)

(b) v. Dn. GVNDLING. *de Henr. Auc.* §. XXII. not. x) ubi ad bina Diplomata CONRADI III. provocat, a SCHATENIO *in Annal. Paderborn.* T. I. p. 763. & 771. exhibita, alterum de a. 1142. alterum de an. 1146. quorum priori ALBERTVS ut *MARCHIO*, poſteriori ut *MARCHIO BRANDENBVRGENSIS* ſubſcripſit.

VI. (a) v. §. 13. h. & SPEC. SAX. L. III. art. 36. §. 2. ubi inter Saxoniæ vexilla numeratur, conf. Dn. GRIBNERI Progr. de Luſatia lit. x.)

(b) v. COCCEJ. §. 74.

(c) v. Dn. de LVDEWIG *Form. Duc. Brand.* §. X.

VII. Ex iſtis acceſſionibus quadruplex *Marchia* enata: ſcil. *VETVS*, in Saxonia Cis-Albina ad Albim usque ſe protendens, olim *Soldwedelenſis* dicta, cui & *Prignizia* trans Albim acceſſit; *MEDIA*, Albim ac Oderam interjacens: *NOVA* trans Oderam ſita; *VKERANA* demum in finibus citerioris Pomeraniæ.

VIII. *Epiſcopatus* in Marchia ab OTTONE M. fundati, *BRANDENBVRGICVS* nempe & *HAVELBERGENSIS*, modo memorati ſunt: hic illud advertendum, reditus Epiſcopales fiſco Electorali adſcriptos eſſe, Collegiis Canonicorum tamen in illis adhuc durantibus.

IX. Varios quoque *Dominos*, primum ex arbitrio Cæſarum, nacta eſt Marchia: ex quibus tamen *Stadenſes* jam hereditario jure ſucceſſiſſe videntur; ab his vero ad *Aſcanios* & *Ballenſtadienſes* Comites translata eſt.

X. Ex his ALBERTVS VRSVS, Marchiæ veteris & mediæ potitus, *Henrico Superbo* proſcripto, primus *MARCHIO BRANDENBVRGICVS*, ſuique juris factus, ac principalem dignitatem nactus eſt,

§. X. lit. q) p. 97. cujus peculiaris hac de re philoſophia.

VII. v. IMHOF. *Not. Proc.* I. R. L. 2. C. VIII. §. 7. GIOV. G. Pr. L. 2. C. V. §. 4.

X. v. HELMOLD. L. I. C. 88. ARNOLD. Lub. L. II. C. 34.

Digitized by Google

eſt; cui in Marchionatu ſucceſſit filius Otto, qui, exauctorato etiam Leone, immediata Imperii jura firmavit.

XI. Deinde, poſt OTTONEM II. & ALBERTVM II. hujus filii JOHANNES & OTTO III. Marchias rexerunt, quorum ille *Nova* & *Uckerana* Marchia, hic vero verſus Magdeburgenſes & Halberſtadienſes terras easdem auxit. Johannis denique filius JOHANNES II. primus *Elector* Brandenburgicus RVDOLPHI I. Imp. æqualis extitit.

XII. In *Aſcaniorum* familia Marchionatus Brandenburgicus, jam Electoratu auctus, perſtitit usque ad WALDEMARVM II. quo ſine liberis mortuo, *LVDOVICVS Bavarus* eundem, excluſo *ALBERTO Anhaltino*, ad filios ſuos transtulit: ex quibus OTTO eum CAROLO IV. vendidit, a quo per modum feudi filiis WENCESLAO & SIGISMVNDO conceſſus eſt.

XIII. Sigismundus Cæſar factus Marchias cum Electorali dignitate, FRIDERICO, M *Burg-*

XI. v. ALBERT. ARGENT. p. 100. SPENER *Hiſt. Germ.* P. II. L. 1. C. VII. §. 7.

XII. CRANZ. *Vandal.* L. VIII. C. 19. 28. 33. L. IX. C. 31. COCCEI. §. 73.

XIII. v. LIMN. *J. P.* L. 5. C. VII. n. 1. ſeqq. Ph. J. SPENER. *Syll. Hiſt. Geneal.* p. m. 421. COC-

Digitized by Google

Burggravio Norico & *Hohenzollerano Comiti*, contulit: cujus glorioſiſſima Familia hodieque rerum potitur, maximis imo Regiis incrementis aucta.

XIV. POMERANORVM, longis inter Viadrum Viſtulamque ſedibus poſitorum, nomen, quod *maris accolas* ſignificare videtur, nusquam ante Sec. XII. obvium eſt: ſub HENRICI IV. vero Imp. tempus invaluit, & Sec. XII. uſu magis tritum ad poſteros dimanavit.

XV. *Slavicæ* autem *Venedicæque* gentes utique fuerunt, quæ *Gothis*, *Vandalis* ac *Suevis* emigrantibus in his oris ſucceſſerunt, quamvis forte Aboriginum reliquiæ nonnullæ remanſerint.

A XVI. Exciſi autem fere ſunt Slavi in Occidentali Pomerania, cumque aliis gentibus *Saxones* in deſertas terras vocati, qui conſvetudine ſua paulatim reliquos emolliverunt, & lingua tandem ac legibus ſuis imbuerunt: unde hodierni Pomeraniæ cives Saxo-

COCCEJ. 74. conf. Diſp. mea de Corona Boruſſiæ & Incrementis Domus Auguſtæ Lipſ. an. 1704. edita.

XIV. v. SCHVRZFL. Orig. Pom. §. 1. not. b).

XV. v. SCHVRZFL. l. c. §. 7. lit. p).

XVI. v. ADAM. BREM. L. II. C. 18. HELMOLD. L. I. C. 2. 14. ubi ſcribit: *Slavorum regionem, dante Deo, totam redactam eſſe velut in unam Saxo-*

Saxonum ſaltem majori parte poſteri ſunt, quamvis Principes *Svantiboridæ* a Venedis originem traxerint.

XVII. Non quidem in Saxonum ditionem penitus redacti ſunt Pomerani, eosdem tamen cum reliquis Slavis HENRICO Saxoniæ Duci *ſub tributo ſerviiſſe*, certum eſt, a quo nexu tandem, LEONE proſcripto, liberati ſunt.

XVIII. FRIDERICI vero *Ænobarbi* ætate, ſuaſu inprimis Saxonum, factum eſt, ut Germanis arctius conjungerentur Pomeranorum Principes, atque ultro in *IMPERII* fidem & clientelam ſuſcepti, *DUCALI* nomine a Cæſare inſignirentur.

XIX. Non ergo in *Marchionum Brandenburgicorum* fuere clientela, & quamvis a LVDOVICO *Bavaro* illi addicerentur,

M 2 tamen

Saxonum coloniam. CRAMER H. Eccl. L. II. C. 2. MICRAEL. L. 3. p. 308. ſeq SCHVRZFL. l. c. lit. t) MEIBOM. *Intr. ad Hiſt. inf. Sax.* p. 40.

XVII. v. HELMOLD. L. I. C. 36. SCHVRZFL. l. c. lit. t). MEIBOM. *Introduct. ad Hiſt. Saxon. Infer.* p. 39. 40.

XVIII. v. *Alb.* CRANZ. *Vandal.* L. VI. C. 14. SCHVRZFL. l. c. lit. s) GIOV. *Germ. Princ.* L. 2. C. II. p. 561. conf. omnino MEIBOM. l. c.

XIX. v. HILDEBRAND. *Geneal Duc. Pom.* p. 6. COCCEJ. l. c. §. 78. GIOVANNI *Germ. Princ.* L. 2. C. II. p. m. 562.

tamen non niſi ſpes ſucceſſionis, pacto inter LVDOVICVM Marchionem & BARNIMVM III. *Stetinenſem* inito, ſi maſcula hujus proles extingueretur, Brandenburgicis acquiſita eſt.

XX. Sed, mortuo ſine maſcula prole OTTONE III., graviſſimæ Brandenburgenſibus lites a *Wolgaſtenſibus*, h. e. Pomeraniæ ulterioris Ducibus, de ſucceſſione Stettinenſi motæ, quæ demum, renovato a. 1499. *hereditario fœdere*, compoſitæ ſunt.

XXI. Caſus extitit, durante bello tricennali, atque jus in univerſum utriusque Pomeraniæ Ducatum Brandenburgicis quæſitum; ſed citeriori aliæ terræ Principatusque per tranſactionem Oſnabruggenſem ſubſtitutæ, ſolaque ulterior ipſis relicta, deinceps citerioribus quibusdam acceſſionibus aucta.

XXII. OBOTRITI, poſtea *MECKLENBVRGENSES* dicti, a maris Baltici oris & Pomeraniæ finibus ad Albim usque ſe extendentes, olim *Regibus*, Imperium

R. G.

XX. v. CHYTR. *Saxon.* L. I. in Marchia. COCCEJ. l. c. GIOV. *Germ. Pr.* l. c. p. 563.

XXI. v. INSTRVM. P. Art. XI. COCCEJ. l. c. GIOV. l. c. p. 564.

XXII. v. CRANZ *Vandal.* L. VII. C. II. SCHVRZFL. *de Reb. Meclenb.* §. I.

R. G. ſubinde conııcer colentibus, paruerunt ad PRIBISLAVM II. usque.

XXIII. At hic a WALDEMARO Danorum Rege, & HENRICO LEONE Saxone bellis attritus, ad manſvetudinem Chriſtianam ſe convertit, terrasque bello amiſſas, ſub fidelitatis lege ab HENRICO recepit, *Mecklenburgum* quoque exuſtum reſtauravit, atque abdicato Regis titulo, ab eo *Mecklenburgici Principis* nomen ſuſcepit, & ad poſteros transmiſit.

XXIV. Cum vero exhauſtæ per ſuperiora bella terræ ab HENRICO LEONE & ALBERTO VRSO Germanis iterum impletæ ſint, & hinc geminus in his terris populus exciterit; duplex quoque *Principatus* enatus eſt, *MECKLENBVRGICVS* nempe & *VENEDORVM*, quorum hodieque titulum Megapolitani Duces gerunt.

XXIII. V. HELMOLD. *Chr. Slav.* L. I. C. 83. *Fr.* IREN. *Germ. Exeges.* L. III. C. 98. qui Mecklenburgicos Principes tum *partim ſub Ducatu Saxoniæ, partim ſub Pomerania comprehenſos fuiſſe*, ſcribit, conf. SCHVRZFL. l. c. §. 8. 9. IMHOF. *Notit. Proc. Imp.* L. 4. C. V. §. 1.

XXIV. V. CRANZ. *Vandal* L. II. C. 41. 42. COCCEJ. l. c. §. 77. SCHVRZFL. §. 6. IMHOF. Notit. Proc. L. 4. C. V. §. 2. Dn. de LVDEWIG. Diſp. de *Form. Duc. Brand.* §. 10. lit. h).

XXV. Peculiaris quoque in his terris *Comitatus*, *SVERINENSIS* nempe ab HENRICO Leone conditus, & *Gunzelino* ex equeſtri familia de *Bartensleben* collatus fuit, poſtea etiam in *Principatum* erectus.

XXVI. Sicuti autem, proſcripto *Henrico* Leone Saxone, Megapolitani Principes in libertatem ſe aſſeruerunt, ita a CAROLO IV. Imp. *HENRICI Leonis* Megapolitani filii, JOANNES & ALBERTVS, in *Ducum* faſtigium evecti, & inter *Principes Imperii* recepti, terræ etiam ipſorum in unum & indiviſum *DVCATVM* erectæ ſunt, Bucephali vero caput, quo inſignia eorum conſtant, corona ornatum eſt.

XXVII. Ceterum *Mecklenburgicæ* terræ MARCHIONI BRANDENBVRGICO, qua *Duci Vandaliæ* ſeu *Vendenlandiæ*, qualem nonnulli fingunt, nunquam obnoxiæ quidem fuerunt; attamen *Principatus Venedorum* ſupra dictus ex peculiaribus rationibus in clientelam eorum venit.

XXVIII. Hinc cum *WILHELMVS* improlis deceſſiſſet, & Duces Mecklenburgici

XXV. v. IMHOF. l. c. §. 2.

XXVI. v. DVBRAV. *Hiſt. Bojem.* L. 22. CRANZ. *Vand.* L. VIII. C. 23. SCHVRZFL. l. c. §. 10. 11. IMHOF. l. c. §. 3. ubi verba Diplomatis adducta.

XXVII. v. Dn. de LVDEWIG. *Form. Duc. Brand.* §. X. lit. h).

burgici Principatum Venedorum vi pacti occupaſſent: *Elector* BRANDENBVRGICVS eundem ut apertum ſibi vindicans id impetravit, ut an. 1442. pacto inito de futura ſucceſſione in univerſum Ducatum, extinctis maſculis, certior redderetur, atque interim homagium a ſubditis ipſi præſtaretur.

XXIX. *Stargardienſis* vero tractus, Marchionum Brandenburgenſium olim ditio, ad HENRICVM Mecklenburgicum Principem dotis nomine tranſiit.

XXX. Hodie duæ tantum Ducum Mecklenburgenſium lineæ, *Guſtrovienſi* extincta, adhuc florent, SVERINENSIS & STRELITZENSIS: inter quas lites de ſucceſſione Guſtrovienſi exortæ, amica compoſitione fruſtra tentata, in poſſeſſorio quidem a Cæſare definitæ, ſed non prorſus finitæ ſunt.

XXVIII. v. CHEMNITII *Parchumenſis* curiæ Silentiarii Cod. MS. ap. Dn. de LVDWIG. l. c.

XXIX. v. SCHVRZFL. l. c. §. 12. ſqq. de LVDWIG l. c. lit. i)

XXX. v. IMHOF. l. c. §. 14. 16. PFEFFING. *Vitr. illuſtr.* L. 1. Tit. XVI. §. 10. not. m)

CAP. XIII
DE
VENEDORVM SORABORVM TERRIS,
SPECIATIM
WITTENBERGENSI MISNIÆ LVSATIÆ QVERFVRTENSI ET ANHALTINO TERRITORIO.

§. I.

SORABI vel *Serbii*, Slavorum propago, varias Svevorum Teutonum regiones ab Albim, Svevum, Salam & Muldam, ſpeciatim Miſniam, Luſatiam ac partem Saxoniæ Superioris, quæ uno nomine *SORABIA* appellatæ, *SERVESTAM* metropolin habuerunt, incoluere.

II. In his primum occurrit Terra *WITTENBERG*, Saxoniæ Superioris portio, a Svevis initio habitata, deinceps vero a Slavis *Sorabis*, una cum aliis ad Albim regionibus, occupata.

III. Sed

§. I. v. MANLII *Commentar. Rer Luſat.* ex edit. Dni HOFFMANNI Lib. I. C. XXX. §. I. ſqq. ubi & varia Soraborum nomina. BECMANN. *Hiſt. Anhalt.* P. I C. 4.

* Dicendum de variis nominibus Slavicis, quibus caſtella, oppida, pagos Sorabi ſignarunt.

II. v. SCHVRZFL. in *Notis ad Vitam Alberti III.* p. 110. & de *Antiqua Saxon. dignit.* §. 9. not. *

III. Sed hi, cum Albim & Salam tranſgreſſi, finitimos *Thuringos* & *Francos* vexarent, a CAROLO M. an. 806. acerrimo prælio cæſi, atque caſtellis ad Salam & Albim coerciti, *tributariique* redditi ſunt.

IV. Tandem *Saxones* barbaros hos ſæpe rebellantes, & ab OTTONIS M. exceſſu Chriſtianos vexantes, ejecerunt, & habitationes eorum occuparunt.

V. Inprimis ALBERTVS VRSVS, domitis ac ejectis Sorabis, in hanc vicinamque regionem *Belgas & Flandros*, vel, ſi mavis, *Saxones*, a Carolo M. olim in Belgium ac Flandriam relegatos, revocavit, atque adeo incolis Germanicæ originis eam replevit.

VI. *Witeberga* vero, Caput provinciæ, quo tempore & quo auctore ſit condita,

 haud

III. v. AIMOIN. L. 6. ANNAL. CAR. M. ANNAL. FVLD. REGINO ad an. 806. WERLHOF. *Notit. Imp.* L. I. C. II. §. 231.

IV. v. Dn. KIRCHMAIER. Diſſ. *de Wittenb.* p. 14. 15.

V. * Hinc tractus ad Albim *der groſſe und kleine Flemming*, varieque loca circa Wittenbergam nomina Belgica acceperunt.

v. ADELM. *Annal. Franc.* an. 806. HELMOLD. L. I. C. 87. 88. *Chron.* CARION. L. IV. p. 413. MANL. *Comm.* L. IV. C. 6. § 4. SCHVRZFL. *de Rebus Urbis Juterboc.* §. 14.

VI. v. SCHVRZFL. ad Vitam Alberti III. GIOV. G. Pr. L. III. p. 10.

haud ſatis conſtat, ſaltem ante *Ænobarbi* tempora in nullo monumento ejus fit mentio: ad *Aſcanios* tamen Duces, qui Sorabos, inter tractum Albis & Salæ rerum potitos, ex his finibus exegerunt, origines ejusdem referendæ.

VII. Imo *Bernhardus* Saxoniæ Dux Witebergæ fundamenta jeciſſe videtur: quippe qui terram Lauenburgicam ab Ænobarbo ſibi adjudicatam, ſed adverſariorum injuriis vexatam, pertæſus, in Saxoniam ſuperiorem pariter ſibi attributam ſe contulit, atque hunc ſedi ſuæ locum haud dubie elegit, oppidumque adeo nomine, in Saxonia transalbina peruſitato, conſtituit.

VIII. Hinc Terra Wittenberg titulo ornata *Ducatus Saxoniæ*, quippe qui e Saxonia inferiori in hanc ſuperiorem ejus partem migravit, cui & *Electoratus* jura inhærent, unde *Circulus Electoralis* appellatur, atque ab Aſcaniis ad Miſnenſes, hodiernos Saxoniæ Duces & Electores, pervenit.

IX. MISNIA ab urbe *Miſni* vel *Miſena*, cui rivus *Miſa* nomen dedit, denominata, *Marchiæ* ſeu *Marchionatus* dignitatem, eodem

---

VII. v. Dn. KIRCHMAIER Diſſ. cit. p. 56.

VIII. v. Supra Cap. VIII, de Saxonia.

IX. v. DITMAR. Merſeb. L. I. SCHVRZFL. de *Marchia Miſnenſi* §. 1. p. 3. 4. MANLIVS l. c. Lib. 2. C. VI. §. 2. ſqq. GVNDLING. de *Henr. Auc.* §. XXIII. a)

dem HENRICO I. auctore accepit: quamvis nec *Marchia* ſtatim dicta, nec *Misnenſis* ante HENRICI V. & LOTHARII tempora cognominata fueri.

X. Scilicet HENRICVS, ſubacta provincia, quam *Sorabi*, oppreſſis *Hermunduris*, inſederant, a Germanis *Daleminciam*, a Slavis *Glomaci* appellatam, *MISNIAM* condidit, & præſidiis contra *Hungaros, Bohemos, Milzenos* ac *Polonos* firmatam, Præfecto limitaneo ſeu *MARCHIONI* cuſtodiendam ac regendam dedit, Regnoque Teutonico una cum provincia, *Marchia* inde dicta, adjecit.

XI. Primus, qui hoc munere functus eſt, e Comitibus *WETTINENSIBVS* ortus, aliis BRVNO, aliis FRIDERICVS vocatur, cujus opera & Slavi extirpati, & priſtini poſſeſſores patriæ vel libertati reſtituti, novæque e Saxonia coloniæ introductæ ſunt.

XII. Quamvis autem *BVDSEZIO-WETTINENSIVM* Comitum familia, Sec. X. in-

X. v. WITTICHIND. *Annal. Sax.* L. I. DITMAR. *Merſeb.* L. I. 2. FABRIC. *Annal. Miſn.* An. 978. 1010. MANL. l. c. §. 4. & C. IX. §. 1. SCHVRZFL. l. c. §. 11. b) p. 8. GRAVNII *Dalemincia Slavorum* §. 10. GVNDLING. l. c. §. V. not. a) p. 27.

XI. v. CRANZII *Saxon.* L. III. C. 16. GEOV. G. Pr. L. III. C. II. p. 90. not. l) MANL. l. c. C. IX. HORN. Progr. de *Marchia Miſn.* Dn. STRVNZII *Dalemincia Sax. Colon.*

X. inprimis celebrata, primos Marchiones, continua ſerie ſuccedentes, Miſniæ dederit, tamen jus *hereditarium* non niſi ab OTTONVM exceſſu, & circa HENRICORVM tempora, iis firmatum videtur, ad Sereniſſimos Saxoniæ Duces & Electores, qui ex iis genus ducunt, transmiſſum.

XIII. Non vero ſtatim ea territorii amplitudine gaviſa eſt Marchia Miſnenſis, qua hodie cernitur, ſed, finitimis Slavis ſubjugatis, fines dilatavit, atque ECCARDI inprimis, ac DEDONIS, nec non CONRADI temporibus variis terrarum acceſſionibus aucta eſt.

XIV. Nimirum uti in varios *Pagos* olim diviſa fuit *Sorabia*: ita ex variis *Comitatibus*, Venedis forte objectis, quos ſenſim acquiſiverunt, ac ſub ditione ſua complexi ſunt Marchiones, *Miſniæ* Territorium deinceps coaluit.

XV. Quales fuerunt *Wettinenſis*, *Zoerbicenſis*,

XII. v. REVSNERI Icon. Princ. & Reg. p. 25. ibi: PRAEFECTVS *Soraborum* & *Dominus Budſetia*. SCHVRZFL. l. c. §. I. p. 5. GIOV. *Germ. Pr.* L. III. C. 1. §. 7.

XIII. v. SCHVRZFL. §. II. p. 7.

XIV. v. Dn. GVNDLING. l. c. §. V. Dn. STRVVI. de *Pagis Niſani* & *Daleminci*. GIOV. G. Pr. L. III. p. 20.

XV. v. KNICHEN *de Jure Saxon. litis provocatoria neſcio.*

cenſis, *Leisnicenſis*, *Brennenſis*, *Eilenburgenſis*, *Rochlicenſis*, *Groizenſis*, *Orlamundanus*, *Pegavienſis*, *Merſeburgenſis*, *Pleiſſenſis*, *Altenburgenſis*, & *Landsbergenſis*, itemque *Oſterlandia*.

XVI. Sicuti autem in Miſnia non ſolum Slavi exterminati, Germanique reſtituti, ſed etiam Germanicæ gentis Marchiones ei præfecti ſunt: ita neutiquam juris *Slavici* ſed *Germanici* potius Miſnia cenſenda fuit.

XVII. Hinc factum, ut jam inde ab OTTONVM tempore Miſniæ Marchiones in *Comitiis* comparuerint, ac de Reip. ſalute cum *Optimatibus Regni* egerint atque ſtatuerint; quod complura Comitiorum exempla docent; unde hodieque Sereniſſimi Electores Saxoniæ *Suffragium Miſniæ Marchionatus* nomine optimo jure ſibi vindicant.

XVIII.

---

neſcio. p. 105. ubi CONRADI March. tituli ac ditiones memorantur, inter filios diviſæ. GIOVAN. G. Pr. l. c. §. 5. & 7. SAGITTAR. *Hiſt. Luſat.* §. 17. 37. SCHVRZFL. de *Thuring. Vet.* §. 3. ubi de Terra orientali.

XVI. Quod contra Ill. COCCEJ. B. HORNIVS peculiari Programmate ſolide demonſtrat. Conf. GIOV. l. c. p. 90.

XVII. v. HORNIVS l. c. ubi Comitia Ottonis III. Henrici IV. Ottonis IV. exempli loco allegat. Dn. de LVDEWIG. de *Form. Duc. Brand.* §. X. not. n) p. 94. idem affirmans.

XVIII. Ceterum tres *Epiſcopatus*, *MISNENSIS*, *MERSEBVRGENSIS* & *CIZENSIS*, ab OTTONE M. in Miſnia fundati, hodie perpetuæ poſtulationis jure ad Principes Saxonicos Albertinæ lineæ pertinent, ita tamen, ut ſublime jus territorii Elector in iis exerceat.

XIX. LVSATIAM utramque *Suevi* Germani antiquitus tenuerunt: his exactis vel ſubactis, ex Slavica *Soraborum* gente in Superiori *Milzenii*, in *Inferiori Luſici* conſederunt; ab his provincia ipſa *Luſiz* appellata fuit.

XX. Non multo poſt Miſnenſem, in *Luſatia* quoque *MARCHIA* inſtituta eſt: ſed, an HENRICO I. an OTTONE M. auctore; an in Luſatia *inferiori*, an in *ſuperiori*; una, an plures, incertum (a) eſt: id fere conſtat, GERO-

XVIII. HORNII Programma d. an. 1708. & Dni HOFFMANNI *Introd. ad Scriptor. Luſat.* p. 4. ubi OTTONIS M. Diploma de fundat. Epiſcopat. Miſnens. SCHVRZFL. de *Luſat.* §. 5.

XIX. V. MANLII *Commentar. Rer. Lus.* Δεύγμα, Cap. V. SAGITTAR. *Hiſt. Luſat.* §. 2. 3. 4. 13. GVNDLING de *Henr. Auc.* §. XXIV. not. c) p. 171.

XX. (a) Obſcura eſt Marchiæ Luſaticæ origo. Quod intellexit SAGITTARIVS, qui §. 17 *Sic*, inquit, *nata poſt Brandenb. & Miſnenſem Marchia Luſatica, cujus tamen antiquum caput ac primos limites*

Digitized by Google

GERONEM Saxonicum ad ſylvam Harzicam

limites nondum ſatis arbitror perſpectos. Quod ſi vero hic ſtandum conjecturis, plus Inferiores, quam Superioris, ut nunc vocamus, Marchiæ ad eandem pertinuiſſe, probabile eſt. MANLIVS quidem, ab *HENRICO I.* Marchiam Luſatiæ inſtitutam eſſe, affirmat, ſed ſine coævorum autoritate. De prima ſede ac territorio Marchiæ planè tacet. BEAVTEL. §. 5. *Milzaviam* vocatam docet à *Milcenis*, quos Luſatiam Superiorem incoluiſſe, e Saxonicorum & Salicorum Imp. tabulis liquet. Unde in Luſatia Superiori Marchiam conditam eſſe, colligere licet: imprimis cum & *Budiſſenſis* & *Gorlicenſis Marchiæ* in Diplomatibus Johannis Lucelburgici & Caroli IV fiat mentio. HERTIVS contra *de Renovatis R. G. I. & R. Bohemicæ titulis* ad Luſatiam Inferiorem digitum intendit S. II. § 3 ubi ex *Witichindi* L. 3. adducit verba: *GERO PRÆSES Slavos, qui dicuntur* *LVSICI*, ſub Ottone M. ſcil. *potentiſſime vicit, & ad ultimam ſervitutem coëgit.* Deinde addit: *Abhinc Marchiones ab Imp. accepit*, ac paulo poſt ſubjicit: *quod accipiendum eſt Luſatia inferiori.* Aut ergò tunc demum ſub *OTTONE I* & quidem in Luſatia Infer. Marchia inſtituta: aut, ſi *GERO* jam fuit *Marchio*, ante victos Luſicos, oportet ſane eum Marchionem in Luſatia Super. fuiſſe, ubi Marchia Budiſſenſis commemoratur, & poſt hanc quoque in Luſatia Inf. Marchiam conditam, atque adeo non unam, ſed

plures

cam Dynaſtam primum ei *Præſidem*, qui & *MARCHIO DVX* appellatus, præfectum fuiſſe (b).

XXI.

---

plures Luſatiæ Marchias fuiſſe. Inprimis cum & *Luſicenſis* & *Lubucenſis*, ſeu, ut ego intelligo, Lebuſenſis, Marchia e *Beckeri* Hiſtoria Havorea memoretur B. HOFFMANNO *in introd. in Scriptor. Rer. Luſat.* p. 3. Imo & a DITMARO L. 6. duo Marchiones ſimul nominantur, *GERO* & *HERMANNVS*. *Huic* tribuitur Marchia Budiſſinenſis; ita enim DITMARVS: *Budiſſin civitatem præſidus HERMANNI Comitis munitam.* Ad *illum* vero, qui fuit *Gero II.* haud dubie Luſatia Inferior pertinuit. Ita enim DITMARVS: *Inde ad LVSICI pagum, in cujus fronte Jarina ſitat, a GERONE dicta MARCHIONE.* Et L. 5. memorat *omnem GERONIS COMITIS MARCHIAM citra Albim jacentem.* Unde ſane id confici videtur, tam in Inferiori, quam in Superiori regione Marchias fuiſſe conditas. Non negligenda tamen hic Obſervatio B. HOFFMANNI in Introd. ad Scriptor Luſ. p 7. *a tempore Henrici V. demum Marchiæ appellationem regioni Superiori communicatam fuiſſe, quæ antea tractui, qui ad Luſ. Inferiorem hodie refertur, propria fuerit.*

(b) V. MANLII *Commentar. Rer. Luſat.* L. II. C. X. *Sagittar.* l. c. §. 18. de primo Luſatiæ Marchione Dni GRIBNERI Programmata de *Luſatia* & *Gerone.* Quamvis SCHURZFL. de *Luſat.* p. 11.

SIG-

XXI. Uti autem non ſemper iisdem finibus ſtetit Luſatia, variasque Imperii mutationes ſubiit: ita diviſio ejus in *Superiorem & Inferiorem* ſemper obtinuit; (a) quarum illa primis temporibus *BVDISSENSIS* ac *GORLICENSIS*, (b) hæc vero *LVSICENSIS* (c) ac *ORIENTALIS MARCHIÆ* (d) nomine veniſſe videtur.

N XXII. Sed

SIGFRIDVM Ringelheimenſem primum Marchionem nominet.

XXI. (a) v. SCHVRZFL. *de Luſat.* p. 17. ubi *Diplomata Coenobii Dobrilugenſis* allegat, in quibus NB. *Duæ hæ Marchiæ vocabulis certis ac ſignificantibus ab ſe diſtinguantur.*

(b) v. CAROLI IV. *Diploma* ap. CONRING. *de Finib. Imp.* C. 29. ibi: *MARCHIA BVDISSINENSIS & GORLICENSIS, quæ cum ceteris ad Regnum & coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerat.* conf. SCHVRZFL. l. c. §. 8.

(c) v. *Autor* libelli *de Cœnobio Bigaugienſi*, ibi: *Wipertus ad curiam Wormatiæ* &c. *& ut MARCHIA LVSICENSI ab eo* (Imper.) *inſigniretur.* v SAGITTAR §. 30. 31.

(d) v. *Chron. Montis Sereni*, ibi: *MARCHIAM vero LVSICENSEM, quæ nunc Orientalis dicitur, Imperatore Conrado Marchioni Miſnenſi conceſſit.* Sic apud DITMARVM & in Chronico jam citato ſæpius Marchionum orientalium mentio fit. conf. SAGITTAR. §. 17. 32. & MANLII Δόγμα C. XIV. §. 2.

XXII. Sed *Luſatiæ* nomine ſerius iſta Marchia, ſive una, ſive multiplex, ornata eſt: a tempore ſcil. Caroli IV. qui univerſas Luſatiæ terras in unum corpus collectas, uno eodemque *Luſatiæ* nomine appellari juſſit.

XXIII. A GERONIS exceſſu ad DEDONEM usque in ditionem *Stadenſium*, *Budſetiorum*, *Wettinenſium* ac *Miſnenſium* aliquantiſper fuit Marchia iſta *Orientalis*, *LVSICENSIS* dicta, vel inferiorem tantum, vel ſuperiorem ſimul, vel ſaltem ejus partem, complexa.

XXIV. Mortuo DEDONE, poſteris ipſius, HENRICI IV. Imp. auſpiciis, ademta, atque ad VRATISLAVM *Bohemiæ* Ducem translata eſt *Marchia*, quæ Inferiorem non tantum regionem, ſed & partem Superioris, (a) cujus pars in Polonorum manibus, vel adhuc Bohemici juris, (b) fuiſſe videtur, pars vero *Dedonis* filiis relicta, tum forte comprehendit. (c)

XXV.

XXII. v. GVNDLING. *de Henr. Auc.* l. c. not. d) p. 173.

XXIII. v. SAGITTAR. §. 19.-24. conf. SCHVRZFL. *de Luſat.* §. 7. in not. & §. 8. p. 11.

XXIV. (a) v. LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1074. MANLIVS Δείγμ. C. XI. SAGITTAR. §. 27.-31.

(b) v. HERT. *de Bohem. cum Germ. R. nexu* S. II. §. 3. MANLIVS l. c. C. XIII. ubi Gorlicium a Bohemis tempore Lotharii conditum memoratur.

(c) v. SCHVRZFL. §. 7. in not. **

Digitized by Google

XXV. Ab *Vratiſlao* Bohemo partem *Superioris* Luſatiæ, nempe pagos *Nyſen* & *Budeſin*, (a) dotis loco accepit VIPERTVS *Groicenſis* Comes, ac dei ceps etiam *Inferiori* Marchia, quæ *Luſicenſis* proprie dicta, ab HENRICO V. in curia Wormatienſi inveſtitus eſt, easdemque ditiones ad filium HENRICVM transmiſit. (b)

XXVI. Defuncto *Viperto* vel ejus filio, ad *Bohemos* rediiſſe videntur regiones *ſuperiores*, BVDISSENSIS nempe & ZITTAVIENSIS, quibus & GORLICENSIS deinceps acceſſit: ut adeo tantum non omnem Luſatiam Superiorem habuerint Bohemi, ac poſſederint ad OTTOCARVM II. usque.

XXVII. In interregno OTTOCARI II. dono eadem ad *Brandenburgo-Aſcanios* pervenit: quibus extinctis, nunc *Bavaros*, nunc alios Præſides ſortita, tandem *Bohe-*

N 2 *miæ*

XXV. (a) v. *Vita* VIPERTI C. IV. §. 28. in Collectione B. HOFFMANNI, hujusque Introductio p. 1. ſqq. & STRVNZII Diſſ de *pago Niſani* §. 3. ubi oſtendit., *Zittavienſem* inprimis tractum in Luſatia Superiori hunc pagum comprehendiſſe.

(b) v. *Autor* libelli de Cœnobio *Bigaugienſi* apud SAGITTAR. §. 30. 31.

XXVI. v. MANLIVS Δέγμ C. XVI. 3. ſqq. SAGITTAR. §. 43. conf. HOFFMANNI *Introd. ad Script.* Luſ pag. 8.

XXVII. v. SAGITTAR. §. 44. 45. SCHVRZFL. p. 10.

miæ quaſi jure poſtliminii, reddita atque lege rituque beneficiario in JOHANNEM Regem a LVDOVICO Bavaro Imperatore collata eſt.

XXVIII. *Marchia LVSICENSIS*, ſeu *LVSATIA INFERIOR*, poſt mortem HENRICI, a LOTHARIO Imp. CONRADO Timonis filio conceſſa eſt: a quo tempore penes *Miſnenſes* fuit (excepto exiguo intervallo, quo *Sileſiis* paruit) usque ad FRIDERICVM *Admorſum*, cui per vim a *Brandenburgo-Aſcaniis* erepta eſt.

XXIX. *Hi* enim jam ab OTTONIS *Pii* tempore, bello Miſnico, cum ALBERTO *Degenere*, ejusque filiis geſto, inſignem Inferioris Luſatiæ partem occupaverant: cui an. 1317. WALDEMARVS demum omne, quod Miſnenſibus in ea reliquum fuerat, adjecit, atque FRIDERICO captivo ceſſionem illius provinciæ extorſit.

XXX. Extinctis cum WALDEMARO Brandenburgo-Aſcaniis, *Luſatia* quoque *Inferior*, æque ac *Superior*, a *Bohemis*, per JOHAN-

XXVIII. v. SAGITTAR. §. 22.-41. SCHVRZFL. p. 11. 12.

XXIX. v. MANLIVS *Commentar.* L. IV. & V. SCHVRZFL. p. 12. SAGITTAR. §. 41.

XXX. v. MANL. Δέγμ. C. XVI. SCHVRZFL. §. VIII. p. 9. ſqq. GOLDAST. de *Regno Bohem.* Append. Docum. p. 75. ubi Diploma Incorporationis. SAGITTAR. §. 45. 46. 47.

JOHANNEM *Lucelburgicum*, ex inauguratione beneficiaria LVDOVICI *Bavari* acquiſita, & a CAROLO IV. perpetuo jure *Bohemiæ* innexa eſt.

XXXI. *Incorporatio* iſthæc in Comitiis Norimbergenſibus an. 1355. cum conſenſu Electorum ac Ordinum Imperii facta: quo ipſo tamen Luſatia, ſicut nec ceteræ provinciæ, *Imperii Germanici jure* neutiquam exciderunt. (*)

XXXII. Neque etiam exiſtimandum, ex quo Luſatia cum Regno Bohemiæ conjuncta fuit, *Inferiorem* ejus partem in Regis Bohemiæ, qua Septemviri, patrimonio deputatam, juraque Electoratus eidem innexa fuiſſe: quod nullum hujus rei extet documentum, ac Reges Bohemiæ diu ante acquiſitam Luſatiam Inferiorem Electoratus jura habuerint.

XXXIII. Nihilominus *VTRAQVE LVSATIA* Regno Bohemiæ iterum exemta, ad *SAXONES MISNENSES*, ad quos antehac, a CONRADI Marchionis temporibus ad FRIDERICVM Admorſum, *Marchia*

 Orien-

XXXI. (*) Quod in Receſſu Ratisbonenſi an. 1471. confirmatum, & in Matriculis Norimbergenſi 1431. & 1467. Ratisbonenſi 1471. Norimbergenſi 1480. Colonienſi 1488. cenſitum. v. SAGITTAR. §. 47.

XXXII. v. SCHVRZFL. §. 9. p. 13.

XXXIII. v. SAGITTAR. §. 58.

Orientalis pertinebat, poſtliminio tandem devoluta eſt.

XXXIV. Siquidem a FERDINANDO II. Cæſare utriusque Luſatiæ Marchionatus in JOHANNEM GEORGIUM I. Saxoniæ Electorem, ob impenſas in bellum Bohemicum factas, feudali quidem nexu, ſed oneribus vaſallagii communibus nequaquam obnoxio, in ſolidum, ac firmo perpetuoque jure collatus eſt.

XXXV. Ex dictis liquet, nec *Luſatiam juris Slavici* reputandam, ex quo non ſolum coloniæ Germanicæ in has terras, oppreſſis Venedis, adductæ, ſed & *Marchiones* Germani iisdem præfecti, qui ab Imperatoribus inveſtiti, jura Civitatis Germanicæ atque inter Ordines Imperii locum obtinuerunt.

XXXVI. Porro terræ iſtæ, quæ hodie Principatus *SAXO-QUERFURTENSIS* nomine

---

XXXIV. Pactum, quod indicat *Pax Pragenſis* §. 23. A. 1635. initum, & per ſolennem traditionem. A. 1636 d. 14. Apr. de qua extat *Erblicher Tradition-Receſſ*, conſummatum eſt.

XXXV. v. MANL. *Comment.* L. I. C. 41. & Δέγμα. C. XIV. §. 5. 6. conf. Dn. GRIBNERI Programma d. a. 1709. quo jus Civitatis Germanicæ Luſatiæ Marchionibus contra Ill. COCCEJUM erudite aſſeruit.

XXXVI. v. SCHURZFL. *de Memorab. Perantiquæ Urbis Jutreboci* §. 5.

nomine veniunt, poſt *Svevos* itidem *Sorabis* aliquamdiu paruiſſe certum eſt.

XXXVII. Poſtea, cum expulſis *Slavis*, eædem *Saxonibus* ceſſiſſent, ex ſpoliis LEONIS eas cum Jutreboco Archiepiſcopus Magdeburgenſis ſuæ ditioni ſubjecit.

XXXVIII. Tandem hæ terræ ſub nomine Præfecturarum *Querfurtenſis*, *Jutrebocenſis*, *Burgenſis* & *Dahmenſis*, JO GEORGIO Electori Sax. per pacem Pragenſem a FERDINANDO II. tributæ, ac deinceps per teſtamentum Electoris ad AVGVSTVM filium, cum omnibus dignitatibus & regalibus, devolutæ, hodie a *SAXO-WEISSENFELSENSIBVS* Ducibus ſub *Principatus* titulo poſſidentur: ut tamen Præfectura *Burgenſis* Electori Brandenburgico, qua Duci *Magdeburgico*, ceſſarit.

XXXIX. Denique ANHALTINÆ quoque terræ, quæ initio Norththuringiæ, ac deinceps Saxoniæ pars fuerunt, *Sorabis* ceſſerunt; quippe qui ultra Albim ad Hercyniam diffuſi, *Serveſtanum* inprimis, *Deſſavienſem* & *Cothenſem* tractum cis & trans Albim pariter ac Muldam incoluere.

N 4 XL. Sed

XXXVII. v. SCHVRZFL. l. c. §. 15.

XXXVIII. MVLLERI *Annal. Saxon.* ad A. 1663. & 88. SCHNEIDER *Beſchreibung der Herrſchaft Querfurt* p. 82. SCHVRZFL. l. c. §. 16.

XXXIX. BECMANNI *Hiſt. Anhalt.* P. I. C. 4. *Chron.* CARIONIS L. 4. ALBINI *Chron. Miſn.* Tit. 7.

XL. Sed iidem in his etiam terris a Saxonibus, cumprimis ALBERTO VRSO Duce atque auctore domiti, provinciæque ipſorum aliis e Flandria Germaniaque advenientibus diſtributæ ſunt.

CAP. XIV.

DE SLAVORVM BOHEMORVM MORAVORVM AC SILESIORVM TERRIS.

§. I.

BOHEMIA, æque ac *MORAVIA* & *SILESIA*, vetuſtiſſimis temporibus non ſolum *Germaniæ* partes ac provinciæ reputatæ, ſed etiam primi harum provinciarum incolæ Germaniæ populis accenſiti fuerunt.

II. Primos *Bohemiæ*, & ſubjectarum provinciarum, incolas *HERMIONES* celebrari; tum *BOJOS*, unde *Bojo-hemia* nomen acceperit; *MARCOMANNOS* poſt, qui illos

XL. Reliquas terrarum Anhaltinarum mutationes ac hodiernum ſtatum v. ſupra.

§. I. v. HERTII *Diſſ. de Rom. Germ. Imperii & Regni Bohemiæ nexu* Sect. I. §. 1. Dn. de LVDEWIG *de Jure Suffragii R. Bohemiæ* C. II. §. 1. 2. GIOT. *Germ. Princ.* L. I. C. 2. p. 205.

II. v. Ill. COCCEJ *Jus Publ.* Cap. III S. IV. §. 51. SIEBERT. l. c. §. 2. LVDEWIG. Diſſ. laud. §. 2. c) ibique laudati GOLDASTVS & BALBINVS.

illos ſubegerint; denique *VENEDOS* vel *SLAVOS* alienigenas, hodieque in illis oris ſuperſtites: Scriptoribus Romanis æque ac Germanicis teſtatiſſimum eſt.

III. *SLAVI* hi, *Bohemiæ*, *Moraviæ*, *Sileſiæque* jam cultores ac domini, initio propriis *Ducibus* uſi, poſt a CAROLO M. Sec. IX cum ceteris Slavicis gentibus perdomiti, ac *Duces* quidem ſui ipſis relicti, ſed *Imperio Franco-Germanico* addicti *tributariique* redditi ſunt: quo in nexu & ſub LVDOVICO PIO perſtiterunt.

IV. Sed, *diviſo Imperio Carolino*, diſſidiisque ac turbis inter fratres Reges enatis, deficere cum ceteris Slavis coeperunt, atque duo *Regna* conſtituerunt *BOHEMI MORAVIQVE*, quæ tamen ſubacta rurſus a LVDOVICO *Germanico*, CAROLOMANNO filio ceſſerunt.

V. Nova defectionis occaſio enata, cum ARNVLPHVS Imp. *Moraviæ* Principi ZVEN-

III. EGINHARDVS *de Vita Caroli M.* C. XII. ANNAL. FRANCOR. *Reuberiani & Fuldenſes* ad a. 811. HERTIVS l. c. §. 3. de LVDEWIG. l. c. §. 3. *Germ. Pr.* p. 206. o) STRVV. *S. J. Publ.* Diſſ. IV. §. 10.

IV. V. ANNAL. FVLD. A. 880. REGINO A. 876. ibi: *REGNA Slavorum BOHEIMENSIVM & MARAHENSIVM*. HELMOLD. *Chron. Slav.* L. I. C. 7. HERT. l. c. de LVDEWIG l. c. §. 3. o) STRVV. l. c.

THEPOLDO & *Bohemenſium* Regnum ſubjiceret: quo non ſolum hi irritati, ſed & ille inflatus, quippe potentia auctus, obſequium Imperio denegarunt, ad quod tamen mox ab Imperatore reducti ſunt, extincto etiam brevi poſt ſub LUDOVICO *Moraviæ* regno.

VI. Deficientibus in Germania *Carolingis*, *BOHEMI* denuo cum reliquis Slavis Germanici Imperii jugum excuſſerunt: ſed in ordinem redacti ab HENRICO Aucupe, & OTTONE M. atque in *fidem* & *clientelam* Imperii Germanici ſuſcepti, eorundem beneficio *civitatis Teutonicæ* jure donati ſunt.

VII. Hoc pacto igitur *BOHEMIA* perpetuo jure *GERMANICO* Imperio *addicta* eſt, cujus *formula* fere huc recidit: *Bohemi in clientela ſint Imperii; Cæſari Imperioque annua ſolvant tributa; Princeps eorum ordini adſcribatur Principum Germaniæ; ipſi Bohemi civitatis*

V. v. REGINO A. 890. ANNAL. FULD. 897. HERT. l. c. STRANSKY *Reip. Bohem.* L. 7. C. VIII. §. 2. de LUDEWIG l. c. not. c. *G. Princ.* p. 267.

VI. v. WITTICHIND. *Annal. Sax.* L. 1. de Henrico, & L. 3. de Ottone. SIGEBERT. A. 930. DITMAR. *Merſeb.* L. 1. 2. HERT. l. c. Sect. II. §. 1. 2. Dn. de LUDEWIG Diſſ. cit. §. 5. *G. Princ.* p. 106. 107.

VII. v. GOLDAST. *de Regno Bohem.* L. 2. C. III. §. 7. p. 123. Dn. de LUDEWIG. l. c. & *G. Pr.* p. 107.

civitatis ſint Germanicæ, & pars cum ceteris Germaniæ populis jure utantur

VIII. Hæc *formula* eſt, ad quam exigenda ſunt bella diſſidiaque, quæ inter *BOHEMOS GERMANOSQVE* inde ad CAROLI IV. usque ætatem interceſſerunt: *illis* ſubinde frenum mordentibus, *his* jura ſua in illos ſtrenue aſſerentibus

IX. Deinceps ad *dignitatem regalem* rurſus adſpirarunt *BOHEMIÆ* DVCES, inprimis cum variis acceſſionibus, *Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ*, robur creſceret. quam & ab HENRICO IV. ac ſequentibus Imperatoribus obtinuerunt, primum per modum privilegii perſonalis conceſſam, tandem æterno jure ipſi Bohemiæ regno adnexam.

X. Deficiente *maſcula* Regum ſtirpe in WENCESLAO V. a. 1306. Bohemiæ Regnum primum ad *Luxenburgicos*, deinde ad ALBERTVM II. *Auſtriacum*, porro *Poloniæ* Principes, denique iterum ad *AVSTRIACOS*, FERDINANDVM I. nempe, idque plerumque

VIII. v. Dn. de LVDEWIG Diſſ. cit. §. 7. z) ubi cauſſæ bellorum recenſentur.

IX. v. GOLDAST. *de R. Boh.* L. 3. C. XIII. p. 370. CONRING. *de Finib. Imp.* L. 2. C. XXIX. n. 3. p. 469. HERT. Diſſ. cit. S. II. §. de LVDEWIG. *de Auſpicio Regum* Cap. XI. §. 5. p. 80. ſqq. GIOV. *G. Pr.* p. 208.

X. v. GIOV. *Germ. Princ.* p. 209. IMHOF. *Not. S. R. G. Imp. Procer.* L. 2. C. V. §. 3.

rumque per fœminas, tranſiit, atque adeo hereditario jure ad Cæſares Auſtriacos translatum eſt.

XI. Ex dictis liquet arctiſſimus, qui ab HENRICI Aucupis & OTTONIS M. tempore *IMPERIO R. G.* cum *BOHEMIÆ Regno* intercedit *nexus*, nuperrime etiam renovatus: vi cujus neutiquam juris *Slavici* amplius, ſed *Germanici* utique, iſtud reputandum, licet Territorio Germanico nondum penitus incorporatum, ideoque nulli Circulo adſcriptum ſit.

XII. Sed uti antiquæ Germaniæ pars eſt Bohemia, in qua haud dubie Germanorum reliquiæ ſuperſunt, ita, ex quo in fidem & clientelam Imperii Germanici eſt recepta, *Majeſtatem IMPERII* & *Dominium directum* ſemper agnovit, atque *fidelitatem* Imperatoribus Bohemiæ Duces vel Reges *jurarunt*.

XIII. Neque ſpernenda iſtius nexus argumenta: quod Bohemorum Duces vel Reges ad juſſa Cæſarum arma expediverint, eos commeatu juverint, aut coram iis cauſſam dixerint; quod Bohemi ad officia ſacra vel

XI. v. COCCEJ. *J. Publ.* l. c. §. 64. diſſent. conf. STRUV. l. c. § 11.

XII. v. OTTO FRISING. *de Geſt. Frid. I.* L. I. C. 10. HERT. l. c. § 4. ubi varia inveſtiturarum exempla & §. 11. Dn. de LUDEWIG §. 14. p. 103. a)

XIII. v. HERT §. 5. 8. 9. 12. Dn. de LUDEWIG §. 9. 10. 11.

Digitized by Google

vel civilia in Germania admoti; Bohemiæ Rex ſit Elector; Archi-Officialis, Imperii Archipincerna; feuda acquirat Imperii, etiam ſine conſenſu Imperatoris; quod Bohemiæ Epiſcopi a Cæſare ſiat inſtituti, atque ſuffragati in Imp. Comitiis.

XIV. Infirmiora ſunt: quod fiant Cæſares; a Cæſare Bohemiæ Princeps ſit Rex appellatus; unctus a Moguntino; vicariatu Imp. transmontano gaudeat, legibus uſa ſit Bohemia Saxonicis, Imperio præſtet tributum.

XV. Sed omnium clariſſime nexus iſte elucet e *jure ſuffragii*, quo Bohemi ab HENRICI Aucupis tempore tantum non in omnibus Imperii Comitiis ad FRIDERICVM III. usque gaviſi ſunt, ita, ut præſentia eorum deſiderata, atque privilegio demum immunitas ab onere frequentandi Comitia iis conceſſa fuerit.

XVI. Licet autem ab eo tempore Comitia frequentare deſierint, idem tamen nexus

XIV. v. Dn. de LVDEWIG § 14. ſqq.

XV. v GOLDAST. de *R. Bohem.* L IV C. 3. ſqq. qui ſecundum ſeriem Imperatorum ab *Henrici I* & *Ottonum* temporibus ad *Fridericum III* usque per exempla iſtud demonſtravit conf HERT. §. 6. Sect. III. Dn. de LVDEWIG §. 8 g)

XVI. v. HERTIVS Sect III § 1 ſqq ubi jam nexum illum a *Caroli IV.* tempore paululum debilitatum fuiſſe docet, manſiſſe tamen Reges Bohe-

nexvs manſit, Sacratiſſimi Imperatoris JOSEPHI auſpiciis renovatus atque firmatus.

XVII. MORAVIA, a *Morava* amne dicta Germaniæ provincia, principio ſub *Marcomannis* Duces habuit, poſt ſub *Slavis* Marahenſibus ſeu Moravis Reges accepit, Imperio Germanico obnoxios.

XVIII. Regnum iſtud, ſub *Carolingis* latius Hungariam, Auſtriam, Bohemiam Poloniamque verſus protenſum, ab ARNVLPHO Imp. & LVDOVICO Puero deſtructum eſt, ſuperato & proſcripto primum ZVENTEPOLDO Rege, deinde ejus filio, ſuperbius ſe gerentibus, atque Hungarorum, Polonorum ac Bohemorum rapinis ceſſit.

XIX. Par-

Bohemiæ cives Imperii §. 7. & Sect. IV. ubi Hiſtoria nexus Imperii R. G. & Regni Bohemiæ nuper renovati.

Dn. de LVDEWIG Cap. II. lit. g) p. 60. ubi de cauſis agit neglectorum a Bohemis Comitiorum ab an. 1550. & Cap. III. de jure recuperandi priſtinum ſuffragium.

XVII. V. ANNAL. FRANCOR. A. 822. REGINO a. 860. COCCEJ. J. P. Cap III. S. VII. § 58. HERT. l. c. Sect. I. §. 3. GIOV. *Germ. Pr.* L. I. C. 2. p. 265.

XVIII. V. AEN. SYLV. *Hiſt. Bohem.* C. 13. COCCEJ. l. c. §. 62. HERT. l. c. Sect. II. §. 3. GIOV. p. 265. ſqq.

XIX. Partem regni, cui Moraviæ nomen manſit, Polonis ereptam ſibi vindicarunt Bohemiæ Reges atque Bohemiæ inſertam ſub *MARCHIONATVS* titulo beneficiario jure ab Imperatoribus tenuere, regiique ſanguinis Principibus aliquoties fiduciæ nomine conceſſere.

XX. Ab eo igitur tempore Moraviæ Marchionatus intuitu Bohemiæ Regum quidem immediatum Imperii feudum, intuitu Principum vero, qui illum a Bohemiæ Regibus fiduciaria lege acceperunt, ſubfeudum Imp. fuiſſe videtur, licet & hi in Comitiis Imp. comparuerint.

XXI. *SILESII*, a *Silenſi* monte, a quo & *Pagus Silenſis* nomen accepit, ita dicti, a *Slavis* itidem oriundi, quippe qui, cum Polonia hunc quoque Pagum, intra Viadrum & Bohemicos montes ſitum, mature occuparunt, atque eosdem cum Slavis Polonis Dominos per aliquod tempus habuerunt.

XXII A

XIX. v. HERT. l c. *Germ. Pr.* p 267 not. 1) & 268.
XX. v. GLOV. l c. p. 268 not m.)
XXI. v. DITMAR MERSEB *L VII.* qui primus *Pagi Silenſis* meminit, atque *vocabulum hoc a quodam monte, nimis excelſo & grandi olim inditum eſſe*, notat Add *Annal Fuld* A 874. 877. SPENER *N Germ. Med* C IV § 5 p 392. *ſeq. Beſchreib. des H. Schleſien*, C. III. §. 1.

XXII. A BOLESLAO, primo Polonorum Rege, terris ſuis, inter filios diviſis, ULADISLAUS primogenitus, *Sileſiam* omnem, quæ continentibus ſylvis a reliqua Polonia dirimitur, usque ad Bohemorum Miſnenſiumque fines, cum parte Poloniæ, ac *Ducis* titulo, accepit: ſed exorta cum fratribus lite, ab his expulſus, FRIDERICI I. Imp. vero auſpiciis reſtitutus, atque Dominus Sileſiæ agnitus, ſed poſſeſſionem, fato præventus, haud iterum nactus eſt, quamvis tres eiusdem filii eidem ſucceſſerint, quorum poſteri in plures ſtirpes abierunt.

XXIII. Videtur tamen Sileſia, Poloniæ aliquamdiu juncta, cum hac, in clientela & obſequio *IMPERII* fuiſſe ac perſtitiſſe usque ad FRIDERICI II Imp ætatem, qui *cenſum*, a *Poloniæ* & *Sileſiæ* Ducibus *Imperio* hucusque ſolutum, *Bohemiæ* Regibus largitus eſt.

XXIV. Ab hoc tempore deficere a Polonis coepit Sileſia, jam in *plures Principatus* diviſa, cujus Duces & Nobiles ſenſim JO-

XXII. v. CONRING. de *Finibus Imp.* L. I. C. XVIII. § 16. PASTOR. *Hiſt Polon* L. I. C VIII. §. 1. *Beſchreib. des H. Schleſien* C. III. §. 2. *ſqq.*

XXIII. v. LANG. *Chron. Citiz* A 1086. HARTKNOCH de *Rep. Polon.* L. I. C. 10. *Diplom.* CAROLI IV. apud CONRING. de *Finib. Imp.* L. 2. C. XXIX. §. 8. 9.

IOHANNI *Bohemiæ* Regi terras ſuas allodiales in feudum obtulerunt.

XXV. Tandem univerſa Sileſia a CAROLO IV. Imp., Electorum conſenſu, *Bohemiæ* perpetuo jure innexa eſt, ſub qua & adhuc, extinctis licet Principibus, Imperii Majeſtatem agnoſcit.

CAP. XV.
DE
ACCESSORIIS REGNI GERMANICI TRANS-ALPINIS, SPECIATIM IMPERIO ROMANO ET REGNO ITALIÆ NEC NON VTRIVSQVE SICILIÆ.

§. I.

CUm variis *Acceſſionibus* Regnum Germaniæ ſucceſſu temporis auctum ſit, diverſo jure eidem innexis, & partim iterum avulſis: nunc de illis quoque agendum, & quid juris in eas Germanorum Imperio reliquum ſit, diſpiciendum.

II. Primo loco conſiderari merentur Transalpinæ acceſſiones & inter has IMPERIVM ROMANVM, a CAROLO M.

O primum

XXV. v. HARTKNOCH l. c. L. I. C. III. §. 5. 6. BALBIN. *Miſcell. Hiſt. Bohem.* Dec. I. L. 7. Sect. II. C. I. *Diploma* CAROLI IV. apud GOLDAST. in Append. f. 66. 70. & CONRING. l. c.

primum acquiſitum, ac deinceps ab OTTONE M. denuo vindicatum, perpetuoque jure cum Regno Germanico ita conjunctum, ut & nomen ſuum in iſtud transtulerit.

III. Sed non niſi *Summam Poteſtatem in Civitatem & Eccleſiam Romanam*, ejusque *terras*, ſub iſto *IMPERII ROMANI*, in Reges Germanorum translati, nomine comprehenſam fuiſſe, deſtructo dudum priſtino Romanorum in Occidente Imperio, ſuperius obſervatum eſt.

IV. Scilicet ex ſupra dictis liquet, *Romam* una cum *Epiſcopo* ſuo, CAROLI M. ætate, *GRÆCORUM* Imperio paruiſſe, atque partem *Exarchatus* fuiſſe; ſed *Pontificem*, quem Exarchi in ſacro munere confirmabant, per varias artes, ut huic Imperio ſe ſubtraherent, allaboraſſe, &, cum *territorio* adhuc deſtitueretur, callide confictum *B. Petri patrimonium*, ab Exarchatu avul-

III. v. Supra Cap. 1. Sect. I. §. 16. ſeqq.

IV. v. Supra l. c. §. 9. - 13. conf. BARON. ANNAL. ad A. 687. n. 4 ibi: *Incertum habeo, magisne ambitio, an avaritia, animos Pontificum exercuerit, niſi ego utramque juxtim æſtimo.* Itemque memorabile Epitaphium, PIPINI liberalitati poſitum: PIPINVS PIVS PRIMVS AMPLIFICANDAE ECCLESIAE VIAM APERVIT. LEHMANN. *Chron Spir.* L. III. C. 23. TITII *J. Publ.* L. 1. C. VI. §. 8. 9. 10.

avulſum, Pipini beneficio tandem obtinuiſſe, varie deinceps amplificatum.

V. Sed & illud indubitatum, *Summum Imperium* in *Pontificem Populumque Romanum*, nec non *Eccleſiæ Romanæ* patrimonium, una cum titulo *IMPERATORIS ROMANORVM* atque *AVGVSTI*, a CAROLO M. primum per varios gradus acquiſitum, (a) atque deinceps OTTONI M. firmatum, (b) in Succeſſores, Reges & Imperatores Germanorum, Jure optimo maximo

V. (a) v. Vita CAROLI M. in *Annalibus Pithoeanis* p. 233. ubi gradus poteſtatis obſervare licet in verbis: CAROLVS, *quem poſtea Romani elegerunt ſibi ADVOCATVM S. PETRI contra Reges Longobardorum. Deinde ipſum Dominum Carolum elegerunt ſibi in PATRICIVM ROMANORVM. Deinde elevaverunt in IMPERATOREM & AVGVSTVM.* conf. SIGEBERT. A. 773 & 801. *Chron.* MOISSIACENSE an. 801. *Annal. Franc.* FVLD. an. 801. EGINHARD. *V. Caroli* Cap. 16. *Monach.* EGOLISMENSIS in *Annal. Pith.* p. 263. ibi: *Poſt laudes* (CAROLVS) a *Domno Apoſtolico more antiquorum Principum adoratus eſt, atque, ablato Patricii nomine, Imperator & Auguſtus eſt appellatus.* CONRING. de G. I. R. Cap. VII.

(b) v. Pactum OTTONIS M. & LEONIS VIII. a. *Theod.* a NIEM editum & notis illuſtratum in

ximo translatum, atque ad HENRICI IV. tempeſtatem, ſine ulla Pontificum contradictione, exercitum, imo poſtea quoque ab Imperatoribus ſubinde, ad CAROLVM V. usque ſtrenue vindicatum fuiſſe. (c)

VI. *An* vero idem *jus* in *Pontificem & Territorium Eccleſiæ Romanæ IMPERATORIBVS* Rom. atque Regibus Germ. integrum poſtea manſerit, *hodieque adhuc competat?* non ita expeditum, neque eadem de eo Juris publici prudentum eſt ſententia.

VII. Equidem Pontifices ab HENRICI IV. Imp. temporibus, *GREGORIO VII.* auctore, juſtum Germanorum Imperium variis modis labefactaſſe, imo in ipſos adeo Imperatores dominatum exercere coepiſſe, atque a CAROLI V. ætate non aliter ac ſupremos Romæ Romanique territorii Domi-

in Tr. *de Jur. & Privil. Imp.* p. 148. conf. ſupra Prolegom. Cap. II. §. 6 & Lib. I. Cap. I. Sect. II. §. 77. CONRING. l. c. C. X. TITIVS l. c. §. 12. HORN. *J. Publ. Prud. C. II.* §. 31. ibique Dn. de LVDEWIG in *Not.* p. 242. ubi, non CAROLO M. ſed OTTONI M. Germanicum Imperium deberi obſervat.

(c) v. Supra Proleg. C. II. §. 7. & L. 1. C. I. Sect. II. §. 78. - 132. conf. TITIVS l. c. §. 13. 16. 17. STRUV. *Synt.* J. P. Diſſ. II §. 4. Dn. BVDERI *Vindiciæ Juris Imperatorii adverſus Epiſcopos Rom.* Tract. Gen. § VII. - XII. & Tract. Spec. Cap. I.

Dominos ſeſe geſſiſſe, negari omnino nequit.

VIII. At quæ pro ſtabiliendo dominatu, atque coloranda ſupremi Imperii uſurpatione, vulgo afferuntur argumenta, pleraque exigui ſunt momenti: cum neque affectatus impie *Vice-Deatus*, neque ficta CONSTANTINI M., neque vera PIPINI, vel CAROLI M. vel OTTONIS M. vel aliorum *IMPERATORVM*, vel dubia MATHILDIS, *donationes*, utpote ſalva ſumma Imperatorum poteſtate factæ, juſtum ſupremi dominii titulum iis largiri queant.

IX. Sane pro ſummo Imperatorum jure, juſte olim quæſito, militat præſumtio, quamdiu juſta ejusdem juris amiſſio validioribus haud demonſtratur argumentis.

VIII. In donatione OTTONIS M. ap. BARON. ad *A. 962. n. 3. p. 879.* & GOLD. *T. II. Conſt. p. 44.* hæc habentur: *SALVA ſuper eosdem Ducatus NOSTRA in omnibus DOMINATIONE.* item: *SALVA in omnibus POTESTATE noſtra, & filii noſtri, & poſterorum noſtrorum.* v. CONRING. de *G. Imp. R.* Cap. XIII. BOECLER. Not. Imp. L. II. C. II. p. 28. 29. 30. TITIVS *J. Publ.* l. c. §. 23. - 32. STRAUV. l. c. §. 4. Add. Dn. de LUDEWIG ad HORN. *J. P. C. H.* §. 34. p. 249. ſeqq. ubi Tabula Donationis, *Johannis XII.* ab OTTONE M. factæ: quam tamen νοθείας ipſe arguit, pluribus argumentis allatis.

X. Neque ſola Pontificis *poſſeſſio* vel uſurpatio, ultra ducentos annos jam continuata, ſufficiet, niſi vitium poſſeſſionis per tacitam Imperatorum, tanto temporis ſpatio jura non vindicantium, *dereliſtionem* forte

X. v. Contra *præſcriptionem* ex variis argumentis diſputantes, CONRING. *de Finib. Imp.* Cap. XI. BOECLER. *Notit Imp.* L. II. C. 2. SCHVRZFL. *de Diviſ Imp. Carol.* §. 76. HORN *J. Publ.* Cap. IV. §. 4. STRUV S. *J. Publ.* Diſſ. II. §. 4. & TITIVS *J. Publ.* L. 1. C. V. § 33. qui licet in terras Pontificis *ſupremum Imperium Germaniæ utique ſalvum eſſe*, & *armis etiam vindicari poſſe*, exiſtimet; tamen mox addit. *Interim prout nunc res Europæ & Germaniæ ſunt, non facile poſſeſſione ſua excutietur Pontifex, adeoque Germaniæ nihil aliud ſupererit, quam ut memoria inefficacis Imperii ſibi blandiatur.* E contrario *dereliſtionem* ac *præſcriptionem* admittentes, & a CAROLI IV. jam temporibus eam derivantes, HENNIGES in *Annot. ad Beckeri Jus Publ.* L. I. C. II. p. 35. & ex eo THOMASIVS in *Not. ad Monzamb.* Cap. I. §. 14. item *Europ. Herold.* P. I. pag. 986. ſeqq. conf. Dn. LVDERI *Vindic. Juris Imp. adverſus urbis Rom. Epiſcopos* Cap. II. & ſeqq. ad fin. ubi de LEOPOLDO, JOSEPHO & CAROLO VI. quidem nonnulla vindiciarum exempla affert, quibus tamen non jura in ipſum Pontificem ac Romam, ſed in loca quædam Status Romani, vindicata ſunt.

forte purgatum, atque adeo per *præſcriptionem* ſupremum dominium Pontifici tandem acquiſitum fuerit.

XI. ITALIÆ Regnum, a Longobardis conditum, atque a CAROLO M. occupatum, ſemperque ab Imperio Rom. accurate diſtinctum, poſt varios Dominos, OTTONEM M. Regem nactum eſt, ejusque auſpiciis Germaniæ regno perpetuo jure junctum in varia deinceps Territoria, variosque

O 4

ſunt. conf. L. B. de LYNCKER. *Comment. ad Cap.* JOSEPHI *Art. XII p. 37.* quæque ibi de Notificatione de *Feudis* in *Italia Cæſareis*, a Legato Cæſareo d. 11. Jul. An. 1697. Romæ affixa, atque *Edicto* Pontificis contrario, quo Notificatio illa nulla declarata eſt, publice paſſim affixo. SCHWEDER. *Theatr. Prætenſ.* L. I. C. II. & quæ ab eo ex novellis Romanis d. an. 1708. d. 21. Jul. de Vindiciis Juris Cæſarei in Statum Eccleſiæ memorantur.

XI. v. SIGON *de Regno Ital.* L. 7. ibi: *Erat Italia hoc tempore in has regiones diviſa, Apuliam, Calabriam, Ducatum Beneventanum, Campaniam, Terram Romanam, Ducatum Spoletanum, Thuſciam, Romaniolam, Lombardiam, Marchias Anconitanam, Veronenſem, Tarviſinam, Forojulienſem & Genuenſem. Ex quibus Apulia & Calabria Græco adhuc Imperatori parebant. Reliqua omnia poſt recuperatam a Carolo M. Italiam Romani nutum Imperatoris reſpexerunt.* SCHVRZFL. Diſſ. de *Jure Auguſti in Italiam.*

osque Status diviſum, non Regni Germanici quidem, ſed Longobardici, jure utentes, Germanorum tamen Imperio obnoxios.

XII. Sub CAROLO M. is fere Regni Italici ſtatus fuit: *Duces* Regi *feudi* vinculo obſtricti erant; Regni limites & Civitates, quæ in verba Regis jurabant, *Comitibus* commiſſæ, & *jurisdictio* publica & privata per eos, in ſacris vero per *Epiſcopos*, & extra ordinem per *Miſſos*, adminiſtrata; *Feudatariis* quoque, *Civitatibus*, *Eccleſiis* ac *Monaſteriis*, certa *tributorum* genera impoſita, *fōderum*, *parata* & *manſionaticum* appellata. Qui ſtatus etiam poſtea fere duravit, niſi quod Procerum auctoritas, in turbis nimium aucta, ab OTTONE M. reſtricta & imminuta fuerit.

XIII. Prima OTTONI, juris in Italiam ſibi aſſerendi, occaſio extitit. BERENGARII tyrannis, qua is omnia replebat & *ADELHEIDAM Lotharii* Regis viduam, æque

XII. v. SIGON. *de Regno Ital.* L. 4. princ. COCCEJ. J. P. C. VI. §. 20.

XIII. v. REGINO ad an. 951. ibi: *Berengarius cum filio ſuo Adalberto regiæ ſe per omnia in Vaſallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia & dono Regis accepit regendam.* & an. 952. ibi: *Berengarius in Italiam revertens, omnia hæc in Epiſcopos & Comites, ceteroſque Italiæ Principes, retorſit* & ad an. 960. ibi: *Legati*

æque ac proceres, affligebat: unde invitatus OTTO in Italiam movit, atque armis *BERENGARIVM* coercuit, primumque ut Regnum, clientelaris obſequii lege ab ſe reciperet, fidemque ſibi juraret, atque mitius in Italia ſe regnaturum, promitteret, adegit, ſed mox perfidum, rurſusque tumultuantem, *regno plane mulctavit*

XIV. Sic OTTO M. Italiæ Regnum, armis Germanorum partum, a *BERENGARIO*, vaſallo perfidiæ reo, vindicavit atque in *patrimonium* gentis *Germanicæ* (a) redegit,

O 5

Legati quoque ab Apoſtolica ſede veniunt, vocantes Regem ad defendendam Italiam & Rom. Imp. a tyrannide Berengarii Waltpertus etiam Epiſc. Mediol. & Waldo Cumanus Epiſc. & opertus Marchio, Berengarium fugientes, in Saxonia Regem adeunt. Sed & reliqui pene omnes Italia Comites & Epiſcopi, literis Eum, aut legatis, ut ad ſe liberandos veniat, expoſcunt. RHOSWITHA de *Laud. Otton. p. 200.* Add. Dn. de LVDEWIG Not. ad HORN. *J. Publ. C. II. §. 33.*

XIV. (a) V. SCHVRZFL. l. c. §. 5. ubi OTTONEM M. in tabulis an. 962. editis *Regnum proprium* iſtud nominaſſe obſervat. Add. Dn de LVDEWIG. in Not. ad HORN. *J. Publ. C. 11. §. 32.* p. 245. ubi circa Quæſtionem: *num ITALIÆ Regnum* OTTONI M. *tantum & illius* GENTI, *an vero* GERMANIAE *univerſæ oblatum ſit in FEVDVM & clientelam?* poſterius aſſerit ac probat.

git, jusque ita quæſitum Procerum quoque conſenſu firmavit; quippe qui, conventu habito, regnum tyranno abrogatum, OTTONI obtulerunt, Regique declarato fidem obſtrinxerunt (b).

XV. Licet autem antea, lapſis Francorum rebus, Italiæ Proceres magnam ſibi & circa conſtituendum Regem & formandum Reip. ſtatum, auctoritatem arrogarint: tamen ab OTTONIS M. qui regiam poteſtatem fundavit, regnumque in patrimonio habuit, temporibus is rerum ſtatus prorſus mutatus eſt; ſiquidem ſucceſſores OTTONIS æque ac ipſe, libere negotia regni moderati ſunt; non expectatis Procerum ſuffragiis, quippe qui, neceſſitate adacti, Germanorum poteſtati ſeſe permiſerant, atque hinc ſui Juris eſſe deſierant.

XVI. Atque

(b) V. WITTECHIND. *Annal. L. 3.* SIGON. de *Regno Ital. L 7.* qui cum *Hiſtoria Beneventana* Auctore tradit, *Summum Regni urbisque Mediolanenſis antiſtitem, de more concilium vocaſſe, atque ex omnium qui frequentes convenerant, ſententia regnum Berengario atque Adelberto abrogatum, ad eum* (Ottonem M.) *detuliſſe, ipſumque in æde D. Ambroſ. urbana, magno apparatu ceremoniaque inunxiſſe conſecratumque ferrea* (ut vulgo creditum) *corona condecoraſſe.* conf. SCHVRZFL. *§. 5. 6. 7.* HORN. *J. Publ. C. II. §. 33. 34.*

XV. V. SCHVRZFL. l. c. *§. 3. 8. 9. 12.*

XVI. Atque hæc Regum poteſtas tam firma fuit, ut Proceres quoque non tractuum ſuorum dominos, ſed *nomine Regis miniſtros terræ* ſe dicerent, & non tam clientes ac beneficiarios, quam *uſufructuarios* ſe agnoſcerent: quæ ratio Italiam adminiſtrandi per *Vicarios*, ſub variis nominibus paſſim in provinciis & urbibus conſtitutos, diu poſt ea obtinuit, atque ad HENRICI VII. tempora perduravit.

XVII. Unde nec *Ducatus Marchiæ, Comitatus*, paſſim in Italia enati, ſtatim eo, quo poſtea, nexu proceribus adſtringebantur, ſed *vicaria* quadam ac præfinita poteſtate regebantur, & Regum voluntate beneficioque, ſine *jure territorii*, conferebantur, atque

XVI. XVII. XVIII. v. SCHVRZFL. l. c. §. *9. 10. 15.* ubi exempla hujusmodi Vicariorum in *Ecelino* & *Palaviciño* conſpicua; & *Additam. de Jure in Ital.* ubi exemplum Jurisjurandi Veteris tale ex veteribus monumentis refertur. *Ab hac hora in antea fidelis ero Imperatori per rectam fidem ſecundum meum ſcire & poſſe. Non ero in conſilio, ut vitam aut membra perdat, Italicum Regnum, & ſuam rectam poteſtatem intra regnum adjutor ero, ſecundum meum ſcire & poſſe, ad tenendum & defendendum contra omnes homines, qui ſibi tollere* voluerunt. *Dn.* de MVNCHHAVSEN Diſſ. de *Vicariatu Ital. Cap. II & VI.* conf. infra *Lib. III. Cap. VII.* de *Vicariis Imp.* §. *48. 49.*

atque adeo ſine regalibus, quæ territorium depoſcit & continet, poſſidebantur.

XVIII. Senſim tamen ceſſavit hæc regendi ratio, & præfecturis in dominia verſis illæ cum *territorio* & *regalibus* copulatæ ſunt, ac perpetuæ fieri cœperunt.

XIX. Scilicet rebus, labente republica, turbatis, viribusque regnantium inclinatis, alii poſt alios potentiam ſibi conflarunt, & majora quædam jura affectarunt ſenſim atque uſurparunt; nec tamen ſimul & univerſe ſtatim obtinuerunt: quædam conceſſu Regum, quædam patientia ipſorum compararunt; inprimis ad jus numi cudendi, atque ad vectigalium exigendorum poteſtatem, adſpirare cœperunt.

XX. Sed FRIDERICUS *Aenobarbus* adhuc priſtinam Regum auctoritatem inſtauravit, & in conventu publico jura regni vindicavit, conſultisque legum peritis, Proceres abalienata *regalia* reddere juſſit, ac juſſis obtemperantes habuit, reditusque eo

XIX. v. SCHURZFL. l. c. §. 13.

XX. v. RADEVICUS de *geſtis Friderici I.* Lib. II. C. 4. ubi vox populi in Campis Roncaliis Imperatori ſubmiſſe acclamantis, atque cum legum ferendarum, tum magiſtratuum conſtituendorum poteſtatem ipſi tribuentis & C. 5. ibi: *Super juſtitia regni & de regalibus, quæ longo jam tempore, ſeu temeritate pervadentium, ſeu neglectu Regum, Impe-*

eo nomine debitas ærario addixit, & poteſtate regia Italiæ negotia conſtituit.

XXI. Eadem poteſtate FRIDERICVS II. uſus eſt, eamque per vicarios ſtrenue exercuit. Quare nihil ſummo Regum Imperio ademtum eſt, ne tunc quidem, cum inteſtinis Procerum diſſidiis Italia laboraret. Et licet nec RVDOLPHVS I. nec ALBERTVS Italiam ingreſſi ſint, tamen per vicarios regnum iſtud rexerunt, certe nullam regii Imperii partem vendiderunt aut abalienarunt.

XXII. Primus poſt interregnum HENRICVS VII. *Friderici* exemplum ſequutus, jure ſuo in Italia uſus eſt, & poteſtate regia urbium controverſias decidit, factiones compe-

Imperio deperierant, ſtudioſe differens, cum nullam poſſent invenire defenſionem excuſationis, tam Epiſcopi, quam primates & civitates uno ore, uno aſſenſu, in manum principis regalia reddidere. Ingenue quoque Legati urbium ſubjectionem profitentur apud *Antonium* BOSSEVINVM ex Actis Friderici I. & *Radevico* hæc colligentem, *Gonzaga* L. II. p. 133. ibi: *Tui ſumus, te dante provinciam urbesque regimus, tibi pecunia & milite, ubi opus eſt, praſto ſumus; & reditus, juſtitiæ adminiſtrationem, libertatem non indita, ſed data, non uſurpata, ſed a Cæſaribus accepta jactamus.*

XXI. XXII. v. SCHVRZFL. l. c. §. *14. 15. 17. 18. 19.*

qui

compeſcuit & urbibus Rectores dedit, Vicariosque inſtituit, regalia quoque nonnullis conceſſit, ſed pauca, ſuſpectos poteſtate exuit, aut exilio mulctavit, refractarios in ordinem redegit, vel ſuppliciis affecit; atque adeo auctoritatem regiam ubique in *Longobardia* propria, *Liguria*, *Tuſcia*, *Apulia*, *Sicilia*, *Venetiis* quoque ſtabilivit atque firmavit.

XXIII. Vix igitur altius repetendum initium poteſtatis propriæ & hæreditariæ Italiæ Principum, quam a CAROLI IV. & WENCESLAI inprimis temporibus: dum *ille Vice-Comitem* inſtituit *GALEACIUM* & conceſſa hac dignitate, ſupra ceteros extulit

qui adhuc *Imperatorum Epiſtolas, ad vicarios & urbes regni Italici perſcriptas*, ſupereſſe docet. NAUCLER. *Chronogr. Gen* 43. LEHMANN *Chron. Spir.* L. V. c. 106. CONRING. *de Fin. Imp. C. XXIII* § 4. 5. 6 PFEFFING *Vitr. ill.* L. II. T. V §. 1 b)

XXIII. v. *Theod.* a NIEM de *jure & priv Imp.* L. IV. C. 33 ibi: *Wenceslaus Rex patrizando nobiliſſimam ac famoſiſſimam provinciam Lombardiæ, quam ipſe Otto M Auguſtus Viridarium Imperii appellavit & eidem Imperio ſingulariter incorporavit, ut per Imperatores & Reges Rom. qui eſſent pro tempore, jure proprietatis perpetuo, poſſideretur etiam quodammodo ſeparando ab Imperio* in optimo foro vendidit tyranno. LEIBNIZ. *Cod. J. G. Diplom.*

lit per Italiam vicarios; *hic* vero cum *Ducatus* titulo eam poteſtatem, quæ complexu ſuo omnia regionis jura ſub una & ſumma poteſtate continet, ac in territorii fines deſcripta, hodie ſuperioritas dicitur, filio IO. GALEACIO, hereditario jure, novo in Italia more, impertitus eſt.

XXIV. Hoc exemplo incitati finitimi, præfecturas & varias dignitates cum perpetua, ſed Regibus devincta poteſtate commutarunt, nec præſides provinciarum, & magiſtratus, ſed Principes facti, *Comitesque*, vel *Vice-Comites*, & *Marchiones*, imo *Duces*, jure, quod ad poſteros durat, creati, æqualem *Galeacio* poteſtatem ſibi ſenſim arrogarunt.

XXV. Nihilominus ſalvum manſit, *Supremum REGVM* per Italiam *Imperium*, ab OTTONE M. fundatum, & a FRIDERICO I. & HENRICO VII. inſtauratum: quo adhuc tenen-

XXV. Argumenta ſupremi Imperii adhuc durantis ſunt: jura ab HENRICI VII. temporibus ad CAROLVM VI. usque adhuc ab Imperatoribus ſæpius exercita, v. g privilegiorum conceſſio, dignitatum collatio, jurisdictio, tributorum exactio, item Vicariatus Italici & nec per donationes Imperatorum, quæ allegantur, ſupremum Imperium abalienatum eſt. v. CONRING. de *Fin. Imp. L. II. C.* 23 SCHWEDER. *Theatr. Prætenſ. L. I. C. I.* PFEFFING. l. c. *Greg.* LETI *Ital. regnante Part. I. L.*

tenentur omnes Italiæ Principes, & Urbes, a principum dominio exemtæ atque *Imperatori*, ut *REGI* & *naturali Domino* ſuo, clientelari nexu, devinciuntur, & ad fidem & obſequium non minus ac certa tributorum genera obligantur, ſummumque judicem eum una cum Imperio agnoſcunt.

XXVI. Speciatim *DVCATVS MEDIOLANENSIS*, olim ſub *Lombardiæ* ſpeciali

---

I. L. V. p. 257 & *258.* GERTZWEILERI Deſignatio feudorum Imp. quæ ſub titulo: *kurtzer* Extract *des Heil. Römiſchen Reichs Leben in Italien, wie dieſelbe allermaſſen beſchaffen, ob ſie mit Zollen zubelegen, und was von denen durch der Kayſerlichen Majeſtat unſers allergnädigſten Herrn Reichshofrath Herrn Paul Gertzweiler, der Rechten* Doctorn, *dabey vor kurtzer Zeit nach denen Feuer-Statten geſuchten* contributionibus *bezahlt oder noch zu hoffen*, quæ extat apud ITTER. de *F. I. Cap. VI. ad* §. *XVI. p. 263. ſqq.* conf. SCHVRZFLEISCH *Jus Aug.* §. *22. Regis* tamen titulo, *Italiæ* nomine non utuntur Imperatores v. SCHVRZFL. §. *13. 16.* Add. Dn. de LVDEWIG. *Sing. J. Publ. C. IV.* §. *5. p. 293. ſqq.* ubi, *univerſam ITALIAM ſubjectam eſſe Germanico IMPERIO*, ediſſerit. & p. 310. RÜHLMANN *von des Kayſers Recht auf Italien.*

XXVI. GOLDAST. *Conſt. I. Tom. II. p. 51.* ubi: *provincia utique nobilis, & pars Rom. Imperii pretioſa*, & REG. IMP. NORIMB. de an. 1542. §. 3.

ciali nomine per *Vice-Comites* Regum Vicarios rectus, poſt a WENCESLAO Imp. *JO. GALEACIO* ſub *Ducatus* titulo in feudum collatus, denique poſt varias mutationes, extinctis *Sfortiis*, a CAROLO V. in PHILIPPUM II. *Hiſpaniæ* Regem eodem feudi jure translatus atque, poſt mortem CAROLI II. ſupremo Domino vindicatus, indubie adhuc ſummo Imperatoris, ceu Regis Italiæ, Imperio obnoxius cenſendus, atque ad obitum usque CAROLI VI. Imperatoris hujus nomine adminiſtratus eſt.

P XXVII.

§. 3. ubi *des Kayſers und des Heil. Reichs Eigenthum* vocatur. SCHWRZEL. *Jus Aug. in Ital.* §. 11. 21. & de *Diviſ. Imp. Carol.* 76. ITTER. *de feud. Imp. C. VI. §. 6.* SCHWEDER. Diſſ. de *Jure Imperat. in Ducat. Mediol.* §. 23. 24. Dn. de LUDEWIG. ad HORN. *C. IV. §. 5. p. 311. ſqq.*

* Not. Partes quasdam Ducatus Mediolanenſis, nempe duos diſtrictus, *Novaram & Tortonam*, nec non quatuor Præfecturas, *St. Fedele*, *Torre di Forti*, *Gravedo*, & *Campo Maggiore*, a CAROLO VI. Imp. per Pacem *Viennenſem* an. 1736. eique præmiſſos *Articulos præliminares*, §. 4. CAROLO EMANUELI, Regi Sardiniæ, quidem ceſſas eſſe, ſed ita tamen, ut ſub. *feuda Imperii*, ipſi hoc nomine ab Imperio recognoſcenda, manere debeant. v. *Inſtrumentum Ceſſionis* d. d. 6. Jun. 1736. in *P. II. des Politiſchen Staats von Europa L. II. p. 30. 31. L. III. p. 426. ſq.*

XXVII. *FINARIUM* quoque *Marchionatus* titulo præditum, verum Regni Italici membrum CAROLI V. ſententia pronunciatum, & tanquam feudum Imperii ab *Hiſpanis* ad CAROLI II. obitum usque poſſeſſum, nunc vero *Genuenſibus* ceſſum, ſalva tamen Imperii jure.

XXVIII. *PARMA* & *PLACENTIA* partes fuerunt Longobardiæ Cis-Padanæ ſeu Provinciæ Mediolanenſis, atque ad Imperatores, ut ſupremos Italiæ Dominos haud dubie

XXVII. v. *Contractus, vigore cujus Carolus VI. Rom. Imperator Marchionatum Finarienſem, ejusque jura & annexa Reip. Genuenſi vendidit.* d. d. 20. Aug. an. 1713. in LUNIG. *Cod. Ital. Diplom. p. 273. ſqq.* SCHURZFL. *Jus Aug. in Ital.* §. 22. v. Dn. de LUDEWIG ad HORN. p. 439.

XXVIII. XXIX v. B. G. STRUV. Diſſ. *de jure Imp. in Ducatum Parmenſ. & Placent.* Synt. *J. P.* præmiſſa. SCHURZFL. *Jus Aug. in Ital.* §. 27. de *Dival Imp. Carol* §. 76. *Wiederleg. des Paebſtl Bann Breefes.* ibi: *Wir erklaeren, daſs wir auf die Hertzogthümer* Parma *und Placenz dem Roemiſchen Hof gantz kein Recht, am allerwenigſten aber das* Directum *und* Supremum Dominium *zuſtehen koennen.* conf. Dn. BUDERI *Vindic. juris Imp. Cap. VII.* §. 2. Dn. de LUDEWIG ad HORN. §. 10. p. 405. *ſqq.* C. H. SCHWEDERI *Theatr. Pratenſ. L. 1. C. V. p. 18. ſqq.*

dubie ſpectarunt. Et licet poſtea Pontifices has urbes Imperatoribus eripere conarentur, tamen a CAROLO V. ſtrenue aſſertum, eas *minime omnium ad Eccleſiam Romanam pertinere.*

XXIX. Nihilominus iſtæ terræ a Pontifice tandem poſt varias contentiones, indulgente Imperatore, FARNESIIS ſub *Du-*

ſqq. SIM. HENR. MVSAEI Diſſ de *Jure in Parma & Placentia Ducatus, a Pontifice male prætenſo & uſurpato.* Kil. 1709. Ill. Dn. BOEHMER de *Parma & Placentia Ducatibus,* Imperio *vindicatis.* J. P. GVNDLING *Hiſtor. Nachrichten von den Hertzogthumern Parma Placens und derſelben* Dependenz *vom Roem. Reich* GOTHOFR. RVHLMANN *Unwiederruſſ Recht, welches Sr. Kayſerl. Maj. von wegen des Deutſch Reichs nicht nur auf* Parma *und* Placenz, *ſondern auch ſo gar auf gantz Italien, die Stadt Rom und das* Patrimonium Petri *zuſtehet.* Jen. 1709. Ej *Erſte und andere Fortſetzung* Anon. de *Jure Auguſti & Romani Imperii in Parma & Plancentia Ducatus* Diſſ. Imperante JOSEPHO Cæſ. dirigente Comite Salmenſi, conſcripta 4 med. an 1719 edita.

* Not. Dominium utile horum Ducatuum, vi Foederis Londinenſis, Domino CAROLO, Regis Hiſpaniæ ex *Eliſabetha Farneſia* nato filio, cedere debebat, qui &, mortuo ultimo ex Farneſiis Duci, poſſeſſionem eorum nactus erat, attamen cum iis, vi *Pacis Viennenſis* d. an. 1736. *Rex Utriusque*

Siciliæ

catus titulo conceſſæ ſunt, *ſalvo* tamen *Imperii Jure*. Unde adhuc ſupremum Imperii Jus in hos Ducatus integrum manet & non ſolum a IOSEPHO Imp. ſtrenue adverſus Pontificem vindicatum, ſed & fœdere *Londinenſi*, *Quadruplici* dicto, quo Ducatus Parmæ & Placentiæ pro *indubitatis* S. R. I. *feudis* agniti ſunt, firmatum eſt.

XXX. Magnus *HETRVRIÆ* Ducatus, qui *Thuſciæ* olim pars potiſſima fuit, opibus *Mediceis* fundatus beneficioque CAROLI V. anniten-

---

Siciliæ agnitus eſſet, juri ſuo, in gratiam Imperatoris *Caroli VI.* renunciavit, atque in hunc omnem eorum proprietatem transtulit. v. *Artic. Prælim. art.* 3. & *Inſtrum. Ceſſion.* d. d. 15. April. 1736. in P. II. *des* Polit. *Staats von Eur. L. III. p.* 413.

XXX. -- XXXII. v. SPRENGER *Font. J. Publ. C. XXII. p.* 222. PFEFFING. *V. Ill. L. II. T. V.* §. *1* (*b*) ibique citati CONRING. *de Fin. Imp. L. II. C.* 23 SCHVEZFL. *Jus Aug. in Ital.* § 16. de *Diviſ Imp Car.* l. c. ITTER de *Feud Imp. Cap. VI.* §. *21.* *Spec. ſtat.* m. Jul. 1710. p. 8. 9. Add. Dn. de LVDEWIG l. c. §. *6* p. 314. ſqq. ibique allegata *Iſtoria genealogica dalle famiglie nobili Toſcane & Umbre deſcritta del P. D.* EVGENIO GAMVRINO *Abbate Caſinenſi, nobile Aretino, in Florenza,* in qua deprehendit. nobiles *Thuſciæ* & *Umbriæ* familias privilegia paſſim ſua tribuere Imperatorum benevolæ largitioni; certo argu-

annitente inprimis CLEMENTE VII. conſtitutus, duplici hodie territorio conſtat, *veteri & novo:* quorum illud *Florentinas & Piſanas*, hoc vero *Senenſes* ceterasque noviter acquiſitas ditiones, ambitu ſuo complectitur.

XXXI. *Vetus* licet indubia Regni Longobardici portio fuerit, hodie exemptum, & nulli ſubjectum eſſe ob libertatem, a RVDOLPHO I. aliisve Imperatoribus comparatam, Magni Duces contendunt.

XXXII. Sed merito & *Florentinum & Piſanum territorium* adhuc ſupremo Cæſaris Imperio obnoxium eſſe, cenſetur: eo quod nec tabulæ exemtionis, nec alia libertatis

 acqui-

argumento, *Tuſciam & Umbriam* pependiſſe a *Germanico Imperio.* SCHWEDER l. c. *Cap. XI. p. 33. ſqq* BRACCIANO *Geſchichtmaeſſige Vorſtell. von den Gerechtſamen der Deutſchen Kayſer und des H. Reichs auf das Groſshertz. Florentz.* 4. 1722. I. P. GVNDLING *Hiſtoriſche Nachr. von dem Lande Tuſcien oder dem Groſsherzogth. Florentz.* 1723. 4. NIC. H. GVNDLINGII Diſſ. de *Jure Imperii in magnum Ducatum Etruriæ.* SIM. FRID. HAHN *Jus Imperii in Florent. ex monumentis editis & ineditis ipſisque Etruſcis ſcriptoribus, a Caroli M. ætate* 4 Med. Dn. J. JAC. MASCOV. *de Jure Imperii in Magnum Ducatum Etruriæ.*

* Not. Et licet in hoc quoque Magno Ducatu modo dictus CAROLVS Hiſpaniæ Princeps ſuccedere debu-

acquiſitæ documenta extant, & contrarium potius tum ex CAROLI V. tum MAXIMILIANI II. geſtis elucet; dum ille *Ducem*, hic vero *Magnum Ducem* Florentinis dedit, & jurisdictionem in Ducem exercuit, ſupremumque Imperii Jus diſertis verbis clauſulisque, ſine veteris & novi dominii diſcrimine, integrum ſervavit, quod & LEOPOLDUS Imp. exercuit. Imo fœdere *Londinenſi* Status quoque ac Ducatus, a Magno Duce *Hetruriæ* poſſeſſi, pro indubitatis S. R. I. *feudis* declarati ſunt.

XXXIII. Quod ad novum territorium, citra controverſiam Magnus Dux *Senenſem* ditionem, ac *Elbam* inſulam tanquam feuda Imperii intermedia, per Hiſpanos ſibi conceſſa, *Filaterram* vero, aliosque Marchionatus, & *Pontremoli* Dynaſtiam ut immediata agnoſcit.

XXXIV. Porro *STATUS PRÆSIDII* finitimus, varia continet Imperii feuda, veluti dynaſtiam *Ponteruli*, *Orbitellum*, *Plombinum*, *Telamonem* & *Portum Herculis*, a CAROLO V. Hiſpanis clientelari lege conceſſa, a quibus & adhuc ex parte poſſidentur,

debuiſſet: idem tamen Rex Utriusque Siciliæ factus, vi ejusdem Pacis Viennenſis, FRANCISCO III. Duci Lotharingiæ, pro hac in Gallos translata, eundem reliquit, v. *Art. Prel.* l. c. & *Inſtr. Ceſſ.* l. c.

XXXIII. v. ITTER, l. c. §. *22.* SCHURZFL. l. c.

XXXIV. v. ITT. l. c. §. *6.* BOSII *Not. Hiſp. L. III. C. 3.*

tur, ex parte vero ab Imperatore vindicata ſunt.

XXXV. *MANTVANVM* Ducatum indubitatum Imperii feudum eſſe, ex Actis Imperii, inveſtitura Ducum, pœna banni, qua ultimus Dux ob feloniam affectus eſt, aliisque argumentis clariſſime conſtat.

XXXVI. Mantuani Ducatus quondam partes fuerunt *Guaſtalla, Novellaria, Bozzuolo, Sabionetta, Caſtiglione,* aliaque oppida & caſtella, minoribus natu Principibus conceſſa, quorum tamen poſſeſſores non Ducis, ſed ipſius Cæſaris Vaſallos ſe prædicant, hujusque dominium ſupremum ſine intermedio agnoſcunt.

XXXVII. *MONTISFERRATENSIS* quoque olim Marchionatus, hodie Ducatus, Mantuano Ducatui a CAROLO V. junctus, pari clientelæ ac obſequii jure Imperio obnoxius

XXXV. V. HORTLEDER *von Urſachen des teutſchen Krieges T. I. C. XV. p. 72. & C. XXVII.* p. 94. ubi vocatur *des Reichs Eigenthum ohne Mittel, die ein eigen Hertzogen des Reichs Lehnmann hat. Inſtr. P. Mon.* §. 97. Dn. de LVDEWIG l. c. §. 7. *p. 317. ſqq. Capitul.* LEOP. & JOS. *art. 4.* ibi: *Kayſerliche Macht und Gewalt.* FABRI *Staats-Cantzeley T. VI. C. 9. T. XIII.* p. 670. 672. *Spec. ſtat.* in Jul. 1701. p. 6. & in Sept. conf. ITTER l. c. §. 23.

XXXVI. CONRING l. c. SCHVEZFL. *Jus Aug.* §. 24. ITTER. §. 23.

noxius eſt, (a) quo integro haud ita pridem *Sabaudiæ Dux*, hodie *Sardiniæ Rex*, inveſtitus eſt: (b) neque feuda *Rochoverani Olmi* & *Cæſolæ* cum pertinentiis jam ante in Sabaudum translata, ſupremo Imperii jure prorſus exemta videntur. (c)

XXXVIII.

XXXVII. (a) v. CONRING l. c. ITTER. l. c. SCHVRZFL. *Diviſ. Imp. Carol.* in fin. Dn. de LVDEWIG l. c. *§. 8. p. 328. ſqq.* (b) *Capit.* JOSEPHI *art 4. v.* INSTR. *P. Monaſt.* §. *95. 96.* (c) ITTER §. *20.* v. SCHVRZFL de *Diviſ. Imp. Car.* *§* fin. HORN. *J. P. C. IV.* §. *8.* STRVV. *S. J. P. Cap. II.* §. *12.*

* Not. Ducatus *Montisferratenſis* partes quoque ſunt *Feuda* dicta *Langharum*, certis Comitatibus ac Dominiis, locisque *Milleſimi*, *crucis Ferreæ*, *Plodii*, *Bieſtrii* & *Chiorii*, *Rocha Vignalis*, *Altaris*, *Cairi*, *Vignaroli*, *Coſſani*, *Mançani*, *Rochelæ-Belbi*, *Deghi*, *Cagna*, *Phara*, *Giuſulæ*, *Malarum*, conſtantia: quo diſtricto OTTO M. olim Marchionem Montisferratenſem, ſub nomine *Deſertorum locorum*, *a flumine Tanagri ad flumen Orba & ad littus maris*, inveſtivit: & quorum feudorum Dominium directum & ſuperioritatem poſtea Dux *Mantuanus*, qua *Montisferratenſis*, ſibi aſſeruerat. Cum vero deinceps *Sabaudiæ* Duci, hodie *Sardiniæ* Regi, Ducatus hic traditus eſſet, atque potiores horum feudorum poſſeſſores homagium ipſi præſtare renuerent: lis deſuper in Judicio Imperii Aulico, cui & Advocatus fiſci Impe-

XXXVIII. *MVTINA* ab initio regni Longobardici Majeſtatem Imperatoris coluit, & mutato Vicariorum regimine *RHEGIO* etiam aucta, DVCES accepit ex *Ateſtinis*, quorum primus a FRIDERICO III. *Dux Mutinæ ac Rhegii* creatus, ac deinceps CAESAR *Ateſtinus* utroque Ducatu ſub lege fidelis obſequii a RVDOLPHO II. ornatus eſt: eadem lege & principatus *CORREGGIO* tenetur; ſed *Berſello* Mantuanum beneficium eſt.

XXXIX. *COMACLI* territorium, olim a Pontifice poſſeſſum, nuper auctoritate Cæſarea *Mutinæ* Duci quod ad dominium utile; quod ad directum vero Imperio adſertum, atque

Imperialis pro jure Imperii intervenit, enata eſt; ita tandem per transactionem *Viennenſem* compoſita, ut *Superioritatem territorialem* in his feudis Rex Sardiniæ obtineret, eadem tamen tanquam ſubfeuda Imperii recognoſceret. v. SCHWEDERI *Theatr. Prætenſ. L. 1. C. XIII.* cujus tamen Auctor Ill. Dn. GLAFEY, eſſe videtur. *Artic. Pac. Vienn. Prælim. IV.* & *Inſtr. Ceſſion.* d. d. 7. Jul. 1736. l. c. p. 428. Add. STRVV. *Corp. J. P.* l. c. §. *18.*

XXXVIII. v. *Aen.* SYLV. *Vita Frid. III.* p. 94. SCHVRZFL. *Jus Auguſt. in Ital.* § *25.* CONRING l. c. Cap. LEOPOLD. *art. 29. Europ. Herold P. II.* p. 773. Dn. de LVDEWIG. l. c. § *11.* p. 416. ſqq.

XXXIX. v. SPRENGER *Font. J. Publ. C. XXII.* p. 221. ſeq. ITTER. *C. VI.* §. *24.* MVRATORII *Tr.* de

atque in donatione LOTHARII & LVDOVICI Impp. OTTONI Ateſtino facta, & ſubſequutis inveſtituris Cæſareis CAROLI IV. SIGISMVNDI & FRIDERICI III. potiſſimum cauſſæ præſidium collocatum.

XL. *MIRANDVLANVS* quoque principatus feudis Imperii merito accenſetur: unde & ob feloniam Principi ademptus & Mutinæ Duci adjudicatus nuper fuit.

XLI. Inter *Sabaudiæ* Ducis, hodie SARDINIAE Regis, Territoria *PEDEMONTANVS* Principatus, in Taurinis Italiæ finibus ſitus, una cum *Aſtenſi* Comitatu & Marchionatu *Ceræ*, Imperii feudis itidem, de quibus & Princeps a CAROLO VI. Imp. inveſtitutus eſt, numerandus venit.

XLII. Scilicet *PEDEMONTIVM* olim Duces habuit, poſtea Imperatoribus ceſſit, a quibus Præfectos accepit Taurinorum urbs, *Comites*

---

de Droits de l'Empire ſur l'Etat Eccleſiaſt. Dn. BVDER. l. c. *C. VII.* §. 2. STRVV. l. c. §. II.

* Not. A. 1725. Poſſeſſio ejus, per tranſactionem inter Cæſarem & Pontificem, huic reddita, atque publicum *Reſtitutionis Inſtrumentum*, in quo Cæſar, ſe, tanquam partem *Patrimonii B. Petri*, non autem vi *Donationis Conſtantini M.* iſtud Pontifici reſtituere, aſſerit, deſuper confectum eſt.

XL. v. CONRING. l. c. GERZWEILERI Index ap. ITTER. l. c. Dn. de LVDEWIG. l. c. *p. 426.*

XLII. v. MVSSATVS *in Vita Henr. VII. L. I. p.* 3. &

Comites Cæſarum beneficio factos, atque *Marchiones* appellatos, ſub quo titulo ad Sabaudiæ Comites pervenit hoc territorium, tanquam allodium quidem, ſed poſtea in feudum Imperii & Principatum converſum, id quod ex litteris inveſtituræ Imperialis clariſſime liquet, ſicut & vicariatus Italiæ ſuperioritatem Imperii arguit.

XLIII. *VENETIARVM* Reſpublica omni tempore ſe liberam fuiſſe prædicat, ſaltem in diviſione Imperii orientalis & occidentalis inter CAROLVM M. & NICEPHORVM ab utroque Imperio exemta, atque

---

& *L. IV.* p. 72. GVICHENON *Hiſt. Geneal. de Savoye* Tom. I. p. 214. & T. VI. p. 34. ubi in charta donationis: *Ego Amedeus Comitis Umberti Refortiati filius, ac, Dei gratia Burgundiæ & Lombardiæ Comes, Nepoſque Comitiſſæ Alodiæ, & hereditario Jure Succeſſor.* Ibidemque *Adelheidis allodium* vocatur it. p. 254. ubi litteræ inveſtituræ *Sigismundi Oſt.* CACHERANVS *Conſil. XXVII. n. 21. qui* litteras Inveſtituræ Imperialis ſe vidiſſe teſtatur. LEIBNIZ. *C. I. Dipl. n. 124. Europ. Herold. P. I.* p. 531. SCHVRZFL. *J. Aug. in Ital.* §. 23. & de *Diviſ. J. C.* §. fin. HORN. *J. P. C. IV.* §. 9. ubi de Pignarolo. B. STRVV. *Corp. J. Publ. C. II.* §. 16.

XLIII. XLIV. Indicia Majeſtatis agnitæ ſunt jura, ab Imperatoribus a *Carolo M. Ludovico P. Ottone M. Ottone III.* ad *Henricum III.* usque in eam exer-

cita,

atque inſignem libertatem nacta videtur: quamvis ad Majeſtatem Imperii comiter colendam, atque fodrum præſtandum, obſtricta manſerit.

XLIV. Sed poſt HENRICI VII. tempora, maxime poſt annum MCCCXXC. increſcente urbis potentia, Vicinorum vero robore decreſcente, pro libera omnino ſeſe gerere

cita, privilegia conceſſa, obligatio curandi res ad iter Cæſareum neceſſarias, quæ in annona & penſione tranſituque tuto præſtando, conſiſtebant, & redintegrata cum Lombardis ac Venetis pace, expreſſa Imperatoris ſtipulatione excipiebantur. v. *Squittinio della liberta Veneta* inprimis *Cap. XVI.* §. *49* SCHILTER. *J. Publ. L. IV. Tit. ult.* §. *41 ſqq.* ibique *Alberici* de ROSATE JC. teſtimonium de *privilegio EXEMTIONIS bulla aurea bullato.* SCHVRZFL. *J. Aug* §. *20. ſeqq.* ibique teſtimonium VEGERII *de reb Henr.* VII. a. 1311. Epiſcopus (Genevenſis Henrici VII. cognatus & legatus) *profectus Venetias, tributum pro vetere conſuetudine poſtulavit. Appulſo ingens honor habitus, adnumerataque in tiaram Romanam talenta Veneta mille.* SCHWEDER *Theatr. praetenſ L. I. C 8.* Omnimodam contra & perpetuam Venetorum libertatem propugnant VIANOLVS CRASSVS, CONTARENVS CONRING. de *Fin I. L. 1. C 22 & C. 23.* conf. Dn. de LVDEWIG l. c. § *13 p 460 ſqq.* ubi Jura Imperii in Remp. Venetam pluribus defendere conatur. & STRVV. l. c. §. *21. 22.*

gerere coepit Reſpublica, & exinde *fodrum regale* & *conſuetum* exigi deſitum, quamvis nunquam Urbi remiſſum & ceſſum; hodieque etiam ab ipſo Imperatore pro libera Republica agnoſcitur.

XLV. Cum vero plurimas etiam in continenti terras, Regni Longobardici partes, Veneti poſſideant, quarum omnium verum & legitimum Dominum adhuc MAXIMILIANVM I. agnoverunt: haud forte immerito ſupremum Imperii Jus in easdem ſalvum & integrum, Venetique ad conſueta tributa aliaque onera, Imperatoribus hoc nomine præſtanda, obligati cenſentur.

XLVI. *GENVENSIS* quoque Reſpublica, licet a RVDOLPHO I. & CAROLO V. inſignia, jura & privilegia ſe conſequutam eſſe [illegible] ferat;

XLV. v. SCHILTER l. c. §. 51. ubi e GVICCIARDINI *Hiſt.* a. 1509. refert, MAXIMILIANVM edicto publico vindicaſſe *Roveretum*, *Paduam*, *Vicentiam*, *Tarviſium*, *Forum Julium*, *Patriarchatum Aquilegienſem*, cum territoriis & pertinentiis §. 52. ubi humillima orationis, a Patritio Veneto *Ant.* JVSTINIANO ad MAXIMILIANVM directæ & a. 1509. d. 25. Mart. pronunciatæ, verba. conf HORN. *J. P. C. IV.* §. 13. SCHWEDER. *Th. Prat. L. I. C. 9 10. 11.* B. STRVV. l. c.

XLVI. v. SCHILTER. *J. P. L. IV. Tit. ult.* §. 54. ibique notabilis obſervatio de inſignibus Imperatorum in veſtibulo Prætorii & aditu Aulæ

Duca-

ferat; non tamen prorſus exemta eſt Imperio, cum & HENRICUM VII. Principem ac Dominum ſuum, & FERDINANDUM I. in cauſſa Finalienſi judicem agnoverit, immunitasque, ſalvo ſummo Imperio, conceſſa intelligatur.

XLVII. Denique & *LUCCENSIS* Reſpublica ejusdem juris adhuc cenſenda, & libertas ei quæſita ſalvo Imperii jure itidem interpretanda: ſiquidem & a CAROLO V. aliisque Imperatoribus S. R. *Imperii civitas* appellata eſt.

XLVIII. Præter Longobardicum in Italia quoque *utriusque SICILIÆ* Regnum enatum eſt, Græcorum Imperio olim addictum: cujus partem ſub *Apuliæ* & *Calabriæ* olim, hodie *REGNI NEAPOLITANI* nomine cognitam, OTTO M., pulſis inde Græcis, ac deinceps, ducta filio, OTTONI II. filia Auguſti, Germanorum Imperio acquiſivit.

XLIX.

Ducalis exponi ſolitis. SCHWEDER. *Th. Prætenſ. L. I. C. 12.* BRUNNEM. *Jurispr. Publ. Diſſ. III.* §. *21.* Dn. de LUDEWIG l. c. p. 430. B. STRUV. l. c §. *14*

XLVII. v. CONRING C. XXIII. §. 13. 30 SCHWEDER. l. c. *Cap. 13.* Add B. STRUV l. c. §. *15.* & Dn. MASCOV. *Princ. J. Publ L. 2. C. 5.* §. *30.* apud quos plura pro Jure Imperii in hanc Rempublicam reperiuntur argumenta.

XLVIII. v. SIGEB. GEMBLAC. ad a. 969. CONRING *Cap. XI. XII.* SCHURZFL. *de J. A. in Ital.* §. *27.* COCCEJ. *J. P, Cap. VI.* §. *21.*

XLIX. Deinde HENRICVS II. & CONRADVS II. *Normannis* has terras adverſus Græcos & Saracenos tutandas dedere; e quorum Ducibus *ROGERIVS* Regem ſe fecit; ſed, hoc pulſo, LOTHARIVS Imp. *REGINHALDO* Apuliæ Ducatum conceſſit, manum ſimul vexillo admovente Pontifice, qui tamen mox cum ROGERIO pepigit, ut is *utriusque Siciliæ Rex* diceretur.

L. Hinc Pontifex in iſtud Regnum, poſtea ad *Svevos*, inde ad *Andegavenſes*, denique ad *Arragonios & Hiſpanos* translatum, dominium directum ſibi arrogavit, rectius Imperatoribus tribuendum, qui etiam ſubinde, CONRADI IIII. & HENRICI VII. exemplo, illud ſibi vindicarunt; Pontificis tamen jus ab Hiſpanis agnitum & conſueta munera recognitionis loco oblata, citra præjudicium, ut videtur, Imperii.

LI. Reg-

XLIX. v. HERM. CONTRACT. a. 1038. WIPPO in *vita Conr. Sal.* OTTO FRISING. de *Geſt. Frid.* I. L. I. C. 3. *Chron.* L. VII. C. 20. COCCEJ. l. c. §. 21. 22.

L. v. CONRING. de *F. I. C. 22.* SCHVRZFL. de *J. A. in Ital.* §. *18.* COCCEJ. *J. P. C. VI.* §. *21. ſq.* HORN *J. P. L. IV.* §. *12.* STRVV. l. c. §. *13.*

Add. Dn. de LVDEWIG ad HORN. *C. IV.* §. *12.* p. 440. ſqq. ubi p. 451. ex inauguratione REGINALDI, a *Caſare* pariter ac *Papa* conjunctim facta, colligit, *Siciliam Germanici Imperii ſubfeudum*

LI. Regnum *SICILIÆ* vero, quod itidem ad *Arragonios Hiſpanosque* demum pervenit, ſupremum *Pontificis* dominium nunquam agnovit, licet *majeſtatem Imperii* comiter coluiſſe videatur, quod ex geſtis HENRICI VII. Imp. apparet.

LII. In *BENEVENTUM Ducatum*, Regno Neapolitano adſitum, an adhuc Imperio ſuperſint jura? dubium. OTTO M. quidem Beneventum, ſedem Longobardorum, cum annexis, ſibi vindicavit. HENRICUS III. Imp. vero LEONI IX. Papæ Beneventanam regionem, pro Epiſcopatu Bambergenſi, ſubmiſit. An autem recentiori ætate CAROLUS VI. Imp. cum Regni Neapolitani jura in Tractum Beneventanum vindicaret, jura quoque Imperio vindicaverit? haud conſtat.

LIII.

---

feudum eſſe, primum ejus dominum CAESAREM, *alterum* PAPAM, *ſubdominum.*

LI. v. SCHURZFL. l. c. §. 19. BARON. de *Monarchia Siciliæ*. LUDEWIGS *Erleut. über Puſend. Einl. zur Hiſtor.* C. II. p 430.

* Not. Sed & *Inſularem Siciliam* eodem jure cenſendam, atque Germanici Imperii finibus adſcribendam eſſe, adſerit Dn. de LUDEWIG l. c. p. 451. Hodie *Siciliæ* utriusque *Regnum* a CAROLO Regis Hispaniæ ex Farneſia filio, ex CAROLI VI. Imperatoris ceſſione, poſſideri, ex Hiſtoria noviſſima conſtat.

LII. Conf. B. STRUV. *Corp. Jur. Publ. C. II. §. 20.*

LIII. *SARDINIÆ* Regnum, quod a FRIDERICO Imp. regalem dignitatem accepit, quadruplici fœdere *Londinenſi*, Sabaudiæ Duci, ceſſit, cum hic viciſſim *Siciliæ*, in pace *Ultrajectina* a Gallis ipſi adſignatæ, in gratiam CAROLI VI. renunciaſſet: quamvis Imperio jus in iſtud reſervatum eſſe haud conſtet.

LIV. *CORSICA*, CAROLI M. auſpiciis per Marchionem *Genuenſem* Imperio adjecta, ab OTTONE vero *Papæ* donata fertur: qui & poſtea, fugatis inde per claſſem Genuenſem Saracenis, de illa diſpoſuit: Jus autem Imperio in hoc regnum hodie adhuc ſalvum eſſe, vix aſſerendum.

LV. Denique memorantur plura Italiæ Feuda minora, *Marchionatus*, *Comitatus*, *Dynaſtiæ*, *Nobilium* prædia, clientelari nexu Imperio adhuc devincta, ex parte etiam exemta, atque a Cæſare inquirenda.

LIII. v. Dn. de LVDEWIG. l. c. § *9. p 402. ſqq.* Dn. MASCOVII *J Publ L. 2 C. V.* §. *72.*

LIV. v. Dn. de LVDEWIG l. c. *p 430* ſqq & p. 497. SCHWEDER. *Theatr Pratens. L. II. C. 8.*

LV. v. ITTER. de *Feudis Imp. C. 6.* STRVV. l. c. *§. 17.*

CAP. XVI.

DE ACCESSIONIBVS REGNI GERMANICI CIS-ALPINIS SPECIATIM REGNO BVRGVNDICO SEU ARELATENSI.

§. I.

Cis *Alpes* Regno Germaniæ acceſſit Regnum *BVRGVNDICVM* novum, quod a veteri Burgundionum regno, ſub Alpibus circa Rhenum, Ararim & Rhodanum a populis Germanicis fundato, nomen tulit, ejusque partem conſtituit; deinceps ARELATENSE quoque appellatum, atque in *Cis-Juranum* & *Trans-juranum* diviſum, quorum illud etiam *Superioris*, hoc *Inferioris Burgundiæ* nomine venit.

II. *TRANS-JVRANI BVRGVNDICI* regni (quod Galliæ *Lugdunenſis* partem, *Provin-*

§. I. SCHVRZFL. *Hiſtor Vet. Regni Populique Burgundionum Cap. I. II. §. 2. C III. §. 1. 3 C. VI. §. 2. 3.* MVNSTER. *Cosmograph. L. III. C. 106. p. 620.* ubi de montis Juræ ſitu & variis nominibus. *Sam. Fr* HAHN. Diſſ. de *juſtis Burgund. novi vel Arelatenſ. Regni Limitib. &c. Cap I. § 3. not 4 · p. 21.* Add. Dn. de LVDEWIG *Sing. J. Publ.* ad HORN. *§. 14. not. 573.*

Provinciam, Dalphinatum, & *Ducatus Burgundici* partem complectebatur) fundamenta jecit BOSO, qui a CAROLO CALVO *Provinciæ Regulus* conſtitutus, inſtinctu conjugis *Burgundiæ regnum* occupare inſtituit, atque ab optimatibus in Comitiis apud Matalam habitis, *Rex Burgundiæ* creatus eſt ſedemque regni *Arelati* fixit.

III. Non multo poſt novum in *BVRGVNDIA Superiori*, nobis *CIS-JVRANA* (quæ inſignem *Sabaudiæ* & *Helvetiæ* tractum, nec non *Comitatum Burgundiæ*, aliaque nonnulla continebat) regnum exortum, auctore RVDOLPHO I. qui terris iſtis inter Juram & Alpes Peninas occupatis, *Regem* ſe appellari

II. v. REGINO *Chron. L. II.* ad a. 877. 879. qui teſtatur, Boſonem *in Regem ſuper Burgundiæ regnum inunctum.* SIGEB. a. 876 880. SCHVRZFL. l. c. *Cap. VI. §. 3 not. d.*) ubi *Arelatenſis* regni denominationem recentiorem eſſe obſervat. Dn. de LVDEWIG l. c. *p. 507. ſqq.* & *p 511. 512.* ubi, BOSONEM in concilio *Matalenſi*, cum *formulam regnandi præſcriptam ſe obſervaturum ſumma religione*, promiſiſſet, ſuffragio ordinum electum atque unctum fuiſſe, commemorat; quamvis, jam tum duplex & *Arelatenſis Provinciæ* & *Burgundiæ* regnum extitiſſe, ac ſub BOSONE conjunctum fuiſſe, exiſtimet.

III. v REGINO *L. II.* a 888 HERM. CONTRACT. a. 894. *Annal Franc* FVLD ad a 888 SCHVRZFL. l. c. COCCEJ. *J. P. C. V. S. II. §. 23.*

pellari fecit, atque ARNULPHI Imp. permiſſu, poſt varia bella regnum firmavit.

IV. Huic regno mox inſignis Burgundiæ *inferioris* pars acceſſit, atque adeo utrumque regnum unitum eſt: ſiquidem *BOSONI* ſucceſſerat LUDOVICUS BOSONIDES, qui captus mortuusque impuberem filium CAROLUM CONSTANTINUM ſucceſſorem reliquerat. Sed hujus tutor *HUGO*, qui cum *RUDOLPHO II.* de Italiæ regno contendebat, æmulo *provinciam* Arelatenſem aliasque pupilli terras cedebat, ut ille ſibi Italiam cederet: unde *CAROLUS* Regis nomen cum *Ducis* titulo, ut videtur, commutavit,

IV. v. LUITPRAND. *L. III. C. 13.* CONRING. de *Fin. J. C. XII.* §. 9. GUILLIMANN. *Helvet. L. II. C. 13. Orig. Habsp. L. IV.* p. 108. SCHURZFL. l. c. § 3. *not. d.*) *n. 23 24 25.* COCCEJ. l. c. SCHWEDER. *Theatr. Prat. L. I. C. 14.* v. Dn. de LUDEWIG l. c. p 512. 513 514. ubi, LUDOVICUM itid. ab Epiſcopis & Primoribus *Regem* ſucceſſorem in *Arelatenſi & Burgundiæ* regno ſucceſſorem electum, ſed & Regem *Italiæ*, Italorum voluntatibus, contra Berengarium, creatum, ab hoc vero circumventum, ac luminibus privatum, regnum quoque ipſius mox perfidia *Hugonis*, qui filio ipſius impuberi tutorem ſe obtruſerat, diſſipatum fuiſſe, obſervat.

* Nota, 1) ARNULPHO Imperatori jam LUDOVICUM Regem Arelatenſem ſpoſpondiſſe clientelam

mutavit, *RVDOLPHVS* vero cum ſucceſſoribus *Reges Provinciæ*, ac poſtea etiam *Arelatenſes*, ut ferunt, ſalutari cœperunt.

V. Mortuo *RVDOLPHO II.* & relicto filio impubere CONRADO, cum *LVDOVICVS IV.* Rex Galliæ Burgundiæ regnum invadere vellet, OTTO M. Imp. CONRADVM cum regno in ſuam ſuſcepit tutelam ac po-teſtatem, atque ad juris beneficiarii leges redegit.

VI. Hujus filius RVDOLPHVS III. *ignavus*, improles, regnum ſororis filio, *HENRICO II.* Imp. eoque præmortuo CONRADO

lam; eundemque id egiſſe, ut alterum *Burgundiæ Transjurana* regnum pariter haberet nexu fiduciario ſibi addictum: 2) maximam quoque *Burgundiæ* regni, cum *Arelato* uniti, tunc fuiſſe amplitudinem, in Galliam, Helvetiam Alemanniamque protenſam, obſervante eodem Dno de LVDEWIG l. c. p. 514. 515.

V. v. WITTICHIND. *Annal. L. II.* p. 649 ibi: OTTO *abiit Burgundiam, Regem cum regno in ſuam accepit poteſtatem.* CONRING. l. c. §. 12. SCHVRZFL. l. c. in f. COCCEJ. §. 24. SCHWEDER. l. c. Dn. de LVDEWIG p. 516. ubi notat, CVNRADVM initio OTTONI M. recuſaſſe clientelam, ſed Imperatorem eum viciſſe, & captivum tenuiſſe, usque dum reciperet Burgundiæ regnum, fiduciario nexu.

VI. v. WIPPO *in vita Conradi* apud Piſtor. p. 438.

SIGE-

RADO II. ejusque filio HENRICO III. mortis cauſſa addixit, atque Sacramento firmavit: quod & poſt mortem *Rudolphi* contra *Odonem* aliosque ſibi vindicavit CONRADVS, atque coronam ejus nomine A. 1033. ſolenni ritu ſuſcepit. Quamvis nulla inſtitutione aut donatione fuiſſet opus; quod *regnum clientelare*, extincta prole maſcula, fiduciaria lege, Germanico obveniret Imperio.

VII. Hoc pacto igitur Regnum *BVRGVNDICVM* ſeu *ARELATENSE* antea jure duntaxat fiduciario *GERMANIÆ Regno* obnoxium, atque hoc nomine a CAROLO *Craſſo*, ARNVLPHO & OTTONE M. vindicatum, jam pleniori jure eidem ita illigatum eſt, ut uno eodemque ſupremo Imperio regeretur & firmo perpetuoque *clientelæ* & *ſubjectionis* nexu ei obligaretur, ceterum proprio jure uteretur, ac ſeparatam regni formam retineret, nec jure Civitatis Germanicæ cenſeretur, quippe quod nonnulli duntaxat Burgundiæ Status demum conſequuti ſunt.

VIII. Cum

SIGEBERT. a. 1034 CONRING l. c. SCHWEDER. l. c. Dn. de LVDEWIG. l. c. p. 517. ſqq. STRVV. *S. J. Publ. Cap IV. §. 3.*

VII. V. SCHVRZFL. l. c. n. *26*. COCCEJ. l. c. §. *25. 26. 34*. STRAVCH. *Diſp. J. P. de R. Arelat*, §. *2*. PFEFFING. *Vitr. ill. L. II. T. II. §. 12.* litt. c. p. 30.

VIII. Cum vero hoc Regnum, dehinc in varias provincias ſciſſum, per *Archi-Epiſcopos*, & *Epiſcopos*, *Duces* & *Comites* regeretur, Imperatoribus clientelari jure devin-

VIII. v. OTTO FRISING. *C. 29.* RADEVIC. *de Geſt. Frid. L. I C. II.* ibi: *His ita geſtis, Fridericus ad ordinanda Imperii negotia in Regno Burgundiæ animum intendit -- Stephanus Viennenſis Archi-Epiſcopus & Archi-Cancellarius de Burgundia, & Eraclius AEpiſcopus & Primas Lugdunenſis, & Odo valent. Epiſcopus & Ganfredus Avincanenſis, & Silvio magnus* Princeps & præpotens de Claria, tunc ad Curiam venientes, FRIDERICO *FIDELITATEM fecerunt atque HOMINIVM, &* BENEFICIA SVA DE MANV ILLIVS REVERENTER SVSCEPERVNT. *Arelatenſis autem Aepiſcopus & alii omnes Aepiſcopi, Primates & Nobiles, veniſſent, idemque feciſſent, niſi mora Principem adeundi cor pendioſæ brevitatis præſtitiſſet impedimentum. Miſſis tamen per honeſtos valde & induſtrios nuncios, literis, OMNIMODAM SVBJECTIONEM & DEBITAM FIDELITATEM IMPERIO ROM. compromiſerunt* COCCEJ. l. c. §. 25. PFEFFING. l. c. *L. I. Tit. V.* ſub *Friderico Barb.* STRVV. l c. §. 5. Dn. de LVDEWIG l. c. p. 521. ſqq ubi ſatis luculenta ſupremi Imperii in regnum Burgundicum & Arelatenſe ab Imperatoribus hujus ævi exercita documenta affert: ſpeciminis loco ſit, quod FRIDERICVS I ſibi ipſe ſolenni ritu, præſentibus Antiſtitibus & Pro-ceribus

devincto: hi in turbis HENRICI IV. & V. Imperio ſe ſubducere conati, ſed a LOTHARIO II. & FRIDERICO I. inprimis in ordinem redacti, ac fidelitatis ſacramento Imperio denuo obſtricti ſunt.

IX. Eadem

---

ceribus regni, regale impoſuit diadema; ſed & *annua* ordinibus regni, Imperio Germanico præſtanda, indixit *tributa*; præterea Viennenſem Æpiſcopum *Burgundici regni* conſtituit *Archi-Cancellarium*; Lugdunenſem quoque *Regalibus* donavit, intra & extra civitatem; eundemque Burgundiæ appellavit *Archipalatinum* & *Conſilii Auguſtalis* Principem, imo Arelati & Burgundiæ *Primatem*; denique in immunitate eccleſiis indulta, *Ducibus*, *Marchionibus*, *Comitibus* & *Dominis* quibuscunque, ſub gravi mandavit multa, ne illam violarent. Idemque p. 528. ſqq. ubi paria fere a FRIDERICO II. edita memorat ſpecimina Add. Dn. de LUDEWIG l. c. ad HORN. p 528 & ſeqq. ubi, in FRIDERICO II. ſingularia plura, notat, occurrere, unde poſſit intelligi illius Cæſaris in *Arelati* & *Burgundiæ* regnum ſummatum: nimirum titulum, Ρὴξ ἀρελατένσις nominibus ſuis adjectum; regni *Arelatenſis Vicarium* nominatum Principem *Arauſionenſem*; *Academiam* in urbe *Arauſienſi* civitate conditam; *regalia* Archiepiſcopo *Arelatenſi* indulta; Arelatum dictum *S. R. I. Archiſolium*; populum alii nulli, quam Imperatori Germanico, ejusque ſucceſſoribus, ſubeſſe juſſum; denique *Burgundiæ*

Duces

IX. Eadem Imperii jura in iſtud Regnum vindicavit RVDOLPHVS I. quippe qui non ſolum Comites Burgundiæ, reverentiam ab Interregni tempore exuentes, ad officium

Q 5 reduxit,

Duces, Marchiones, rectores, capitaneos, vicecomites, data privilegia violare, pœna propoſita Librarum auri. Conf Dn. LVDEWIG. l. c. p. 531. ubi ſequentia ſupremi Imperii in Burgundia adjecit argumenta, ſub RVDOLPHO I. Imp. extantia: inprimis quod Burgundiæ ordines dehortatus ſit, ne Germanico Imperio, deficiendo ad Gallos, fallerent fidem, imo Burgundiæ comitem & ducem ideo imperierit bello; ac *Fideles Burgundiæ* ad *Comitia Imperii* vocaverit Francofurtum, ut ſtatum Burgundiæ latius poſſet experiri; jus *primariarum precum* in Burgundiæ Eccleſiis exercuerit; quod in *Provincia* ducatu, orta inter filias RAIMVNDI BERENGARII contentione de ſucceſſione Imperator Judex fuerit agnitus; deinde ſucceſſor declaratus, *Provinciæ* ducatum & comitatum *Folkarnerium* ſub lege *fiduciarii* erga Imperium nexus ſuſceperit ab eodem Imperatore, juraveritque ipſi fidem clientelarem.

IX. v. *Sim. Frid.* HAHNII *diſſertatio de Juſtis Burgundici novi, vel Arelatenſis, Regni, limitibus, & derelictione ejus, Rudolpho I. Habsp. Rom. R. perperam adſcripta Cap. III.* Dn. de LVDEWIG l. c. p. 531. ubi plura, eaque ſingularia, a RVDOLPHO ſummi imperii in Regno Burgundico exercita extant argumenta. Quod idem ritu

etiam

reduxit, atque in fidem recepit, ſed & Archi-Epiſco um Treviren em *Archi Cancellarium Imperii per Regnum Arelatenſe* conſtituit.

X. Neque adeo vel ipſe RVDOLPHVS I. vel ALBERTVS I. vel HENRICVS VII. vel inprimis CAROLVS IV. Imperii jura in Regnum Arelatenſe vel alienarunt vel dereliqué-

etiam clientelari inauguravit a. 1284. DELPHINVM Robertum; itemque Johannem *Cabillonium* Novi caſtri Principem initiavit *S. R. I. Vaſallum clientem* ac ſubditum Imperii, ſcripſitque ei codicillos.

X. v. LIMN. *J P L. I C. 9. & Addit. T. II* CONRING. *L II C. 24* BOECLER *N. J. L. II. C. 2.* p. m 53. SCHVRZFL. Diſſ *Quod Carolus IV. Aug. non diſſipaverit Imperii patrimonium quoad Reg um Arelatenſe § XV ſq* COCCEJ. *§. 25. 26. 27.* TITIVS *J Publ. L I. C. VIII. §. 34. ſqq.* C. H. SCHWEDER. l. c. p. 35 STRVV. *§. 6.* BRVNNEMANN. *J Prud. Publ. L. I C VIII. §. 34. Diſſ III. §. 23.* HAHNII Diſſ. laud. *C II. § 4. not. d)* & *C. III.* contra BODINVM de *Republ L. I C. IX* PVTEANVM s DV PVIS *Tr. des Droits de France ſur pluſieurs Etats.* p. 343 ſqq CASSANVM *Recherches des droits du Roi de Fr.* p 773. VIGNIERIVM *Bibliotb. hiſt. P. III. p. 423.* aliosque Gallos, diſputantes.

* In LVDOVICO IV. Bavaro illud ſingulare, quod *novum* in Burgundia *regnum Vienna* conſtituit, atque *Dalphino* duci, HVMBERTO *Viennenſe* terri-

liquerunt, quin varios ſupremi Imperii actus in eodem exercuerunt, præſertim CAROLVS IV. qui & coronam ejus denuo ſuſcepit, & *Vicarium* regni *Delphinum*, ſicut poſtea RVPERTVS filium ſuum creavit.

XI. Quemadmodum igitur generalis totius regni in Gallos translatio merum figmentum eſt; ita nec in partes, quæ avulſæ ſunt, præter dominium utile quidquam in poſſeſſores tranſiiſſe cenſendum eſt: ut adeo, ſi jure, non vi, contendatur, certum ſit, Jus Germaniæ in Regnum Arelatenſe, quod ſemel fuit, integrum eſſe, donec juſta exemtio doceatur.

XII.

territorium, in Regni formam converſum, ſub nexu tamen fiduciario erga Germanicum Imperium; quodque a Philippo Valeſio Galliarum Rege ſollicitatus fuerit, ut filium ipſius *Dalphinatus* ſcriptum heredem *Arelatenſium* ac *Viennenſium* appellaret Regem. v. Dn. de LVDEWIG. p. 541 ſqq.

XI. v. CONRING. l. c. *C. XXIV. XXV.* COCCEI. l. c. §. *27.* KNESEBECK. *Prodrom. J. Publ.* TITIVS l. c. conf. THVAN. *Hiſt. L. II. p. 41.* ubi memoriam priſtinæ jurisdictionis per diſtincta Imperii & Regni nomina in his oris ſervari docet. Dn. de LVDEWIG l. c. p. 551. ſqq.

* Dicendum de Abbatis de LONGERVE *Deſcriptione Hiſtorica & Geograph. Franciæ* Gallice ſcripta ejusque pari cum *Petri* SAXII PONTIFICIO

ARE-

XII. Regnum hoc, cum integrum perſiſteret, his fere limitibus deſcriptum eſt: ab urbe *Baſilea* per magnam *Helvetiæ* partem, utpote *Baſileenſem*, *Solodurenſem*, *Freyburgenſem* & *Bernenſem* pagos; usque ad *Vrſam* flumen, per *Valleſiam* quoque, excluſa tamen *Rhætia*, protenſum; verſus *Galliam* ad *Rhodanum* ab hoc ad inacceſſa *Alpium* juga, & tractum *Pedemontanum* porrectum; a *Lotharingiæ* Ducatu per *Romarici montem* & *Voſagum*, ab *Alſatia* denique iterum per Voſagum diſterminatum eſt.

XIII. Uti vero ſeptem olim provinciis conſtitit idem regnum; ſcilicet *Provincia*, *Delphinatu*, *Galliæ Lugdunenſis* & *Ducatus Burgundici* parte, *Comitatu Burgundico*, & *Sabaudia*, magnaque *Helvetiæ* parte: ita deinceps quoque in varia diſtractum eſt dominia.

XIV. *PROVINCIÆ* Comitatus, ubi palmaria Regni ſedes fuit, haud dubie cum ipſo

ARELATENSI fato, item de MAXIMILIANI I. conſilio *Arelatum* cum aliis Imperii provinciis vindicandi.

XII. v. HAHNII Diſſ cit. *Cap. I.*

XIII. v. *Theod.* a NIEM. de *privil. & Jurib. Imp. circa inveſtit. Epiſcop.* ap. SCHARD p. 261. COCCEJ. §. 29. HAHN l. c. *Cap. II. §. IV. p.* 40 ſqq.

XIV. v. HAHNII Diſſ laud. *C. II.* §. 4. *n. b.*) p. 47. ubi notat, CONRADUM III. Imp. *Raymundo* AEpiſ-

Digitized by Google

ipſo regno Germanorum Imperio accrevit, atque ad finem Seculi XIV. nemine refragante, eidem ſubjectus manſit; ſicut & ordines illius omnia ſua jura munificentiæ Cæſarum accepta tulerunt.

XV. Et licet Comites Provinciæ ſe ipſos eximere conati fuerint, ac deinceps RENATUS Comes Regni Galliæ Comitatum, conſentiente ALBERTO I. Imp. dona erit, tamen plus juris Regi Galliæ non potuit acquiri, quam ipſe Comes habuit, ſcilicet fiduciarium.

XVI. Eadem eſt ratio *DALPHINATUS*, ab

AEpiſcopo Arelatenſi *omnia ſua regalia in totius AEpiſcopatus diœceſi, juſtitias nimirum, monetas, Judæos, ſalinarum ſtagna, & jurisdictionem poſt Regem conceſſiſſe* item *Raymundum* Provinciæ Comitem FRIDERICO I. Imp. *juraſſe fidelitatem & hominium feciſſe* ex Diplomate apud P. de MARCA *de Marca Hiſp.* p. 1331. & ex CLEMENTIS VII. Bulla d. a. 1380. ap. LEIBNIT. *Cod. Dipl. P. I n.* 105. Ubi, *Comitatum provinciæ & Torcalquerii ab Imperio teneri in feudum* adhuc aſſeritur. conf ſupra ad § *IX.* alleg. Dn. de LUDEWIG.

XV. v. BODIN. *de Rep L. I C. IX* p 164 GUICCIARD *Hiſt L. I.* p 14 SLEIDAN *L. I. p.* 23. CONRING. l c C XXIV. COCCEJ. §. 27. SCHWEDER. *Th. Pract L I. C. XV.*

XVI. v. LUDOVICI IV. Diploma d. a. 1337. ibi ad Hum-

ab *Humberto* in Gallos ea lege translati, ut primogenitus Regis *Dalphinus* vocaretur: cujus translationis confirmationem PHILIPPVS VALESIVS a LVDOVICO Imp. obtinere non potuit, ſicut nec ea, niſi ſalvo Imperii jure, facta exiſtimanda eſt.

XVII. Quamvis autem poſtea Reges Galliæ pleno jure has regiones poſſidere cœperint: tamen a MAXIMILIANO I. & CAROLO V. adhuc contradictum, hodieque vel ſolus Archicancellarius per Regnum Arelatenſe pro juribus Imperii interpellare videtur, quamvis hactenus pro iis vindicandis nihil magnopere ſuſceptum ſit.

XVIII. *AVENIONENSIS* & *VENATSINVS* Comitatus, qui *provinciæ* olim partes fuerant, in Papam quidem, quod ad dominium utile, translati ſunt, ſed Imperii jura ſalva manſerunt, licet Papa neque hic ea amplius agnoſcere videatur.

XIX.

Humbertum: *ſub fidei debito, quo nobis & Imperio ligaris, & adſtringeris, tuorumque feudorum ab Imperio dependentium obtentu &c.* & Regis Galliæ Diploma ap. LEIBNIT. p. 175. ibi: n' eſt pas l' entente de nous Roi de France, ni Dauphin, qu' aucune prejudice ſoit fait aux droits de l' Empire. HAHN. l. c. *not. c)* p. 48. conf. ſupra not. ad §. *X.*

XVII. v. CONRING. l. c TITIVS l. c. §. 40. SCHWEDER l c *Cap. XVI.* HAHN l c.

XVIII. v. CONRING. *C. XXV.* SCHWEDER. l. c. *C. XVIII.*

XIX. Principatus *ARAVSIONENSIS*, qui olim indubium Imperii feudum fuit, primo immediate, deinceps intermedio Comite provinciæ, eidem obnoxium, poſtea pactione Madritiana plenam libertatem intuitu quidem Regis Galliæ, veluti Comitis Provinciæ, obtinuit; an vero & intuitu Imperii, dubium; ſaltem ſupremum dominium Principes hactenus ſibi aſſeruerunt.

XX. Porro & Galliæ *LVGDVNENSIS* pars ad Rhodanum usque Regno Burgundico novo adſcripta fuit, cujus Primates etiam Cæſaribus *fidelitatem fecerunt* & *hominium, beneficiaque ſua de Cæſarea manu reverenter ſuſceperunt*: ſed poſtea Galliæ reliquæ acceſſit, ſalvo haud dubie Imperii jure, quod tamen Galli hodie neutiquam agnoſcunt.

XXI. Nec minus *BVRGVNDIÆ* Ducatus *nobile* olim *Regni* Burgundici novi mem-

XIX. v. CONRING. l. c. SCHWEDER. l. c. *C XVII.* conf. Dn. de LVDEWIG *Arauſio ſupremo Domino vindicata.*

* Not. in Ultrajectina Pace *Auriaca* Regi Galliæ a Boruſſiæ Rege conceſſa. Dn. de LVDEWIG l. c. §. *15.* p. 575.

XX. v. OTTO FRISING. *Chron. L. VI. C. XXXI.* RADEVIC. de *Reb. geſt. Frid. I. L. I. C. XI.* HAHN l. c. d) p. 49.

XXI. v. PARADIN. *Annal. Burgund. L. I. p. 143.* CHIFFLET. *Lumin. Sal. ad Vindic. Hiſp. XII.* p. 288.

Digitized by Google

membrum fuit, a CONRADO II. etiam hoc nomine vindicatum; ſicut & luculenta ſupremi Imperii in Burgundiæ Duces a Cæſaribus, cumprimis FRIDERICO I. & CAROLO IV. exerciti exſtant documenta: quamvis ad Galliæ Reges devolutus Ducatus, Regii ſanguinis Principibus ſubinde conceſſus, ac tandem pleno jure ab iisdem Regibus occupatus fuerit.

XXII. *BVRGVNDIÆ* quoque *Comitatus* indubia Regni Burgundici pars, *Burgundia Superior vel Minor* itemque Imperialis, olim appellata, juxta cum Principatu Cabilonenſi, indubium Imperii feudum fuit, ab Hiſpanis quoque hoc nomine poſſeſſum, atque ab Imperio recognitum, poſtea vero per pacem *Noviomagenſem* ad *Gallos* pleno jure translatum. Archi Epiſcopus vero *Veſontinus* adhuc inter Imperii Status refertur.

XXIII. *SABAVDIÆ* Comites olim Burgundiæ Regum officiales & Præfecti fuerunt ex

p. 288. & 90 ibique Diplomat. *Regg. Gall.* verba: *non ratione Coronæ noſtræ ſed jure proximitatis* &c. FRIDERICI I. Dipl. ap. FREHER *T. I.* p. 309. ubi *Divionenſem* ſeu Burgundicum *Ducem dilectum & Imperio obligatum* vocat; & CAROLI IV. ap. LVNIG *Archiv. Imp. Vol. III. Sect. II. n. 236.* p. 563. quo venia ætatis Philippo Burgundo conceſſa. HAHN l. c. not. d) p. 52.

XXII. v. CONRING. *C. XXV* ITTER. de *Feud. Imp. C. VI.* §. 4. 5. HAHN l. c. p. 53. 54.

ex quibus AMADEVS III. ab HENRICO V. Comes Imperii, AMADEVS vero VIII. a SIGISMVNDO Dux creatus, de Sabaudiæ terris in Ducatum converſis inveſtitus eſt: unde Duces Sabaudiæ juris Germanici facti, ſuffragium in Comitiis obtinuere, atque adhuc Statibus & Vaſallis Imp. annumerantur, licet nulli Circulo ſint adſcripti.

XXIV. *HELVETIORVM* Pagi, qui magna ex parte olim ad Burgundicum Regnum, ex parte vero ad Alemanniam ſpectarunt, licet jam interregni tempore *liberi populi*, h. e. ab Epiſcoporum & Monaſteriorum poteſtate, vel a Principum & Comitum jurisdictione, exempti, appellati fuerint, tamen ſatis diu Imperii Majeſtatem ejusque Præfectos agnoverunt, & FRIDERICO III. Imperante adhuc non ſolum ad ferenda Imperii onera adacti, ſed etiam ſemetipſi Imperii membra profeſſi ſunt.

R XXV. Et

XXIII. v. GVICHENON *Hiſt General. de Savoye. L. II. C I VII. XXV.* FABRI *Staats - Cantzeley T. VI.* p. 631. ubi ſententia adverſus Ducem ob feloniam a LEOPOLDO Imp. lata. STRVV. l. c. § 8 ITTER. l. c. § *17. 18.* MONZAMB. *C. II.* §. *9.* COCCEJ. l. c. §. *35.* Dn. de LVDEWIG ad HORN § *9.* p 548.

XXIV. XXV. XXVI. v CONRING. de *Fin J. C. XXV.* SIMLER *von der Eydgenoſſenſchafft.* p. 10. 22. 41. ſeq. p. 66. 70. 71. GOLDAST. Epiſt. Dedic.

XXV. Et quamvis jam ALBERTI I. temporibus inſolentiæ præfectorum pertæſi, fœdera libertatis tuendæ cauſſa pangere cœperint: tamen hæc non ad omnimodam ab Imperio ſeceſſionem faciendam ſpectarunt, quin ab Imperatoribus, inprimis LVDOVICO Bavaro, a quo & Præfectos adhuc acceperunt, confirmata ſunt.

XXVI. Sed a MAXIMILIANO I. pleniorem libertatem impetrarunt; exemtionem ſcil. a Judicio aulico, Camerali & Rothwilenſi, libertatem fœderationum, & immunitatem ab omnibus oneribus Imperii realibus: quorum privilegiorum confirmationem cum in Pacificatione Weſtphalica peterent, *plenam libertatem* & *exemtionem ab Imperio*, præter ſpem forte, obtinuerunt; qua, nec Cæſare contradicente, hodieque fruuntur.

XXVII. Principatus etiam *NOVI CASTRI* olim Burgundici regni pars & feudum Impe-

Dedic. præmiſſa *den Reichshandlungen*. LIMN. *J. P. L. I. C IX. n 35* INSTRVM. *P. Oſnabr. art. VI.* BVRGOLD *ad Inſtr. P. Part. II. Diſc. 21.* Dn. de LVDEWIG ad HORN. §. *18*. p. 594. ſqq. FVRSTENER de *Suprem.* C. XXXII. HORN. J P Cap. IV. §. 18. 19: STRVV. l. c. §. *7*. BRVNNEM l c. § 15.

XXVII. v. Dn. de LVDEWIG *Preuſſiſch Neuburg.* P. I. §. 1. 2. 3. 5. 7. 25. & *Sing. J. Publ.* §. *15*. p. 576.

Imperii fuit, a RVDOLPHO I. *Cabilonenſibus*, & ab his *Rolino*, deinceps *Conrado Freiburgenſi* conceſſum; qui cum fœdus cum Bernenſibus iniiſſet, poſtea a *Rudolpho Hochbergenſi* renovatum. Jure civitatis Helveticæ uſi Novi Caſtri Domini, & cum Helvetiis plenam libertatem adepti ſunt.

XXVIII. Eadem libertate Civitas *GENEVENSIS*, inter Civitates Imperii olim numerata, gaudet, ex quo in fœderis Helvetici conſortium admiſſa eſt.

XXIX. *MONTIS BELICARDI* Comitatus inter reliquias regni Arelatenſis æque referendus eſt, cujus Comes *Reginbaldus* ad Gallos cum aliis defecturus a RVDOLPHO I. Imp. regionem 8000. Marc. argenti redemtam novo beneficio accipere coactus eſt: a quo tempore hic Comitatus, ad *Wurtenbergicos* uxorio jure delatus, feudum Imperii manſit, ſed juris Germanici haud factus, neque ulli Circulo adſcriptus eſt.

576 ſqq. Dn. GVNDLING *Hiſtoriſche Nachricht von* Neufchatell. §. 5. 3. 11. 19. ubi inſtrumenta fœderis, *Combourgeoiſie* vocati, ex LEIBNIT. C. D P. II. HAHN. l. c. Cap. III. §. 1. not. c)

XXVIII. v. CONRING. l. c. C. XXV. SCHWEDER. *Theat. Prat.* L. I. C. 11. TITIVS l. c. §. 45.

XXIX. v *Gerhard* de ROO *Annal Auſtr.* L. 1. p. 49. STRVV. l. c. §. 9. HAHN. l. c. not. b)

XXX. Succeſſu temporis magna *Burgundici*, æque ac *Lotharingici*, Regni pars, varios Ducatus & Comitatus, & inter hos, Belgicas provincias plerasque complexa, ad *Burgundiæ Duces*, & ab his, extincto CAROLO *Audace*, per nuptias heredis Burgundicæ, excepto *Burgundiæ Ducatu*, a Gallis vindicato, ad MAXIMILIANVM I. perque hunc ad *Auſtriacos*, & per CAROLVM V. ad *Hiſpanos* pervenit.

XXXI Horum vero Imperatorum auſpiciis effectum eſt, ut omnes hæ terræ, novo titulo Germanis acquiſitæ, per ſpecialem tranſactionem in peculiarem Circulum, *Burgundicum* appellatum, jungerentur, jurisque Germanici eſſent, atque adeo ſuffragio in Comitiis, & protectione Imperii, gauderent, atque ad onera Imperii, quantum duo Electores, conferrent: quo in ſtatu adhuc *Belgii Hiſpanico-Auſtriaci* provinciæ, avulſis licet ceteris, perdurant.

* * *

XXXII.

XXX. XXXI. v. LIMN. J. P. L V. C. II. n. 50. COCCEJ C V S. II. §. 31. 32. 35 STRAVCH. Diſſ. J. Publ Diſſ. I. §. 2. INSTR. *P. Monaſt.* §. III. Conf. ſupra Cap IV. § 17-18.

* Dicendum de Gallis, jus Civitatis Germanicæ Burgundicarum provinciarum, quas poſſident, nomine, petentibus. v. FRITSCH *Elect. J. Publ.* P. I. C. XII. BRVNNEM. l. c. §. 27.

XXXII. *ALSATIA*, quæ vulgo ad *Burgundiæ*, rectius *Germaniæ* Regnum refertur, aliquando *Auſtraſiæ*, deinceps *Lotharingici* regni, denique *Alemannici* Ducatus portio facta, quippe per tranſactionem *Procaſpidanam* LVDOVICO Germanico relicta, ab eo tempore juris Germanici ſemper reputata fuit.

XXXIII. At ſuperiori ſeculo *Alſatiæ Landgraviatus* uterque, una cum *Præfectura Provinciali* in decem Civitates Imperii, ſalva tamen harum immedietate, nec non *Briſaco* & *Suntgovia*, ex decreto Cæſaris & Imperii, per pacem *Weſtphalicam*, in *Gallos* pleniſſimo jure, quantum Auſtriacis competierat, translatus eſt; quod pace *Noviomagenſi* denuo firmatum.

XXXIV. Cum vero Rex Galliæ, vi hujus ceſſionis, non ſolum ſtatim poſt Pacem

R 3 Mona-

XXXII. v. MABILLON. de *Re Diplom* L. IV. n. VIII. p. 248. DITMAR. *Merſeb. Annal* L. V. p. 367. OBRECHT *Prodrom. Rer. Alſat*. Cap. V. & VI. HAHN. Diſſ. cit. Cap. II. §. 1. not. d) p. 17. ſqq. ubi *Argentinam* primo ſplendidum *Lotharingici regni Palatium*, poſtea vero *Alemannici ſeu Suevici Ducatus Metropolin* fuiſſe, obſervat.

XXXIII. v. INSTR. P. MONAST. §. Tertio Imperator &c. CONRING. de F. I. C. XXIV. PFANNER. *Hiſt. P. Weſtph.* L. 3. FORSTNERI *Epiſt* paſſim.

XXXIV. v. OBRECHT. *Prodr. R. Alſ.* C. VIII. & XIII.

Monaſterienſem *ſupremum imperium* in univerſam Alſatiam ceſſam ſibi arrogaſſet, contradicente licet Imperio, ſed etiam poſt pacem Noviomagenſem, conſtitutis *Reunionum Cameris*, uti *Lotharingiæ*, ita & *Alſatiæ* ditiones reliquas ſibi denuo vindicaſſet, atque vel vi vel dolo occupaſſet: per *Pacem Ryſvicenſem* omnis *Alſatia*, & cum hac *Argentina* quoque, reſtitutis tantum *Briſaco* & *Friburgo* Auſtriacis, Gallo relicta eſt.

Cap. XVII.

XIII. KVLPIS ad *Monzamb*. C. II. §. 1. p. 81. 82. 83. 84. ubi in *Parlamento Briſacenſi*, pro prætenſa reunione ditionum Alſatiæ utriusque, nominatim contra *Epiſcopum Argentoratenſem*, *Duces Palatinos Rheni*, *Veldentianum* & *Birckenfeldenſem*, *Marchionem Badenſem*, *Principem Vaudemontium*, *Comites Hanovicos* & *Liningenſes*; item contra *Baronem Fleckenſteinium*, *Civitatem Argentinenſem*, ac denique *ordinem Equeſtrem inferioris Alſatiæ*, pronunciatum fuiſſe, memorat. & p. 85. ſeqq. ubi Acta Comitialia hac de re. conf. INSTR. P. RYSVIC. art. IV. & XVI. HORN. l. c. §. 17. PFEFFING. Vitr. ill. L. II. T. VI. §. 10. b) ibique Acta publ. EVROP. HEROLD. P. I. Sect. IV. C. VIII. p. 978. Dn. de LVDEWIG ad HORN. §. 17 *p. 585. ſqq.* & p. 569. ſqq. ubi de Tribunalibus Regis Galliæ Recuperatoriis ſive *Reunionum Cameris*.

* Dicendum de cauſſis arcanis relictæ Argentinæ.

Cap. XVII.

De ACCESSORIIS REGNI GERMANICI TRANS-EIDORANIS, CIS- ET TRANS-VISTVLANIS, NEC NON CIS- ET TRANS-DANVBIANIS.

§. I.

Trans Eidoram Germaniæ primum ſub HENRICO *Aucupe SLESVICVM*, deinde ſub OTTONE M. DANIA quoque acceſſit, quam Reges ejus ab Imperatoribus in *feudum* recipere coacti ſunt; cujus rei ſub LOTHARIO II. adhuc & FRIDERICO I. luculenta extant documenta.

II. Sed jam eidem FRIDERICO I. Imp. hominium denegare cœperunt, atque ab eo tempore, una cum *SLESVICENSI* Ducatu, in *libertatem* ſe aſſeruerunt, eandemque conſtanter ſervarunt, Germania inter turbas ſuas nullam ejus curam gerente; ut adeo hodie Regnum *ſui juris*, extra Germaniam collocatum, Dania merito cenſenda ſit.

III. Cis & trans *Viſtulam* Germaniæ acceſſit POLONIA, magna Slavorum provincia,

§. I. v. ADAM. BREM. L. I. C. 48. L. II. C. 2. SAXO GRAMM. L. XIV. p. 244. OTTO FRIS. L. II. C. 5.
II. v. ARNOLD. LVBEC. L. III. C. 2. CONRING. l. c. C. 14. 15.

vincia, *Poloniam majorem* inprimis, *minoremque*, *Maſoviam* & *Sileſiam*, complexa, quæ OTTONIS M. ætate Germanorum Imperio *tributaria*, facta, ceterum a propriis *DUCIBUS* gubernata fuit.

IV. Hi licet varios ſæpe motus excitarent, ac frenum morderent, Regiumque titulum ſubinde affectarent: tamen ab Imperatoribus, inprimis HENRICO II. CONRADO II. HENRICO IV. & V. LOTHARIO, CONRADO III. FRIDERICO I. & II. in ordinem redacti, tributum iisdem ſolverunt; Polonis licet illud negantibus.

V. Sed

III. v. DITHMAR. Chron. L. II. p. 22. 25. 36. HELMOLD. *Chron. Slav.* L. I. C. 1. 2. CONRING. de *Finib. Imp.* Lib. 1. C. XVIII. §. 2. G. SCHWEDER. *J. Publ. P. Gen.* C. IV. §. 28. C. H. SCHWEDER. *Theatr. Pratenſ.* L. I. C. 33.

IV. (a) v. DITHMAR. L. IV. p. 11. MARIANUS SCOTUS ad A. 1004. WIPPO in *Vita Conradi Sal.* A. 1025. 1032. LAMBERT. SCHAFN. a. 1077. OTTO FRISING. Chron L. VII. C. 19. L. VI. C. 28. RADEVICUS L. I. C. 3. 4 5. HELMOLD. L. I. C. 1. ibi: *Servit ipſa* (Polonia) *ſicut Bohemia, ſub tributo Imperatoriæ Majeſtati.* C. H. SCHWEDER. *Th. Prat.* l. c. COCCEJ. C. III. Sect. IV. §. 57.

(b) v. SCHULZII Tr. de *Polonia nunquam tributaria.* MARINIUS de *Scopo Reip. Polon.* C. III. §. 49.

V. Sed ab interregni tempore, auſpiciis PREMISLAI inprimis, in libertatem ſe vindicarunt Poloni, quam nec a CAROLI IV. ævo quisquam Cæſarum in controverſiam vocavit, ſed cum iis, ut cum liberis populis actum, atque adeo Imperii jus in Poloniam tacite derelictum eſt.

VI. *MASOVIA* quoque proprios Duces habuit, Imperio a CONRADI II. tempore obnoxios; ſed, horum familia extincta, Poloniæ plenius innexa, cum eadem Imperio ſubducta eſt.

VII. PORVSSORVM gens libera olim ſuis tantum Ducibus vel Regibus paruit, neque in terras ipſorum quidquam juris Germanis quæſitum prius, quam iſtæ *EQVITVM TEVTONICORVM* virtute, Imperatore & Pontifice indulgentibus, ſubacta fuerunt.

VIII. Scilicet a CONRADO *Maſoviæ* Duce Ordini Teutonico, in auxilium adverſus Poruſſos vocato, non ſolum *Cul-*

R 5 *menſis*

V. v. CONRING. l. c. §. 28. G. SCHWEDER *J. Publ.* l. c. §. 28. C. H. SCHWEDER. *Th. Pratenſ.* l. c. p. m. 73.

VI. v. OTTO FRISING. L. VI. C. 28. CONRING. l. c. Cap. 18. G. SCHWEDER. *J. Publ.* l. c. §. 30.

VII. v. HELMOLDI *Chron. Slav.* L. I. C. I. SCHWEDER. *J. Publ.* l. c. §. 31. GIOV. *Germ. Princ.* L. I. C. 2. p. 528. Dn. de LVDEWIG *Vertheidigtes Preuſsen* Cap. II. §. 1. ſqq.

menſis ditio, ſed & univerſa *Poruſſia*, omnisque terra, quam, Barbaris ſubjugatis, occupaturi eſſent, *pleno jure* ceſſa, (a) atque a FRIDERICO II. Imp. firmata Imperioque addicta eſt (b).

IX. Ut etiam Teutonici Imperii patientiores eſſent Poruſſi, *religio* Chriſtiana igne & ferro introducta, atque aliquot millia *familiarum* e *Germania* in Poruſſiam evocata ſunt.

X. At ne ſic quidem *IMPERIO GERMANICO* prorſus ſubjecta fuiſſe, ſed in clientela quodammodo *POLONORVM* * manſiſſe

VIII. (a) v. *Diploma* CONRADI, cujus verba e LEIBNITII Prodr. Codicis Jur. Gent. Diplom. exhibet *Nova Biblioth Hallenſ.* p. 893. ibi: *Quicquid de perſonis vel bonis omnium Saracenorum -- adipiſci potuerint, cum OMNI & INTEGRO JVRE -- eis conceſſi, cum vera PROPRIETATE & PERFECTO DOMINIO quiete poſſidendum.*

(b) v. *Diploma* FRIDERICI II. ap. GOLDAST. *Conſt. Imp.* Tom. II. p. 78. ibi: *Conceſſionibus, quas de dono terra Ducis praefati, & de Pruſſia conquiſitione petebat, noſtra munificentia privilegio muniremus.* it. *Sancientes, ut nonniſi SS. matri Eccleſia, ac ROM. IMPERIO, quemadmodum alii liberi homines Imp. teneantur.*

IX. v. GIOV. *G. Princ.* L. II. C. 2. p. 529.

X. * v. *Diploma* Reg. Polon. ibi: *Nos verus Dominus*

manſiſſe videtur *Poruſſia*: licet *Equites IMPERII MAJESTATEM* utique colerent, atque poſſeſſiones terrarum, vel a Polonis donatarum, vel Poruſſis ereptarum, ſibi ab Imperatoribus, quibus & ipſi Poloni tributarii erant, confirmari curarent.

XI. Saltim opinio poſtea enata, *jus* quoddam *IMPERIO* in *Poruſſiam* competere, quod & Imperatores ſubinde ſibi aſſeruerunt, ſicut & Ordinis Magiſter aliquando Comitiis Imperii interfuit.

XII. Sed cum nec de fundamento juris ſatis conſtaret, & Poloni contradicerent; Poruſſi

nus & Heres terrarum Poruſſiæ. & Diploma Ordinis, ibi: *cum Regem & Coronam Poloniæ, Ordinis noſtri FUNDATOREM, ac terras prædictas Pruſſiæ --- a corpore & proprietate regni Poloniæ* &c. *priſco noſtro CAPITI*, & *PRIMÆVO CORPORI -- nos reuniendos* &c. c. PRILUSIO a LUDEWIGIO *im Verthaedigten Preuſſen* Cap. II. §. 5. excitata. Fidelitatem quoque Polonis promiſiſſe Equites, colligitur ex verbis: *Et hac omnia Polonis promittimus, ſub pœna amiſſionis bonorum.* v. *Verth. Preuſs.* C. III. §. 2. Add. B. STRUV. *Corp. J. Publ. C. IV.* §. *16.* n. *46.* p. 91. ſqq. ubi Imperatores nonnullos laudat.

XI. v. CONRING. *de Fin. Imp.* L. II. C. 29. RECESS. IMP. d. a. 1500. Tit. *vom Hochmeiſter aus Preuſſen & Reichs-Haendel* pag. 18. ſqq. REC. I. d. a. 1524. C. H. SCHWEDER. *Theat. Prat.* L. I. C. 32. B. STRUV. l. c. p. 92. 93.

Poruſſi etiam onera Imperii detrectarent; in Comitiis quoque Imperii de eodem ſubdubitatum fuit: ſaltim nec feudum Imperii unquam fuit Poruſſia, nec ad Imperii onera quidquam contulit, nec Imp. pagis adſcripta.

XIII. Quicquid vero juris Imperio per Marianos forte quæſitum fuit, illud omne ſaltem a CAROLI V. temporibus una cum juribus ipſius Ordinis expirare cœpit, ubi *pars* Poruſſiæ prorſus in *POLONORVM* ditionem pervenit, *pars* vero *ORDINIS MAGISTRO*, ſub *Ducatus* titulo in *feudum* conceſſa eſt.

XIV. Et licet vindicare jura Imperii conarentur Imperatores, vel mandata adverſus Poruſſos, vel etiam bannum adverſus Ordinis

XII. v REC. I. d. a. 1512. §. *den Hochmeiſter &c.* ibi: *noch nicht wiſſend, ob der Hochmeiſter ſich als ein Glied zum Reich thun wolle, oder nicht.* GOLDAST. de *Regno Bohem.* L. 1. C. XVI. n. 2. f. & L. 4. C. VIII n. 41. B. STRVV. l. c. p. 94.

XIII. v. THVAN. Hiſt. L. I. SLEIDAN. L. V. fin. SCHVRZII *Chron. Pruſſ* L. X. ad a. 1525. & *Privileg. des Hertzogth. Preuſſen* p. 32. GIOV. l. c. p. 531. Add. B. STRVV. l. c. ubi notat, demum factum, ut dum nihil commodi exinde accreſceret Imperio, pro derelicto haberetur.

XIV. v. SLEIDAN. L. VI. p. 185. & L. VIII. p. 211. GOLDAST. *Conſtit. Imp. Tom. II.* p. 210. 241. & *Reichs Haendel* p. 18. ſqq. LIMN. *J. Publ.* L. I. C. IX.

Digitized by Google

Ordinis Magiſtrum, vel Commiſſarios ad lites ipſorum componendos decernendo: tamen & contradictio Polonorum, & *derelictio* Poruſſiæ ipſis obfuit.

XV. Neque etiam poſt ea, quæ a. 1548. in Comitiis Aug. acta ſunt, ab Imperio quidquam pro vindicanda Poruſſia ulterius tentatum, monente licet ſubinde *Ordine Teut.* nec *ſupremo dominio* a *POLONIS* FRIDERICO WILHELMO Electori Brand. per pacta *Velavienſia* conceſſo, nec *Regali Dignitati*, a FRIDERICO adicitæ, contradictum, quin potius utrumque ab Imperatoribus & Imperio expreſſo conſenſu agnitum atque probatum eſt.

XVI. LIVONIA Sec. XIII. navigationis Bremenſis occaſione, hortante INNOCENTIO III. obtentu Religionis, Antiſtitum cura atque Enſiferorum ope, ſubacta, ſummaque rerum tandem inter *ARCHIEPISCOPUM* *Rigen-*

C. IX. §. 24. CONRING. l. c. §. 33. C. H. SCHWEDER. l. c. GIOV. l. c. p. 531.

XV. v. CONRING. l. c. PFANNER. *Hiſt. Comit.* L. IV. §. 33. EVROP. HEROLD. P. II. p. 466. ſq. C. H. SCHWEDER. *Th. Prat.* l. c. p. 68. G. SCHWEDER. J. P. l. c. GIOV. l. c. p. 533. COCCEJ. J. P. C. V. S. I. §. 11.

XVI. v. ARNOLD. LVB. *Chron. Slav.* L. VII. C. 9. INNOCENT. III. *Epiſt.* L. II. Ep. 191. & L. XIII. Ep. 14. edit. Baluz. SCHVRZFL. Diſſ. *de Ord. Enſifer.* §. 1. 2. &c.

Rigenſem ac *ORDINIS MAGISTRUM* diviſa eſt.

XVII. Per hos ſimul Imperio, cui iidem addicti erant, in numerum quoque Principum Eccleſiaſticorum cooptati, jus in Livoniam acquiſitum eſt, per aliquod tempus ſervatum, ac variis ſubinde documentis demonſtratum.

XVIII. Sed cum, inter diſſidia Archi-Epiſcopi & Ordinis Magiſtri, Ruſſi Livoniam invaderent, nec ab Imperio auxilium impetrari poſſet; *CURLANDIA* quidem ac *SEMIGALLIA* KETTLERO ſub Ducatus ac feudi Polonici titulo, *Lettia* vero & *Livonia* in ſpecie *POLONIS*, *Revalia* denique cum tota *Eſthonia SUECIS* ceſſit, quibus & pace Olivenſi reliqua Livonia trans Dunum a Polonis conceſſa eſt

XIX. Quæ omnia, cum videret Imperium, ſed taceret, imo permitteret, ac Livonos deſereret, nec poſtea, ubi occaſio ſeſe obtulerat, pactis Polonorum ac Svecorum

XVII. v. CONRING. de Fin. I. C. XIX. §. 34. SCHURZFL. l. c. §. 8. J. H. BOECLER. de *Jure Imp. in Livon.* C. H. SCHWEDER *Th. Prat.* L. I. C 33. conf. *Diploma* FRIDERICI II. ad §. VII. not. b) allegatum.

XVIII. v. CHYTRAEI Chron. Sax. L. 21. CONRING. l. c. §. 35. ſqq. SCHURZFL. l. c. §. 12. BOECLER. l. c.

XIX. v. AUTORES modo laudatos.

rum intercederet, merito jura ſua in Livoniam tacita derelictione amiſiſſe cenſetur.

XX. Cis & trans Iſtrum PANNONIAM utramque, ſeu HUNGARIAM, finitimaque a Slavis condita *Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, Bulgariæ, Bosniæ, Raſciæ*, regna, CAROLUS M. in ſuam & Imperii clientelam redegit: quæ tamen, ejusdem ſtirpe ad interitum ruente, obſequii jugum iterum excuſſerunt.

XXI. Imo tantum abeſt, ut vel HENRICUS *Auceps*, vel OTTO M. e re habuerint Germanici Imperii, priſtinos recuperandi limites *Pannoniæ*: ut illi potius fines Germaniæ in *Moravia, Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniolaque* terminarent, atque in ſingulis his tractibus peculiares *Marchiones* conſtituerent, qui limites Imp. adverſus *Hungaros* & *Slavos* tuerentur.

XXII. Sola *HUNGARIA* ad obſequium rediit, atque ſub HENRICI II. & III. inprimis auſpiciis Germanorum Imperio non ſolum tributaria facta, ſed & plane ſubjecta fuit.

XXIII.

XX. v. EGINHARDI *Vita Caroli M.* COCCEJ. J. P. Cap. 5. S. I. § 5. WERLHOF. *Notit. Imp.* Cap. II. §. 33. ſq. GIOV. G. Princ. L. I. C. 2. p. 101.

XXI. v. GIOV. l. c.

XXII. v. WIPPO *Vit. Conradi Sal.* Rubr. de Convent. Princ. SIGEB. GEMBLAC. a. 1043. Herm.

Con-

XXIII. At ſub HENRICO IV. eadem rurſus Imperio ſe ſubducere cœpit, quam HENRICVS V. & FRIDERICVS I. fruſtra revocare conati ſunt: & licet FRIDERICVS II. jus Germaniæ in eam, pulſis inde Tartaris, idem tentaret; tamen poſtea jus omne, fatente etiam Imperio, expiravit, atque ad Auſtriacos ſolos ſumma rerum pervenit.

CAP. XVIII.

DE EXEMTIONIBVS TERRITORIORVM IMP. R. G. NEC NON DE JVRE ET VSV PRÆTENSIONVM IMPERII.

§. I.

Ex dictis liquet, *maximis* quidem olim ampliſſimisque *finibus* ſtetiſſe *IMPERIVM ROMANO-GERMANICVM*, quippe tot ac tantis Territoriorum acceſſionibus, a CARO-

Contract. a. 1045. 1047. AVENT. *Annal. Boj.* L. V. f. 321. COCCEJ. l. c. §. 7. GIOV. l. c.

XXIII. v. LAMB. SCHAFN. a. 1074. CONRING. de Fin. I. Cap. 17. COCCEJ. §. 7. 8. 10. REC. IMP. d. a. 1569. §. 60. ibi: *Daſs ſolche Landſchafft dem H. Reich T. N. in nichts verwandt oder zugethan.* BOECLER. N. I. L. II. C. IV. ubi de conſiliis Hungariam ad Imperium reducendi.

a CAROLI M. & OTTONIS M. temporibus, auctum, validiſſimasque gentes ac Regna potentiſſima ambitu ſuo complexum.

II. Sed & illud liquet, *decreviſſe* iterum, ab *Interregni* illius magni inprimis tempeſtate, Imperii robur, atque finium amplitudinem, per varias Territoriorum *exemtiones*, maximopere imminutam eſſe; cujus decrementi varias *cauſſas*, internas & externas a Pontificum artibus ac malitia maximam partem derivandas, alii conquirunt.

III. *EXEMTIO* autem territorii eſt vel *totalis* vel *partialis*: Per *illam* Imperii Membrum prorſus ab Imperii R. G. corpore avellitur, atque alieno Imperio ſubjicitur; per *hanc* vero Status Statui ſubjicitur, & ex Statu Imp. Status provincialis redditur. Illa, quæ & *Alienatio* dicitur, hujus loci eſt.

IV. Exemtas Imperio varias terras, prorſusque avulſas eſſe, ſatis per exempla demonſtratum eſt.

S V. Cum

II. v. REC. IMP. de a. 1548. §. 52. & d. a. 1566. §. 115. ubi MAXIMILIANI II. querelæ hac de re. P. MAIMBOVRG. *de la decadence de l' Empire.* EVROP. HEROLD. P. I. Sect. 4. Cap. VIII. p. 975. FREHER. ad P. de ANDLO L. II. C. 18. GOLDAST. Epiſt. Dedic. *Der Reichs-Handl.* LIMN. ad *Capit.* CAROLI V. a. VII. p. 166. ſqq. Autor *Comitiol.* P. IV. p. 220. *Meditat.* ad *Capit.* JOSEPHI A. XII. (g) p. 135.

V. Cum vero *Exemtiones* aliæ *jure* factæ eſſe poſſint, nimirum *juſto* alienationis *titulo*, puta, conſenſu Imperatoris & Imperii expreſſo vel tacito, ſubnixæ; aliæ *facto*, tali conſenſu, adeoque juſto titulo, deſtitutæ: hinc *Prætenſiones* Imperii enatæ ſunt, quarum fundamenta generalia paulo curatius hic conſiderari merentur.

VI. *PRÆTENSIO* hujusmodi (voce in ſenſu Gallico accepta) nihil aliud eſt, quam *jus revocandi & vindicandi terras facto exemtas, Imperatori & Imperio competens.*

VII. Quemadmodum vero omnis *Exemtio* jure facta juſtum ſupponit titulum: ita & omnis *Prætenſio*, qua jura in terras *facto* exemtas perſequimur ac vindicamus, *juſto* nitatur *titulo*, oportet.

VIII. Ti-

III.-V. V. VITTOR *de Exemtionibus Imp.* CONRING. *de Fin. I.* C. XIX. COCCEJ. J. P. Cap. 5. Sect. III. §. 37. VITRIAR. *Inſt. J. Publ.* Lib. II. Tit. III. IV. TITIUS *J. Publ.* L. I. C. VIII. THOMAS. *Specim. Jurisprud. Judicial.* Cap. VII.

VI. Conf. THOMAS. l. c. n. III. ubi *Prætenſiones illuſtres* in genere definit: *deſideria eorum, qui Superiorem non habent, aut quorum controverſiæ ex aliis rationibus non ex lege humana dijudicari poſſunt, de re, quam vel alii poſſident, vel certe in cujus poſſeſſione quieta ipſi prætendentes nondum ſunt, publice ſignificata, ac prætextu juris munita.*

VIII. *Tituli* hujusmodi *Exemtionum* & *Prætenſionum*, æque ac modi acquirendi vel amittendi juris, varii ſunt generis, non niſi ex Jure naturæ & gentium definiendi, & non incommode in *originarios* & *derivativos* diſpeſci poſſunt.

IX. *Originarii* (ad ſolas quidem Prætenſiones applicandi) tituli cum prima Territorii *occupatione*, *tum* ejusdem *per pactum* Reip. *fundamentale* facta conſtitutione, nituntur: ſiquidem ex utraque Reſpublica ejusve Imperans jus quoad fines quæſitum nanciſcitur, non tantum contra ipſas provincias, a corpore ſeſe avulſuras, ſed & contra vicinos valiturum.

X. Hinc regulæ: Quicunque ab initio conſtituti Regni Germanici Imperiive R. G. fines fuerunt, iidem & poſtea perſtitiſſe cenſentur, niſi juſta mutatio doceatur: item; Quæc. a Regno Imperiove Germanico alienata ſunt, eorum æterna auctoritas eſt, niſi juſta exemtio doceatur.

VIII. v. BOECLER. *Not. Imp.* L. II. C. III. ubi primo ex VIETORE congeſſit Titulos *falſos*, deinde *dubios*, denique *veros* ac *certos* evolvit; quamvis forte nec hi omnes omni exceptione majores ſint.

IX. v. TITIVS. L. I. C. VIII. §. 8.

X. v. B. de LYNCKER ad *Capit. Joſephi* a. XII. p. 36.

XI. At in definiendo originario Imperii territorio non ad *antiqui* illius *Imperii Romani* fines reſpiciendum, quippe quod dudum interiit: ut adeo non niſi ſtolide jus occupandi priſtinas Imperii Romani provincias, ſpeciatim Imperium Conſtantinopolitanum, Germanicis Imperatoribus tribuatur.

XII. Sed potius *REGNI FRANCO-GERMANICI* priſtinum Territorium ſpectandum, idque non tam quale ſub *Merovingis* vel CAROLO M. In peraate fuit (quamvis neque hic ſtatus prorſus excludendus ſit) quam quale LVDOVICI *Germanici* atque OTTONIS M. temporibus per pacta fundamentalia conſtitutum, varieque deinceps amplificatum fuit.

XIII. *Derivativi* omnes in *mutuum* de transferendo & acquirendo jure *conſenſum* recidunt: ſed hic iterum vel *eventum mortis* reſpicit, & dicitur. *Succeſſio* teſtamentaria aut ab inteſtato; vel *inter vivos* occurrit, & vel

XI. v. CONRING. de F. I. L. I. C. I. de *Germ. Imp.* R. C II III. IV. V IX XI. ubi iſtæ nugæ caſtigantur, quas tamen defendunt REINKING. de *Regim. Secul & Eccleſ* L I. Claſſ. II C IX. num. 10. ſqq. & ANDLER. *Jurisprud. Publ.* L. I. li. s. Part. II num 14.

XII. v *Meditat. ad Capitul.* JOSEPHI a. X I. g) p. 135.

XIII. v. TITIVS l. c. §. 9.

Digitized by Google

vel *Donatio*, vel *Venditio*, vel *Permutatio*, vel *Ceſſio*, vel *Diviſio*, vel *Transactio*, *Pacificatio*, & ſic porro audit.

XIV. Equidem per *Succeſſionem* nulla exemtio ab Imperio fieri poteſt, cum nec ipſi Imperatores hodie Succeſſionis hereditariæ jure ad Imperium perveniant, ut de nec hereditario jure quidquam ab Imperio alienare poſſunt: quamvis acquiri aliquid Imperio per ſucceſſionem, nihil prohibeat

XV. Neque etiam inter vivos ulla *Alienatio* bonorum Imperii ab Imperatore, abſque *conſenſu* ante hac ſaltem *Electorum*, hodie omnium *Statuum*, valide fieri poteſt: unde hujusmodi alienata revocandi vindicandique jus ſemper Succeſſori atque Imperio ſalvum manet ac integrum.

XVI. Porro uti *Conſenſus* interdum ab *initio* ſtatim exiſtit, interdum ex *poſt facto* demum accedit: ita idem vel *expreſſe*, vel

XV. v. *Capitul.* JOSEPHI a. XII. ibique Anonymi *Meditat.* not. b) c) d) LYNCKER p. 35. & NITSCH. §. 3. 4 5. ubi inquirunt, a quo tempore conſenſus Imperii fuerit neceſſarius, & an Electorum conſenſus ſufficiat, an vero reliquorum quoque Statuum conſenſus requiratur; qua de re hodie fruſtra diſceptatur, poſtquam hoc Capitulationibus & CAROLI VI. & CAROLI VII. Art. X. clare ſatis definitum eſt. CHIFFLET. *Vindic. Hiſp.* p. 126. ſeqq. BOECLER. N. I. L. II. C. III. p. m. 38.

tacite declarari poteſt; & *ille* quidem modus, ad quem tituli modo §. XIII. memorati pertinent, ſatis liquidus eſt; ſed *hic*, qui *Præſcriptionis* vel *Derelictionis* nomine venit, difficultate non caret, quod, ex *quibus indiciis tacitus conſenſus* colligi debeat, non adeo expeditum eſt.

XVII. Non negligendæ quidem ſequentes regulæ: *Quando is, penes quem illius rei arbitrium eſt, translationem ſuam certo ſcit, ac libere tacet, tum ex ſilentio conſenſus in eam recte colligitur, nec opus eſt, ut lapſus temporis accedat;* nam ob rei magnitudinem debebat contradicere, ſiquidem jus retinere vellet.

XVIII. *Si vero de certa ſcientia tacentis non ſtatim conſtet, tum ex ſilentio non aliter conſenſus colligi poteſt, quam ſi tantum tempus fuerit elapſum, intra quod probabiliter notitiam conſequi potuerit:* quo plus temporis igitur decurrit, eo promtius & ſcientia præſumi, & conſenſus adſtrui poſſe videtur.

XIX.

XVI. v. GROTIVS de J. B. & P. L. II. C. IV. CONRING. de F. I. C. XIX. n. 5. VITRIAR. l. c. Tit. IV. §. 1. ubi diſputat an Præſcriptio in Regnis obtineat. PFEFFING. in notis; ibique locus BELLARMINI de *R. Pont.* L. V. C. IX. TITIVS l. c. §. 11. 12. 20. 21. WERLHOF de *præſcript. inter gentes*

XVII - XXI. Sunt hæ regulæ B. TITII in *Specim. J. Publ.* L. 1. C. VIII. §. 13 -- 17. traditæ.

XIX. *Qui cum rei ſuæ poſſeſſore, velut cum domino ſimpliciter contrahit, is jus ſuum merito remiſiſſe cenſetur:* nam omiſſa proteſtatio & agnitus contrahentis character hoc ſatis indicat.

XX. *Ex recuperationis vero difficultate conſenſus tacitus in translationem neutiquam recte adſtruitur;* ſiquidem æſtimatio difficultatis recuperandi nimis eſt lubrica, aut, ſi momento temporis eam adſtringas, iniqua.

XXI. *In dubio, i.e. ubi vel nulla, vel in utramque partem æqualia ſunt argumenta, contra conſenſum tacitum erit pronunciandum:* ut enim factum negemus, cujus vel nulla vel iterum eliſa proſtant indicia, omnis recta ratio poſtulat.

XXII. Sed cum in Imperio R. G. ad alienationem non ſolum Imperatoris, ſed & Statuum conſenſus requiratur; tacita ſare conſenſio, & hinc *Præſcriptio*, adverſus Imperium difficillima erit ad probandum: inprimis cum *obligatio Imperatoris* ad revocanda injuſte alienata, inſtar *Proteſtationis* Capitulationibus a tot ſeculis inſertæ, ac toties repetitæ, ut in omnium facile notitiam pervenire potuerit, perpetuum *interruptæ*

XXII. v. NITSCH. l. c. §. 8. *Meditat.* ad *Capit.* JOSEPHI l. c. not. l) conf TITIUS l. c. §. 20. 21. 22. non tam reipſa quam verbis diſſentiens.

ruptæ præſcriptionis argumentum præbere videatur.

XXIII. Nimirum non ſolum *jus* Imperatori competit alienata revocandi, ſed etiam *obligatio* ei incumbit, ad eadem vindicanda: Non tamen niſi ad *injuſte* ablata vindicanda ipſe obligatus cenſeri debet, niſi bellum cum Imperio recrudeſcat; quo caſu non ſolum ſuum vindicare, ſed & hoſtium terras ipſas occupare licet.

XXIV. *Occupatio* autem *bellica* inter titulos referri non poteſt: cum ſi bellum notorie ſit juſtum, alium titulum præſupponat; ſi vero juſtitia belli ſit dubia, uti plerumque, *Tranſactio* potius ſeu *Pacificatio*, qua bellum finitur, ſit loco tituli.

XXV. Alia eſt quæſtio: utrum expediat Imperio, prætenſiones antiquas revocare, terrasque facto exemtas, & a potentioribus præſertim per tot ſecula poſſeſſas, armis vindicare, atque an eo usque obligatio Imperatoris ſe extendat? quam vix affirmaverit, qui ſtatum Imperii noverit.

XXVI. Cer-

XXIII. v. GROT. de J. B. & P. L. 3. C. VI. §. 8. ſeqq L. B. de LYNCKER *Comm.* ad *Capitul.* JOS. a. XI. p. 36.

XXIV. v. TITIUS l. c. §. 19.

XXV. v. *Neue Biblioth.* P. XX. n. IV. p. 880. ITTER. de *F. I.* C. VI. §. 2. ubi qu. an ex uſu ſit Reip. Germ. Vaſallorum in Imp. numerum augeri?

XXVI. Certe obligatio Imperatoris *moraliter* eſt intelligenda, ſi nempe & Imperatoris vires, & præſens Imperii Status, executionem promiſſorum admittant; ut adeo ea tum demum Imperatorem ſtringat, ubi cum ſpe ſucceſſus, & absque majori Imperii detrimento, exitum ſortiri queat.

XXVII. Ceterum variæ quidem in Comitiis de recuperandis amiſſis & redintegrandis finibus Imp. conſultatum eſt ab Imperatoribus & Statibus, quippe ad quos conjunctim hæc cura ſpectat: ſed res usque adhuc, varias ob rationes, exitu fere caruit; (a) niſi quod noſtro ævo varia Italiæ ſeuda Imperio vindicata ſint. (b)

XXVI. v. *Meditat.* ad *Capit.* JOSEPHI l. c. not. k)

XXVII. (a) v. BOECLER. *Not. Imp.* L. II. C. IV. ubi conſultationes FRIDERICI I. CAROLI V. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II. exempli loco allegat, & in cauſſas difficultatum amiſſa recuperandi inquirit.

(b) v. L. B. de LYNCKER. *Comm.* ad *Capit.* JOSEPHI A. XII. p. 37. de Notificatione LEOPOLDI de *Feudis Italiæ Cæſareis* Romæ affixa. Conf. BVDERI *Vindiciæ Juris Imperat.*

CAP. XIX.

DE DIVISIONE IMPERII R. G.

§. I.

Diviſum eſſe *Imperii* R. G. *Territorium* in *univerſale* & *particularia*, atque prius iterum in *principale* & *acceſſoria*, illud *Regno Germanico*, hæc vero *Imperii Romani*, & Regni *Longobardici* ac *Arelatenſis* reliquiis, abſolvi, ex hactenus dictis conſtat.

II. Conſtat quoque, Germaniam omni tempore in certos *populos cardinales*, & hinc nata

II. V. COCCEJ. *J. Publ.* C. II. §. 24. 25. 26. ubi ita Populos Provinciasque cardinales recenſet: I. *VANDALIA, ſub qua* BURGUNDI, *&* II. *MORAVIA* (*quæ utraque a* VENEDIS *ſeu* SLAVIS *deinde occupata*) *ſub qua* BOEMI, POLONI &c. III. *SAXONIA, ſub qua* THURINGI IV. *FRANCIA.* V. *SUEVIA, ſub qua* HELVETI. VI. *BOJOARIA. His Francorum virtute acceſſit* VIIma *trans* RHENUM *provincia, ſcil. utraque GERMANIA CISRHENANA: quæ & a Germanis ante habitata eſt, & in eandem cum Germania Civitatem prorſus denuo coaluit. Atque hanc VII Populorum Germaniæ diviſionem, & ſacrum quaſi numerum, fontem ac baſin eſſe Juris publici Germanici,*

nata *Territoria Principalia*, diſtributam fuiſſe; quamvis in definiendo eorum *numero* ac *nominibus* deſignandis, non omnes easdem ineant rationes.

III. Carolingorum ævo, meo quidem judicio, Principes Germaniæ Populi fuere: *FRANCI*, *ALEMANNI*, *BOJOARII*, *SAXONES*, *THURINGI*, ſed poſtea & *LOTHARINGI*, & *VENEDI* ſeu *SLAVI* acceſſerunt: ex his totidem Provinciæ cardinales

manici, omnesque Germaniæ terras comprehendere, exiſtimat.

Dn. de LUDEWIG vero *de diſpari Civitatum Imp. nexu* Cap. IV. §. 2. ita cenſet: *Principio ſeptem Germaniæ Archiprincipes ſeptem Territoria habuerunt, utpote* 1) *FRANCIAM* 2) *SUEVIAM* 3) *BOJOARIAM* 4) *SAXONIAM* 5) *THURINGIAM* 6) *VENDIAM* 7) *BOHEMIAM*. Sed in *Germania Princ. Poſt Carol.* C. III. §. 1. etiam *Friſiam*, & §. 7. *Lotharingiam* quoque inter præcipuas Germaniæ provincias nominat.

III. * *Friſii* licet potentiſſimus olim Germaniæ Populus fuerint, tamen ex quo a Francis ſubjugati fuerunt, nec Ducem proprium, nec jus civitatis Germanicæ, niſi ſero obtinuerunt.

** Sub *Francis* initio & Rhenenſes & Lotharingi & Franconici comprehendebantur, ſed *Lotharingi* jam ab ultimis Carolingorum temporibus peculiarem Populum ac Provinciam conſtituerunt.

dinales enatæ, niſi quod *Francorum* æque ac *Venedorum* terræ in plura Territoria majora abierint.

IV. Sed & omnes GERMANIÆ Populi olim in *FRANCOS* & *SAXONES* diviſi ſunt: haud dubie quod *Franci* ante Caroli M. tempora omnem ſibi Germaniam ſubjugarunt, excepta *Saxonia*, Germania vel *Francici*, vel *Saxonici* juris facta: quæ diviſio poſtea quoque manſit. V. Hinc

*** Quodſi vero in his Provinciis, earumve numero ſeptenario, myſteria quærere, & ex his fundamentis præcipua Juris publici capita apodictice demonſtrare velis, res dubiis non carebit: cum nec eadem ſemper fuerit harum Provinciarum ratio, nec conſtans & perpetuus earum numerus, quod & *Lotharingiæ & Terræ Rhenenſis*, & *Slavicarum* Provinciarum exemplis patet. Quamvis forte occaſionem Status publici varie deinceps formati præbuerint præcipui Germaniæ populi; unde accuratior eorum notitia multum lucis moderno Imperii Statui recte pernoſcendo fœnerari poterit. conf. TITIVS *J. Publ* L 1. C. III. §. 20. 21. 22.

IV. v. WITTICHIND. Ann L. I p 634 ibi: *omnisque populus* FRANCORVM *&* SAXONVM *quærebat Ottoni diadema imponere*, & L. II. ibi: *omnis populus* FRANCORVM atque SAXONVM-- *Odonem elegit.* Conf. OTTO FRIS. *Chron.* L VI. C XV. ubi dicitur, quod Otto ab omnibus fuerit expetitus. STRVV.. *Synt.* J. P. Cap. V. §. 1.

GVND-

V. Hinc ſorte nata Germaniæ diviſio in *Jus Franconicum* & *Saxonicum*, Aureæ Bullæ uſitata, vel, ut alii interpretantur, in *Superiorem* & *Inferiorem*: quarum illa *Terram* Rhenenſem, Franconiam, Sveviam & Bavariam, hæc vero univerſam Saxoniam comprehendit, &, quæ deinceps acceſſerunt, terras Slavicas, jure Saxonico itidem uſas.

VI. Divi-

GUNDLING de *Statu Reip. Germ. ſub Conrado I.* §. 4. not. y) p. 25.

V. v. *Aur. B.* Tit. V. *Spec. Svev.* L. I. C. 8. COCCEJ. *J. Publ.* C. IX. §. 7. & C. XVI. §. 9. STRUV. l. c. §. 2. GUNDLING. l. c.

* Diviſio *in die 4 Lande* in ludis equeſtribus uſitata, (v. SCHUBARTI Diſſ. de *Ludis Equ.* C. IV. §. 6. 9.) aliaque in *Jure Provinciali Alemann.* C. CXLIV. & *Saxon.* L. III. C. LIII. memorata, hodie non habet uſum. conf. GUNDLINGIAN. *P. VI. n. 1. §. 16.* ubi de quatuor his Provinciis cardinalibus, *den 4 Haupt Landen*, in utroque *ſpeculo* memoratis, obſervat, in Conſultatione *Norimbergenſi* a. 1438. monitum eſſe, *daſs es gut waere in ſolchen 4 Haupt Landen einige* Commiſſarios *zuſetzen, wohin man* appelliren *koente.* conf. LIMN. J. P. L. VI. C. V. n. 127. HORN J. P. C. XV. §. 6.

** Affinis huic diviſioni videtur diviſio *in die 2 hohe* Pfallenzen *SACHSEN und SCHWABEN.* v. *Spec. Saxon.* L. III. C. LXIV. *Spec. Svev.* L. IV. C. CVIII. conf. GOLDAST. præfat. *Den Reichs-*

Satzun

VI. Dividuntur etiam particularia Germaniæ Territoria a nonnullis in *MEDIATA* & *IMMEDIATA: illa* vocant, quæ ea lege Franciæ Orientalis Regno ſubjectæ ſunt, ut proprio jure, fiſco, magiſtratuque uterentur, hic Regno pareret; *hæc* vero, quæ regiæ Cameræ ſeu fiſco immediate adſcriptæ, & a Regis Officialibus regioque jure gubernatæ ſunt.

VII. Sed licet olim forte diverſus provinciarum Germanicarum cum Regno Francico

Satzungen, ibi: *zu* Schwaben, *das auch* Francken *wird genannt*, *wovon die* Wælliſche, *das iſt*, *die* Gauliſché *Staende gezogen*, *dadurch Niederland*, *Lothringen*, *Burgund und das Arelatiſche Reich*; *zu* Sachſen, *die* Windiſche *oder* Schlaviſche, *dadurch Boheimb*, *Maehren*, *Sleſien*, *Polen*, *Littau*, *und Preuſſen wird verſtanden*. LIMN. *J. P.* L. I. C. VII. n. 13.

VI. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. IX. 2. ſeqq. qui Autor diviſionis eſt, & ad mediata refert *Bavariam*, *Saxoniam*, terras *Slavicas*, *Moravicas* & *Vandalicas*, & *Marchiam*; ad immediata *Franciam*, *Terram Rhenenſem*, *Sueviam* & *Weſtphaliam*. *Cauſſas* quoque diviſionis in continendis in officio utriusque Franciæ populis, *Effectus* vero in *Statibus*, *Nobilibus* & *Judiciis immediatis*, quærit. conf. STRVV. l. c. §. 3. 4.

VII. v. TITIVS l. c. §. 25 -- 31. Dn. de BVNAV *Exam. Diſſert. de Juriſdict. feud. & Superiorit. Territ.*

cico nexus fuerit; tamen is non fuit perpetuus, ſed varie deinceps mutatus, ut ex terra mediata mox immediata, & ex immediata iterum mediata facta fuerit: unde in demonſtrandis variis Imperii inſtitutis ad eam diviſionem ſatis tuto provocare non licet.

VIII. Porro etiam Imperii Territoria, pro Statuum qualitate, dividuntur in *Eccleſiaſtica* & *Secularia*:-& *illa* iterum in *Archi-Epiſcopatus*, *Epiſcopatus*, *Abbatias*, *Prælaturas*: *hæc* vero in *Regna*, *Electoratus*, *Archi-Ducatus*, *Ducatus*, *Palatinatus*, *Marchionatus*, *Landgraviatus*, *Burggraviatus*, *Principatus*, *Comitatus*, *Baronatus*, *Dynaſtias*, *Civitates*.

IX. Potiſſima vero Germaniæ diviſio eſt in *CIRCVLOS*, cujus *origo* hæc eſt. Primo omnium WENCESLAVS (a) jam, ac deinde

Territ. &c. Cap. VII. §. 5 conf. infra L. IV. Cap. II. de Statuum Imperii origine & varietate.

IX. (a) Qui a. 1383. in Comitiis *Norimbergenſibus*, Pacis publicæ cauſa, diviſionem quandam Provinciarum ac Statuum in IV. *Partes*, quarum quælibet Pacem publicam unita vi tueretur, propoſitam, a Statibus quoque præſentibus probatam, per *Conſtitutionem* ibi factam, (ſed nec GOLDASTO, nec LEHMANNO, nec DATTIO cognitam) deinde in Pace publica Mergentheimenſi firmatam; introducere conatus eſt; quamvis nec *Civi-*

deinde SIGISMUNDUS (b), in Conſultationibus de Pace publica, diviſiones quaſdam Statuum ac Terrarum Imp. in *quatuor Partes*, licet ſatis adhuc imperfectas, diviſioni huic in *Circulos* quaſi præluſerunt; tentarunt, atque ſic ab ALBERTO II. poſt hos vero, paulo pleniori ratione ac feliciori ſucceſſu in Comitiis Norimb.(c) Diviſio talis primum

Civitates Imperii, nec alii quidam *Status Imp.* qui non expreſſe in illam conſenſerant, in eadem comprehenſi fuerint. v. WENCKER *Appar. Arch.* p 133. ſeqq.

(b) Qui Statibus, *Conſtantii* a. 1415. congregatis, capita Pacis Publicæ, Paci a Wenceslao conſtitutæ conſentanea, juxta cum diviſione terrarum, diffidationibus maxime expoſitarum, apud WENCKERUM l. c. p. 311. ſeqq. extante, propoſuit; ſed & in Comitiis, a. 1427. *Francofurti*, a. 1429. *Poſonii*, a. 1430 & 1431. *Norimbergæ* & a. 1435. iterum *Francofurti*, denique a. 1437. *Egræ* celebratis, Statibus denuo Pacem publicam pariter ac Diviſionem Imperii in *IV. Partes*, quarum altera alteri in tuenda Pace publica ſuccurrere debeat, propoſuit atque commendavit; ubi in Conſultationibus Poſonienſibus *Partes* hujusmodi jam *Circuli* appellantur. v. WENKER *Coll. J. Publ.* p 161. ſqq & *Appar Arch.* p 317.

(c) In quibus a. 1437. Imperium in *IV. Partes* & a. 1438. in *VI. Circulos*, tuendæ Pacis publicæ cauſa, diviſit. v. SCHILTER *J. Publ. Tom. II. Tit. 19.* p. 339.

primum in IV. poſtea in *VI Partes* aut *Circulos* propoſita atque decreta (d).

X. Sed ea tandem a MAXIMILIANO I. perfecta eſt: quippe qui in Comitiis Auguſtanis a. 1500. Imperii Status primum in VI. *Circulos* diſtribuit, *FRANCONICVM* ſcilicet, *BAVARICVM*, *SVEVICVM*, *RHENANVM*, *WESTPHALICVM* & *SAXONICVM*; quibus deinde a. 1512. IV. alios, ſub illis haud comprehenſos, adjecit, nimirum

p. 339. ubi *Conſtitutio de IV. Circulis* ex Archivo Argent. & WENCKER *Appar. Arch.* p. 340. ubi Extracta e Pace Publica diviſionis in *VI. Circulos* capita exhibentur.

(d) Conf. IO. MAX. de GVNDERRODE *Gründl. Unterſuchung von dem Urſprung Fortgang und heutigen Zuſtand des Deutſchen Creyſsweſens* §. 41. TREVER *Bericht von denen Reich-Creyſen.* WEBER de *Turbatis Imp. Circulis.* §. 6.

X. v. *Ordinat. Regim. Imp.* d. a. 1500. ap. MVLLER. *Reich-Tags-Staat* L. I. C. V. *Kammer-Gerichts-Ordn. zu Coſtnitz* d. a. 1507. Tit. *wann das Kammer Gericht angehen ſoll.* §. Anno. *Rec Imp Colon.* d. 1512. §. 11. 12. SCHILTER. *J Publ.* Tom. II. Tit. XIX. p. 339. STRAVCH. Diſſ. J. P. I §. 4. STRVV. §. 6. 7. 9. COCCEJ. C. IV. §. 1-5. ubi in cauſſas & omiſſi Circuli Vandalici ſeu Marchici, & multiplicati numeri Circulorum inquirit. conf. de LVDEWIG. de *Form. Duc. Brand* §. X. lit. q) p. 97. cujus mira de Ducatu, Circuloque Brandenburgico philoſophia ſupra C. XII. §. 6. eſt notata.

nimirum *AVSTRIACVM*, *BVRGVNDICVM*, *SAXONICVM SVPERIOREM* & *RHENANVM INFERIOREM*.

XI. Anſam huic diviſioni præbuiſſe videtur non tam priſtina Germaniæ diviſio in certos *Populos* cardinales, ſub V. VI. vel VII. *Ducatibus* ſive *Provinciis* majoribus comprehenſos: quam *Diſtractio* ac *Diſſipatio* horum Ducatuum; quippe quibus ſenſim diſtractis, & in plura Territoria minora pluresque Status diviſis, magna rerum confuſio, atque Pacis publicæ turbatio, in Germania erat enata.

XII. Huic mederi haud dubie voluerunt Imperatores ſupra laudati, cumprimis MAXIMILIANVS I. collectis iterum Statibus iſtis ac Territoriis minoribus in corpora majora, deſcriptisque illis in *Circulos* certos, atque

XI. XII. v. COCCEJ. Cap. IV. §. 2. ubi, VI. iſtos Circulos *ipſam antiquam provinciarum Germanici juris diviſionem eſſe*, exiſtimat; quamvis § 9. *hodie antiquos Provinciarum ſeu circulorum fines immutatos eſſe*, ipſe agnoſcat conf. STRVV. §. 8. MONZAMB. C II §. 15 ibique THOMAS. in not. BRVNNEMANN. *Diſſ.* J. P. XI. §. 3. WEBER. Diſſ. laud. § 6.

* 1.) Quod Diviſioni huic in *Circulos* anſam haud præbuerint priſtini VI. *Ducatus* majores, quibus Imperium olim ſub HENRICO *Aucupe* & OTTONIBVS conſtitit, vel inde colligitur, quod initio Impe-

que adeo redintegratis quodammodo ſub Circulorum nomine priſtinis Ducatibus: quamvis hæc Maximiliani diviſio a priſtina illa in multis recedat, atque magis ex arbitrio, quam antiqua majorum Ducatuum ratione, inſtituta videatur.

T 2 XIII. De-

Imperatores in IV. tantum Partes Imperium diviſerint, nulla Ducatuum priſtinorum, haud dubie ipſis incognitorum, mentione facta; Partes quoque iſtæ, æque ac Circuli, a Maximiliano conſtituti, a Ducatuum iſtorum rationibus multum receſſerint; MAXIMILIANUS denique præcedentium Imperatorum veſtigiis inſtiterit, ac perfectiorem ſaltem diviſionem facere conatus fuerit.

2.) Cauſa vero, quod ab initio *VI.* tantum Circuli a MAXIMILIANO conſtituti fuerint haud dubie fuit, quod ALBERTO II. jam *Bohemiæ* Reges, nec non *Auſtriacos* atque *Burgundiæ Duces* MAXIMILIANO vero, etiam *Electoratus*, cum terris annexis, a Circulorum complexionibus excludere, viſum fuerit. Cauſa autem hujus excluſionis iterum hæc fuiſſe videtur: tum quod Pax publica unitis circulorum viribus tuenda eſſet, tum quod onera quoque, communis ſalutis cauſa, a Statibus Circulorum ferenda eſſent; Paci publicæ vero tuendæ potentiores ejusmodi Status jam ſoli ſufficere viderentur, *Bohemiæ* Reges autem & *Auſtriaci* ab oneribus Imperii per privilegia exemti eſſent, unde nec Electores deterioris conditionis eſſe voluerint.

3.) Sed

XIII. Deſcriptum vero eſt univerſum Germaniæ Territorium in X. Circulos, excepta *Bohemia*: & quamvis in Comitiis a. 1512. de adjiciendis Circulo *Bohemico* & *Boruſſico* deliberaretur, res tamen ſucceſſu caruit, quod Boruſſi & Bohemi metuerent, ne

3) Sed cum reliqui Principes & Status de oneribus iſtis a ſe ſolis ferendis conquererentur, atque hinc metuendum eſſet, ne niſi querelis his obviam iretur, ſalutare iſtud inſtitutum prorſus concideret: e re Imperii deinceps MAXIMILIANO viſum, potentiores quoque iſtos Imperii Status *Circulis* certis includere, atque adeo numerum Circulorum augere. Unde factum, ut in comitiis *Colonienſibus* a. 1512. e terris *Auſtriacis* in Germania ſitis, Circulus *Auſtriacus*; e terris eorum *Burgundicis*, Circulus *Burgundicus*; ex *Electoratibus IV. Rhenanis*, atque terris quibusdam Prælatorum Comitum ac Dominorum adſitis, Circulus *Rhenanus Inferior*; & ex Electoratu Saxonico atque Brandenburgico, nec non terris Ducis Georgii, ac Epiſcopatibus Saxonicis, Circulus *Saxonicus ſuperior*, erigeretur. v. WEBER de *Turb Imp. Circ.* §. 7. GUNDLINGIANA *P. I. n VI.* §. 18. 19. de GÜNDERROD. l. c. §. 47 48. 40.

XIII. v. GOLDAST. de *Regno Bohem.* L. II C. XVI. n. 2. LIMN. J. P. L. I C. VII n. 37 STRAUCH. *Diſſ Exot.* I. §. 4. VITRIAR. *Inſt. J P.* L. II. T VI. §. 10. STRUV. §. 10. BRUNNEM. l c. §. 2. WEBER. de *Turb. Imp. Circ.* § 8. de GUNDERRODE l. c. §. 50.

ne ad onera Imperii deinceps adigerentur; quæ nihilominus hodie *Bohemia* in ſe ſuſcepit.

XIV. Non tamen niſi *Germanici* Regni provinciæ in Circulos ſunt relatæ: ut adeo mirum non ſit, nec *Longobardici*, nec *Arelatenſis* Regni provincias ac Status ulli Circulo eſſe adſcriptos, licet nonnulli, exemplo *Sabaudi* & *Mompelgardenſis*, ſuffragio in Comitiis gaudeant.

XV. Sicuti autem ſæpius in Circulos relati inveniuntur, qui *Status Imp.* non ſunt, nec voto in Comitiis gaudent: ita nonnulli intuitu *rei*, quam poſſident, Circulo adſcribuntur, qui ratione *perſonæ* eodem non comprehenduntur.

XVI. Ceterum *defectibus* non deſtituuntur Circuli, dum & nimis inter ſe *inæquales* ſunt, nonnulli per varias *exemtiones* ſunt imminuti atque infirmati, nonnulli etiam *incertitudine* Membrorum laborant, unde de *redintegratione* & *rectificatione* Circulorum ſæpius actum.

XIV. v. COCCEJ. §. 21. STRUV. §. 11. & BRUNNEM. l. c.

XV. v. LIMN. J. P. *Addit.* L. I. C. VII. n. 26. VITRIAR. l. c. §. 10. STRAUCH. l. c. §. 6.

XVI. v. LIMN. J. P. *Addit.* ad L. I. C. VII. n. 26. VITRIAR. l. c. COCCEJ. §. 9. *Capitul.* LEOP. JOS. CAROLI VI. & CAROLI VII Art. XII. & *Medit.* ad *Cap.* JOS. lit. m) n) p. 137. ſqq. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. IV. §. 28.

XVI. *Ordo* Circulorum definitus non eſt. In Receſſu Imp. Norimb. d. a. 1522. ita collocantur: *Auſtriacus*, *Burgundicus*, *Rhenanus inferior*, *Saxonicus ſuperior*, *Franconicus*, *Bavaricus*, *Svevicus*, *Rhenanus ſuperior*, *Weſtphalicus*, *Saxonicus inferior*. Sed in conventu Circulorum Erfurtenſi de a. 1567. primo ponitur *Rhenanus inferior*, quem ſequuntur reliqui.

XVII. *AVSTRIACVS* complectitur *Auſtriam*, *Stiriam*, *Carinthiam*, *Carniolam*, Comitatum *Tyrolenſem* aliosque minores, Epiſcopatum *Tridentinum* & *Brixienſem*, *Civitates Sylveſtres*, *Brisgoviam*, ceterasque ditiones Auſtriacas in *Svevia*.

XVIII. *BVRGVNDICVS*, qui olim, ex inſtituto MAXIMILIANI I. & CAROLI V. *Belgicas* provincias omnes, cum *Comitatu Burgundiæ*, continebat, hodie, poſt avulſas ſeptem

XVI. v. LIMN. *Addit.* T. II. ad L. I. C. VII. n. 29. COCCEJ. §. 21. STRVV. §. 12. BRVNNEM. l. c. §. 1.

XVII. v. LIMNAEVS. J. P. L. I. C. VII. n. 29. EVROP. HEROLD. P. I. Sect. I. C. I. p. 90. *Reichs-Staat* P. I. C. IV.

XVIII. v. LIMN. l. c. COCCEJ. §. 9. ubi de Caroli V. conſilio Lotharingiam Burgundico adjiciendi. SCHWEDER *J. Publ.* P. Gen. C. IV. §. 6. FRITSCH *Elect. J. Publ.* P. I. C. XII. ubi de Gallorum prætenſionibus ratione tituli & ſuffragii propter

ſeptem *Belgii Fœderati* provincias, atque exemtas per Gallos *Arteſiam*, *Flandriæ*, *Hannoniæ*, *Namurci* & *Luxemburgici* Ducatus partes, una cum *Burgundiæ* Comitatu, nonniſi *Brabantia*, *Geldria Superiori*, *Limburgi*, *Luxemburgi*, *Namurci*, & *Hannoniæ* partibus, ſub nomine *Belgii Hiſpanico-Auſtriaci* comprehenſis, conſtat.

XIX. *RHENANVS INFERIOR*, dictus etiam *Electoralis* ad *Rhenum*, comprehendit quatuor Electoratus, *Moguntinum*, *Trevirenſem*, *Colonienſem* & *Palatinum*, cum Prælaturis, Comitatibus & Dynaſtiis in terra Rhenana ſitis.

XX. *SAXONICVS SVPERIOR* complectitur *Electoratum Saxoniæ*, *Marchionatum Miſniæ*, cum ſuis *Epiſcopatibus*, nec non *Terra Orientali* & *Advocatorum*, & in hac, Comitatu *Ruthenorum*; *Landgraviatum Thuringiæ*, cum *Comitatibus* ad illum pertinentibus, *Schwartzburgenſi*, *Mansfeldenſi*, *Stolbergenſi*, *Hohenſteinenſi*, *Beichlingenſi*, *Gleichenſi* &c. item Civitatibus Imp. *Mülhuſa*

T 4 &

propter Burgundicas provincias. EVROP. HEROLD. l. c. B., HORN. J P. C. IV. §. 23. *Elect. J. Publ.* T. I. p. 138. ibique Epiſt Belg Fœd. ad Conventum Imp Ratisb. *Reichs Staat* C. V.

XIX. v. EVROP. HER. l. c. p. 91. *Reichs-Staat* C. VI. STRVV. l. c. §. 13.

XX. v. LIMN. l. c. EVROP. HEROLD. l. c. STRVV. l. c. *Reichs-Staat* C. VIII.

& *Northuſa*; *Marchiam Brandenburgicam*, cum ſuis Epiſcopatibus, *Pomeraniam*, Principatus *Coburgenſem*, *Querfurtenſem* & *Anhaltinum*, Abbatias *Quedlinburgenſem*, *Gernrodenſem* & *Walckenriedenſem*, denique Comitatum *Barbienſem*.

XXI. *FRANCONICVS* continet Epiſcopatus, *Bambergenſem*, *Herbipolenſem*, & *Aichſtetenſem*, terras *Ordinis Teutonici*, & *Prælaturas* duas, *Burggraviatum Norimbergenſem*, ſive Terras Marchionum Brandenburgicorum, principatum *Hennebergicum*, Comitatus *Schwartzenbergenſem*, *Caſtellenſem*, *Löwenſteinenſem*, *Wertheimenſem*, *Hohenloënſem*, *Erpacenſem*, *Limburgenſem*, *Reineccenſem*, *Dernbacenſem*, *Noſtizenſem*, *Schönbornenſem*, *Geyerenſem* &c. denique Civitates Imp. *Noribergam*, *Francofurtum* ad Mœnum, *Roten-*

* Territorium *Coburgicum* in Franconia, quod pacto matrimoniali a Carolo IV. Imp. a. 1350. confirmato pervenit ad Landgravios Thuringiæ, Circulo Superioris Saxoniæ in hunc usque diem adſcribi; hoc tamen reſpectu reliquarum terrarum *Hennebergicarum*, quas a. 1583. extincta ſtirpe *Hennebergica*, Saxoniæ Duces acquiſiverunt, obtineri non potuiſſe, quod tunc Circulorum magis conſtitutus fuerit, obſervat G. M. de LVDOLF de *Jure Cam.* §. *XIII. n. 10.* p. 180. ſq.

XXI. V. LIMN. l. c. EVR. H. l. c. STRVV. l. c. *Reichs-Staat* C. IX.

Rotenburgum ad Tubarim, *Schwinfurtum*, *Winsheimum*, *Weiſſenburgum* Nortgoviæ.

XXII. *BAVARICVS*, præter *Bavariæ* Ducatum, continet Archiepiſcopatum *Salisburgenſem*, Epiſcopatus *Friſingenſem*, *Ratisbonenſem*, *Paſſavienſem*, Prælaturam *Berchtolsgadenſem*, & in urbe Ratisbonenſi Abbatiam *S. Emerani*, & bina *Collegia Canoniſſarum*, Comitatus *Ortenburgenſem*, & *Hohenwaldeccenſem*, Dynaſtias *Machſelrainianam* & *Breiteneccenſem*, nec non *Ratisbonam*.

XXIII. *SVEVICVS* comprehendit Epiſcopatus *Conſtantienſem*, *Curienſem*, & *Auguſtanum*, Ducatum *Wurtenbergicum*, Marchionatum *Badenſem*, Principatus *Hohenzolleranum*, *Oettingenſem*, & *Mindelhemenſem*; plures *Prælaturas*, quarum præcipuæ, Abbatiæ *Campidonenſis*, *Elwangenſis*, *Stabloënſis* & *Corbeienſis*, Comitatus permultos, ac Civitates Imp. plurimas, quas inter *Auguſta Vindelicorum* & *Ulma* eminent.

XXIV. *RHENANVS SVPERIOR* complectitur Archi-Epiſcopatum *Veſontinum*,

T 5

XXII. v. Autores citati. *Reichs-Staat* C. VII.

XXIII. v. GOCKELII Tr. de *Circulo Suevico*, & Autores citati. *Reichs-Staat* C. X. FRITSCH Addit. ad LIMN J. P. L. I. C. VII. n. 23. ubi noviſſimam Circuli hujus matriculam e GOCKELIO exhibet STRVV. §. 14.

XXIV. * Exciderunt ei *Lotharingia Epiſcopatus Metenſis*,

num, Epiſcopatum *Wormatienſem* & *Spirenſem*, *Magiſtrum Ordinis Johannitici*, Abbatem *Fuldenſem*, *Lotharingiam* & *Haſſiam*, pluresque *Prælatos* & *Comitatus*, inter quos eminent *Naſſovienſes*, *Hanovienſes*, *Rheni* & *Sylveſtres*, cum *Civitatibus* Imp. permultis: quamvis varias exemtiones ſic paſſus hic Circulus.

XXV. *WESTPHALICUS* continet Epiſcopatus *Monaſterienſem*, *Osnabrugenſem*, *Paderbornenſem*, & *Leodienſem*, Ducatus, *Juliacenſem*, *Clivenſem* & *Bergenſem*, *Friſiam Orientalem*, Comites *Oldenburgenſem*, *Naſſovios* quosdam, *Lippienſes*, *Bentheimenſes*, *Prælatos* aliquot, & *Tremoniam* Civitatem Imp.

XXVI. *SAXONICUS INFERIOR* comprehendit *Electoratum*, & Ducatus *Brunsvico-Luneburgenſes*, *Magdeburgenſem*, *Bremenſem*, *Megapolitanum*, *Saxo-Lauenburgicum* & *Holſatiæ*, Principatus *Halberſtadienſem*

---

tenſis, *Tullenſis* & *Verdunenſis*, *Alſatiæ* & *Sundgovia*, cum X. *Civitatibus* Alſatiæ, & *Argentoratenſi Urbe* & *Epiſcopatu*.

v. Autores citati. VITRIAR. l. c. §. 10. ubique PFEFFING. not. b)

XXV. v. LIMN. l. c. EVR. H. p. 92. STRVV. §. 14. *Reichs-Staat* C. XII.

XVII-XXVI. v. ZEILER. *von den* X. *Kreyſen*, five BICELII *Reichs-Geographie*. Autores citati.

MVL-

ſem & *Mindenſem*, Epiſcopatus *Hildeſienſem* & *Lubecenſem*, *Lubecam*, *Hamburgum*, *Bremam*.

XXVII. Diviſioni vulgatæ in *QUATERNIONES* non opus eſt ut immoremur, eo quod illa, tanquam figmentum ingenii otioſi, dudum exploſa eſt, nec ullum habet uſum.

XXVIII. Quemadmodum vero hactenus Imperii diviſio ratione *Territoriorum* conſiderata eſt: ita idem, ratione *Perſonarum* tanquam *Corpus* civile ſpectari, & in CAPUT & MEMBRA dividi poteſt, in quorum *nexu* conſiſtit Imperii *Forma*, *Legibus* Imperii fundamentalibus ſubnixa, ex qua omnia Imperii *jura*, eorumque *adminiſtratio*, derivanda; id quod ex ſequentibus ulterius elucebit.

MULLER Tr. de *Convent. Circular.* C. 13. ubi noviſſimam Circuli inferioris Saxoniæ a. 1654. approbatam Matriculam exhibet.

XXVII. v. GOLDASTI *Reichs Handlungen* p. 17. ſeqq. LIMN. J. P. L. I. C. VII. n. 38. FRITSCH in *Addit.* ad h. l. ubi Oratio inauguralis inſerta, in qua ſententiam ſuam fuſe de hac diviſione aperuit. VITRIAR. l. c. §. 30.

XXVIII. v. LIMN. J. P. L. I. C. VII. n. 50. 51. 52. ibique allegati Receſſus Imp. in quibus varia hujus diviſionis veſtigia obſervantur.

LIB. II.

DE LEGIBVS IMPERII FVNDAMENTALIBVS.

CAP. I.

DE LEGIBVS IMP. FVNDAMENTALIBVS IN GENERE.

§. I.

LEGES Imperii FVNDAMENTALES ſunt *conventiones inter Caput & Membra Imperii R. G. initæ, vel etiam, ab Imperatore & Imperio cum Exteris, quibus Status Imperii R. G. vel in totum vel ex parte formatur.*

II. *Conventiones* easdem eſſe, tum ex conditione eas conſtituentium, tum ex modo conſtituendi, (a) facile liquet: neque ex formulis earum imperioſis, (b) aut promulgationis ritibus indoles earum judicanda.

III. Re-

§. II (a) v. R. I. d. an. 1500. f. ibi: *Contracts-Weiſe.* CAPITVL. CAROLI VI. & CAPIT. CAROLI VII. princ *daſs wir uns -- mit denſelben -- Geding- und Packtsweiſe dieſer nachfolgenden Articuln vereiniget, verglichen &c.*

(b) v. TITIVS *J. P.* L. 2. C. I. §. 14. & *Vind. Vitr.* §. 83. ſqq.

III. Reſpiciunt vero *Statum Imperii publicum*, tum *internum*, qui in nexu Capitis & Membrorum, juribusque ac officiis inde manantibus, conſiſtit; tum *externum*, qui jura, ratione exterorum Imperatori & Imperio competentia, complectitur.

IV. *Obligatio*, quæ inde naſcitur, ratione Cæſaris ac Statuum ejusdem generis eſſe videtur: non ſcilicet qualis ex juſſu ſeu lege proprie dicta, ſed qualis ex pacto provenire ſolet; niſi quatenus veſtigia quædam priſtinæ ſubjectionis in Statibus remanſere.

V. Spectant porro Leges fundamentales vel ad primam Reip. Germanicæ *originem*, vel ad varias ejus *mutationes*.

VI. *Illæ* ſunt conventiones inter futurum Germaniæ Regem futurosque ejus ſubditos de conſtituendo Regno initæ, quibus prima ſtatus publici fundamenta jacta fuere.

VII. Sed de illis, quatenus a communi Regnorum Statu receſſere, parum nobis conſtat: niſi quod aliqua libertatis ſpecies populo, libertati adſveto, relicta videtur.

VIII. *Hæ* vero ſunt conventiones inter Regem populosque Germanicos, vel exteros, ſucceſſu temporis initæ, quibus Status Regni Germanici varie mutatus fuit.

IX.

IV. v. TITIVS. J. P. l. c. §. 12. 13.
V. v. TIT. l. c. §. 6. ſq.
VII v. SCHILTER. *J. Publ.* L. I. Tit. II §. 2. BRUNNEMANN. *Exam. J. P.* L. I. C. II. §. 3. 4.

IX. Et cum harum aliæ ad antiquiorem Regni Germanici Statum pertineant, aliæ ad recentiorem: patet, remotiores a tempore noſtro ex præſenti Statu, novioribus ſcilicet Legibus definito, æſtimandas, nec ulterius hodie valere, niſi quatenus ad præſentem Imperii ſtatum quadrant.

X. Sunt etiam nonnullæ inter has, quæ tantum jura *Imperii Romani* concernunt: qualis eſt *Sanctio* iſta *pragmatica*, inter *Ottonem M.* atque *Romanos*, interprete *Leone VIII.* de Imperio Romano cum Regno Germanico jungendo, inita; itemque *lex* in *Comitiis Rhenſenſibus a.* 1338. de Imperatoria Majeſtate lata.

XI. Aliæ vero *univerſum Imperium* R. G. vel etiam *Regnum Germanicum*, vel ſaltem *certam* Status publici Germanici *partem* reſpiciunt, quales ſunt pleræque omnes.

XII Sunt præterea aliæ conventiones de Statu Imperii *Eccleſiaſtico* inprimis, ab Imperatore cum Papa initæ: veluti *Transactio* inter HENRICUM V. & CALIXTUM II. *Aurea Bulla* FRIDERICI II. de *Libertate Eccleſiaſtica*, *Concordata Nationis Germanicæ*, ab Imperatore FRIDERICO III. vel V. cum NICOLAO V. inita.

XIII. Sed & aliæ *Statum* Imperii *exter-*

num,

VIII. v. COCCEJ. J. P. Cap. I. § 4.
X v. STRUV. *Corp. J. P.* Cap. VI. §. 4 p. m.
XIII. v. SCHILTER. l. c. conf. Procem. Cap. II. §. 1.

mum, quod ad territorium maxime ac fines Imperii, per conventiones cum *Exteris* initas, definiunt.

XIV. Denique aliæ Leges Imperii ſive Conventiones fundamentales ſunt *ſcriptæ*, quæ expreſſo, eoque per ſcripturam publica autoritate promulgato, conſtitutæ ſunt: aliæ *non ſcriptæ*, quæ ſine ſcripto veniunt, atque adeo tacito, vel præſumto, paciſcentium conſenſu nituntur.

XV. *Scriptarum* legum, quæ ſub variis appellationibus acceſſere, potiores ſunt: *Receſſus Imperii*, *Aurea bulla Caroli IV. Concordata Nationis Germanicæ*, *Pax publica*, *Pax religioſa*, *ordinatio Cameralis*, *Ordinatio Executionis*, *Ordinatio Iudicii Imp. Aulici*, *Ordinationes Politicæ* & *Monetariæ*, *Pax Weſtphalica*, *Noviomagenſis*, *Ryſvicenſis*, *Raſtadio-Badenſis*, *Trajectenſis* & *Viennenſis*, denique *Capitulationes Cæſareæ*.

XVI. *Non-ſcriptæ* leges uno vocabulo *Obſervantia Imperialis das Reichs Herkommen* appellitari ſolent.

XVII. Effectus Legum Imp. Conventionumve publicarum eſt *Jus* & *Obligatio*, vel Cæſari, vel Statibus vel exteris etiam, ſubdi-

XV. v. COCCEJ I. c. L. B. de LYNCKER *Doctr. Commun. de Capit. Caſ.* §. X. n. 46.

XVI. v. *Capit.* LEOPOLD. Art. 27. REC. IMP. d. a. 1542. §. 127. d. a. 1654. §. 37. & §. 105. KVLPIS. *de Obſervant. Imp.*

ſubditis Imperii, pro materiæ diverſitate, inhærens.

XVIII. Obligant vero eædem IMPERATOREM quidem & STATVS IMP. *EXTEROSVE*, ut conventiones; *Subditos* vero ut leges proprie dictæ.

XIX. Ceterum durat Legum harum obligatio, donec iis derogatum fuerit: Derogari vero illis eadem ratione poſſe, qua conſtitutæ ſunt, facile intelligitur.

Cap. II.

DE RECESSIBVS IMPERII.

§. I.

Scriptæ leges Imperii fundamentales, exceptis nonnullis, * generali vocabulo RECESSVS IMPERII *Reichs-Abſchiede* vocantur, eo quod circa diſceſſum e comitiis promulgari ſolent: ſed & alio nomine *Conſtitutiones* vel *Ordinationes* Imperii, itemque *Sanctiones pragmaticæ* appellitantur.

II. Sumitur etiam vox Receſſuum nonnunquam *latius*, ut omnes Imperii leges complectatur, licet inter eas ſint, quæ a ſpeciali quodam objecto ſpeciale nomen fuerint

§. I * Veluti *Capitulationibus Cæſareis*, *Ordinatione Judicii Imp. Aulici*, aliisve, quibus definitio *Receſſuum* non convenit, v. HORN J. P. Cap. VI. §. 1. STRVV. *Corp.* J. P. Cap. VI. §. 38. p. 117. ſq.

Digitized by Google

fuerint ſortitæ: nonnunquam *ſtrictius*, ut a ſpecialibus ejusmodi conſtitutionibus diſtinguantur.

III. Sunt autem RECESSVS IMPERII *conventiones in comitiis, mutuo Imperatoris & Statuum conſenſu, de rebus, Statum Imperii publicum potiſſimum concernentibus*, in vim *perpetuæ legis, initæ ac promulgatæ.*

IV. *Origo* Receſſuum ſenſu jam definito acceptorum non niſi ab iis temporibus deducenda erit, quibus in communionem Imperii Status recepti ſunt: licet negari nequeat, jam ante iſta tempora leges in Comitiis latas fuiſſe.

V. Eſſe autem Receſſus Imp. *conventiones* ſeu *pacta*, non ſolum ex rationibus ſuperius allegatis, ſed etiam ex ipſis Receſſuum formulis clarum eſt.

VI. Perſonæ paciſcentes, ſeu *Autores* Receſſuum, ſunt partim *Imperator*, vel ejus vice *Rex Rom.* itemque *Vicarii Imp.*

U partim

IV. v. TIT. J. P. Lib. 2. Cap. II. §. 29. VITRIAR. *Inſt J. P.* Lib. I. Tit. 2. §. 10.

V. v. Cap. II. §. 3 & ibi cit. R. I. d. a. 1500. *haben uns mit und gegen einander deßhalben in Contracts-weiſe vereiniget, verpflichtet und verſchrieben.* conf R. I d. a. 1641 §. 100. R. Nov. §. 199. CAPITVL. *noviſſ.* princ Add. Dn. MOSER *T. Staats Recht* P. I. C. IV §. 3. 4.

VI. v. MAVRIT. Diſſ. de *Receſſ. Imp.* §. 11. 12. 14. ſqq.

partim *Status Imperii*, qui & paucis vices ſuas demandare poſſunt.

VII. *Modus* Receſſus *conficiendi & promulgandi* ex doctrina Comitiorum inferius patebit.

VIII. *Materia* Receſſuum diverſa eſt; vel enim *leges fundamentales* continent, *Statum publicum* formantes, vel *decreta* de negotiis publicis quidem, ſed *tranſitoriis*, vel denique *leges privatas*; ſed primo reſpectu ad jus publicum potiſſimum pertinent.

IX. *Idioma* Receſſuum olim *Latinum* erat, hodie eſt *Germanicum*, non ex legis neceſſitate, ſed libero uſu.

X. *Effectus* Receſſuum eſt *jus & obligatio*, vel Cæſari, vel Statibus, pro materiæ varietate, & modo conſenſus dati, inhærens.

XI. Obligari autem non ſolum *Cæſarem*, ſed etiam *Status*, ſive ſingulos, ſive collective ſpectatos, *per modum conventionis*, tum

---

VIII. v. TIT. J. P. Lib. II. C. 2. §. 3. ll.

IX. * Perperam ergo Dn. MOSER. l. c. §. 20. *Receſſus Imp.* propterea, quod vel *obſoleta*, vel ad jus *privatum* pertinentia, quoque contineant, e claſſe Legum fundamentalium excludit. v. MAURITI l. c. §. 28. 29. TIT. l. c. §. 13. SCHVRZFL. *Epiſt.* XXIII. p. m. 29. de edicto *Rudolphi I.*

XI. v. SCHWED. *Introd. ad Jus Publ.* P. gen. C. 3. §. 7. VITRIAR. *J. Publ.* L. IV. T. 3. §. 103. KULPIS. ad *Monz.* P. II. C. 5. TITIUS l. c. §. 14. 15.

tum ex indole Receſſuum, tum ex Statuum conditione manifeſtum eſt: quamvis ſi per majora vota condantur, diſſentientes magis ex lege, quam ex pacto teneri videantur.

XII. Et quidem quatenus Receſſus *Leges fundamentales* continent, regulariter ad *Cæſarem* & *Status* tantum pertinent: ſi tamen materia ad *ſubditos* mediatos quadret, hos quoque, velut *leges poſitivæ*, obligant, exemplo *Pacis Religioſæ*.

XIII. Quatenus vero *decretis tranſitoriis* conſtant, pro diverſitate materiæ, modo ſolum Cæſarem & Status obligant, v. g. ſi decretum fiat de conferenda certa pecunia, modo etiam ſubditos mediatos.

XIV. Denique quatenus *leges privatas* complectuntur, *ſolos ſubditos mediatos* obligant, cum Imperantes qua tales a legum privatarum obligatione ſint ſoluti.

XV. Imo nequidem obligati videntur Status ad leges iſtas privatas, in Comitiis latas, in territoriis ſuis conſervandas: eo quod, leges cum aliis condendo, non videntur poteſtate ſua legislatoria in territoriis ſuis ſe abdicaſſe.

XII. XIII. v. TITIUS l. c. §. 23. 24.

XV. v. INST. P. W. a. VIII. *Cap.* FERD. IV. art. III. Nec obſtat R. I. d. a. 1529. tit. *Kayſerl.* Conſtit. von *Brüder und Schweſtern.* TIT. l. c. §. 27. Ill. THOMAS. de *Poteſt. Statuum Legisl. contra J. Comm.* HOMBERGK. J. P. Proleg. §. 31.

XVI. *Durat* vero Receſſuum *effectus*, quamdiu conſenſus eos condentium ſubſiſtit: adeoque vel voluntate contraria non Cæſaris ſolum, ſed & Statuum, tacita aut expreſſa, vel tempore elapſo, tollitur, idque vel in totum vel ex parte.

XVII. Diſtingui poſſunt Receſſus (I.) in *univerſales* & *particulares*. *Illi* ſunt, qui conficiuntur in Comitiis Imperii univerſalibus, Cæſare & Statibus omnibus concurrentibus.

XVIII. *Hi* vero iterum ſunt vel *Deputatorum Imperii*, *Reichs*-Deputations-*Abſchiede*, qui ſcil. in Comitiis Deputatorum concluduntur, atque univerſalem requirunt obligationem: vel *Circulorum*, *Creyſs-Abſchiede*, qui ſecundum conventus circulares & annos diſtinguuntur.

XIX. (II.) Etiam dividuntur in *primarios* & *ſecundarios*. *Hi*, *Neben-Abſchiede* dicti, ſunt, qui in Comitiis quidem concluduntur, aſt primariis Receſſibus tanquam articuli ſecreti adjiciuntur, atque in Archivo Moguntino adſervantur, donec citra Reipublicæ detrimentum evulgari queant.

XX.

XVI. v. TIT. l. c. §. 17. HORN. l. c. §. 11.
XVII. v. MAVRIT. l. c. §. 10.
XVIII. v. SCHWEDER. *J. Publ.* P. Gener. C. III. §. 3. STRVV. l. c. §. 35.
XIX. v. LIMN. Tom. I. *Addit.* ad L. IX. C. I. n. 113. SCHWEDER. l. c. §. 3. STRVV. l. c. §. 31.

XX. Collecti ſunt Receſſus Imperii uno volumine, quod *CORPUS RECESSUUM Imp.* ſalutatur: cujus prima collectio Spiræ 1527 prodiit, * quam deinceps aliæ plures ſequutæ, ſuis nævis ac defectibus laborantes; ** licet Secretarius Moguntinus circa

XX. * Cura *Petri* TRACHEN, *Schulteti Spirenſis*, Cui titulus: *Aus Bevelch Kayſerlicher Majeſtæt Statthalters und Regiments im H. Reich und mit Kayſerlicher Freyheit iſt gedruckt dieſs Buch: ſo inhelt alle und jede des Reichs Ordnung, ſampt der gülden Bull und Abſchieden, beſonderlich auch die Artickel und Ordnungen ſo jetz zu zeyten aufgericht das Kayſerlich Regiment un Cammergericht belangen, wie den ſolches zum theil der Abſchied des Reichstags zu Worms innhelt. Damit die menniglich bekündigt und gemein werden moegen*, in Fol. an. 1527.

** Inter ſubſequutas complures noviores *Corporis Receſſuum* editiones noviſſima eſt, quæ Francofurti ad Moenum a. 1720. fol. prodiit, ſub titulo: *Aller des Heil. Roem. Reichs gehaltenen Reichstaege, Abſchiede und Satzungen, ſamt andern Kayſerlichen und Koeniglichen* Conſtitutionen, *als* Caroli IV. *Bull &c. wie die vom Jahr 1356 biſs in das Jahr 1654. aufgericht erneuert und* publiciret, *worden &c. Numehro von neuen* collationiret, *und mit neuen ausführlichen Summarien, Marginalien, ſamt einem vollkommenen* general *und* ſpecial-*Regiſter, als der güldenen Bull, Peinlichen Hals-*

Acta publica edenda cura quædam demandata ſit. ***

Cap. III

Halsgerichts-Ordnung und Reichs-Abſchieden, Des Jahrs 1654. gezieret. Quæ vero in hoc Corpore continentur, Dn. MOSER recenſet [illegible] *Staats-Recht* P. I. L. I Cap. IV § 28. ſimulque nævos ac defectus ejus notat. Corpori huic memorato ſuccenturiatur I. CHR. LVNIGII *Archivum Imperii*, & quidem Pars ejus Generalis, ubi nonnulli ejusdem defectus ſupplentur; itemque Dn. *Jo. Jac.* SCHMAVSSII *Corpus Juris Publici S. R. Imperii Academicum*, noviſſime an. 1735. auctius editum, nec non *Jo. Georg.* GRITSCHII Collectio Conſtitutionum Imperialium, quæ an. 1737 Ratisbonæ prodiit ſub titulo: *Auserleſene Sammlung des Heil. Roem. Reichs-Grundgeſetze, Friedens-Schlüſſe und Satzungen, worinnen ſelbige nach dem Zuſammenhang der Materien, mit Beybehaltung der Chronologiſchen Ordnung, nebſt Beyfügung dienlicher Marginalien,* Parallel-*Stellen und* Remiſſionum *auch vollſtaendiger* Special-*Regiſter, vorgeſtellet.*

*** Dicendum de auctoritate Electoris Moguntini circa publicandos Receſſus Imp.

v. MAVRIT. l. c. th. 37. 38. SCHWEDER l. c. § 8. SCHILTER *J. Publ.* L. I. Tit. II. § II. STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.* §. 38. p. 147 ſqq. c. §. 62. R. I. *Spir.* d. a. 1526. §. 30.

Cap. III.

DE AUREA BULLA.

§. I.

Aurea Bulla, quæ primo omnium inter Receſſus Imperii ſe offert, eſt *ſanctio pragmatica, a Carolo IV. in Comitiis Noribergenſibus atque Metenſibus an. 1356. conſenſu Ordinum publicata, electionem & coronationem Imperatoris, nec non jura Electorum, aliaque ad Imperium pertinentia, definiens atque declarans.*

II. Dicitur *Aurea Bulla* a *ſigillo aureo* adpenſo, quod in uno latere CAROLI IV. Imperatorio ornatu conſpicui effigiem, in altero caſtrum magnum, refert, utroque ſuis inſcriptionibus adornatum.

III. Conſcripta eſt *lingua Latina*, vel quod illa iſto tempore adhuc idioma Imperii

II. v. THVLEMAR. de *Bulla aurea, argentea, plumbea & cerea.* STRVV. *Corp. J. Publ. Cap.* VI §. 5. p. 113 ſqq. Inſcriptio unius lateris hæc eſt:

* KAROLVS. QVARTVS. DIVINA. FAVENTE. CLEMENTIA. ROMANORVM. IMPERATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET. BOHEMIAE. REX.

Alterius vero lateris inſcriptio talis eſt:

ROMA. CAPVT. MVNDI. REGIT. ORBIS. FRENA. ROTVNDI.

Portæ autem inſcripta verba: AVREA. ROMA

rii eſſet, vel quod ad notitiam Papæ etiam atque Italorum eſſet ſcripta. *

IV. Quamvis autem antehac unicum duntaxat Exemplar ejus *Authenticum* extare, idemque *Francofurti ad Mœnum* adſervari, a pleriſque exiſtimatum fuerit: attamen hodie rectius hac de re edoctus aliter ſentiendum, atque Exemplar in Archivo Imperii Moguntino, bullaque aurea corroboratum, pro *Authentico* potius, ſaltem præcipuo, habendum, ſi alia vero exempla, ſigillis aureis itidem firmata, ſingulis quoque Electoribus tradita, & in Archivis ipſorum recondita fuiſſe, non ſine ratione credendum eſſe videtur. V. Trans-

III * Quamvis ſtylus non ſit optimus, ſed ſtylo juridico illius ævi conveniens. v. SCHWEDER. J. P. Part. Gen. C. II. §. 6. SCHILTER in *not.* ad A. B. §. 1. 5. STRVV l. c. §. 9. BRVNNEM. *Exam. J. Publ.* Lib. 1. C. IV. §. 4. MOSER. *D. Reichs Staat L. I. C. V. §. 8.*

IV. * Standum videtur fide illuſtris Domini de LVDEWIG, qui, Exemplar *Moguntinum* Aureæ Bullæ, filo ſerico tamen, cui appenſa fuerat, rupto, in ligatura eidem appoſita, corroboratum, in Archivo Imperii ſe vidiſſe, atque accurate conſideraſſe, inſignem quoque differentiam inter hoc *Moguntinum* & *Francofurtanum* obſervaſſe; ſed & exemplum *Heidelbergenſe* in Archivo Electorali Palatino, ſigillo aureo itidem condecoratum, ſe inſpexiſſe, teſtatur, ſimulque refert, qui factum ſit,

V. Tranſlata quoque fuit in *Germanicum* idioma, cujus varia extant exemplaria: ſiquidem MSCtum aliud, *WENCESLAI* juſſu confectum, in Bibliotheca Vindobonenſi, aliud Francofurti, in eadem ciſta, in qua latinum, adſervatur; alia vero in publicum emiſſa, ſed a Latino plerumque diſcrepantia.

VI. Nulla autem *verſio* adhuc publice recepta eſt, ut adeo *Latinus* textus ſolus maneat *avthenticus*, in decidendis controverſiis allegandus.

U 5 VII. *Au-*

ſit, ut Conſtitutio hæc, aureo ſigillo firmata Francofurtenſibus a CAROLO IV. conceſſa ſit, quod nempe hanc, inter privilegia Civitatis ſuæ, tanqvam præcipuum in forma hujusmodi avthentica ſibi confirmari ab Imperatore expetierint. in *Præf.* P. II. *der Erleut. der güld. Bulle* præmiſſa, *§. 51.* ſeq. p. 40. ſeqq. Sed nec THVLEMARIO fides deneganda videtur, qui *Cap VII. §. 1.* in Archivis Electorum, præcipue Moguntino, Trevirenſi, Colonienſi, Bohemico, Palatino, reperiri Exempla ſigillis aureis corroborata, tradidit.

Add. LIMN. *Obs ad* A. B. in prælim. THVLEMAR. l. c *C. VIII.* STRVV l. c. *§. 9.* Dn. MOSER. *T. Reichs Staat L 1. C. V.* §. 11.

V. v. LIMN. in *prælim.* ad A. B. Obſ. 4. & ad C II. §. ult. SCHILTER *Inſt. J. Publ.* Tom. II. Tit. XIX. p. 195 ubi vetuſtior textus Germ. THVLEMAR. l. c. C. IX. STRVV. l. c. §. 10.

VI. v. SCHWEDER l. c. §. 6. STRVV. l. c. §. 10.

BRVN-

VII. *Autor* hujus ſanctionis CAROLUS IV fuit, qui & formulam ejus concepiſſe dicitur: ſed non ſolus & ex proprio arbitrio, verum conſenſu *Ordinum* eam conſtituit ac promulgavit; unde non minus ac ceteræ leges fundamentales conventionis naturam retinet.

VIII. An vero illa ſolo *Electorum*, an & *Statuum* reliquorum conſenſu condita & promulgata ſit? noſtro tempore diſputari cœptum: poſterius olim pleriſque, prius vero hodie multis aſſerentibus, illis ad verba legis, his ad interpretationem ejus, provocantibus.

IX. *Occaſio* ejus condendæ forte non una Carolo ſubnata fuit. præcipua haud dubie

BRUNNEM. l. c. §. 4. Dn. de LUDEWIG l. c. ubi plures memorat verſiones antiquiores & recentiores, ſicut & ipſe novam verſionem Germanicam in ſuo commentario adjecit. Dn. MOSER *T. Reichs Staat L. 1 C. V. §. 20. 21.*

VII. v. LIMN. ad A. B. *Proem.* Obſ. 30. THULEMAR. de B. A. arg. C. VI §. 18. SCHWEDER l. c. §. 4. conf. *Praef.* A. B. ibi: *in ſolenni Curia adſidentibus* &c. *matura deliberatione*. Dn. MOSER l. c. §. 67.

VIII. v. LAMBEC. de *Biblioth. Vindob.* L. II. C. 8. p. 916. *Autores allegati in duplica ad quadrigam quaeſt.* quæ inſerta ab HIPPOL. A LAPIDE lib. *Raiſonnement von der 9ten Chur-Würde*, p. 51. HORN. J. P. Cap. VII. §. 4. BRUNNEM. de *Mutat. A. B.* §. 34. ſeqq. 39. MOSER l. c.

dubie Electorum diſſidia, ex ambitione vel ſtudio partium enata, itemque Papæ molimina, & hinc vel Anti-Cæſarum electio, vel interregni mala ſubſequuta, juxta cum diffidationibus, extitere, hoc pacto tollenda.

X. *Conſtitutio* ejus ac *Promulgatio* non uno loco facta fuit. ſiquidem prima ejusdem pars in ſolenni, eademque univerſali Curia *Norbergenſi* a. 1356. altera vero pars a Titulo XXIV. ad finem usque in ſolenni Curia *Metenſi* fuit publicata

XI. Capita ejus pleraque ad *Statum publicum formandum* quidem pertinent: interjecta tamen ſunt quædam, quæ vel communem

---

IX. v. SCHWEDER l. c. §. 5. STRVV l. c. § 7 conf. *præf.* A. B. ibi *ad unitatem inter Electores fovendam* &c. Conf Dn. de LVDEWIG *Præfat. G. 11. der Erleut. der güld. Bull.* §. 41 p. 50. ſqq. ubi exiſtimat, hanc A. Bullam a CAROLO IV. illis oppoſitam eſſe, qui negotio Electionis Cæſareæ ſeſe immiſcere, imo ipſi Collegio Electorali ſe ingerere conati fuerint.

X. * Licet domus Norimbergæ *am Ponersberg zum güldnen Schilde* ubi A. B. promulgata, ejusque conclave, in qua Status congregati fuerint, teſte Dn. de LVDEWIG l. c. non adeo ampla fuerit, ut omnes Status capere potuiſſe videatur; ſiquidem multi, licet in curia univerſali, more illius ævi, ſæpe non comparuerunt. v. STRVV. l. c. § 8. conf A. B. Proœm. & Tit. XXIV.

XI. v. TITIVS l. c. Cap. III. §. 4. 5.

nionem ſocialitatem confirmant, vel leges privatas, vel etiam conſilia tantum continent, atque adeo illorum tantum, non vero & horum intuitu, lex fundamentalis proprie audit.

XII. Licet autem hæc A. B. legem conſtituat pragmaticam Imperii, perpetuo duraturam, varie tamen pro temporis ratione fuit *immutata*, idque vel tacito vel expreſſo Imperatoris & Statuum conſenſu, cum non ſolum natura legum fundamentalium admittat in commodum Reip. immutationem ab iis, qui legis ferendæ habent poteſtatem, ſed etiam ipſa A. B. abſque Imp. leges illud omnino concedant.

XIII. Sicuti vero in aprico eſt, nec Cæſarem abſque Statibus, nec Status abſque Cæſare, niſi forte interregni tempore, Vicariorum auctoritate, hic quidquam immutare poſſe, ita non omni dubio caret, utrum ſolus *Electorum*, an vero omnium *Statuum* conſenſus ad mutationem requiratur.

XIV.

X. v. LIMN. J P. L. I. C. XI. n. 110 ſqq. FRITSCH. ad LIMN. h. l. STRAUCH. *Diſſ. Exot.* V. §. 14. A. B. Tit. XII. §. 2. ibi: *ad noſtrum & ipſorum duntaxat beneplacitum duratura.* CAROLI VII. *Capitul.* Art. II. §. 3. BRUNNEM. Diſſ. *de Mutat. A. B.* §. 14. & ſeqq. ubi exempla. STRUV. l. c. §. 1. MOSER l. c. §. 27.

XIII. XIV. v. HORN. l. c. §. 11. 12. 13. 14. BRUNNEM. l. c. §. 31. 32. 33.

XIV. Quæ res circa inſtitutionem novi Electoratus diſputata, ſed nec ex illa tantum quæſtione, utrum A. B. ſolo Electorum, an vero & ceterorum conſenſu, condita ſit, verum ex communi Legum Imp. natura, decidenda videtur.

XV. Quamvis & illud obſervatione dignum, pro mutatione hic non habendum, ſi quid non *contra*, ſed *præter* Auream Bullam conſtituatur, cujus arbitrium penes Cæſarem & Electores utique eſſe poteſt.

XVI. Denique & hoc advertendum, mutationem proprie non eſſe, ſi per *interpretationem* doctrinalem, ob variantes circumſtantias, nonnulla ejus capita vel extendantur vel reſtringantur.

CAP. IV.

DE PACE PVBLICA, SEV PROFANA, *Land - Frieden.*

§. I.

PAX PVBLICA, in Imperio peculiaribus Conſtitutionibus ſancita, vel *Profana* eſt, vel *Religioſa*: de priori hoc, de poſteriori ſequenti Capite agetur.

II. Eſt autem PAX PVBLICA, SEV PROFANA, *der Koeniglich Land Frieden, ſanctio Imperii pragmatica, unanimi Imperatoris Maximiliani I & Statuum conſenſu in Comitiis Wormatienſibus a. 1495. condita, qua omnis*

XV. XVI. v. TITIVS l. c. § 9. 10. 11.

omnis vis publica & hoſtilitas in Imperio in perpetuum prohibetur, ac modus controverſias Statuum componendi præſcribitur, pœnaque in violatores pacis ſtatuitur.

III. Animam huic Conſtitutioni dedere *bella inteſtina*, quæ ſub *juris manuarii, des Fauſt-Rechts*, nomine jam *Henricorum* imo *Francorum*, tempore innotuere, ac per fatale *Interregnum* inprimis magis magisque invaluere, quin & poſtea adhuc per aliquod tempus ad initia Seculi XVI. usque duravere, atque adeo Germaniam per quadringentos fere annos miſere afflixere.

IV. Scilicet ſolenne tunc in Germania non ſolum Principibus fuit, ſed etiam privatis, privatas inimicitias armis vindicare: id quod ſatis honeſte fieri credebant, modo per literas denunciatum fuerit; unde non ſolum *diffidationes* in uſu eſſe cœpere, ſed & deprædationes & latrocinia enata, atque vinculum non civile tantum, ſed etiam ſociale prorſus fere ſolutum fuit.

V. Quod malum cum ex conniventia Imperatorum, & illorum abſentia, ac labefactata auctoritate, & cum primis per varia inter-

III. v. DATTIVS de *Pace publ.* L. I. Cap. I. II. STRVV. *Corp. J. Publ.* Cap. VI. §. 45. ſqq. TITIVS l. c. Cap. IV. §. 1. SPENER *T. Staats Rechts L.* L. 1. C. 7. §. 3.

IV. v. DATTIVS l. c. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. 7. C. 89. 109. A. B. C. 17. TIT. l. c. §. 3. HORN. J. P. Cap. VIII. §. 3.

interregna, maxima cœperit incrementa: non ſtatim prorſus e medio tolli potuit, ſed ſaltim per vices temporum quodammodo mitigandum fuit.

VI. Hinc varia remedia parata, & pax publica ſæpe ſancita, non quidem in perpetuum, ſed ad tempus, certusque modus extra illud tempus diffidationibus & bellis iſtis privatis poſitus & præſcriptus fuit.

VII. Hinc *Treuga* & *Pax Dei* ab *Epiſcopis* primum mandata: hinc variæ *Conſtitutiones* de *Imperatoribus*, CONRADO II. HENRICO III. cumprimis FRIDERICO I. itemque PHILIPPO, OTTONE IV. & FRIDERICO *II.* jam ante Interregnum iſtud magnum, publicatæ fuere.

VIII. Finito Interregno RUDOLPHUS, ADOLPHUS, ALBERTUS, LUDOVICUS Bavarus, CAROLUS IV. WENCESLAUS, SIGISMUNDUS, cumprimis vero ALBERTUS II. & FRIDERICUS III. vel Conſtitutionem FRIDERICI I. reſtaurarunt, & ad certos annos produxerunt, vel novis etiam Conſtitutionibus pacem publicam firmarunt.

IX. Varia

V. VI. v. DATT. l. c. HORN. l. c. §. 3.

VII. v. DATTIUS l. c. Lib. I. C. III. & IV. STRUV. l. c. §. 45. Ill. Dn. BOEHMER *J. Eccleſ.* L. I. Tit. 34.

VIII. v. LEHMANN. L. V. C. XVIII. XIX. L. VII. Cap. XXX. LXIII. LXIV. Cap. LXXX. XCII. XCVIII.

IX. Varia etiam *fœdera & pacta mutuæ defenſionis* ad tuendam pacem publicam inter Principes & Civitates inita; ex quibus celebre eſt *der Land-Frieden von den Sechs Chur-Fürſten*, itemque Fœdus *Rhenanum* atque *Suevicum*; *Ganerbinatus* etiam inter nobiles familias exorti, denique *allodia* ab imbecillioribus in *feudum* potentioribus oblata.

X. His ſundamentis, ab ALBERTO II. & FRIDERICO III. inprimis, jactis, uſus eſt MAXIMILIANVS I., qui primum a. 1494. *PACEM PVBLICAM* a Friderico conſtitutam in triennium usque prorogavit: ſed mox a. 1495. in Comitiis *Wormatienſibus* eandem *perpetua Lege* ſancivit, quæ dicitur *der Koeniglicke Land Friede zu Worms*, atque communi Statuum conſenſu approbata fuit.

XI. Huic

XCVII. XCVIII DATT. L. I. C. V. IX. XXII. XXVI XXVIII XXIX. SCHILTER. *Inſt. J. Publ.* T. II. Tit XIX. p 339. STRVV. l. c. §. 46.

IX. v. GOLDAST P II. *der Reichs Satzungen*, p. 17. *Chron. Auguſt.* ap. FREH. ad a 1247. LEHMANN. L. V C 91. DATT. L. 2. C. IV. KILLINGER de Ganerbiis LIMN. ad A B. Tit. 17. STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.* §. 47. 48. 49. 50. *Cap XXI.* §. *8. 9. 10. Cap XXXII.* §. 21. ſeqq HORN. l. c. §. 3.

X. v. DATT. Lib I. C. XXIX. & Lib. III IV. V. STRVV. § 41 PFEFFING. *Vitr. Illuſtr.* Lib. I. Tit. II. §. 15 not. a) STRVV. l. c. *Cap. VI.* §. 50. MOSER T. *Staats Recht.* L. 1. C. VI. §. 7. 8.

XI. Huic primæ de pace publica Conſtitutioni eodem ſtatim anno acceſſit *Handhabung des Friedens, Rechtens, und der Ordnung zu Worms auffgericht*, & a. 1500. *Erklärung des Land-Friedens zu Augſpurg.* Eadem a CAROLO V. primum in Comitiis *Wormatienſibus* a. 1521. ordinatione *vom Land-Frieden*, atque in *Norimbergenſibus* a. 1522. declaratione ejus; & cumprimis in *Auguſtanis* a. 1548. & a. 1551.* aliisque Receſſibus, deinde & a FERDINANDO I. MAXIMILIANO II. & RUDOLPHO II. varie confirmata & illuſtrata, noviſque capitibus aucta

XI. * Utraque hæc tanquam plenior ac emendatior ceteris omnibus præſtat ac plerumque allegatur. §. XVII. ibi: *haben unſern hiebevor aufgerichten Landfrieden in etlichen Puncten gebeſſert, erklart und erneuert.*

** Capit. Novis. Art. II. § 3 ibi: *den Frieden in* Religion- *und* Profan *Sachen, den Landfrieden, ſammt der Handhabung deſſelben, wie er auf den zu Augsburg im Jahr 1555. gehaltenen Reichstag aufgerichtet verbeſſert, auch in denen darauf erfolgten Reichs Abſchieden wiederholet und* confirmiret *worden.* Add Art. XVI. § 9. 10.

*** Art. XVII. § 8. 9. ibi: *obſervent circa ea quæ in Conſtitutionibus Imperii de Pacis publicæ executione & conſervatione diſpoſita ſunt.*

V. PFEFFING. *Vitr. Illuſtr.* l. c. STRUV. §. 51. MOSER l. c. §. 11. 12. 13.

aucta, quin & ſingulis Capitulationibus, & Pace Weſtphalica, & Receſſu Imp. noviſſimo corroborata fuit.

XII. Inſtaurata ergo hac Conſtitutione ac ſtabilita eſt publica Imperii *tranquillitas & ſecuritas*: ita quidem, ut 1) omnis *vis* publica & privata, *bella* inteſtina, & *diffidationes* prorſus prohibeantur; 2) *Controverſiæ* omnes etiam Statuum, non *armis*, ſed *jure*, diſceptari ac terminari, jubeantur; denique 3) *Fractæ Pacis publicæ* crimen pœna *banni*, vel 2000. marcarum puri, pro re nata, coercendum ſtatuatur.

XIII. Priora duo capita ad partem ejus *definitivam*, tertium ad partem *vindicativam* pertinent.

XIV. Ex dictis patet, hanc *legem fundamentalem* quidem eſſe, ratione *Statuum* Imperii, non quatenus ſocialitatem inter illos firmat, ſed quatenus judiciis & pœnis eos ſubjicit: non vero ratione mediatorum ſubditorum, quippe quos tanquam *lex privata* obligat.

Cap. V.

XII. XIII. v. *Landfriede* d. a. 1548. *pr.* 1. 2. *Tit. I. II. III.* 1. Conf. v. SCHWEDER. l. c. §. 12. 15. TITIVS. §. 8.

XIV. v. TITIVS l. c. §. 10.

CAP. V.

DE PACE RELIGIOSA.

§. I.

PAX RELIGIOSA eſt *ſanctio pragmatica*, vel ſi mavis, *conventio, Imperatoris & Statuum conſenſu in Comitiis Auguſtanis a. 1555. concluſa, qua libertas & ſecuritas religionis Proteſtantibus, æque ac Pontificiis, aſſeritur, nec non poſſeſſio bonorum Eccleſiaſticorum in Imperio definitur, ac jurisdictio Pontificia, quoad Proteſtantes, ſuſpenditur.*

II. *Occaſio* hujus pacis fuit REFORMATIO abuſuum papiſticorum in doctrina & moribus, a *Martino* LUTHERO ſuſcepta, atque motus tumultusque bellici a Pontificiis hoc nomine excitati.

III. Scilicet cum LUTHERUS primum impudentiſſimas indulgentiarum nundinationes *Tezelianas*, ac deinceps etiam alios Religionis Pontificiæ errores atque abuſus, non ſine multorum, etiam Procerum, applauſu impugnaſſet, atque hac de cauſſa a Cæſare ad Comitia *Wormatienſia* a. 1521. citatus, revocare nollet, diro tandem banni Imperialis pariter ac Pontificiæ excommu-

 nicatio-

§. I. Conf. STRUV. *Corp. J. Publ. C. VI.* § 54.

III. v. PFEFF. *Vitriar. Illuſtr.* L. I. Tit. II. § 15 a) GOLDAST. L. 2. *Conſt. Imp.* p. 143. SECKEND. *Hiſt.*

nicationis fulmine, tanquam hæreticus cum ſectatoribus, percuſſus eſt; quamvis, ob metum belli inteſtini, absque effectu

IV Datum hoc edictum *Wormatienſe* non multo poſt aliud mitius in Comitiis *Spirenſibus* a. 1526 ſubſequutum; ſcilicet *in cauſſis, quæ ad decretum Wormatienſe pertinerent, h. e. negotium religionis, quemlibet ita ſe gerere debere, ut actionum rationem Deo & Cæſari reddere poſſit* quod quaſi pacis religioſæ præludium fuit.

V Sed cum a. 1529 in Comitiis Spirenſibus iterum duriora a Cæſare & plerisque Statibus decreta eſſent, nimirum illos, *apud quos nova doctrina non ſine turbis & malis publicis orta, ab omni novatione, quantum poſſibile, præſertim a doctrina de Cœna Domini, ejusque prædicatione, abolitione Miſſæ, abſtinere debere* &c. proteſtati ſunt contra ea IOHANNES Elector *Saxoniæ*, GEORGIUS Marchio

Hiſt Luth. Lib. I Sect 43. §. 97. v. E. TENZEL *Hiſtoriſcher Bericht von Anfang und erſten Fortgang der Reformation, Cap. II* SPENER *T. Staats-Rechtslehre L. C. VII.* § 4. STRUVII *Ausführl. Hiſtorie der* Religions-*Beſchwerden.* MOSER *T. Staats Recht L. I C. VII* §. 3 4.

IV v. HORTLEDER T. I. L. I. C. II. SPENER *T. Staats-Rechtslehre L. I. C. VII* §. 4. *not c) d) e.)* MOSER l. c.

V. v. R. I. des 1529. SLEIDAN. Lib. VI. SECKEND. Lib. 2. §. 44.

Marchio *Brandenburgenſis*, ERNESTVS & FRANCISCVS Duces *Luneburgenſes*, PHILIPPVS *Haſſiacus*, & WOLFFGANGVS *Anhaltinus*, *PROTESTANTIVM* nomen inde nacti; quibus dein *Civitates XIV.* acceſſere.

VI Quamvis autem in his ipſis Comitiis cautum, nemini, Religionis ergo ullam vim, ſub pœna fractæ pacis, inferendam: nondum tamen ſatis tutos ſe credentes Proteſtantes *Smalcaldiæ* eodem an. 1529. convenere, atque de *fœdere* contra Religionis hoſtes egere, quod & anno ſequenti pactum & ſubſcriptum fuit.

VII. Cum autem Confeſſionem ſuam in Comitiis Auguſtanis a. 1530. exhibuiſſent Proteſtantes, & nihil obtinuiſſent, quin potius durum iſtud decretum Spirenſe repetitum fuiſſet: deinceps nec in Comitiis Spirenſibus a. 1532. indictis comparere, nec in Ratisponenſibus anno ſequenti convocatis negotia Imperii pertractari volebant.

VIII. Hinc Cæſar a rigore ſuo non nihil remiſit: ut adeo peculiari conventione *Pax religioſa*, ALBERTO *Moguntino* & LVDOVICO *Palatino* procurantibus, a. 1532. *Suinfurti*

VI. v. R. I. d. a. 1529. PFEFFING. *Vitr. Ill.* p. m. 40. MOSER l. c. § 5. 6.

VII. VIII. v. PFEFFING. l. c. R. I. Aug. d. a. 1530. LEHM. *Acta Pacis Relig.* L. I. C. I. STRVV l. c. § 55. MOSER l. c.

furti inchoata, & *Norimbergæ* concluſa, ac deinceps varie, cumprimis Tranſactione *Cadanenſi*, variisque Receſſibus Imp. firmata fuit.

IX. Sed cum *FOEDUS SMALCALDICUM* a. 1530. initum, a. 1535 præſentibus Legatis Gallico & Britannico, denuo corroboratum fuiſſet; Cæſar id ægre ferens diſſolvi jubet fœdus: quod cum facere renuerent fœderati, eo quod Patres Tridentinos extrema Proteſtantibus minitari intelligebant; hoſtes Imperii declarati ſunt, & cumprimis IOHANNES FRIDERICUS Saxo & PHILIPPUS Haſſiacus banno Imperii percuſſi.

X. Hinc igitur enatum *bellum Smalcaldicum*: quo cum pax religioſa plane aboleretur, atque Proteſtantes, diſſoluto fœdere, captisque fœderis Capitibus, varie opprimerentur; MAURITIUS, novus Saxoniæ Elector, novo fœdere, exercituque valido armatus, Cæſaremque adortus, poſtulavit, ut Religionis componeretur diſſidium.

XI. Mediante igitur FERDINANDO I. Cæſaris germano primum Lincii cum Mauritio de pace actum, ac tandem *Paſſavii* a. 1552. fuit tranſactum; pacem ſcilicet omnibus eſſe colendam, & nullam cuiquam moleſtiam

IX. v. PFEFFING. l. c. p. m. 42. MOSER l. c. §. 7.
X. v. STRUV. l. c. §. 38 SPENER. l. c. p. 163. 164.
XI. v. SARPIAN. L. XXIV. p. 784. STRUV. l. c.

leſtiam religionis cauſa creandam, religionis vero diſſidium, conſilio Ordinum ac Cæſaris auctoritate, piis, æquis & placidis rationibus componendum eſſe.

XII Hæc adeo celebris *TRANSACTIO PASSAVIENSIS* eſt, *der Paſſauer Vertrag*, cui deinceps ipſa Conſtitutio *PACIS RELIGIOSÆ*, qua pleniſſima libertas ac ſecuritas religionis Proteſtantibus aſſeritur, in Comitiis *Auguſtanis* a. 1555. ſuperſtructa eſt: utraque non ſolum in variis Comitiis fuit adprobata, ſed & Capitulationibus & Pace Weſtphalica clariſſime confirmata.

XIII. *Capita* vero Pacis Religioſæ hæc ſunt: (1) Pontificii æque ac Proteſtantes ſe invicem tolerent, nec vi aut contumelia ſe invicem afficiant. (2) Controverſiæ religionis non niſi amicabili & Chriſtiana ratione componantur. (3) Juriſdictio Pontificia quoad Proteſtantes interim ſuſpendatur.

 (4) Bona

XII. v. R. I. Aug. d. a. 1555. cujus *Pax Religioſa* pars eſt. SCHILT. *de Pace Relig.* Cap. II. § 31. 34. SLEIDAN. Lib. XXVI. INSTRUM *Pac Weſtph.* art. V. §. 1. STRUV. l. c §. 56. 57 SPENER l. c. *not. g)* MOSER l. c. § *10. 11. 12. 15. 17.* & ſqq. ubi Hiſtoria Confirmationis, nec non Gravaminum ad Comitia delatorum, atque Conſultationum in iisdem hoc nomine inſtitutarum.

XIII. v. P. R. §. 15. 16. 19 20. 21. 22. 23 27 28 TITIUS J. P. Cap. V. §. 4. HORN. J. P. C. IX. §. 12. 15. MOSER l. c. §. 13.

(4) Bona eccleſiaſtica occupata Proteſtantibus relinquantur. (5) Violatores pacis hujus pœna fractæ pacis publicæ coërceantur.

XIV. Illud hic obſervandum, non niſi *Statuum* hic mentionem fieri, h. e. qui ad Collegium vel Electorale vel Principum vel Civitatum pertinent, incluſa tamen Nobilitate Immediata, de ſubditis vero ac Statibus mediatis nihil cautum eſſe.

XV. Deinde & hoc notandum: cum in Pace Religioſa non niſi *Catholicorum* & *Auguſtanæ Confeſſioni addictorum* nomina occurrant, *Reformatis* ſæpe quæſtionem eſſe motam, utrum ejusdem pacis favore gaudeant? quæ & magnis motibus olim agitata, ſed pace Weſtphalica tandem deciſa eſt.

XVI. Porro *Juriſdictio Pontificis* quoad Proteſtantes *ſuſpenſa* quidem dicitur, ſed revera abolita eſt eo quod ſuſpenſio in eventum religionum legitimis mediis conciliandarum, i. e. nunquam extiturum, facta eſt, licet in mitiorem ſtilum, ob pertinaciam Pontificiorum, condeſcendere maluerint Proteſtantes, quam conſilia pacis plane extingvere.

XVII. De-

XIV. v. SCHILTER. de *P. R.* Cap. V. HORN. l. c. §. 12.

XV. v. SCHILTER de *P. R.* Cap. VI. HORN. l. c. §. 13. INSTR. P. O. art. 7.

XVI. v. TITIVS l. c. §. 15. 16. 17.

XVII. Denique famoſum iſtud *Reſervatum Eccleſiaſticum, Geiſtlicher Vorbehalt*, paci religionis inſertum, hic memorandum, quo cautum, ſi quis ex Eccleſiaſtico Catholicorum Ordine ad ſacra A. C. tranſierit, eum & dignitate & bonis eccleſiaſticis, ſalva tamen exiſtimatione, privandum eſſe: quamvis ſalvis & dignitate & bonis eccleſiaſticis id fieri fruſtra voluerint Proteſtantes, quod *die Freyſtellung* appellarunt.

XVIII. Ex dictis facile etiam juſtitia & validitas pacis religioſæ colligi poteſt: præſertim cum nihil ſit conventum, niſi quod vel ipſo jure naturali ac divino debitum atque neceſſarium, vel ſaltim licitum & arbitrio

XVII. v. P. R. §. 18. OBRECHT de *Reſerv. Eccleſ.* SCHILT de *P. R.* Cap. IV. SPENER *Staats-Rechtslehre* L. 1. C. VII. § 8. p. 174.

XVIII. * Neque etiam dici poteſt *vi metuque* extortam cum inita ſit eo tempore, quo Catholicorum vires minime attenuatæ, imo A. C. addicti ſuperiores & potentiores eſſent; ac præterea Pax iſta in Comitiis Auguſtanis aliisque liberrimo Imperatoris & Statuum Catholicorum conſenſu firmata fuerit.

** Injurii quoque in Pacem Religioſam fuerunt *Franc.* BVRCARDVS in *Autonomia*, & JCti DILLINGENSES in *Compoſitione Pacis*, quibus tamen, præter STRINGIVM ſ. SPRINGER ſatis reſpon-

arbitrio oscitantium subjectum fuerit; ut adeo *OTTONIS TRUCHSESSII*, Cardinalis & Episcopi Augustani, proteſtatio ceteraque Pontificiorum criminationes nullius momenti ſint, ſicut nec ulla Proteſtationis illius ratio ab Imperatore & Statibus Imp. habita ſuit.

XIX Patet etiam, *interpretationem* hujus pacis *authenticam* non niſi ad paciscentes, h. e. ad Cæſarem & Status Imperii ſimul, pertinere, id quod illi cum ceteris legibus fundamentalibus commune eſt, non obſtantibus *OSTERMANNI* aliorumque argutiis.

Cap. VI.

---

reſpondit SCHILTERUS de P. R. in Cap. III. de *Juſtitia Pacis Religioſæ.*

Add. TITIUS l. c. §. 5. & ſqq. ad fin. HORN. l. c. §. 18 ſqq. MYLE *Repræſ. Majeſt. Imp. P. II. C. XXXIII.* §. 2. SCHWEDER de *Pacis Religioſæ conſtantia & veritate.* STRUV. *Corp. J. Publ. C. VI. §. 59. not.* (10.) MOSER l. c. § 11.

XIX. v. OSTERMANNI *Jus Camer. Diſp.* 8. n. 54. 55. TITIUS l. c. §. 16.

CAP. VI.
DE
PACE WESTPHALICA.

§. I.

PAX WESTPHALICA eſt *ſolennis & publica conventio tum Imperatoris & Statuum inter ſe, tum inter utrosque & Reges Galliæ ac Sveciæ, in Weſtphalia a. 1648. inita, qua pax Germaniæ reſtituta, negotia religionis, & ad Statum publicum pertinentia, aliaque definiuntur.*

II. *Occaſio* hujus pacis fuit funeſtum illud *BELLUM TRICENNALE*, quod variis de cauſis, tam religioſis quam politicis, exortum, per tantum temporis ſpatium miſere Germaniam afflixit atque turbavit.

III. Scilicet cum, pace religioſa licet ſancita, animi tamen diverſa ſacra ſectantium, non plane ſopiti eſſent, ſed mutuis odiis, ſuſpicionibus, litibusque diſtraherentur; variique inde motus, veluti *Truchſeſſiani, Argentinenſes, Aquisgranenſes, Donawerden-*

§. I. v. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. VI. §. 63. ſeqq. MOSER T. *Staats-Recht* L. I C XIX. §. 3

III. v. PFANNER. *Hiſt. Pacis Weſtph.* L. I. HORN. J. P Cap. X. §. 3. *Meditat* ad Inſtr. Pacis *Cæſareo-Svecic.* Proœm. lit. a) *Chr.* G. HOFFMANNI *Series*

[illegible]erdenſes, *Fautorenſes*, *Bohemicique* enati eſſent *Proteſtantes*, a Catholicorum ſibi inſidias & vim metuentes, fœdus percuſſere, quod *UNIO* vocabatur, cui *Catholici LIGAM* aliam eamque famoſiſſimam oppoſuere.

IV. Hinc bellum primo *Bohemicum* a. 1618. deinceps *Danicum* 1624. nec non ferale iſtud FERDINANDI II. *Edictum* de a. 1629. enatum, ſed ne prorſus opprimeretur libertas ac religio Proteſtantium, potentiaque Cæſareo-Hiſpanica nimium excreſceret, mox *Sveci* ac *Galli* ſe immiſcuere, ac Proteſtantium partibus acceſſere.

V. Poſtquam vero diu ſatis hoc malo Germania conflictata, ſæpiusque pacis reſtitutio per varios tractatus fruſtra quæſita, pax etiam *Pragenſis* ab *Imperatore* & *Saxone* a. 1635. ſancita, reliquis diſplicuit. *Hamburgi* tandem

Series Rerum in Germania a Transact. Paſſav. ad a. 1620. geſtarum. SPENER *Staats Rechts-lehre L. I. C. I. Tit.* §. 2. [illegible] TELS *Erzehlung der vornehmſten Urſachen des 30. Jæhrigen Krieges, von Zeit der Reformation, biſs auf den Weſtphaeliſchen Frieden.* [illegible] SER l. c. Ꝛ. *Staats Recht. L. I. C. XIX.* §. 4. ſ.

IV. v. PFANNER. l. c. HORN. l. c. §. 18. ſqq.

V. v. PFANNER. l. c. HORN. l. c. §. 4. STRUV. *Corp. J. Publ.* l. c. § 64. J. H. BOEHMERI *Controverſ. Select. circa Tract. Pac. Weſtph.*

tandem conventum eſt, cum *Gallis* atque *Catholicis Monaſterii*, cum *Svecis* vero ac *Proteſtantibus Osnabrugis* in *Weſtphalia*, ad evitandas colliſiones inter Gallos & Svecos, & ob præſentiam Nuncii Papalis Proteſtantibus invisam, negotium hoc ab Imperatore tractandum eſſe, quod & a. 1644. cœptum, a. 1648. poſt multos labores, per Dei gratiam, ad exitum perductum eſt.

VI. Duplex igitur Inſtrumentum pacis enatum, *Cæſareo-Gallicum* ſcilicet *Monaſterii*, & *Cæſareo-Svecicum Oſnabrugis* dicto anno 1648 d. 24. Oct. ſubſcriptum: quamvis poſterius ad Statum Imperii formandum potiſſimum ſpectet.

VII. *INSTRVMENTVM OSNABRVGENSE* XVII. conſtat articulis, quorum alii

* Dn. de MEIERN *Acta Pacis Weſtph. publica.* JO. GODOFR. GAERTNERI *Weſtphaeliſche Friedens-Cantzeley.* REUSCH de uſu eſt præſtantia *Actorum Pacis Weſtph.* Diſſ. *cum brevi explicat. Art. V. Sect. 16.* FORSTNERI *Epiſt. de Negotio Pacis Osnabr.* *Adami* ADAMI *Relatio Hiſtorica de Pacificatione Weſtphalica Osnabr. Monaſt.* cui præmittitur *Ein ausführlicher Bericht* wie *es mit denen allgemeinen Weſtphaeliſchen Friedens* Tractaten *beydes angefangen, fortgefahren und endlich beſchloſſen* worden. Chr. God. HOFFMANNI *Analyſis Pacis Weſtphal.*

VII. v. SCHWEDER. J. P. Part. Gen. Cap. III. §. 27. ubi

alii ad partem *definitivam*, alii ad *ſanctionem* pacis ſpectant.

VIII. Pars *definitiva* poſt generalis pacis reſtitutæ, (a) & ſancitam amneſtiam (b) ſummatim vel *Statum publicum format*, vel *alia, pro ratione temporum neceſſaria, determinat* (c)

IX Quæ ad primum genus pertinent, vel cauſſam Religionis, vel jura Statuum, vel capita quædam particularia totum Imperium ſpectantia, vel ſatisfactionem & reſtitutionem nonnullorum concernunt.

X. In cauſſa RELIGIONIS primum generatim *Transactio Paſſavienſis* atque *Pax Religioſa* confirmata, deinde ſpeciatim ſtatutum, non niſi tres iſtas, EVANGELICAM, REFORMATAM & CATHOLICAM, publico

---

ubi verſibus memorialibus repræſentantur. MOSERA l. c. § 23 ubi ſumma capita, in Articulis hujus Inſtrumenti contenta, recenſentur.

VIII. (a) v. Art. I. XVI n. 1.

(b) Art. II. IV n. 13 XV n. 1 Dictum Legati Bavari contra Amneſtiam v. in *Meditat* ad h. Art. II. lit. b) ubi & natura & indoles Amneſtiæ explicatur. lit. c) & ſeqq Add. KLUE Diſſ. de *Amneſtia* ſ. de *Lege obliviones*

(c) v. TITIUS J. P L. 2. C. VI. §. 5. SPENER l. c. p. 197. not. a.)

X. v. Artic V. & VII. STRUV. l. c. §. 56 57 58.

* De Termino *Reſtitutionis* inferius agetur ex inſtituto.

blice tolerandam, *bona* eccleſiaſtica in ſtatum anni 1624. d. 1 Jun. reſtituenda, *reſervatum* eccleſiaſticum ad Proteſtantes æque extendendum, & Eccleſiis *Sileſiacis* quoque liberum religionis exercitium ſub certis conditionibus eſſe concedendum.

XI. *Jura STATVVM* ita definita ſunt, ut & liberum *Juris Territorialis* tam in eccleſiaſticis, quam politicis exercitium, & jura *comitialia*, longo uſu quæſita, penitus iis confirmentur.

XII. Capita iſta, quæ *totum IMPERIVM* ſpectant, ſunt inſtitutio *Electoratus Octavi* (a), *Oppignorationum* Imperialium perpetuitas (b), *judiciorum* Imperii reformatio, (c) Libertatis *Helveticæ* confirmatio, (d) atque *commerciorum* inſtauratio. (e)

XIII. *Satisfactio* & *reſtitutio* læſorum non ſolum in genere decreta, ſed etiam in ſpecie ratione Statuum nonnullorum ac Familiarum illuſtrium ſequentem in modum determinata eſt.

XIV. Scilicet *ELECTOR PALATINVS*, mutato quidem loco, reſtitutus eſt, aliis-

XI. v. Artic. VIII. §. Gaudeant. a. STRVV l. c. §. 70.

XII. (a) v. Artic. IV. n. 5. (b) V. n. 27. 28. (c) 53. ſqq. (d) VI. (e) IX.

XIII. v. Artic. III. IV. STRVV. l. c. §. 81.

XIV. v. Artic. IV.

aliisque Principibus & Comitibus nonnullis terræ vel reſtitutæ vel compenſatæ ſunt

XV *REX SVECIÆ* in numerum Statuum cooptatus, atque Archiepiſcopatus *Bremenſis*, & Epiſcopatus *Verdenſis*, ſeculo addicti, una cum *Pomerania* citeriori, ac dynaſtia *Wiſmarienſi*, nec non quinque myriadibus thalerorum, in compenſationem ſumtuum militarium eidem addicti

XVI *ELECTOR BRANDENBVRGICVS*, præter Pomeraniam ulteriorem, quæ ipſi ex jure hereditatis obveniebat, loco citerioris Archiepiſcopatum *Magdeburgenſem*, Epiſcopatum *Halberſtadienſem*, *Mindenſem*, *Camminenſem*, una cum Comitatu *Rheinſteinenſi* & *Hohenſteinenſi*, adeptus eſt.

XVII *DVCES BRVNSVICO-LVNEBVRGENSES* *Oſnabrugenſem* Epiſcopatum, per alternationem adminiſtrandum una cum Abbatia *Walckenriedenſi*, obtinuere

XVIII. *MEGAPOLITANI DVCES* pro Wiſmarienſi dynaſtia Epiſcopatus, *Sverinenſem* & *Ratzeburgenſem*, ſeculo addictos, accepere.

XIX. *LANDGRAVIVS HASSO-CASSELLANVS* Abbatiam Hirſchfeldenſem cum

XV v. Artic. X.
XVI v. Artic. XI.
XVII. v. Artic. XIII.
XVIII. v. Artic. XII.

cum Comitatu Schaumburgenſi, nactus eſt.

XX. Ex *ſecundo genere* porro ſunt remiſſio debiti a Bavaro Auſtriacis facienda (a), annullatio contractuum violentorum (b), reſtitutio bonorum ſubditis mediatis ablatorum (c), conceſſio Canonicatuum Duci Megapolitano facta (d), extinctio debitorum nonnullorum (e), promiſſio prebendarum Ducis Auguſti filiis facta (f).

XXI. Eodem pertinet pecunia a Cæſare Palatinis ſolvenda, (a) valor ſententiarum tempore belli latarum definitus (b), innoxia renovandæ inveſtituræ omiſſio, (c) promiſſa cauſſæ Juliacenſis deciſio, (d) Judicii Cameralis emendatio, & judicii Rothwilenſis abolitio (e)

XXII Non minus eo referenda, quæ de emendandis Comitiis, electione Regis Romanorum, Capitulatione perpetua, declaratione Status in bannum, redintegrandis circulis, renovanda matricula, reducendis Statibus exemtis, moderatione Collectarum,

Y reforma-

XIX. v. Artic XIV.

XX. (a) Art. IV n. 4. (b) Art. IV. n. 46. ſqq. (c) n. 52. ſeqq (d) Art. XII. n. 1. 2. (e) Art. XIII. n. 11. 12. (f) n. 13.

XXI. (a) v. Art IV n. 11. 15. (b) n. 49. (c) n. 50. (d) n. 57. (e) Artic. V. n. 53. 56.

XXII. v. Artic. VIII. 3. 5.

reformatione politica, & ſimilibus ad proxima Comitia rejectis, ſunt diſpoſita.

XXIII. Denique eo ſpectant, quæ de levamine obæratis debitoribus concedendo, (a) pecunia ab Epiſcopis Oſnabrugenſibus ſolvenda, (b) proviſione Chriſtiano Wilhelmo facta, (c) pecunia Landgravio Haſſiæ ejusque filio ſolvenda, (d) exauctoratione militum, locorum evacuatione, & pecunia eo nomine Svecis promiſſa, (e) ſunt decreta, & ſi quæ alia ejus generis occurrunt. (f)

XXIV. *Sanctio* pacis his videtur contineri capitibus 1) modo executionis præſcriptio (a), 2) repetita promiſſione, contrariorumque remotione (b), 3) applicatione pœnæ fractæ pacis (c), 4) mutua Guarantiæ promiſſione (d).

XXV. *INSTRUMENTUM MONASTERIENSE* XIII. abſolvitur Articulis, quibus eadem Statuum jura in politicis & Eccleſiaſticis confirmantur, de reſtitutione Domus Palatinæ, Ducum Wurtembergenſium, Marchionum Badenſium decernitur, &

XXIII. (a) v. Art. VIII. n. 5. (b) Art. XIII. n. 2. (c) Art. XIV. (d) Art. XV. n. 4. ſqq. (e) Art. XVI. n. 7. ſqq. (f) conf. v. RYVA l. c. § 9.

XXIV. (a) v. Art. XVI. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. (b) Artic. XVII. n. 1. 2. 3. (c) Art. XVII. n. 4. 7. 9. (d) n. 5. 6. 8. BURGOLDENS. Diſc. XIX. § 24.

XXV. v. SCHWEDER. l. c. § 25. STRUV. l. c. § 52. BURGOLD. l. c. obverſicul.

& Alſatia, ſalvo jure Civitatum Imperialium, Gallis ceditur.

XXVI Ex dictis liquet, Pacem hanc Weſtphalicam intuitu eorum tantum, quæ Statum Imperii formant, *Legem fundamentalem* ſalutandam: intuitu ceterorum vero præſtandorum non ſecus ac alias *pacis conventiones* ſeſe habere; quamvis utroque reſpectu æque firmiter obliget.

XXVII Cum vero eadem in multis Statum Imperii dubium clarius certiusque efformaverit, ſanctiusque, quam ulla conventio religioſa obſervata fuerit: *Lex utiliſſima* merito cenſetur, variisque elogiis ornatur.

XXVIII Quamvis autem illa, *ob inevitabilem neceſſitatem, pax licita & toleranda* dicatur: tamen hæc loquendi ratio ex falſis

XXVI. v. Inſtr. Osnab. *Art. XVII.* § 2. ibi. *ſit hæc transactio perpetua Lex & pragmatica Imperii Sanctio, in poſterum æque ac aliæ Leges ac Conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receſſui, ipſique Capitulationi Cæſareæ, inſerenda.*

TITIVS l. c. § II. SPENER l. c. §. 1. ibique not. (a) & §. 8. RECHENBERG. de *Pacis Osnabrug. Obligatione univerſ.*

XXVII. v. TITIVS l. c. §. 13. SCHWEDER l. c. §. 26. IRENICVS ad BVRGOLDENSEM P. 3. diſc. 1. p. 2.

XXVIII. v. TITIVS l. c. §. 17. 21.

Pontificiorum perſvaſionibus haud dubie profluxit, Proteſtantibus, ob inevitabilem neceſſitatem, conniventibus, adeoque hæc pacem in ſe, & extra caſum neceſſitatis, *illicitam* haud reddit; quippe quæ omni jure divino & humano vel *neceſſaria*, vel ſaltim *licita*, adeoque *validiſſima* pronuncianda.

XXIX. Fruſtranea igitur fuit *Proteſtatio* Nuncii Papalis, FABII CHISII, & *Bulla*, qua infringere hanc pacem conatus eſt *Pontifex*, INNOCENTIVS X. fruſtra etiam annullari eam in Comitiis Ratisbonenſibus 1653. petiit: ſiquidem utriusque conatus vanitas & injuſtitia vel inde ſeſe prodit, quod jam in ipſa Pace Weſtphalica omnes contradictiones & proteſtationes contra eandem inanes & nullæ declaratæ ſint, ** & præterea juſtitia ejus ſatis ſolide a Viris doctis demonſtrata eſt. ***

XXX.

XXIX. * *Proteſtatio Nuncii* die 26. (16.) Octobr. an. 1648. proxime ante ſolennem Pacis promulgationem exhibita eſt. *Bulla* vero *Papalis* d. 26. Nov. ſubtitulo: *Declaratio Nullitatis Articulorum Pacis Germanicæ*, ſubſequuta, & Romæ deinceps d. 3. Jan. an. 1651 ſolenni ritu promulgata, v. PVFEND. de *Reb. Suec. L. XX.* § 210. STRVV. l. c. SPENER l. c. §. 5. not. (c) (d) §. 73. MOSER §. 30 31.

** v. I. P. Oſn. *Art. V.* §. 1. ibi: *Non attenta cu-*

juſvis

XXX. Pax ita concluſa EXECUTIONI quoque mandanda fuit: quæ tamen, non ſine difficultate atque Catholicorum tergiverſatione, tandem, Legatis Monaſterii adhuc commorantibus, æque ac *Suecis*, cum exauctoratio militum ab illis flagitaretur, Executionem ratione *Amneſtiæ* & *Gravaminum* tam Eccleſiaſticorum quam Politicorum, nec non *Juſtitiæ*, apud Cæſarem pariter ac Status Imp. maxime urgentibus, obtenta eſt.

XXXI. Et Cæſar quidem FERDINANDUS III. his ſollicitationibus permotus, *Edictum reſtitutionis* promulgabat, atque omnia per certos Imperii Deputatos pacis religi-

juratis ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione, quæ omnes inanes & nihil vigore horum declarantur.

*** *Proteſtationes* quoque ab aliis nonnullis, præſertim Legato *Hiſpanico*, *Saxonico Electorali*, *Civitatibus Imperii*, atque *Magiſtratu Catholico Auguſtano*, interpoſitas v. ap. Dn. MOSER l. c. §. *31.-37.*

v. *Jo.* HORNBECKIUS, AMANDUS FLAVIANUS i. e. *David.* BLONDELLUS, *Ludovicus* de MONTESPERATO ſive *Bened.* CARPZOVIUS, & *Herm.* CONRINGIUS, qui Bullam Papalem examinarunt. conf. PACIF. a LAPIDE ad *Monz.* Diſſ. 9. §. 2. ſin.

XXX.-XXXIII. v. *Jo. Gottfr.* de MEIERN *Acta publi-*

religioni mandanda imperabat. Cumque adhuc lente res procederet, inſtantibus ulterius Legatis, *arctior modus exequendi* d. 2. Mart. 1649. inſeqvutus, decreta in contumaces fractæ pacis pœna.

XXXII. Sed cum nondum res ita ad exitum perduceretur, *Cæſarei Sveciciqve* ac *Gallici* Miniſtri cum Legatis *Statuum Imp. Norimbergæ* convenerunt, atque Reſtituendos ex capite *Amneſtiæ* & *Gravaminum* in duas claſſes diſtribuerunt, ita, ut alii ſtatim citra moram, alii vero intra tres menſes reſtituendi eſſent: quo pacto Primus *Executionis Receſſus*, *erſter Friedens*-Executions-*Haubt*-Reces, Norimberge d. 21. Sept. a. 1694. formatus eſt.

XXXIII. Hunc ſequutus Alter *Executionis Receſſus*, *anderer Friedens* Executions-*Haubt*-Receſs; in quo ratio ulterius evacuandi ac reſtituendi loca, militemque exauctorandi, *Deputatioque* Imp. de cauſis reſtitutionis cognitura, decreta erat: qui Norimbergæ d. 16. Jun. a. 1650. publicatus eſt.

XXXIV. Utrumque *Pacis Inſtrumentum*, una cum *Executionis Receſſibus*, non ſolum Receſſu Imp. noviſſimo, ſed etiam Capitulationibus Cæſareis, confirmatur.

CAP. VII.

---

publica, utrumque Executionis Receſſum concernentia. STRUV. l. c. § 75. MOSER. l. c. § 38-49.
XXXIV. v. *R. I.* Noviſſ. *§. 4. 5 6.* & Capit. Noviſſ. *Art. I. §. 11. Art. II. §. 3.*

CAP. VII.

DE

PACE NOVIOMAGENSI, RYSVICENSI, TRAIECTENSI, RASTADIO-BADENSI ET VIENNENSI.

§. I.

Motum deinceps a Gallis denuo bellum *PACE NOVIOMAGENSI* a. 1679. compoſitum eſt; cujus itidem bina extant *Inſtrumenta*, alterum cum *Gallis*, alterum cum *Suecis* concluſum. Hæc non tam Lex Imperii fundamentalis eſt, quam juris Germanos inter & Gallos atque Svecos novum fundamentum, Paci Weſtphalicæ, quæ eadem confirmatur, ſuperſtructum. Hæc Pax licet initio ſine Statuum conſenſu fuerit concluſa, ratihabita tamen dein Concluſo trium Collegiorum d. 23. Mart. 1679. futuro Receſſui inſerenda.

II. Sed non diu duravit huius pacis fructus. Mox novæ turbæ contentionesque circa fines Imperii a Gallis excitatæ. Tria enim *RECVPERATORIA JVDICIA*, quæ & *VNIONVM CAMERAS* appellarunt, ab illis inſtituta: unum *Briſaci* in *ALSATIA*; alterum *Veſontii* in *BVRGVNDIA*;

 tertium

l. v. STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VI. §. 74.*

tertium *Metis* in *LOTHARINGIA* eo comparata, ut in Galliæ obſequium reducerentur Germanici Imperii Ordines ſubditique, qui in nexu Provinciarum *Burgundiæ Auſtraſiæque*, Gallis ceſſarum quondam fuiſſent

III. Quocirca in jus vocati ſunt Principes, Antiſtites & Civitates Imp. complures ad cauſam reſpondendam in Judiciis his parum idoneis. In illos autem, qui reſpondere recuſarunt, dicta eſt ſententia, Galliæ Regi addicens cuncta, quæ e re ipſius videbantur, & hanc exceperunt paratæ executiones.

IV. Res ad transactionem quidem ſpectabat, *Francofurti* ineundam, ad quam pronus videri volebat Rex Galliæ. Sed mox *Argentoratum* quoque, propugnaculum iſtud Germanici Imperii, in media pace, vi aſtuque occupabat.

V. Cumque eodem tempore Turcicum bellum Imperatori immineret, *ARMISTITIUM* quoddam *VICENNALE*, judiciali quidem conflictu non tam ſublato, quam dilato, Argentoratoque, cum fortalitiis vicinis,

III. Ill. Dn. de LUDEWIG *Singular. J. Publ. C. IV. §. 15. p. 569 ſeqq.*

V. STRUV. *Corp. Hiſt. Germ. Per. X. S. XI. §. 17.* MOSER Staats-Recht. *P. I. L. 1. C. XXI.* FRITSCH *Adnot.* ad Tabb. *Armiſtitii Vicenn. A. 1694.*

nis, cæteriſque terris ac locis hactenus occupatis, interim Gallis reducto, redimendum, *Ratisbonæ* concluſum fuit.

VI. Nondum vero quadriennium Armiſtii finitum erat, cum *novum* exardeſceret *bellum*, a *Gallis* denuo conflatum, occaſione hereditatis allodialis Palatinæ, quam ſoror defuncti Electoris Palatini, Dux Aurelianenſis, petebat, Rege Galliæ cauſam ejus tuente: cui bello dein & *Imperator* & *Elector Brandeburgicus*, aliique *Imperii Status*, & *Angli*, & *Belgæ* & *Hiſpani*, immiſcebantur.

VII. Finitum vero iſtud eſt *PACE RYSVICENSI*, in palatio *Neuburgenſi* prope *Ryſvicum* A. 1697. d. 30. Oct. concluſa; quæ fundamentum itidem præbet juris publici *Germanos* inter ac *Gallos*: ſiquidem eadem *reſtituuntur* omnes Imperii *Status*, quorum terras, durante bello, Galli occupaverant, abolentur *uniones Cameræ*, *Argentoratenſis* tamen urbs pleno jure Gallis ceditur.

VIII. Hæc, licet conſenſu Statuum con-

Y 5 cluſa,

VI. VII. *Les Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Ryswic*. Tom. II. avertiſſ. *Inſtrum. P. Ryſvic.* in cujus Art. VIII. verbis & clauſulis ſignificantiſſimis de Argentorato ſibi Galli proſpiciunt. conf. L. B. de LYNCKER *ad Capit.* Jos. A. XII. p. 35. STRUV. *Corp. Jur. Publ.* C. *VI.* § 76.

cluſa, pomum tamen eridos evaſit, magnosque animorum motus excitavit clauſula articuli IV; *religione tamen catholica Romana in locis ſic reſtitutis, in ſtatu, quo nunc eſt, remanente*; quæ a Gallorum legatis, conniventibus Imperatoriis, ſed renuentibus Proteſtantibus inſerta eſt: unde & hi eam aboleri, ſed fruſtra, petierunt, nonnulli aliomodo eludere, vel benignius interpretari conati ſunt.

* 1. Cum inter loca, Gallis per Armiſtitium vicennale relicta multa reperirentur Evangelicæ religioni addicta, ubi Galli mox, non ſolum contra ſtatum anni decretorii, Catholicæ religionis exercitium introduxerant, ſed etiam Evangelicis multas Eccleſias & bona eccleſiaſtica abſtulerant, qua de re Evangelici fruſtra conqueſti erant: Rex per Art. 8. Armiſtitii quidem promiſit, omnia in ſtatu Paci Monaſterienſi conformi eſſe relinquenda.

2. Nihilominus in omnibus his locis publice edicebat, ubi duæ extarent Eccleſiæ, unam Catholicis eſſe tradendam, ubi una eſſet, eam communem eſſe debere: imo Clerus Catholicus ubique Catholicam religionem invehere, evangelicam vero extirpare allaborabat.

3. In Decreto Imperii, de bello adverſus Galliæ Regem, Palatinatus invaſorem declarando, id ante omnia ab Imperatore & Statibus Imp. anſam maxime præbente Electore Brandenburgico, ſtatutum erat, eo allaborandum eſſe, ut omnia, quæ a Gallis in *Eccleſiaſticis* & *Politicis* mutata eſſent,

eſſent, in priſtinum Legibus Imp. fundamentalibus atque Inſtrumentis Pacis conformem ſtatum reſtituerentur: quod & in *Capitulatione* Regis Rom. JOSEPHI *Art. 13.* confirmatum fuit.

4. Cum A. 1691. de Pace agi cœpit, ac Sveci Mediationem offerrent, unanimi Conſenſu placuit, cum Gallis tractatus haud eſſe ineundos, niſi omnia in ſtatum, Paci Weſtphalicæ conformem, reſtituerent: quod & Cæſar in literis ad Pontificem datis d. d. 30. Jan. 1691. declaravit, quamvis declaratio hæc forte anſam Sedi Papali dedit Regem Galliæ permovendi, ad clauſulam talem, religionis cauſſa, Paci Ryſvicenſi inferendam.

5. Galli ipſi, cum pacem denuo offerrent, hanc fidem faciebant, Pacem Weſtphalicam pro fundamento eſſe ponendam, nec quidquam in ea mutandum, niſi quod Sveci probaturi eſſent. *Cæſares* quoque *Legati Anglos* & *Batavos* cum Gallis tractaturos, admonebant, cavendum eſſe, ut fundamentum Pacis Weſtphalicæ recte collocarent.

6. In *Præliminaribus* A. 1697. d. 5. Jan. conſignatis *Galli* denuo promittebant, Pacem Weſtphalicam fundamentum tractatuum fore: CÆSAR autem *Svecorum Mediationem* hac lege duntaxat admittebat, ut *Guarantiam Pacis Weſtphalicæ* præſtarent, atque ſic negotium pacis feliciter procedebat, quamdiu Pacis Weſtphalicæ tantum in genere, non vero & Religionis, mentio fiebat.

7. Præterea *Deputatio Imperii* ad negotium pacis diſerte inſtruebatur, eo ſumma ope annitendum eſſe,

eſſe, ut, quod in Declaratione belli poſtulatum, *Reſtitutio* nempe omnium eorum quæ a Gallis in *Eccleſiaſticis & Politicis* quocunque modo mutata eſſent, in priſtinum ſtatum, Legibus Imperii fundamentalibus, cumprimis inſtrumento Pacis, conformem, obtineretur.

8. Eodem ſpectabat ſpecialis Inſtructio, quam Corpus Evangelicum ſuis dabat Legatis, in qua, præter liberum religionis exercitium, redituum quoque eccleſiaſticorum ratio habita, certus quoque in hanc rem Ratisbonæ concipiebatur *Articulus*, Inſtrumento pacis inferendus. Eodem ratione & ſinguli Status Evangelici ſuos legatos inſtruebant.

9. Sed Miniſtri *Cæſarei* nihil, quod ad *ſtatum* Imperii *internum* ſpectabat, neque adeo cauſas religionis, nec verba, *in ſacris & profanis*, admittere volebant; cauſati, cum ſolis Gallis rem eſſe, ad hos domeſtica Imperii negotia non pertinere, neque his anſam præbendam, vel reſtituenda in politicis difficiliora reddendi, vel ratione eccleſiaſticorum tales conditiones, ſine quibus non, adjiciendi ac ſtipulandi, quæ deinceps reſtitutionem in ſtatum Paci Weſtphalicæ conformem prorſus impedirent.

10. Evangelici quidem his non contenti, monita ſua, religionem concernentia, circa formulam pacis attendi volebant, atque reſtitutioni in eccleſiaſticis plenariæ, Articulo cuidam inſerendæ, porro inſiſtebant: ſed nihil obtinebant, ſpem quoque ſpecialia de reſtituendis, & cumprimis Articulum prædictum Ratiſbonenſem inſerendi, omnem amittebant.

11. Cum

11. Cum tandem, poſt varias diſceptationes, inter Evangelicos & Cæſareos Gallicosque quin & Catholicos Legatos, agitatas, de formula Pacis conventum eſſet, Galli inopinato hora nocturna fere prima erumpebant, atque Articulo IV. poſt verba; *nullo deinceps tempore amplius turbanda ſeu inquietanda*, inſeri poſtulabant formulam; *Religione tamen Catholica Romana in locis ſic reſtitutis in ſtatu, quo nunc eſt, remanente*: addita minis, niſi inſertio ſtatim fieret, atque Paci ita ſubſcriberetur, bellum adverſus renuentes ſtrenue proſequendum eſſe.

12. *Evangelici* omnem movebant lapidem, ut *Subſcriptionem* declinarent; modo inter ſe, modo cum Anglis & Batavis, modo cum Catholicis, modo cum Cæſareis, conſilia communicantes; quin & cum Gallis, vel per Mediatores, vel per Cæſareos, agentes, atque ad deſiſtendum a dicta clauſula eos permovere allaborantes: ſed fruſtraneo conatu.

13. *Galli* mandatum Regis obtendebant, ſimul cauſati, clauſulam paucas concernere Eccleſias, a Rege ex pietate fundatas; de cetero Pacem Weſtphalicam inviolatam manere, pro ipſis quoque Articuli III. clauſulam; *niſi quatenus aliter conventum fuerit*, militare.

14. *Catholici* declarabant, ſuum utique eſſe, Pacis Weſtphalicæ tuendæ cauſa, vi Declarationis bellicæ, atque Inſtructionis Imperialis, cauſam communem cum Evangelicis facere, eoque fine tam Mediatoribus, quam Cæſareis, ſtringentia quoque

que repræſentare; quod ſi nihilominus omiſſionem clauſulæ obtinere non poſſent, de temperamento idoneo cogitandum eſſe; ceterum ſe non diſſimulare, omnibus fruſtra tentatis, miſerum rerum ſtatum, qui Dominos ſuos bello ſuſtinendo impares reddat, ad ſubſcribendum ipſos tandem adacturum.

15. *Evangelici* contra, una cum Mediatoribus, firmiter decernebant, ſe Paci, cum tali clauſula, qua Terminus regulativus in Eccleſiaſticis, multo ſanguine redemtus, in locis cum omni ſuperioritate Imperio reſtituendis, ſubverteretur, quæque Inſtructioni tam generali totius Imperii, quam ſpeciali Statuum Proteſtantium, e diametro eſſet adverſa, non ſubſcripturos, ſed prius mandata hoc nomine a Principibus ac Dominis ſuis eſſe expectanda: ſecus tamen ſentientibus Wurtenbergico, Wetteravicorum Comitum & Civitatis Francofurtanæ Legatis.

16. Tandem *Galli* declarabant, illos Status, qui ſubſcribere renuerent, pace quidem fruituros, intra ſex tamen hebdomadum ſpatium, quod Ratificationi deſtinatum eſſet, ab ipſis declarandum, utrum Pacem cum omnibus conditionibus pure & ſimpliciter acceptare velint, nec ne; poſteriori caſu bellum adverſus renuentes proſequendum, intuitu acceptantium vero pacem perſtituram.

17. *Subſcriptio* igitur Pacis a Cæſareis, omnibusque Catholicis, nec non a Wurtenbergico, Comitum Wetteravicorum, ac Civitatis Francofurtanæ, Legatis, & a tribus poſterioribus quidem ſalvam ſub

ſub ſpe rati, facta; a ceteris vero Evangelicis intermiſſa.

18. Hi quoque *Declarationem* ſubſignabant cauſas hujus intermiſſionis exponentem; nimirum clauſulam hanc Paci religioſæ & Weſtphalicæ, Capitulationi Cæſareæ, Gvarantiæ Pacis Weſtphalicæ a Gallis præſtandæ, omnibus Inſtructionibus Legatorum Cæſareorum ac Gallicorum, Præliminaribus Pacis & conceptæ ejus formulæ, Paci Belgicæ & Anglicæ, Declarationibus denique Cæſareorum æque ac Gallicorum Legatorum, adverſari, atque ſemina diſcordiarum in Imperio ſpargere quæ in rem Proteſtationis Mediatoribus exhibebatur.

19. Cum poſtea tam Legati Suecici, quam ipſi Status Evangelici, vel abolitionem, vel ſaltem modificationem, hujus clauſulæ obtinere fruſtra conati eſſent, atque terminus *Ratificationis* præfixus inſtaret, hanc quoque Catholici acriter urgerent: Evangelici tandem, armis Gallorum impares ſe ſentientes, *Ratihabere* Pacem cogebantur

20. Sed cum hac tamen *reſervatione*, omnia ea, quæ circa modum tractandi acta eſſent, & quorum medela obtineri haud potuiſſet, Paci Religioſæ atque Articulo IV & V. Pacis Weſtphalicæ fraudi haud futura, nec ad exemplum trahenda, neque contra Pacem Religioſam, Pace Weſtphalica firmatam, alleganda.

21. Se quoque ſperare, Catholicos, ſibi fidem de Pace Religioſa ſarta tecta ſervanda facturos, atque declaraturos, ſe hac clauſula nunquam adverſus Proteſtantes uſuros, nec ulterius eam extenſuros,

ſuros,

ſuam, quam ipſi Galli declararint, eam nempe de paucis tantum Eccleſiis, a Rege Galliæ propriis ſumptibus extructis & dotatis, accipiendam: cæterum Pacem Religioſam, vinculum concordiæ Statuum futuram, Pacemque Weſtphalicam unice pro norma in cauſis religionis, inter Catholicos & Proteſtantes Status habendam eſſe.

22. Hæc Reſervatio, tanquam votum Proteſtantium commune, in tribus Collegiis concluſum, ipſis Catholicis annuentibus, Placito Imperii adjungebatur, atque Principali Commiſſario in hunc finem offerebatur, ut Imperator inde deſideria Proteſtantium cognoſceret, atque rationem eorum haberet.

23. Imperator Pacem ratihabebat pure, & per Commiſſionis Decretum Conventum Imperii certiorem de ea reddebat, cæterorum quidem Reſervatorum, hujus vero Reſervationis religionem ſpectantis, nulla mentione facta.

24. Cum Ratificationes Pacis invicem traderentur Gallici Legati *Reproteſtationem* Mediatoribus exhibebant contra omnes publicas & privatas Proteſtationes, quæ ante vel poſt Pacem concluſam contra nonnullos ejus Articulos vel Clauſulas interpoſitæ fuerint, pro nullis ac irritis eas declarando.

25. Varie deinceps in Comitiis hac de re actum, atque declaratio tum a Cæſare, tum a Catholicis, tum a Rege Galliæ expetita: votum quoque commune non ab Evangelicis ſolum, ſed & a Catholicis ad protocollum exhibitum, Decretum quoque Commiſſionis Cæſareum ſubſequutum,

rum, a Rege Galliæ denique *Designatio* locorum, ſub clauſula iſta comprehenſorum, edita, ſed declarationem votis ſuis reſpondentem Evangelici haud obtinuerunt, quin nova ipſis gravamina creata ſunt, Catholico Clero clauſulam plus juſto extendente.

16. Ceterum nonnulli ſtrictius interpretandam eſſe clauſulam, atque de ſolo religionis exercitio, non vero de Eccleſiis, bonisque Eccleſiaſticis ac juribus Proteſtantium, eam accipiendam a[illegible] rupta pace Ryswicenſi, clauſulam hanc vim obligandi amiſiſſe, cenſuerunt.

17 Redintegratum eſt hoc negotium, occaſione belli, ob ſucceſſionem Hiſpanicam exorti, in comitiis a. 1702. ubi Evangelici eo adlaborabant, ut

VIII. v. *Acta* Tom. IV. p. 116. FABRI *Staats-Cantzley* T. IV. Cap. X. & p. 541. Tom. XV. C. II. Tom. XXIII. C. X. Electa Jur. Publ. Tom. II. p. 508. Tom. VII. p. 484. 751. Tom. VIII. p. 568. CORTREJ *Pacificatio Cæſareo-Gall. Ryswicens.* cum *Obſervat. Hiſtor. Polit. Jurid.* Francof. 1707. f. ejusd. *Corp. Jur. Publ.* Liſte des Lieux, compris par la derniere Clauſe du Quatriéme Article du Traité de Riswick, in CORTREJ. *Corp. Jur. Publ.* & ex eo in HOFFMANNS *gründlicher Vorſtellung der Religions-Beſchwerden* p. 305. ſeqq. *Obſerv. Halenſ.* T. V. Obſ. V. STRUV. l. c. § 777. MOSER. *vollſtändiger Bericht von der ſo berühmt als fa-*calen Clauſula Art. IV. Pacis Ryſw. *beſtehend theils*

ut Clauſula iſta vel plane aboleretur, vel a Catholicis benignius declararetur. atque a. 1704. tandem decretum, per ſex utriusque religionis delegatos cauſam illam examinandam atque decidendam eſſe.

28. Cum autem Catholicos inter & Evangelicos non conveniret, ſecundum quam normam controverſia hæc decidenda eſſet, Proteſtantibus Pacem Weſtphalicam fundamenti loco collocandam eſſe cupientibus, Catholicis vero renuentibus, nihil effectum; quin potius Catholici in locis reſtitutis poſſeſſionem retinuerunt, religionisque exercitium magis magisque extenderunt.

29. In Præliminaribus denique Pacis Hagæ Comitum A. 1709. negotium hoc ad tractationem Pacis Generalis remiſſum.

IX. Cete-

theils in einer Hiſtoriſchen Erzehlung, wie dieſe Clauſul *gegen alle vormalige und öfters wiederholte Verſicherungen, auf die Bahne gebracht und durch gedrungen worden, wie auch was deſswegen in und auſſer dem Reich, auf dem Reichstag, bey Friedens* Congreſſen, *und ſonſten von A. 1607 an, biſs jetzo vorgegangen, theils in einer rechtl.* Deduction, *daſs ſolche* Clauſul *weder der Cron Franckreich, noch den Catholiſchen gegen die Evangeliſchen angeführet werden könne, ſondern ohnwiderſprechlich gantz ohnkräfftig und unverbindlich ſey. Franckfurth. 1734. 4.* Ejusd. *Staats-Recht Lib. I, Cap. XXI. §. 7.-88.*

IX. Ceterum Proteſtantes *Pacem Ryſvicenſem* pro norma haud agnoſcunt. Unde Electores A. C. addicti, licet in *Capitulationibus Noviſſimis* loca in Imperio ab hoſtibus occupata, atque in Eccleſiaſticis & Politicis mutata, in priſtinum, *Legibus* Imp. *fundamentalibus* atque *Pacificationibus*, conformem, ſtatum reſtitui velint, Pacem tamen *Ryſvicenſem* ſub his intelligi nolunt; quamvis *Catholici* hanc *Reſervationem* ſuo loco relinquant.

X. Pax *TRAJECTENSIS* ad Imperium Romanum non pertinet, quippe quæ cum Imperatore & Statibus Imp. non eſt concluſa. Quæ vero cum Exteris Regibus aut Rebusp. in gratiam Proteſtantium Germanicorum, intuitu religionis, cum primis clauſulæ Ryſvicenſis, a Rege Galliæ pacta ſunt, adverſus hunc ab illis utique allegari poſſunt.

Z 2 XI. Acceſ-

IX. *Capit.* CAR. VI. *Art. IV* §. 12.

X. *Trajecti* quidem denuo de abolenda famoſa clauſula Pacis *Ryſvicenſis* in variis conventibus actum, *Anglicis* etiam ac *Belgicis* Legatis cauſam Evangelicorum tuentibus, ſed nihil impetratum, niſi quod *Galli* in Pace cum *Boruſſiæ* Rege, *Anglis* & *Belgis*, concluſa, hanc ſibi mentem eſſe declararent, *Pacem Weſtphalicam* tam in *ſacris*, quam in *profanis ſartam tectamque* permanſuram, nulla dicta clauſulæ facta mentione.

v. *Kir-*

XI. Acceſſit porro *PAX RASTADIO-BADENSIS*, qua bello, de ſucceſſione Hiſpanica Imperatorem inter & Regem Galliæ geſto, *Raſtadii* a. 1714. finis impoſitus eſt: ſed quia ejusdem cum pace *Ryſwicenſi* commatis eſt, ſicut & hæc, una cum *Weſtphalica* & *Noviomagenſi* pace, fundamenti loco eidem ſubſternitur.

* Pax hæc primum *Raſtadii* ſine Statuum conſultationibus concluſa, atque Pax *Weſtphalica*, *Noviomagenſis* & *Ryſwicenſis* pro fundamento illius poſita.

---

v *Kurtzer Entwurff alles desjenigen, was auf dem Friedens* Congreſs *zu Utrecht, wegen* Abolition *der* Clauſul *im* IVten Articul *des Ryſwickiſchen Friedens auch aller andern* Religions-Gravaminum inter Evangelicos a. 1713. *abgehandelt* worden, FABRI *Staats-Cantzeley* T. XXII. C. XI. LÜNIGS *Reichs* Archiv *Cont. II. P. Gen.* p. 1552. MOSER *Staats-Recht L. I. C. XXII.* § 69.-74. *Bericht von der Clauſula Art. IV. P. Ryſw. Cap. VI. p. 248. ſqq.* STRUV *Corp. J. Publ. C. VI.* § 77. *n.* (13.) (14.) § 78.

XI. v Act. ad Pac. Raſt. conf. Hiſtorie *Raſtadiſcher Friedens Handlungen* p. 147. & Diſcours *von Reichs* Deputationen *zu Frieden-Schlüſſen* p. 47. FABRI *Staats Cantzeley T. XXII. C. XIII. & XII. XIV. T. XXIV. C. X. Electa J. P. T. VI. p. 319. 730. T. VII. p. 232. 484. 751.* STRUV. l. c. § *78.* MOSER. *Staats-Recht* l. c. § *75.-109.*

poſita, dein per commiſſionis Decretum cum Imperio communicata, denique ab eodem ratihabita fuit. Eadem cum deinceps Badæ per pacem Generalem, eamque uberiorem, confirmanda eſſet, Evangelici per votum commune interpretationem Articuli III. petebant: ideoque primum Deputationem ad Pacem Badenſem urgebant; cum vero dein negotium pacis ſoli Cæſari relinqueretur, mandato Legatis Cæſareis dando, vel ſaltem poſtſcripto inferri volebant, ut *Articulus III.* ſecundum Pacem *Weſtphalicam*, excluſa *Ryswicenſi*, declararetur, adeoque clauſula Art. IV. P. Ryswicenſis aboleretur; ſed nihil obtinuerunt. Concluſa tandem d. 7. Sept. 1741. Pax *Badenſis* in comitiis ratihabita fuit: cum hac tamen Evangelicorum proteſtatione; quod Pacem hanc, in quantum Weſtphalicæ ſit adverſa, agnoſcere nolint. Quocirca re necdum deciſa, Evangelici Adſeſſores in Camera a Corpore Evangelico petierunt, ut ipſis præſcriberetur, qua ratione in votis ſuis ratione hujus clauſulæ ſeſe gerere debeant.

XII. Succeſſit denique Pax *VIENNENSIS*, eaque duplex: altera A. 1725. ab Imperatore & Imperio cum Hiſpanis concluſa, qua ſucceſſio in Magnum *Hetruriæ* Ducatum, Ducatum *Parmenſem* atque *Placentinum* CAROLO Hiſpaniæ Principi firmata. Altera, qua novam Imperatori cum

 Gallis,

XII. v. *Rube von Europa* T. I. p. 391.

Gallis, *Hiſpanus* atque *Sabaudis*, bellum a. 1734 exortum Viennæ a. 1735. ſopitum fuit.

XIII. Poſterioris leges fuerunt: ut STANISLAVS Rex, abdicato Poloniæ regno, nanciſceretur *Barenſem*, & mortuo Magno Hetruriæ Duce, *Lotharingiæ* quoque Ducatum, Gallis deinceps pleno jure ceſſurum, Magnus vero *Hetruriæ* Ducatus Lotharingiæ Duci obveniret; *Liburnus* tamen portus liber maneret.

XIV. Porro Regnum *utriusque Siciliæ* Hiſpaniæ Principi CAROLO, juxta cum *portubus Hetruriæ*, & quicquid Hiſpani in Inſula *Elba* poſſiderent, relinqueretur: Sardiniæ autem Regi optio concederetur, duo ſibi territoria ex Ducatu Mediolanenſi, tanquam feuda Imperii, adſerendi; una cum jure territorii ac dominii directi ſuper feudis *Langharum*; itemque feudis de St. *Fidele*, *Torre* di *Forte*, *Gravido* & *Campo Maggiore*, atque facultate munimenta in locis ceſſis extruendi.

XV. Reliquæ terræ, quas Imperator antea in Italia poſſederat, una cum Ducatu *Parmenſi* atque *Placentino*, idque jure proprio, ipſi reſtituerentur, ut tamen ratione Ducatuum *Caſtro* & *Rociglione* nihil prætenderet, & Duci Gvaſtallæ ratione Ducatus *Mantuani* ſatisfaceret.

XVI. Rex *Galliæ* denique omnia in bello occupata Imperatori reſtitueret: Intuitu eorum

eorum quoque, quæ Imperator vel jam poſſideret, vel poſſeſſurus eſſet, *Sanctionem pragmaticam* eandem in ſe reciperet; cæterum limites, in Alſatia & Belgio, inter Imperatorem & Galliæ Regem, per commiſſarios utrinque nominandos, definiri curaret.

XVII. Præliminaria jam d. 3. Oct. An. 1735. ſubſcripta d. 26. Mart. A. 1736. per Commiſſionis Decretum cum Statibus, Imp. in comitiis communicata, atque communi trium Collegiorum concluſo comprobata fuerant, ſed & Imperatori facultas conceſſa, etiam Imperii nomine Pacis negotium perficiendi, ſalvo tamen, ratione concurſus ſtatuum ad negotium pacis, Imperii jure.

* 1) *Præliminaria* igitur pacis, cum auſpiciis maxime Cardinalis *Fleurii*, negotium pacis, clam per Comitis de *Neuwied* conſiliarium de *Nierod* inchoatum eſſet, miniſterio Legati Gallici l'*Etang*, Viennæ concepta atque d. 3. Oct. 1735. ſubſignata fuerunt: quæ cum initio VII. Articulis conſtarent, mox V. Articulis ſeparatis aucta ſunt.

2) Cum bellum adverſus Galliæ Regem A. 1733. declarandum eſſet, Proteſtantes vero conſentire noluiſſent, niſi Imperator abolitionem famoſæ clauſulæ Art. IV. Ryſvicenſis, & Art. III. Badenſis

XIII. - XVII. Politiſcher Staat von Europa L. II. & III. pag. 50. - 70. & pap. 385. - 447. MOSER *Staats-Recht* Lib. I. Cap. XIII. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. VI. § 70.

denuo ponderet: Imperator fidem dederat, ſe omnem operam daturum, ut ſaluti omnium trium religionum conſuleret.

3) Hac data fide, Status Imp. in declarationem bene conſenſerant, atque in placito Imp. inter R. Catholicos & Proteſtantes convenerat, ad concordiam inter Status Imp. redintegrandam, abolitionem dictæ clauſulæ abſolute neceſſariam eſſe. Unde & Imperatorem rogabant, ut in pacis tractatibus abolitionem ejusdem urgeret.

4) Cum dein Subſcriptio Præliminarium Conventui Imperii aperiretur; Proteſtantium Regum ac Statuum Legati A. 1736. mandata accipiebant, ab abolitione dictæ clauſulæ non eſſe recedendum. Imperator quoque Corpori Evangelico denuo hanc fidem faciebat, ſe ſumma ope annisurum, ut clauſula iſta aboleretur.

5) Cum vero ad abolitionem dictæ clauſulæ etiam conſenſus Regis Galliæ exigeretur, Imperator rogabatur, ut apud hunc quoque intercederet: ſed hic cedere noluit.

6) Cum porro *conſenſus Imperii in Præliminaria*, per Commiſſionis Decretum cum Conventu Imperii d. 26 Mart. 1730. communicata, requireretur: Eadem non ſolum per Placitum Imperii, unanimi Catholicorum & Proteſtantium conſenſu, comprobata ſunt, ſed & Imperator *mandato* inſtructus eſt, Pacem Imperii quoque nomine concludendi, ut tamen Jura, Statibus circa negotium pacis competentia, per declarationem Imperatoriam, integra ſint ſervata.

7) Plerique Europæ Principes ſperabant congreſſum,

ſum, in quo Pax in Præliminaribus concepta plenius conſtitueretur: ſed IMPERATORI & REGI GALLIAE placuit, ad evitanda varia obſtacula, *Viennæ*, remotis arbitris, concluſionem Pacis ad exitum perducere. Itaque IMPERATOR ſuo nomine agebat, REX GALLIAE autem *Fœderatorum* negotia gerebat.

§) Tandem celebris Conventio, qua Imperium cum Galliæ Regno plenius in gratiam redibat, d. 11. April. A. 1736. ſubſcribebatur; quæ *Executionis Tractatus Præliminarium*, *der Executions Tractat der Præliminarien*, vocabatur. Acceſſerunt deinceps quoque *Hiſpaniæ* & *Sardiniæ* Reges, mutuæque *Ceſſiones* ac *Declarationes* hoc nomine factæ: quarum omnium *Inſtrumenta* in Scripto, cui titulus; *Politiſcher Staat von Europa*, Lib. II. & III. habentur.

** Nimirum, *Præliminaria* ipſa, VII. *Articulis* fundamentalibus conſtantia, p. 30. - 34. cum V. *Articulis Separatis*, p. 53. ſeq. extant.

Inſtrumentum *Conventionis* inter IMPERATOREM & REGEM GALLIAE initæ, d. 11. April. 1736. VIII. Articulis, & III. Articulis ſeparatis conſtans, p. 388. - 396.

Inſtrumentum *Conventionis*, inter IMPERATOREM & REGEM GALLIAE, de jure *Ceſſionis*, in *Lotharingiam* ab ejus DVCE primum quidem quoad poſſeſſionem in STANISLAVM Poloniæ Regem, deinceps quod ad proprietatem jure perpetuo in REGEM GALLIAE transferendo, XVII. Articulos complectens, d. 28. Aug. A. 1736. p. 396. - 408.

Declarationes IMPERATORIS & REGIS GALLIAE, REGEM HISPANIAE concernentes, d. 30. Jan. 1736. p. 410. 411 Itemque Declarationes REGIS HISPANIAE & REGIS utriusque SICILIAE iisdem reſpondentes d. 15. April. & d. 1. Maj. A. 1736. p. 412 413.

Inſtrumentum *Ceſſionis* ſuper *Regnum* utriusque *Siciliæ*, nec non fortalitia in ora maris Hetruriæ ſita, ab IMPERATORE Domino CAROLO, Hiſpaniæ Principi factæ, d. d. Viennæ d. 11. Decemb. 1736.

Inſtrumentum *Ceſſionis* ſuper Ducatus *Parmæ & Placentiæ* IMPERATORI, & ſuper ſucceſſionem in *Magnum Hetruriæ Ducatum* Duci Lotharingiæ, ab Hiſpaniæ Rege factæ, d. d. 21. Nov. 1736. p. 418. - 421.

Inſtrumentum ſimile *Ceſſionis* ejusdem tenoris, a CAROLO, utriusque *Siciliæ Rege*, IMPERATORI æque ac DUCI LOTHARINGIAE factæ. d. 11. Dec. 1736. p. 421. - 424.

Inſtrumenta *Ceſſionum*, REGI SARDINIAE ab IMPERATORE factarum, d. d. 6. Jun. & 7. Jul. 1736. p. 425. - 431.

Declaratio REGIS SARDINIAE ratione trium Provinciarum ipſi oblatarum. d. 16. Aug. 1736.

Inſtrumentum *Ceſſionis* ſuper Ducatus *Lotharingiæ & Barri*, primum in Regem STANISLAUM, ac deinceps in REGEM GALLIAE, transferendos, a Duce Lotharingiæ, FRANCISCO III. factæ, d. d. 15. Dec. 1736. p. 445. 447.

Cap. VIII.

DE CAPITVLATIONE CÆSAREA.

§. I.

CAPITVLATIO CÆSAREA eſt *conventio inter Imperatorem, vel Regem Romanorum, deſignatum, & Electores, nomine totius Imperii Germanici, inita, qua futuri Imperatoris poteſtas ad Statum Reip. Germanicæ expreſſe & ſigillatim, per certos Articulos et præſcriptos, attemperatur.*

II. Dicitur *Capitulatio* ſtylo medii ævi a *capitulis*, ſeu articulis, in quos diviſa eſt: quod nomen forte Caroli V temporibus eidem privatim tributum, poſtea & publice uſu receptum fuit.

III.

II. * 1) Probabile, Aulicos CAROLI, e Gallis, Italis, & Hiſpanis Belgis maxime collectos, leges Conventionis cum CAROLO initæ Capitulationis voce deſignaſſe, ſignificantes, Germaniam inſtar arcis munitæ, non niſi certis ſub conditionibus Principi tam potenti ſe dedere voluiſſe. v. *Meditat.* ad Capitul. Joſephi Obſerv. proœm. I. II. HITSCH, *Comment. in Capitul.* JOSEPHI Diſſert. Prælim. Cap. I. §. 1.

2) Stylo curiæ initio non niſi vocibus *der Puncte und Articul* ejusdem Conventionis capita appellata fuere. vox *Capitulationis* autem primo omnium FERDINANDI II. *Articulo II.* inſerta, ac dein-

III. Perperam vero ſive *Lex Palatina* GOLDASTO, ſive *Lex Regia* CARPZOVIO audit cum per illam non niſi ordinatio proceſſos judicarii a Comite Palatii obſervanda, per hanc vero lex abſolutam poteſtatem in Imperatores Rom. transferens, ſignificata fuerit; quarum ſignificationum utraque a Capitulationis definitione adhorret.

IV. *Originem* Capitulationum nonnulli a pri-

deinceps in ſequentium Imperatorum Capitulationibus ſolenniori ſtylo adhibita.

III. * GOLDASTVS in Dedic *Tom. III. Conſtit Imper* ad *Jacobum* Magnæ Britanniæ Regem ita ſcribit: *Imperatori autem, quemadmodum ipſis etiam Regibus nunquam apud Teutones, infinita ac abſoluta poteſtas fuit, ſed certis limitibus ac legibus circumſcripta, qua Romani Regias, noſtri Palatinas, ut Conradus a Lichtenau Abbas Urſpergenſis & alii auctores ſunt; nos capitulationem hodie vocamus.* Hunc ſequutus eſt STRAVCHIVS *Diſſ. J. Publ. IV, th. 10.* CONRING. de *Capitul.* §. 4. SCHWEDER *Intr ad J. Publ. P Gen. Cap. II.* §. 9. aliique Periluſtr. L. B a LYNCKER. de *Capit. Caſ. Doctr. Commun.* §. 2. *Meditat.* ad *Capit.* 101. obſerv. proœm. III. & IV. NITSCH. l. c. §. 2.

** CARPZOV. in *Commentario* in *Legem Regiam Germ.* hac appellatione uſus eſt.

IV v. SCHILTER. *Inſt. J. Publ.* L. 1. Tit. XV. §. 4.

a primis Reipubl. Germanicæ incunabulis, & cumprimis adamata Germanis libertate, repetunt: ſicut & ſub *Francis* jam in *pactione Confluentana*, d. a. 860. qua LUDOVICUS *Germanicus* ad certas conditiones Proceribus ſe obſtrinxit, expreſſæ cujusdam Capitulationis veſtigia ſibi obſervaſſe videntur, quæ & ad ſucceſſores transmiſſa, & novis ſubinde capitibus aucta fuerit.

V. Alii ad CONRADI I. tempora, veluti primi e Germanorum gente electi Regis, originem Capitulationis referunt: alii ad HENRICI IV. & RUDOLPHI Svevi, vel etiam OTTONIS IV. itemque RUPERTI, tempora reſpiciunt, ibique Capitulationum quædam exempla extare, imo forte plura alia in Archivis latere, exiſtimant.

VI. Verum utut Regum Germanicorum poteſtas jam ab initio non infinita, ſed limitata fuerit; utut etiam nonnulli Reges vel Impera-

§. 4. L. B. de LYNCKER de *Capitul. Cæſar* § 5. BRUNNEM. *Jurisprud. Publ.* Diſſ. II. §. 5. 6.

V. v. ARUMAEUS Vol. IV. Diſc. IV. CARPZOV. *ad L. R. G* Cap. I. Sect. 8 n. 40. 44. HORTLEDER. ap. GOLDAST. in *Polit. Imp.* P. II. Diſc. 2. CONRING. ad *Lampad.* P 3. C. II. §. 4. & in addend. ad p. 115. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. VI. §. 22. 23. MITSCH. l. c. §. 5. ſeqq.

VI. v. BOECLER. *Notit. Imp.* L. XII. C. 3. PFEFF. *Vitr.*

peratores antiquioribus temporibus ad peculiaria quædam capita ſeſe obſtrinxerint: tamen rariſſime iſtud factum, ceterique nonniſi *generaliori* iurisiurandi formula ſeſe obligarunt, neque ante CAROLUM V *ſolennioris* & amplioris Capitulationis ullum reperitur exemplum.

VII. *Prima* igitur *Capitulatio* ſolenniori formula CAROLO V præſcripta, atque adeo poteſtas ipſius, nimia potentia ſuffulta, ſapienti conſilio circumſcripta fuit. quod inſtitutum poſtea in morem abiit, ita, ut Succeſſoribus ſemper nova proponeretur Capitulatio, quarum formulæ a CAROLO V. usque ad CAROLUM VII paſſim extant, & a variis Autoribus varie illuſtratæ ſunt.

VIII. Eſt autem Capitulatio non minus, ac ceteræ Leges fundamentales, *pactum* ſeu *conventio*. id quod non ſolum ex *formulis*, in proœmio Capitulationum adhibitis, ſed etiam

Vitr. Illuſtr. L. I. Tit. VII. p. 2. not. a) STRUV. l. c. §. 14. BRUNNEM. *Juriſpr. Publ.* D. II. §. 6. TITIUS *J. Publ.* L. I. C. VII. §. 33.-36.

VII. v. LIMNAEI *Comment. ad Capitul.* CONRING. Diſſ. de *Capitul. Cæſar.* RACHEL. de *Capit. Regn. Germ.* MULDNER *Capitul. Harmon.* &c. L. B. de LYNCKER. l. c.

VIII. v. SCHWEDER *J. Publ.* P. Gen. Cap. II. §. 12. *Meditat. ad Capit.* JOS. Sect. II. Obſerv. III. *Capitul. Noviſſ.* Prooem. ibi *Gedings- und Pacts-Weiſe*

jam ex ipſius negotii natura, *promiſſione* ſcil. Imperatoris, & *acceptatione* Electorum, tam claro elucet, ut mirum ſit, iſtud a quoquam in dubium vocari.

IX. Perſonæ paciſcentes, ſive Capitulationem ineuntes, ſunt ex altera parte *IMPERATOR*, per Electorum ſuffragia deſignatus, ſive ſub conditione acceptandæ Capitulationis electus, qui ante Coronationem *REX ROMANORUM* ex uſu recepto ſalutatur: ex altera vero parte *ELECTORES*.

X. Non ſolum vero Imperatori præſcribitur Capitulatio, ſed etiam, qui vivo eodem eligitur, *REGI ROMANORUM*, ut exempla MAXIMILIANI II. RUDOLPHI II. FERDINANDI III. & IV. nec non JOSEPHI teſtantur, isque licet non teneatur juramento eam confirmare, ſed & imperator factus Reverſalibus de ſervanda illa Electoribus cavere tenetur.

XI. *ELE-*

Weiſe vereiniget &c. conf. Excell. Dn. WERNHER. ad h. verba in *Diſſ. I. ad CAROLI VI. Capitul.* HITSCH l. c. Cap. IV. §. 2. ſqq. L. B. de LYNCKER. l. c. §. 5. ubi per *Sponſionem* definit. & §. 10. ubi, *an Lex fundamentalis dici poſſit?* disquirit.

IX. v. *Meditat.* ad *Capit.* 308. Obſerv. proœm. Sect. II. Obſ. IV. LYNCKER. l. c. §. 6.

X. v. STAUF. l. c. §. 26. MULDNER *Capit. Harm.* p. 113. *Meditat.* ad *Cap.* 308. Sect. 2. Obſ. VII. §. 1. LYNCKER §. 8. p. 36.

XI. *ELECTORES* cum electo Imperatore paciſcuntur, tam *ſuo*, quam reliquorum *Principum* ac *Statuum* nomine, ita ut illorum omnium voluntas pro una haberi debeat: quamvis id reliqui Principes ac Status non indiſtincte admittant.

XII. De *Rege Bohemiæ* alias quæſitum, an cum ceteris Electoribus ad negotium Capitulationis concurrat? quod a plerisque negatum fuit, eo quod, teſte obſervantia, Rex Bohemiæ ad præconſultationes de concipienda Capitulatione nunquam admiſſus fuerit; al. s etiam alias rationes, minus forte congruas, allegantibus.

XIII. Id certum, quamvis a præconſultationibus Rex Bohemiæ fuerit excluſus, Capitulationem quidem conceptam biduo ſaltem ante electionem ei ad revidendum fuiſſe traditam, ita tamen, ut, quæ habeat monita, in continenti proponeret? quamvis circa Capitulationem Joſephi longius ſpatium fuerit conceſſum, in eaque prima Legati Bohemici mentio facta.

XIV. Id

XI. v. *Capitul.* CAROL. VI. proœm. ibi: *vor ſich und ſämtliche Fürſten und Stände.* conf. *Medit.* ad *Cap.* JOS. l. c. Obſ. V. LYNCKER. l. c. §. 6. p. 16. & §. 7. p. 18.

XII. v. RACHEL. de *Capit. Regn. Germ.* C. V. §. 7. MYLDNER. de *Capit. Harm.* præf. LYNCKER l. c. §. 6. p. 18.

§. XIII. XIV. v. MYLDNER l. c. LYNCKER l. c. p. 19.

XIV. Id etiam indubium, eundem Capitulationis oblationi, paratæque Cæſaris promiſſioni ſemper adfuiſſe, atque adeo Cæſarem ad ſervandam Capitulationem æque obſtrinxiſſe.

XV. Hodie vero, poſtquam Rex Bohemiæ ad omnes Conventus Imperii, omnesque deliberationes tam Comitiales, quam extra Comitiales, denuo admiſſus eſt, omni dubio caret, quin & ad Capitulationis negotium æquo cum ceteris jure concurrat; ſicut & in conficienda CAROLI VI. Capitulatione partem habuit.

XVI. Altioris indaginis eſt quæſtio: utrum *jus conficiendi Capitulationem ſolis Electoribus competat*, an vero *ceteri* quoque *Status* ad illud negotium *admittendi* ſint? quæ publice ex aliquo tempore non ſine magnis animorum motibus in utramque partem diſputata eſt.

XVII. Equidem a CAROLI V. ævo Electores usque ad RVDOLPHI II. obitum iſtud citra cujusquam contradictionem exercuere: ab his vero temporibus dubium ejus

XV. v. Dn. de LVDEWIG *de jure ſuffragii R. Bohemiæ noviſſime inſtaurati*, conf. *Anmerckungen über K. Carls V. Wahl Capitul.* in præf.

XVI. v. NITSCH. l. c. Cap. III. §. 1.

XVII. v. LONDORP. Tom. II. Act. Publ. L. 3. Tit. II. p. 639. conf. BVRGOLDENS. Diſc. *ad Inſtrum.*

ejus rei cauſſa Electoribus movere cœperunt ceteri Status, cauſſati, nimiam ſibi ſumere auctoritatem Electores, & poteſtatem Legislatoriam ſibi arrogare, non niſi toti Imperio debitam; Electoribus contra, hoc jus Electioni annexum, ex obſervantia ſibi deberi, contendentibus.

XVIII. Ut res rectius intelligatur, forte non negligenda diſtinctio duarum quæſtionum: utrum ſcilicet *per Capitulationes Statui Imperii jam conſtituto poteſtas Cæſaris tantum attemperanda ſit*; an vero *articulos aliquos dubios in eo ... definiendos*?

XIX. Priori reſpectu jus concipiendi Capitulationem Electoribus negari nequit, nec a ceteris Statibus unquam negatum eſt. Cum enim Imperium Imperatori poſſint deferre, cur non & ad ſtatum Imperii præſentem eum obligare poſſent?

XX. Sed poſteriori reſpectu conficiendam ab Electoribus Capitulationem reliqui Status admittere nolunt, eo quod definitio dubiorum, ad formandum Imperii ſtatum ſpectantium, ſit extra electionis ſphæram, & univerſo Statuum Ordini reſervata.

XXI.

ſtrum Pac. P. 3. Diſc. V. §. 1. p. m. ... RACHEL l. c. C. III. § 2. 3. HERDEN *Grundfeſte* P. 3. C. III.

§. XVIII. XIX. XX. v. TITIUS l. c. §. 8. 9. 10. ... ZSCH. l. c. §. 2. 3. RYNCKER l. c. §. 6.

XXI Compertum in *Pacis Weſtphalicæ* tractatibus *Evangelici Ordines*, Svecis ſuffulti, hanc Electorum poteſtatem temperandam eſſe, arbitrati ſunt, ſtatum Imperii jusque Statuum ambiguum rati, ni certa & *PERPETVA CAPITVLATIONIS* formula contineatur, communi totius Imperii conſilio ſancienda, nec temere & non niſi eodem conſilio immutanda: ſed res iſta ad proxima Comitia fuit rejecta.

XXII. In proximis Comitiis a. 1653. eadem cauſſa, non ſine animorum contentione, ſed ſine fructu, diſceptata fuit: Principibus Capitulationem perpetuam, juxta Pacis conſtitutionem, adornandam urgentibus, Electoribus vero hanc jurium ſuorum, longiſſimi temporis uſu quæſitorum, imminutionem, nec ſenſui pacis conformem, interpretantibus.

XXIII Cum interea Electio FERDINANDI IV, Regis Romanorum ſuſcipienda

XXI v. PVFEND. de *Reb. Svec.* Cap. XIX §. 3. PFANNER *Hiſt. P. Weſtph.* L. 3. C. XXXV. INSTR. PAC. art. VIII. § *Habeantur.* conf. HORN. J P. C. XI. §. 7 *Meditat.* ad *Capit.* IOS. Sect. II. Obſ. VI. §. 2.

XXII. v. *Meditat.* ad *Cap.* IOS. l. c. §. 3. HERDEN. *Grundfeſte* P. 3. C. III. p. m. 181. ſeq. LYNCKER l. c. p. 22. ubi de cauſſa impulſiva Capitulationis perpetuæ conficiendæ ex parte Statuum.

da eſſet, Principibus quidem, ut *monita* ſua, Capitulationi inſerenda, exponerent, indulgebant Electores ſed non omnia attendebant, licet formulam, *für ſich, und ſamtliche Fürſten und Stände*, infererent; ægre illud ferentibus Evangelicis inprimis Principibus, atque, ut negotium iſtud durantibus Comitiis abſolveretur, acriter, ſed fruſtra, inſtantibus.

XXIV Idem fere circa Capitulationem LEOPOLDO præſcribendam a. 1658. factum ubi itidem ceteri Status *monita* ſua, pleno ſuffragii jure valitura, per deputationem Electoribus offerebant, quæ tamen cum maximam partem neglecta viderent, interpoſita ſolenni *proteſtatione*, Capitulationem pro lege publica, niſi in quantum monitis ſuis ceteriſque Imperii legibus conformis eſſet, agnoſcere nolebant.

XXV Recrudu it controverſia a. 1663. in Comitiis adhuc durantibus, dum Principes poſtiſſimum Evangelici ſub initium ſtatim Comitiorum, alia negotia decerni nollent, usque dum hoc de *CAPITVLATIONE PERPETVA* deciſum eſſet.

XXVI.

XXIII. v. *Meditat.* ad *Capit.* 505. l. c. *Grundfeſte* P. 2. C. V. p. 108. ſeq P 3. Cap. II p. 185.

XXIV. v. *Meditat.* ad C. J. l. c. § 4. *Grundfeſte* P 3. Cap. III. p. 184 ſeqq LYNCKER p. 24. 25.

XXV. v *Meditat.* ad Inſtrum. Pacis p. 968. ſeqq. STRVV. l. c. §. 23. LYNCKER p. 26, 27.

XXVI. Hinc a Moguntino formula conſcripta, atque Principibus a. 1664. exhibita: ſed ob nimias animorum contentiones inter Electorale & Principum Collegium, in hoc etiam Secularibus & Eccleſiaſticis inter ſe contendentibus, nihil adhuc profectum.

XXVII. Tandem Colonienſis & Bavarus una cum Magdeburgico & Neoburgico, ut medelam adferrent malo deſperato, novam ſub initium a. 1667. exhibuerant formulam, ſub titulo *Concordanz-Project*, quæ uti maximam partem formulæ præcedenti nitebatur, ita fundamentum omnis futuræ actionis fuit, & parum abfuit, quin utrisque & Electoribus & Principibus placeret.

XXVIII. Maxima controverſia circa *Prologum* & *Epilogum* enata cum Electores, admiſſa licet certa & conſtanti Capitulatio-

XXVI. v. *Meditat.* ad INSTR. P. p. 968 ſeqq. & 1004. *Mantiſſ.* I. ubi Formula Capitulationis d. 5. Maji 1664. exhibita conf. STRUV. l. c.

XXVII. v. *Medit.* ad Inſtr. P. p. 979 ſqq. & *Mant.* V. p. 1072 ubi formula. STRUV. l. c.

XXVIII. * Prologus ita conceptus erat: *demnach auch bey dieſem Reichs-Tag nach Anleitung des Münſter- und Oſnabrückiſchen Friedens-Schluſſes von einer künftigen gewiſſen und beſtändigen Capitulation Handlung vorgefallen, ſo iſt ſelbige vom Churfürſtl. Collegio abgefaſſet, und mitgeſam-*

latione, conſenſu Ordinum conſcripta, *jus adcapitulandi* tamen, pro temporum & circumſtantiarum diverſitate, ſibi reſervarent, obnitentibus maxime Principibus.

XXIX. Sed largiebantur tandem Principes Electoribus facultatem, exigente neceſſitate,

---

geſamter Fürſten und Staende Einwilligung in dieſem Reichs Abſchied gebracht worden.

Epilogus vero ita ſe habebat: *dieſemnach hat das Churfürſtl. Collegium ſich erklaeret, auf abgeſezte gewiſſe und beſtaendige Kayſerl. Capitulation, bey allen künftigen Wahlen, ſie geſchehen zu Lebzeiten, oder nach Abſterben eines Roemiſchen Kayſers, den eligendum, wie auch auf dasjenige zuverpflichten, was alsdenn, wenn die Wahlfaelle ſich zutragen; über das, ſo in dieſer Capitulation enthalten, nach geſtalten Sachen Zeiten, und des Eligendi Zuſtand, das Churfürſtl. Collegium, dem Heil. Roem. Reich Teutſcher Nation, geſamten Churfürſten, Fürſten und Staenden, und dem gemeinen Weſen nützlich, alſo ferner zu practiciren und capituliren nothwendig befunden würde, jedoch der güldenen Bulle, dem Friedens-Schluſs, denen Juribus Statuum gegenwaertiger beſtaendiger Capitulation, und denen jezigen und künftigen Reichs Conſtitutionen unabbrüchig.* *Meditat.* ad Inſtr. P. p. 981 ſeqq. *Medit.* ad *Cap.* IOS. Sect. II. Obſ. V. § 5. STRUV l. c.

XXIX. v. *Meditat.* ad Inſtr. P. p. 984-987. *Medit.* ad *Cap.* IOS. l. c. § 6.

ſitate, nova quædam capita, legibus Imperii & Statuum juribus haud adverſa, Capitulationi perpetuæ adjiciendi, æque valitura, modo in proximis Comitiis communi Statuum conſenſu adprobata fuerint; quod & Electores tandem acceptare viſi, ſi conſenſus Statuum ad negotia Comitialia reſtringeretur, quod itidem Principes tandem conceſſere.

XXX. Finito ſic ferme negotio graviſſimo, nonnulli Electorum, pœnitentia forte conceſſorum ducti, novas nectebant moras, a formula Capitulationis concipienda jam abſtinendum, & transacta demum Receſſui inſerenda, opinati. Auſtriacis etiam quædam in gratiam ſui Domini immutari volentibus.

XXXI. Nihilominus formula in Senatu Principum litteris mandata, & cum Electoralibus communicata; ſed denuo de novis modo Prologi, modo Epilogi formulis diſceptatum, atque ab Electoralibus tandem aperte declaratum fuit, ſe quidem ad præſcriptum perpetuæ Capitulationis Capitulationes Eligendo præſcribendas attemperaturos, ſed jus ipſum formale capitulandi cum aliis haud communicaturos; quæ res mox Principes ab ulterioribus deliberationibus prorſus abſterruit.

XXX. v. *Medit.* ad I. P. p. 989. ſeqq.
XXXI. v. *Meditat.* ad I. P. p. 990. ſeqq.

XXXII. Quieſcente hoc modo Capitulatione perpetua in Comitiis, Electoribus de nova Capitulatione, Eligendo in Regem Romanorum JOSEPHO præſcribenda, cogitandum fuit quam &, non ad Perpetuæ illius, ut nonnullis placuerat, ſed Leopoldinæ formulam contexuerunt, quieſcentibus interea Principibus, nec monita, ut antea, exhibentibus.

XXXIII. Poſtea vero in Comitiis plerique Principes *Proteſtationem* Moguntino per Salisburgenſem exhibuerunt, addito petito, ut illa Actis insereretur quæ tamen cum non perlecta redderetur, Principali Commiſſario Cæſareo oblata, ſed ab Electoribus *Reproteſtatio* ei oppoſita fuit.

XXXIV. Recentiori ætate *Perpetuæ Capitulationis* negotium denuo in Comitiis ſuſceptum, idque occaſione *banni*, quo Colonienſis & Bavarus fuere affecti, quippe contra quem proteſtati ſunt Principes, ſimulque

XXXII. v. *Meditat.* ad *Cap.* JOS. l. c. § 6 conf. *Medit.* ad Inſtr. P. p. 1003. ſin. & *Manteiſſ.* XIX. p. 1105.

XXXIII. v. MULDNER *Capit. harm.* præf & Append. p. 109. 110, ubi formulæ proteſt. conf. *Meditat.* ad *Cap.* JOS. l. c.

XXXIV. v. *Gegenwærtige Verfaſſung der Kayſerl. Regierung in Teutſchl. oder K.* CAROLI VI. *Wahl-Capitul.* præfat. §. 6.

muſque certæ conſtantisque Capitulationis negotium Cæſari commendarunt.

XXXV. Redintegratæ igitur deliberationes ſub finem a. 1709 & fundamenti loco

XXXV *1) Formula hæc ſub titulo, Project *der gewiſſen und beſtandigen Kayſerl. Wahl Capitulation*, cum Appendice, *wie ſolches den 4. 6. und 7. Julii 1711 von beyden hohern Reichs Collegiis verglichen, collationiret, und den 8ten gedachten Monats und Jahrs von Hochlobl. Churfurſtl. Maynziſchen Reichs Directorio* per privatam dictaturam *communiciret worden iſt*, prodiit, atque *in der Gegenwartigen Verfaſſung der Kayſerlichen Regierung in Teutſchland*, XXX. Articulis conſtans, ad latus Capitulationis CAROLI VI. curatius typis exſcripta eſt.

Prologus ejus ita ſe habet: *demnach auch bey dieſem Reichs Tage zufolge des Munſter- und Oſnabruckiſchen Frieden Schluſſes und Reichs-Abſchiedes de anno 1654 von einer kunfftigen gewiſſen und beſtandigen Kayſerlichen Wahl Capitulation gehandelt, So iſt ſelbige von Chur-Maynziſchen Reichs Directorio abgefaſt, und mit geſamter Churfurſten, Furſten und Standen Einwilligung in dieſen Reichs Abſchied gebracht worden.*

Epilogus autem ſequentis tenoris eidem adjunctus eſt. *Dieſemnach hat das Churfurſtl. Collegium auf obgeſetzte gewiſſe und beſtandige Kayſerliche Capitulation, welche ohne geſammter Stande Bewilligung nicht zu andern, bey allen kunfftigen*

ea poſita formula a. 1664. concepta, atque ſecundum tranſacta utriusque Collegii moni-

tigen Wahlen, ſie geſchehen zu lebzeiten oder nach Abſterben eines Römiſchen Kayſers, den Eligendum *zuverpflichten; deſern aber bey vorgehender Wahl ein Churfürſtlich Collegium mit dem* Eligendo *noch weiters zu Capituliren, und demſelben in gemeinen Reichsgeſchäften oder andern die* commoda Statuum *nicht betreffenden Sachen: (jedoch der Guldenen Bull, dem Münſter-und Oſnabrückiſchen Frieden Schluſs, der geſammten Ständen* Juribus *gegenwärtig beſtändiger Capitulation, denen Reichs-Conſtitutionen, und was in obberührten gemeinen Reichsgeſchäften, mittelſt einer allgemeinen Reichs-Satzung ins künftige anders ſtatuiret und geſchloſſen werden mögte, ohnabbrüchig) zu des Reichs Wohlfarth zuverbinden, vor nöthig erachten würde, ſoll er auch dazu obligiret ſeyn und verbleiben.*

2) Acceſſerunt Appendicis loco tres *Conſtitutiones*, de quibus itidem inter duo ſuperiora Collegia convenerat, futuro Receſſui Imperii, locis congruis inſerendæ, atque eousque Capitulationi Perpetuæ ſubjungendæ, ad quas Imperator quisque in Electione ſua obligandus ſit. Nimirum

Conſtitutio I. de *eligendo Rege Romanorum vivente Imperatore* ad Artic. III.

Conſtitutio II. *Iudicii Imperialis Aulici Ordinationem* concernens, ad Art. XVI.

Con-

monita, ſecutasque [illegible] publici mutationes, emendata, ſeu [illegible] & materia

Conſtitutio III. de *modo declarandi Statum Imperii in bannum* ad Art. XX

3) Nonnulla vero Capita ſuſpenſa manſerunt. Nimirum

1. materia Poſtarum, in Art. XXIX [illegible] Capitulationis comprehenſa, adhuc autem [illegible], ut tamen inter primas materias [illegible].
2. Concluſum Imperii ab Imperatore rat habitum, quod ſine [illegible] [illegible] Imperii [illegible] in poſterum novus Electoratus haud [illegible] ducendus, futuræ capitulationi Cæſareæ loco congruo inſerendum, atque [illegible] ad illud obſtringendum eſſe
3. Caput illud, quod de immediatorum Imperii Comitum prærogativa ac præcedentia in Aula Cæſarea, atque Coronationum aliisque ſolennibus, agit, & in Capitulationis Joſephinæ Art. V. jam continetur, proximæ Capitulationi eadem inſerendum

4) Cum autem *Civitates Imperiales* a deliberationibus ſuper hoc negotio [illegible] excluſum eſſet; ægre non ſolum hoc tulerunt, ſed & Monita ſua ſeparatim exhibuerunt [illegible] quarum &, in Capitulatione ſubſequente Carolina, ex parte ratio fuit habita.

5) Ceterum illud quoque placuit, non ſolum Formulam Capitulationis Perpetuæ, inter duo ſuperiora Collegia tranſactam, in Proxima Electione pro

teria poſitarum, & interregnum an. 1711. ſubſequutum, injecit.

XXXVI. Nihilominus Electores non ſolum

pro norma Capitulationis eſſe ponendam, ſed & reliqua 4. capita, nondum prorſus tranſacta, nec non Civitatum Imperialium Monita, Electorum ac Principum juribus haud adverſa, Electoribus commendanda, eorumque arbitrio relinquendam, quousque capita nondum tranſacta in proxima Capitulatione attendere placuerit, ut in Comitiis deinceps plenius definiri, atque ſic certa & conſtans Capitulatio ad exitum perduci queant.

6) Denique nec illud prætereundum, ægre quoque *Vicarios Imperii* tuliſſe tranſactionem de ſupra dicta capitulationis Perpetuæ formula, a duobus Superioribus Collegiis initam, atque dictaturam ejus ac publicationem a Directorio Moguntino, tempore interregni ſine ſua auctoritate factam.

v. *Gegenwärtige Verfaſſung der Kayſerl. Regierung*, ejusque Præfatio & Appendix *Electa J. Publ. Tom III. n. XXXII* p. 838 ſeqq. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. 17 §. 32.* Dn. de MUNCHHAUSEN de *Capitul. Perpetua Cap. II. §. 19. ſeqq.* Dn. MOSER *Staats-Recht L. I. Cap. XI. §. 12 - 29.*

XXXVI. * 1) Confectionem hujus Capitulationis Electores, de monitis Principum vel proteſtationi locum

lum eandem [illegible] conceptam CA-ROLI VI. *Capitu[illegible]*, [illegible] partem fundamenti loco [illegible] ad pro-

---

locum carent, inter arcana [illegible], nec ante publicari faciebant, quam [illegible] V. [illegible] Francofurti adventa[illegible], eandem [illegible] die 19. An. 1711. jurejurando con[illegible].

2) Attamen Principum & C[illegible] Francofurti d. 7. Jan. a. 1712. [illegible] ad [illegible] datis petierunt, ne Cap[illegible] Imperii Tribunalibus pro Lege [illegible] & Sanctione pragmatica præfcriberetur, usque dum eadem a [illegible] Imperii Collegiis examinata, [illegible] gravaminibus adhuc proponendis [illegible] fuerit. Quæ ca[illegible] in Principum Senatu acta, atque per conclusum ejusdem Collegii d. 24. Nov. A. 1712. Gravamina ista decreta, Directorio Moguntino pa[illegible] po[illegible] exhibita.

3) Gravaminibus cum medela haud adferretur, redintegratum fuit hoc negotium, Senatu Principum Ratisbonæ d. 18. Nov. A. 1715. *im Fürstl. Nebenzimmer* conveniente, [illegible] de exhibendis denuo Directorio Moguntino, una cum Proteſtatione, Gravaminibus decretum fuit: quod tamen, ob proteſtationem Legati Magiſtri Ordinis Teutonici, fuit interm[illegible], quippe qui conquerebatur, quod ea, quæ in Art. X. & XII. Capitulationis in favorem Ordinis Teutonici decreta, in Caro[illegible] fuerint omiſſa.

4) Sub initium anni 1716. ex decreto Principum, *Pro-*

promovendum certæ conſtantisque Capitulationis negotium novum Imperatorem obſtrinxerunt.

XXXVII. Ceterum, cum non tantum Impe-

Proteſtatio iſta cum *Gravaminibus* Directorio Moguntino a Salisburgenſi exhibita, ſed ab illo haud ſuſcepta; adeoque ab hoc Commiſſario Principali exhibita, qui ad Aulam Cæſaream eadem ſe delaturum promiſit. Sed & Collegium Electorale viciſſim ſcriptum pro memoria Principali Commiſſario exhibuit.

5) Gravamina in eo potiſſimum conſiſtebant, quod Capitulatio Cæſarea, quæ non Electorum ſolum, ſed & Principum & reliquorum nomine conficeretur, legali modo cum his non fuerit communicata; quod varia in ea contineantur, quæ & Inſtrumento Pacis, & Formulæ, de qua convenerat, Capitulationis Perpetuæ, eſſent adverſa; atque in præjudicium vergerent Statuum reliquorum; quodque adeo Electores jus adcapitulandi ultra modum extenderint.

v. *Gegenwart. Verfaſſ. der Kayſerl. Regier.* l. c. §. 8. & 12. 11. *Append. Docum.* pag. 723. ubi Proteſtationis formula. LVNIGS *Reichs-Archiv* P. Gen. II. *Fortſetz.* Contin. p. 422. ubi *Litteræ* ad Cæſarem datæ. *Electl. J. Publ. Tom. VIII. p. 773. Tom. IX. p. 734. Tom. X. p. 145.* STRVV. *C. J. Publ. C. VI. § 133.* MOSER *Staats-Recht L. I. C. XI. p. 31.-39.*

XXXVII. v. *Gegenwart. Verfaſſ. der Kayſerl. Reg.* l. c. §. 9.

Imperator ſtatim commiſſionis decreto d. d. 26 Martii 1712 iſtud negotium in Comitiis ad deliberandum propoſuerit atque commendaverit, ſed etiam de graviſſimis maximeque litigioſis capitibus fere tranſactum ſit: felix optatusque illius eventus haud immerito ſperatur.

XXXVIII. Noviſſima CAROLI VII Imperatoris Capitulatio, XXIX. conſtans Articulis, in pleriſque quidem capitibus CAROLI VI. Capitulationi conformata eſt: ita

XXXVIII. * 1) Inter exempla impreſſa, ob ſingularem curam & induſtriam adhibitam, imprimis commendari meretur a PETRO MATTHAEI Secretario Moguntino ex authenticis exemplaribus exſcriptum, quod omnium primo prodiit; nec non ab Illuſtri IO. IAC. MOSERO ex authentico Electoris cujusdam exemplari editum; cui acceſſit Appendix *Memorialium Gravaminum & Monitorum*, ante electionem, Collegio Electorali a variis Principibus, Comitibus ac Civitatibus, Circulisque Imperii exhibitorum; quae inter imprimis notari merentur Litterae ab *ANTIQVIORVM PRINCIPVM LEGATIS* Offenbachii congregatis *ELECTORI MOGVNTINO* exhibitae. Acceſſit quoque deinceps ejusdem Auctoris *Pars II* qua continentur *Notae*, ſingulos Articulos ex Actis publicis egregie illuſtrantes.

2) Non ita pridem quoque litterae, *Francofurti* dat

ita tamen, ut non pauca ſint addicta, nonnulla etiam mutata aut clarius propoſita; quæ adeo, in exemplis ejusdem impreſſis, diverſis etiam litteris a ceteris ſunt diſtincta.

XXXIX.

Iacæ ſequentia retulerunt. *daß die Alt-Fürſtl. Hauſer, gleich wie im Jahr 1711 auch geſchehen, an Ihro Kayſerl. Majeſtät wegen der Wahl-Capitulation ein ſo beweglich reſpective Vorſtellungs und Beſchwerungs Schreiben aller unterthan. ſo gelangen laſſen worin beſonders angeführet wird, daß das* Project perpetuæ Capitulationis *niemahls beybehalten, ſondern gantz neue Capitulationes und Zuſätze gemacht, auch viel andere* legum lationes, Interpretationes & Extenſiones, *welche doch für das geſamte Reich gehöreten, errichtet, der Fürſtliche Stände aber gantz und gar davon ausgeſchloſſen würde, der ſich zu beſchweren eher Urſache hatte, als im gegenwärtigen neuern fall auch die billigſte Alt-Fürſtl.* Deſideria *zum Exempel wegen alzuſtarcker* Extenſion *der Ritterſchafftl. Privilegien, im gleichen der* abuſuum *des Chur-Maynziſchen Directorii, auch der Eingriffe der Reichs Gerichte* ratione *der Recurs- und anderer Comitial-Geſchaffte gar nicht attendiret worden, wannenhero die Alt-Fürſtl. Hauſer hiermit erklärten, dieſe Capitulation nicht weiter, als der* perpetuæ *gemäß ſey, ſo lange zu erkennen, biß einſten das* Negotium perpetuæ *und das* jus adcapitulandi *geendiget, und in gehörige Grantzen geſetzet ſey.*

XXXIX. Ex dictis jam de *CAPITVLATIONIS PERPETVÆ* natura & indole, conceptione, poſſibilitate atque eventu facilius poterit pronunciari.

XL. Scilicet *perpetua* dicitur, ſive, ut Inſtrumentum pacis loquitur, *certa & conſtans* Capitulatio, non quod prorſus *immutabilis* eſſe debeat, ſed quod omnia circa *Statum publicum* occurrentia *dubia* ita *certo* decidat, ut *nulla* amplius *contradictio* locum habeat, adeoque illa pro certa conſtantique negotiorum publicorum norma ſit habenda, eousque duratura, donec mutatio ſtatus publici mutationem ejusdem exigat.

XLI. Definiri itaque poterit *ex mente* quidem *Statuum*, formula, Eligendo tanquam certa atque conſtans negotiorum publicorum norma præſcribenda, quæ in Comitiis concipitur, & ſemel concepta, quoties opus, in iisdem quoque mutatur. ex *Electorum* vero *ſententia*, eſt formula, ſemel in Comitiis concepta, ſed jure adcapitulandi,

XL. v. Inſtr P *Art. VIII* §. 3. Add. Dn. de MVNCHHAVSEN de *Capitul. Perpet Cap II.* §. 3 *ſeqq* conf Dn. WOLFG. PAVLI BVRGERMEISTERI *Collatio ſuccincta Capitulationum Cæſarearum poſt Weſtphalicam Pacem hucusque publicatarum cum Projecto Perpetuæ Capitulationis comitiali*, in Academia Tubingenſi, ſub præſidio B. Gabr. Schwederi A. 1716. diſquiſitioni expoſita.

tulandi, ab Electoribus, pro ratione temporum varianda.

XLII. *Conceptio* illius tam ratione perſonarum concipientium, tum ratione dubiorum eadem decidendorum, non caret difficultate annon ſatius forte fuerit, jus capitulandi, tanquam electioni annexum, Electoribus relinquere, dubia vero, circa Statum publicum obvia, in Comitiis decidere, Capitulationi inſerenda? penes Superiores eſt definire.

XLIII. Licet autem difficilis ſit ejusdem confectio, ob diverſa Electorum atque Principum ſtudia: *non* tamen prorſus *impoſſibilis* cenſenda, quin ex iis, quæ noviſſime circa Electionem pariter ac in Comitiis acta ſunt, felicem graviſſimi negotii eventum augurari omnino licet.

XLIV. Sed illud hic a nonnullis quæritur, *utrum a tempore litis conteſtatæ Capitulationes vim legis fundamentalis habeant?* de quo eo magis dubitatum, quod plerique

§. XLI. XLII. v. TITIVS *J. Publ.* L. 2. C. VII. § 40. 41. 42. 46.

XLIII. v. *Meditat.* ad *Cap.* IOS. l. c. §. 8. TITIVS l. c. §. 45. Dn. de MVNCHHAVS. Diſſ. laud. Cap. III. ubi Impedimenta Capitulationis Perpetuæ ſtrictim recenſentur

XLIV. v. KVLPIS ad *Monz.* C. V §. 1. VITRIAR. *Inſt. J. Publ.* L. 1. Tit II. §. 14. TITIVS l. c. §. II. BRVNNEM. *Exam. J. P.* L. 1. C. III. §. 9.

quæ Principes contra valorem earum proteſtati ſint, eædemque ex [illegible] Inſtrumenti pacis haud connectæ nominatis videantur.

XLV. Equidem in Inſtrumento Pacis nihil deciſum videtur, ſed *de tractatu* tantum, &, ſi fieri poſſit, *deciſione*, in proxima Comitia rejectis; adeoque [illegible] conficiendæ Capitulationis normam [illegible] præſcripta, nec Electoribus jus, huc uſque exercitum, ademtum; forte ſecundum diſtinctionem ſuperius allatam pronunciari poſſet. Sed forte ſatius & hic erit, judicium potius ſuſpendere, quam temere quid definire.

XLVI. *Materia* Capitulationis eſt *Status Imperii Romano-Germanici jam formatus*, & per certa *capita* ſive *articulos*, deſcriptus, cui poteſtas Cæſaris, per Electionem delata vel deferenda attemperatur.

XLVII. Atque in hac poteſtatis Cæſareæ circumſcriptione *forma* Capitulationis *interna*, ſicut in articulorum diſpoſitione ac formulis *externa* conſiſtit.

XLVIII. Diſponitur autem iſtis articu-

lis

XLV. v. §. 16. 17. 18. conf. [illegible] l. c. §. 11. 12. 13. *Medit.* ad *Cap.* [illegible] S. 1. Obſ. VI. §. 7.

XLVI. v. RHETIUS *Inſt. J. Publ.* L. I. T. IV. §. 17. [illegible] l. c. §. 15. L. B. de LYNCKER §. 9. p. 39. 40. NITSCH. l. c. C. V. ubi Capita in *perpetua* & *temporaria* diſtinguuntur.

XLVII. v. L. B. de LYNCKER. §. 10. p. 48.

lis partim *quid Cæſarem in adminiſtratione Imperii facere vel omittere oporteat*, partim *quid in caſu neglectæ obligationis obtinere debeat.*

XLIX. Varii autem ad conſtituendam Capitulationem concurrunt actus, nimirum (1) *Conceptio* eius, & hoc nomine inſtituta *conſultatio.* (2) *Oblatio* & iurata ex parte Cæſaris *acceptatio.* (3) Acceptatæ plenior *Conſcriptio*, Acceptantis ſubſcriptione atque ſigillo appenſo firmata. (4) *Exemplarium authenticorum* pro numero Electorum confectio atque traditio.

L. De *tempore* concipiendæ atque offerendæ Capitulationis nihil expreſſe ſtatutum unde nihil intereſt, ſive ante, ſive poſt Electionem, concipiatur atque offeratur.

LI. Firmandæ obligationi *iusiurandum* additur, quod etiam per *Mandatarios* præſtari

XLVIII. v. TITIVS l. c. §. 17. Illuſtriſſ. *Comitis* ab OETTINGEN Diſquiſ. de *Imperatoris Capitulatione* Cap. II. ubi capita Capitulationis CAROLI VI. in ordinem redacta recenſet.

XLIX. v. TITIVS l. c. §. 21. *Rachel.* Diſſ. de *Capit.* C. III. §. 4. 5. *Gegenwart Verfaſſ. der Kayſerl. Reg.* præf. §. 10. *Medit.* ad C. J. l. c. Obſ. VIII. § 1. 2.

L. v. *Meditat.* ad *Cap.* IOS. S. II. Obſ. VII. §. 2. GVLICH ad *Cap.* IOS. C. IV. §. 7. TITIVS l. c. §. 19.

ſtari poteſt: quo caſu jurata Mandatariorum promiſſio atque Capitulationis acceptatio ab Imperatore ipſo per *Reverſales*, atque *repetitum jusjurandum*, denuo confirmari ſolet; uti circa Capitulationem CAROLI V. & VI. nec non Imperatoris jam regentis CAROLI VII. factum.

LII. *Obligat* autem Capitulatio & *Cæſarem & Status* non niſi per modum *conventionis*, nec verba, *ſollen und wollen*, legem & pactum ſimul indicant: ratione *mediatorum* vero ſubditorum vim *legis* propriæ dictæ habet.

LIII. Sed illud quæri ſolet, *an in caſu neceſ-*

LI. v. L. B. de LYNCKER §. 8. p. 38. 58. *Gegenw. Verfaſſ. der Kayſerl. R.* §. 17. 18 & *Append. Docum.* p. 703. ſeqq. & p. 713. ſeqq. ubi & Mandatum procuratorium & Reverſales utriusque Cæſaris. HUBNER *Supplem. ad Hiſt.* T. IV. p. 20. ubi hiſtoria Electionis CAROLI VI. CAROLI VII. vero Reverſales Capitulationi ipſius ſubjunctæ ſunt.

LII. v. Supra §. 6. conf. HORN. J. P. Cap. XI. §. 3. TITIUS l. c. §. 22. 25. L. B. de LYNCKER de *Capitul. Cæſar.* §. 5. & 10. ubi diſputat, an *lex* aut *ſanctio pragmatica*, aut *norma regiminis*, aut *conventio* vocanda ſit *Capitulatio*? ipſe per *Sponſionem* definit.

LIII. v. L. B. de LYNCKER §. 11. p. 75. TITIUS l. c. §. 25. 26. BRUNNEM. *Exam. J. Publ.* L. 1. C. III. §. 12.

neceſſitatis obligatio Cæſaris ceſſet? quod affirmari poſſet, modo vera neceſſitas ſubfuerit, cum ſalus totius Imperii juribus cujusvis Status merito anteponenda ſit: ſed cum hujusmodi neceſſitatis caſus vix præſumatur, omnis recedendi facultas Cæſari adempta videtur clauſula: *Darwider nicht zu thun in einige Weiſs und Wege, wie die mœchten erdacht werden.*

LIV. Ceterum ſanctionis ergo non quidem *clauſula commiſſoria*, ſed tantum *caſſatoria* ſeu *annullatoria*, eaque hodie generalis, ad omnes extenſa articulos. Unde actus quoscunque, adverſus Capitulationem ſuſceptos vel admiſſos, jam ipſo jure nullos eſſe, nec diſtinctionibus ab aliis vulgo allatis opus eſſe, non amplius dubitandum.

LV. Alias nimirum in caſu neglectæ obligationis alii exiſtimabant, ſi contra articulum, clauſula caſſatoria munitum, ventum fuerit, actum *ipſo jure nullum* eſſe, ſi vero contra alios

LIV. v. Capit. CAROLI VI. Art. XVI. & CAROLI VII. Art. XVI. §. 11. ibi, *Ob aber dieſem und andern in dieſer Capitulation enthaltenen Articulen und Puncten einiges zuwieder erlanget oder ausgehen wurde, das alles ſoll krafftloſs, todt und abſeyn &c.* BRUNNEMANN. l. c. §. 13. HORN. l. c. §. 19. 20.

LV. v. L. B. de LYNCKER. l. c. §. 11. BRUNNEM. & HORN. ll. c. conf. TITIUS L. 5. C. V. §. 19. 20.

alios articulos, actum *ſubſiſtere*, donec *conſenſu Statuum* pro *invalido declaratus* fuerit: alii inter *facultatem* & *exercitium* actus diſtinguebant; priori caſu *nullum*, poſteriori *injuſtum* tantum eſſe putantes.

CAP. IX.

DE CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ.

§. I.

INter Leges Imperii publicas locum etiam quodammodo occupant CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE, quæ & *CONCORDATA PRINCIPUM* itemque *GERMANIÆ* appellantur; quo nomine venis

E. * 1) Olim jus conſtituendi Pontificem & Epiſcopos erat penes Imperatores. Sed per Transactionem inter Imperatorem HENRICUM V & CALIXTUM II Pontificem a. 1122 initam Imperator quidem inveſtituræ Epiſcoporum renunciavit, &, ut electio canonica a Populo & Clero, eaque facta, conſecratio libera fieret, conceſſit. Papa vero ſpopondit, ut Electiones Epiſcoporum & Abbatum Germaniæ in præſentia Cæſaris fierent; & ſi in electione diſcordia eſſet, Cæſar eam componere, ac meliori parti aſſenſum præbere poſſet, nec Electus a Pontifice conſecraretur, antequam a manu Regis inveſtituram regalium & terrarum per ſceptrum impetraſſet.

Tranſactio a. 1447 inter Imperatorem FRIDERICVM III. & NICOLAVM V Pontificem Romanum inita, qua *Poteſtas Papalis*, plus juſto, in præjudicium Eccleſiarum Germanicarum, prolata, varieque hinc a Germanis impugnata, in *nonnullis* quidem *partibus*,

2) Poſtea *electio* Epiſcoporum non ſolum ad ſolos tranſiit *canonicos*, conniventibus eo facilius Pontificibus, quod & ipſi a ſolis eligerentur Cardinalibus: ſed & contra illam Tranſactionem proviſiones gratiæ, expectativæ, & reſervationes Pontificum irrepſerunt, quales hi per expreſſas conſtitutiones ſibi arrogarunt, varieque determinarunt; Cujusmodi ſunt *Cap. Execrabilis in Extravag. Joh. XXII. de Præb. & Dign. & c. ad Regimen 13 eod. in extrav. commun.*

3) Cum autem hoc pacto libertas Eccleſiarum circa electiones clericorum & collationes beneficiorum eccleſiaſticorum tantum non penitus ſupprimeretur, nata hinc ſunt *Gravamina* & *Aviſamenta*, primum *Conſtantienſia*, deinde *Moguntina*, quibus tollere hujusmodi gratias ac reſervationes papales conati ſunt Germaniæ Principes; quod per *Concilium Baſileenſe* certa ratione quidem obtinuerunt. Attamen Pontificum aſtutia & violentia, ex facilitate FRIDERICI III. per Concordata hæc, Germania denuo jura ſua maximam partem extorſit.

Extant Concordata hæc apud GOLDAST. *Conſtit. Imp.* Tom. I. & SCHILTER. qui DVARENI

Tr.

bus, inprimis quod ad *Proviſiones* ac *Reſervationes papales*, nec non *Annatas*, *reſtringitur*, in reliquis vero confirmatur.

II. Quamvis autem ab initio pauciſſimi Principes Concordata approbarint, varia quoque Gravamina deinceps cum a Principibus ſecularibus, tum ab omnibus Imperii Statibus contra eadem mota ſint: attamen ſucceſſu temporis invaluerunt, atque vim

Tr. de *Sacris Eccleſiæ Miniſteriis* ea ſubjunxit. It. LINCK. Diſſ. de *Concord. N. G.* ubi Commentario eadem illuſtravit.

II. v. Rec. Imp. Norimb. de A. 1524. §. *Und iſt darauf* 29. verſ. *Es ſollen auch die Beſchwehrungen Teutſcher Nation von den weltlichen Fürſten und Standen wieder den Stuhl zu Rom. &c.*

Rec. Imp. Auguſt. de A. 1500. Tit. *Wie man mit dem Pabſt handeln ſolle* 43. §. 3. ibi. *Item dieſelbe Botſchafft ſoll auch Befehl haben mit ſeiner Heiligkeit, der Concordaten und anderer Beſchwehrung halber, ſo der Teutſchen Nation vom Stuhl zu Rom mannigfaltig aufgeleget werden und begegnen, ernſtlich zuhandeln.*

Rec. Imp. Auguſt. de A. 1530. ubi in §. *Als auch &c.* 131. a Statibus Imp. communi nomine Gravamina contra *Concordata* ſunt exhibita, ſub titulo, *Beſchwerden gegen den Stuhl zu Rom durch Churfürſten, Fürſten und Gemeine Stände des Reichs uns wiederum in Schrifften überlieffert werden.*

legis publicæ, ſaltem quod ad Catholicos, obtinuerunt.

III. Imo in Capitulationibus Cæſareis certa ratione confirmata ſunt: ita quidem, ut Gravamina olim obmota tolli, nec quidquam a Papa admitti debeat, quod iisdem adverſum ſit, atque in præjudicium Statuum camprimis Catholicorum vergere queat; ceterum eadem nec Proteſtantibus fraudi eſſe, nec Paci Religioſæ ac Profanæ, itemque Weſtphalicæ, ulla ratione derogare debeant.

CAP. X.
DE
ORDINATIONIBUS CAMERÆ IMPERII JUDICII IMPERIALIS AULICI ET EXECUTIONIS.

§. I.

ORDINATIO CAMERALIS eſt *Lex Imperii, ab Imperatore & Statibus in comitiis conſtituta, modum ac ordinem procedendi pre-*

III. Capit. JOSEPHI Art. XVIII. ibique HITSCHIE *Comment.* p. 369. ſeqq & *Meditat.* p. 111. ſeqq. Capit. CAROLI VI Art XIV ibique *Spicil. Obſervat. p. 225 ſeqq.* Capit. CAROLI VII. Art. XIV. §. 1. 5. 6. Inſtrum. P. W. Art. V. §. 19.

§ I * Vocatur *die Cammergerichts-Ordnung, des Reichs-Ordnung, Unſer (Kayſerl. Majeſtat) und des Reichs-Ordnung Reichs und Cammer-Gerichts Ordnung.* v. BLUMII *Proceſſ. Cameral.* Tit. II. §. 1.

præſcribens, in Judicio Camerali, in cauſis Statuum ac ſubditorum Imperii ad iſtud delatis, obſervandum.

II. Poſtquam nimirum Judicium iſtud Imperii, quod Camerale dictum, a MAXIMILIANO I. Imp. in Comitiis *Wormatienſibus* A. 1495 conſtitutum fuit, lege quoque opus fuit, cujus præſcripto ordo ac modus in judicio illo procedendi attemperaretur. Atque hinc *Ordinatio* quædam judiciaria, *Cameralis* cognominata, eaque omnium Prima, ejusdem Imperatoris auſpiciis concinnata, atque eodem anno in Comitiis iſtis promulgata eſt.

III. Prima hæc Ordinatio Cameralis deinceps, ejusdem Imperatoris auctoritate, varie aucta ac declarata eſt. Primum in Comitiis *Lindavienſibus* a. 1496. 97 a Judice & Aſſeſſoribus Cameræ Articuli nonnulli de emendanda Ordinatione hac exhibiti ſunt; in Comitiis *Friburgenſibus* A. 1497. dein approbati; atque adeo Declaratio quædam Ordinationis Cameralis inde confecta eſt.

IV. Cum in Comitiis Auguſtanis An. 1500.

H. v. Ord. Cam. de A. 1495. *Præfat. & Analt.* BLVM. l. c. §. 2.

* Contra hanc Ordinationem MAXIMILIANVS I. Electoribus & Ducibus *SAXONIÆ* ſalvatorium conceſſit, quod ea juribus ac privilegiis ipſorum detrimentum adferre non debeat. v. MVLLERI *Staats-Cabinet IV. Eröffn. Cap. I. p.* 24.

1500. Judicium Camerale inſtauraretur, Articuli Friburgenſes renovati, atque acceſſionibus quibusdam addius declarati. usque deinceps alii Articuli, juſſu MAXIMILIANI, a Viſitatoribus Cameræ adjecti ſunt.

V. Porro in Comitiis Conſtantienſibus A. 1507 prima Cameræ ordinatio cum ſuis acceſſionibus confirmata atque ulterius declarata, eodemque anno in Comitiis Ratisbonenſibus A. 1507. pluribus Articulis de modo procedendi locupletata eſt.

VI. Cum poſtea CAROLUS V. in comitiis Wormatienſibus A. 1521. Inſtaurationem hujus Judicii ſuſciperet, is ex primis hiſce Ordinationibus Articulisve recognitis, accedentibus quoque novis emendationibus ac declarationibus, conſcriptam noviter Ordinationem promulgavit. Cui dein Regimentum Imp. Norimbergæ An. 1523. alios Articulos, Proceſſum concernentes, adjunxit.

VII. Articulis his & Camera ipſa ſuos ſuperaddidit. Viſitatorum quoque Reformatio A. 1531. novos Articulos progeneravit: ex quibus nonnulli per Rec. Imp. d. An. 1532. mutati ſunt. Hanc mutationem alia Viſitatorum Reformatio A. 1533. ſequuta: denique nonnullorum capitum renovatio per Judicem Aſſeſſoresque publicata A. 1538. acceſſit.

VIII. Cum vero hæc omnia in Receſſibus Imperii & Ordinationibus Cameræ ſpar-

ſparſim & confuſe tradita eſſent, ita ut non ſine moleſto labore inveſtigarentur; prætereaque quidam Articuli aliqua declaratione, quidam nova deciſione indigerent: iſthæc omnia CAROLVS V per Viros rerum Cameralium peritos in formam convenientem redigi novamque inde *Ordinationem*, in tres partes diviſam, conſcribi curavit.

IX. Hanc poſtea recognitam, multisque in locis auctam & correctam, FERDINANDVS I. in Comitiis Auguſtanis A. 1555. promulgavit. Et licet Status Imp. contra hanc Ordinationem varia exhibuerint Gravamina, nihilominus per Capitulationes Cæſareas ea fuit confirmata: Atque hæc eſt illa *Ordinatio*, quæ in allegando usque adhuc uſurpata, atque in praxi obſervata eſt.

X. Cum

III.-IX. v. Ordinationes Cam. de A. 1495. 1500. 1508. 1517. 1521. 1523. 1527. 1538. 1555. Rec. Imp. A. 1532. 1548. Rec. Viſ. d. A. 1532. 1533. Capit. LEOPOLDI Art. XXXVIII. IOSEPHI Art. XXXVII. CAROLI VI. Art. XVI. CAROLI VII. Art. XVI. §. 6. LVNIG. *Reichs Arch.* P. Gen. Contin. p. 217. 271. 357. ſeqq. MVLLERI *Reichs-Tags-Theatr. unter* MAXIMIL. I. Tom. II. Cap. 41. LVDOLFI *Corp. Jur. Cam.* BLVM. l. c. §. 2.-5. STRVV. *Corp. Jur. Publ.* Cap. XXVI. §. 26. MOSER. *Staats-Recht* Cap. IX. §. 9. *ſeqq.*

X. Cum autem nova hæc *Ordinatio* ſequenti tempore, per Receſſus Imperii, Deputationum, Viſitationumque, item ac per Memorialia, Conſulta Cameræ & Communia Decreta, multis in locis declarata, aucta ac mutata fuerit, operæ pretium viſum eſt, cuncta hæc inter ſe conjungere, atque in unam Conſtitutionis formulam redigere.

XI. Proinde RUDOLPHUS II. Judicem & Aſſeſſores Cameræ juſſit, per deputatos utriusque religionis novam concinnare *Ordinationem*, primum Moguntino, ac deinceps per hunc, Imperatori & Statibus exhibendam: Quocirca Moguntinus conceptam a Cameralibus Ordinationis formulam in Comitiis Ratisbonenſibus A. 1613 ad examinandum propoſuit, ut in Comitiis ſequentibus confirmari poſſit: id quod ſub MATTHIA, Imperatore demum factum.

XII. At enim vero remiſſum tunc fuit examen formulæ propoſitæ ad comitia Deputatorum Francofurti inſtituenda. Sed neque in his quicquam fuit effectum, neque in Comitiis Ratisbonenſibus de A. 1654. neque etiam Viſitatione Cameræ noviſſima, quo negotium hoc erat rejectum, iſtud confectum.

XIII. Nondum igitur vim legis concepta

X. - XIII. * Extat *concepta* hæc *Ordinationis Cameralis Formula in Corpore, Juris Cameralis* ſub

pta hæc ordinationis formula obtinuit. Et quamvis in Camera eadem allegari ſoleat, atque auctoritatem quandam acquiſiviſſe videatur, facile tamen intelligitur, majori eam auctoritate pollere non poſſe, quam fontes, ex quibus eadem depromta eſt.

XIV ORDINATIO IVDICII IMPERIALIS AVLICI eſt *ordinatio, ab Imperatore Judicio Imperii Aulico pro norma praeſcripta, in cauſis ad iſtud pertinentibus obſervanda.*

XV Ordinationes hujusmodi, præter antiquas illas FRIDERICI II. & RVDOLPHI I. tres potiſſimum extant: FERDINANDI I. MATTHIAE & FERDINANDI III.

XVI.

ſub Num. CCCLX. p. 567. Seorſim quoque edita a IO. WILHELMO LVDOLFO, ſub titulo: Concept *der neuen Kayſerlichen und Reichs Cammer-Gerichts Ordnung*, *Wetzlar* 1717 *f.* variis Obſervationibus illuſtratum, una cum Actis publicis, hoc conceptum concernentibus, Decretis communibus, ordinationibusque Cancellariæ Cameralis.

Add. Rec. Imp. Ratisbon. d. A. 1598. §. 69. 70. R. I. d. A. 1613. §. 4. A. 1641. §. 90. & A. 1654. §. 134.

BLVM. l. c. §. 5. STRVV. l. c. & MOSER l. c. §. 30. & ſeqq.

XV. v. GOLDAST *Reichs Satz.* P. I. pag. 17. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. V. C. 108.

XVI. Prima FERDINANDI I. auſpiciis Auguſtæ Vindelicorum d. 3. April. A. 1559. concionata eſt; quæ poſtmodum a MAXIMILIANO II. Imperatore duobus decretis aucta, atque ad FERDINANDI III. tempora usque in uſu fuit.

XVII. Cum autem de extenſa nimis Judicii Aulici poteſtate variæ audirentur Statuum querelæ, occaſio hinc nata, MATTHIAE Imperatoris Capitulationi articulum inſerendi, quo ipſe obligaretur, antiquam iſtam ſeu primam Ordinationem revidere, & novam inſtruere, ante publicationem Electoribus exhibendam.

XVIII. Præſtitit hoc MATTHIAS, atque adeo novam eamque *Secundam* confici curavit Ordinationem, quæ & in Conventu Deputatorum Norimbergenſi, *dem Corre-*

XVI. * Extat ea cum utroque decreto, quorum alterum d. A. 1591. d. 8. Oct. Nobiles Imperii concernit, alterum d. A. 1596. d. 1. Jul. nimiam commiſſionum frequentiam notat, apud LEHMANN. in *Actis Publ. de Pace Relig. L. I. C. 37.* Add. CONRING. de *Judic. Reip. Germ. th. 100.*

XVII. Art. XI.

XVIII. * *Welche auf dem Correſpondenz Tage zu Nürenberg von denen Herren Deputirten revidiret, corrigiret und die Marginalia in der Dictatur ſo bald abgeleſen und dazu geſetzet worden.* Conf. LIMNAEUS *Jur. Publ. Lib. IX. C. 4.*

Correſpondenz-Tage A. 1615. fuit examinata: Deputati quoque illam in quibusdam partibus corrigendam, in aliis declarandam, vel etiam augendam eſſe, judicarunt; ſed bello ingruente Germanico, nihil confectum, adeoque uſu ea recepta haud fuit.

XIX. Cum autem nihilominus Status Imp. adverſus hanc quoque varia protulerant gravamina, atque FERDINANDVM II. pariter ac FERDINANDVM III. ad eam recognoſcendam novamque adornandam Ordinationem obſtrinxerint: hinc tandem, poſt Pacem Weſtphalicam, *Tertia* eaque noviſſima Ordinatio auctore FERDINANDO III. confecta,* atque in Comitiis Ratisbonæ A. 1654. inſciis fere Statibus promulgata eſt; quæ breviter VII. Capitibus pertractat, quicquid tam circa Judicium ipſum ordinandum, quam circa Proceſſum, Acta, Relationes, aliaque ſcitu neceſſarium erat.

XX. Equidem Status Imp. communicationem illius ad ſubeundum examen efflagitarant, nec tamen obtinuerant; reſponſo ſaltem dato, eam non ſolum ſecundum

---

C. 4. n. 34. ubi eadem extat. NITSCH. ad *Capit.* IOSEPHI Art. XL. §. 1.

** Quomodo Proteſtantium Electorum conatus in conficienda Capitulatione Matthiæ eluſus fuerit, v. in Medit. ad *Capit.* IOSEPHI Art. XXXIX. verb. *Unſern Geh. Rath &c.*

dum Ordinationem Cameræ, Conſtitutiones Imperii, & Inſtrumenta Pacis compoſitam, ſed & omnia illa, quæ in Comitiis illius temporis ratione juſtitiæ promptius adminiſtrandæ conſtituta, in eam relata eſſe:

XXI. Quapropter eandem pro legitime confecta Status Imp. præſertim Evangelici, agnoſcere recuſarunt, ** totumque negotium in proximis Comitiis, omnium Statuum conſenſu, conficiendum eſſe, declararunt, idemque tam in Monitis ſuis ad Capitulationem LEOPOLDI *** quam in Moni-

XIX.-XXI. * In Capit. JOSEPHI dicitur: *der neu-aufgeſetzte und von unſerm Vorfahren glorwürdigſten Andenckens approbirte Reichs Hofraths-Ordnung.*

** In Memoriali ad Cæſarem d. 8. Maj A. 1654. verb. *Ehe Ihro Kayſerl. Majeſtät Reichs Hofraths Ordnung Churfürſten und Ständen, zu Beybringung ihrer Erinnerung, communiciret worden, können Ihro Kayſerl. Maj. hocherleucht. ſelbſt ermeſſen, ob gleich wieder einen und andern in Judicio Aulico erkennt und wieder denſelben verfahren werden ſolte, daſs dieſelbe Urſache haben mögten, darwieder zu excipiren und zubedingen.*

*** Ad Art. XLII. d. 17. April. Electori Moguntino exhibitus, verb. *daſs die Reichs Hofraths-Ordnung, auf gehaltenen Rath mit Churfürſten, Für-*

Monitis ad Capitulationem Perpetuam, A. 1664. exhibitis ad Art. XV. deſiderarunt.

XXII. Nihilominus in Capitulationibus LEOPOLDI, IOSEPHI, CAROLI VI. & CAROLI VII. Ordinatio iſthæc interim probata, atque obſervatio ejusdem ſancita eſt, donec in Comitiis aliud decretum fuerit.

XXIII. Acceſſit *ORDINATIO EXECVTIONIS; des H. R. Reichs Executions-Ordnung*, quæ eſt Conſtitutio Imp. qua *modus & ordo Pacem publicam tuendi, atque adeo adverſus Profanæ pariter ac Religioſæ Pacis violatores procedendi, decretaque Imperii, eumprimis ſententias ſummorum Imperii Tribunalium, adverſus eosdem executioni mandandi, definitus eſt.*

XXIV. Scilicet conſtituta Pace Publica A. 1495. mature quoque de eadem tuenda atque

---

Fürſten und Standen, und nach deroſelben Gutbefindung und Einwilligung zuverfaſſen.

v. *Autor der Grundfeſte P. III. C. 3. p. 216. & C. 5. p. 241. ſeqq.* LIMN. in *Tom. II. Add. ad J. Publ. Lib. IX. C. 4. f.* ibique FRITSCH in Addit. p. 380. *Meditat.* ad Capit. IOSEPHI *Art.* XL. not. a) & b). & HITSCH. ad eand. Capit. d. *Art.* §. 1. *ſeqq.* STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.* §. 5. MOSER *Staats-Recht* l. c. Cap. X.

XXII. v. Capit. LEOPOLDI *Art. XLI.* IOSEPHI *Art. XL.* CAROLI VI. *Art. XVI.* CAROLI VII. *Art. XVI.* §. 6. & *Art. XXIV.* §. 1.

atque exequenda cogitatum, eundemque in finem *Ordinatio* quædam jam a MAXIMILIANO I. ſub nomine *der Handhabung des Landfriedens* conſtituta fuit.

XXV. Deinceps & CAROLVS V. ratus, fruſtraneam fore Pacis conſtitutionem, ſine Executione, in comitiis Norimbergenſibus a. 1522. *Ordinationem* hujusmodi promulgavit.

XXVI. Comprimis *Pace Religioſa* in Comitiis Auguſtanis A. 1555. ſtabilita, *Ordinatio* quoque *Executionis* plenior decreta atque Receſſui Imperii Auguſtano d. a. 1555. inſerta fuit.

XXVII. Eadem Ordinatio dein in variis Comitiis, comprimis Ratisbonenſibus, an. 1557. Auguſtanis a. 1559. Wormatienſibus an. 1564. Auguſtanis an. 1566. Spirenſibus 1570. Ratisbonenſibus a. 1576. Auguſtanis a. 1582. & Ratisbonenſibus a. 1594. atque Receſſibus Imp. in iisdem factis, vel confirmata, vel ulterius declarata atque emendata fuit.

XXVIII. Quin & ipſi *Circuli* ad obſervandam hanc Executionis Ordinationem per ſingulares Receſſus ſeſe obligarunt. Quo ſpectat Receſſus Circuli Svevici Ulmenſis d. 22.

XXIII. XXVII. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. VI. §. 60.* MOSER *Staats-Recht L. I. Cap. VIII. §. 1-13.*

XXVIII. l. c. MOSER l. c. §. 7.

d. 22. Nov. an. 1663. in quo etiam certus executionis modus ſtatutus eſt.

XXIX. In Comitiis *Ratisbonenſibus* A. 1653. de *Ordinatione* hac ad meliorem firmitatem redigenda deliberatum, atque per Receſſum Imp. Noviſſimum decretum, in ſingulis *Circulis* hoc negotium eſſe tractandum, & quicquid fuerit concluſum, Imperatori & Electori Moguntino ſignificandum eſſe, quo in proximis Comitiis iſtud denuo proponi, atque commune concluſum fieri poſſit.

XXX. Hinc materia iſta de emendanda Executionis Ordinatione in Conventibus Circulorum Saxonicorum tam Superioris, quam Inferioris, ſuſcepta, atque commune quoddam concluſum deſuper formatum.

XXXI. In Comitiis adhuc durantibus A. 1663. eadem materia fuit propoſita, ac tandem A. 1673. nova eaque emendatior Executionis Ordinatio eousque perducta, ut Imperatori ad approbandum fuerit exhibita. ſed vim legis eam obtinuiſſe haud conſtat.

XXIX. v. Rec. Imp. Noviſſ. d. a. 1654. §. 178. 185. MOSER §. 16. 17. HERD. *Grundfeſte* T. III. C. 6. pr. Medit. ad Cap. 302. Art. II. (f).

XXX. v. STRVV l. c. MOSER. §. 18. 19. 21.

XXXI. v. LVNIGS *Reichs-Archiv P. Gen. Contin.* II. p. 628. MOSER §. 25.

XXXII. Denique Ordinatio hæc Executionis in Capitulationibus Cæſareis, cum antiquioribus, tum inprimis noviſſimis, ita firmata eſt, ut nulla ratione Reſcripto quodam aut Mandato illi derogare fas ſit.

CAP. XI.

DE ORDINATIONIBUS POLITICIS AC MONETARIIS.

§. I.

INter Leges Imperii porro locum inveniunt ORDINATIONES & REFORMATIONES POLITICÆ, quæ *œconomica Reip. negotia, atque ad mores civium ſpectantia dirigunt, vitiaque honeſtatem externam deſtruentia, ac luxu ſocietatem civilem turbantia, maxime compeſcunt*: atque adeo Leges *ſumtuarias, veſtiarias, mercatorias, opificiarias, monetarias*, hisque ſimiles, continent.

II. In Imperio noſtro R. G. a tempore SIGISMUNDI quidem jam de *Reformatione Politica* agi cœpit, compoſita quoque talis, A. 1440. quæ tamen ad effectum haud deducta

XXXII. Capit. FERD. III. Art. XL. FERD. IV & LEOPOLDI Art. II. CAROLI VI. Art. II. IV. V. XII. Art. XVI. Art. XVII. XX. XXI. CAROLI VII. Art. II. §. 3. & IV §. 7. V. §. 11. XII. §. 3. XVI. XVII. §. 1. XX. §. 5 XXI. §. 6.

deducta eſt. Sed nova in Comitiis Francofortenſibus A. 1442. FRIDERICI III. auſpiciis *Reformatio* edita eſt.

III. Plures quoque ab eo tempore *Reformationes* hujusmodi ſive *Ordinationes Politicæ* in Comitiis Imperii prodierunt, velut in Comitiis Auguſtanis a. 1530. promulgata, atque a. 1548. ibidem reformata, tandemque in Comitiis Francofurtanis a. 1577. ad ulteriorem perfectionem deducta; quæ cum reliquis copioſior ſit, & quam plurima juris publici & privati capita contineat, majorem quoque uſum præbere poteſt.

IV. Cum autem tempora mores civium & conditionem ſtatus publici mutare ſoleant, multa quoque obſoleta in Ordinationibus recenſitis deprehendere licet, quorum emendationem quidem jam dudum comitia Imperialia, variæque conſultationes ſuper conficienda nova Ordinatione Politica inſtitutæ, promiſerunt, vix tamen ſolidi quidquam præſtiterunt.

V. In Pace Weſtphalica negotium iſtud ad proxima Comitia fuit rejectum; adeo-

I.-IV. * Extant tales ſub titulo *Reformation guter Policey zu Augſpurg, A. 1530. auffgerichtet. Item Römiſcher Kayſerl. Mayeſt. und der Reichs-Stände Policey-Ordnung zu Franckfurt A. 1577. gebeſſert.* STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.* §. 61. Medit. ad *Cap.* 100. *Art. XIX.* nn. (a). HERTSCHII Comm. ad Cap. 100. *Art. XIX.* §. 4.

que in Comitiis a 1652. & 1653. conſultatio deſuper quidem ſuſcepta: ſed per Receſſum Imp. Noviſſimum res ad proximum conventum Deputationis remiſſa, quamvis irrito, ob Statuum contentiones, conatu.

VI. Sed & in Noviſſimis Imperii Comitiis de nova Ordinatione Politica Imperii diu multumque actum, ac de variis materiis, præſertim duellorum, commerciorum ac opificiorum, ab omnibus Imperii collegiis concluſa maxime ſalutaria facta ſunt: de generali tamen Reformatione Politica nihil concluſum.

VII. Ad Ordinationes ergo hujusmodi Politicas ſive jam ſint editæ, ſive in poſterum edendæ atque in Comitiis decernendæ, obſervandas, obſervationemque earum

V. INSTR. P. W. *Art. VIII.* §. *3.* R. I. a. 1654. §. 195. ibi *Was ein jedweder Creyſs wegen guter Policey zu verordnen vor rathſam anſehen würde, ſolches nach Franckfurt zu der Ordinari Deputation fœrderlichſt zuüberſchiken.* STRUV. l. c. NITSCH l. c. *§.* 2.

VI. Medit. ad INSTR. P. p. 1268. ibique *Specim. VIII. Mant. III.* ſub titulo: *Hiſtoriſcher Bericht, was auf noch fürwahrenden Reichs Tag mit Verbeſſerung der Policey-Ordnung vergangen. 1666.* FRITSCH. ad *Cap.* JOS. *Art. XIX.* NITSCH. l. c.

VII. *Cap.* JOSEPHI *Art. XIX.* CAROLI VI. *Art. VII.* CAROLI VII. *Art. VII.* §. *1.*

rum tuendam, Imperatores, a tempore IOSEPHI Imperatoris, per Capitulationes ſuas, ſpeciatim obligari cœperunt.

VIII. Præterea inter Leges Imp. quoque extant *ORDINATIONES MONETARIÆ*, quibus *res monetalis* in Imperio *ordinatur*, ac ſtatuitur, *qua lege Status Imp. quibus jus cudendi monetam competit, iſtud exercere debeant, atque valor monetæ probæ reprobæque definitur.*

IX. Licet autem variæ hujusmodi Leges Monetariæ olim conditæ fuerint: attamen ſola fere *Ordinatio Monetaria* FERDINANDI I. in Comitiis Auguſtanis a. 1559. conſtituta, auctoritatem obtinuit, variisque *edictis* a. 1566. 1570. 1571. 1576. 1594. aliisque plurimis confirmata; quæ & hodieque in re monetaria fundamenti loco collocatur, aliisque in exemplum, quod imitentur, proponitur.

X. In Comitiis adhuc durantibus an. 1667. de re monetali, per totum Imperi-

IX. LVNIG *Reichs-Archiv P. Gen. Tom. I. p. 334. ſeqq.* STRVV l. c. §. 62. MASCOV. de *Jure circa Rem Monet. in Terr. Circ. Sax. Infer. Sect. II. §. 1.*

X. v. *Reichs Gutachten in puncto des Müntzweſens d. 19. April 1667. it. Kayſerl. Reſolution auf ſothanes Reichs Gutachten d. 5. Sept. 1667. it. Reichs Gutachten d. 1677. & 1678.* LVNIG. l. c. p. 381.

um ad Legum publicarum præſcriptum inſtauranda, deliberari cœpit.

XI. Novum quoque Edictum a. 1676. a LEOPOLDO Imp. in hanc rem promulgatum, & poſt varias conſultationes, quibus inprimis de æqualitate monetæ per univerſum Imperium introducenda actum fuit, a. 1680. d. 26. Nov. denuo repetitum, & cumprimis officinæ clandeſtinæ ſevere prohibitæ: Ceterum priora edicta ac decreta renovata ſunt.

CAP. XII.

DE OBSERVANTIA IMPERII.

§. I.

DEficientibus Legibus Imperii ſcriptis, in ſubſidium vocanda *Obſervantia Imperii*, atque ex hac, quæ illis definita non ſunt, definienda.

II. OBSERVANTIA IMPERII generatim notat *conſtans & uniforme juris alicujus aut inſtituti, ad ſtatum Imperii publicum pertinentis, exercitium*: idque vel in *actione*, vel

XI. LUNIG. l. c. p. 380. *Reichs Gutachten d. a. 1677. ib. p. 381. & d. 1678. ib. p. 381. Reichs Gutachten d. a. 1680. d. 20. Marc. Reichs Gutachten die wieder vorzunehmende deliberationes, wegen des Münzweſens betreffend.* LUNIG. l. c. p. 390. MASCOV. l. c.

vel in ejus *omiſſione* conſiſtens. Dicitur etiam *CONSVETVDO IMPERII*, itemque *PRAXIS* & *VSVS* : Germanice *das Reichs Herkommen, Gewonheit und Gebrauch.*

III. Sed

II. * Not. 1.) in jure Romano *Obſervantiam* quidem a *Conſuetudine* ita differre videtur, ut hæc notet *jus non ſcriptum, uſu approbatum*, ſive *diuturnos mores, conſenſu utentium comprobatos*, §. 9. *I. de J. N. G. & C.* illa vero ſemper fere præponat *legem* ſive *jus ſcriptum* expreſſo conſenſu conſtitutum, ejusque *praxin* ſive *obſervationem*, ſignificet, ut tamen ſimul certam *formam*, ſive certum *agendi modum*, uſu comprobatum, connotet. §. 6. 7. *I. de Satisdat.* Conf. KULPIS de *Obſerv. Imp* §. 6.

Sed uſu juris Germanici, *Conſuetudinem & Obſervantiam*, *Gewonheit und Herkommen*, pro ſynonymis haberi, vix dubitandum v. I. P. W. a. V. §. 47. ibi: *Conſuetudo & Obſervantia.* Conf. Diſp. mea de *Probatione Conſuetudinis & Obſervantiæ* Cap. I. § 5. ibique not.

2.) Hunc juris articulum antehac inſigni difficultate ac imperfectione laboraſſe, cui tamen prædicta *Diſputatione* mea, maxima ex parte, ut ſpero, mederi conatus ſum. Quodſi tamen hoc argumentum adhuc imperfectione laborare videatur, id non tam doctrinæ & præceptis, ſed exemplis, quæ nondum omnia in ſingulis juris articulis ſufficienter collecta aut ad liquidum perducta ſunt, tribuendum erit. At omnium exemplo-

III. Sed ante omnia *Obſervantia* ſive *Conſuetudo NVDA* a *QVALIFICATA* probe ſecernenda eſt.

IV. *Illa* enim cum in nudo facto, ſive nudo inſtituti alicujus, aut juris, etiam putativi, exercitio, aut facti data occaſione ſuſcipiendi omiſſione, conſiſtat, vim juris haud obtinet: unde & *Obſervantia* ſive *Conſuetudo facti* forte non incommode appellatur.

V. *Hæc* vero, ob qualitates, eidem, actionibusve, quibus conſtat, aut producitur,

---

emplorum, ad obſervantiam Imp. pertinentium, collectio ac enumeratio non ad doctrinam generalem ſive Caput de *Obſervantia Imp.* in genere, ſed ad Capita ſpecialia, in quibus ſinguli juris articuli, ſive legibus ſcriptis, ſive obſervantia nitantur, ſpeciatim exponuntur.

IV. * Ad *Nudam* igitur pertinet 1.) omnis *Conſuetudo* aut *Obſervantia imperfecta*, quæ frequens quidem actuum exercitium continet, ſed an & ceteris qualitatibus ad qualificatam requiſitis gaudeat, nondum conſtat; 2.) *Putativa*, eidem affinis, ſive nudum factum, aliquoties quidem, ſed invita altera parte, repetitum; 3.) *Erronea & mala, legibusque adverſa*, ſed requiſitis ad legem abrogandam deſtituta. *l. 39. de LL. Novell. 134. c. 1.* 4.) nudum *facti* alicujus *exercitium*, nullam juris rationem habens. v. *J. P. W. a. V.* §. *31.* v. Diſp. alleg. de *Prob. Conſv. & Obſerv. Sect. I. ibique Not.*

tur, adhærentes, vim juris habet, ita, ut pro norma ſit actionum, unde hæ juſtæ vel injuſtæ cenſeri poſſint; atque hinc *Obſervantia* aut *Conſuetudo Juris*, vel etiam *Legitima*, ſalutari poterit.

VI. Quæ adeo, ratione *formæ* quidem ſive *eſſentiæ*, in *conformitate actionum, ab hominibus, in ſocietate quadam viventibus, plus vice ſimplici, conſenſu* illorum, *quorum intereſt*, aut *qui jus facere poſſunt, celebratarum*; vel etiam in *conſtanti* & *uniformi* juris alicujus aut *inſtituti*, in ſocietate quadam, *exercitio*, conſiſtit: ratione *effectus* vero ſpectata, *vim* quandam juris *normativam*, ut ita loquar, involvit aut producit.

VII. Po-

VI. * Hinc variis elogiis & attributis, qualitatem iſtam deſignantibus, in Legibus & Actis publicis paſſim ornatur. Sic in *A. B. Tit. IX. ſ. Antiqua laudabilis & approbata conſuetudo*; in *J. P. W. Oſn. Art. V. n. 31 & Art. VIII. n. 4. Longus uſus*, itemque *Laudabiles Conſuetudines*, allegantur. Sic in R. I. a. 1555. §. 24. legitur; *Wie es jeden Orts von Alters her üblich hergebracht und gehalten worden*, & in *Ord. Cam. P. II. Tit. 1. nach eines jeden Fürſtenthums löblichen Herkommen und Gebrauchen*. It. in *Ord. Nov. Jud. Aul.* FERD. III. Tit. 1. §. *Und weiln &c. Rechtmaſſige Obſervationen und Gebrauch.* Sic & alibi paſſim in Legibus atque Actis publicis: *Alte wohlhergebrachte rechtmaſige*

VII. Poteſt autem obſervantia hæc Imperii vim ſuam juris normativam triplici iterum ratione exerere: primum, ubi novam plane actionum, ad ſtatum Imperii publicum pertinentium, juſte vel ſuſcipiendarum, vel omittendarum, *inducit* atque conſtituit; deinde, ubi normam antea inductam & conſtitutam *indicat*, atque adeo *exiſtentiam* ejus demonſtrat; denique, ubi normam jam exiſtentem ac rite conſtitutam *interpretatur*, ſive veram ejus *ſententiam* explicat.

VIII. Unde triplicis generis *Obſervantia Imperialis* enaſcitur: dum alia eſt juris *Inductiva*, alia *Indicativa*, alia *Interpretativa*.

IX. OB-

ſige billige Gebrauche; item *hergebrachte Rechte*, *Gebrauche*, *Herkommen und Gewonheiten*; *das kundbare Herkommen*, *das alte übliche Herkommen*; *das alte u. ruhige Herkommen*; *die Reichskundige Obſervanz*; *das kundbare Reichs Herkommen und Obſervanz*, *die Reichskundige alte herkommene Rechte*, memorantur.

v. KULPIS Diſſ. laud. §. 3. & SPENER *J. Publ. L. 1. Cap. XI. not. (b)* ubi talia elogia ex variis Legibus Imp. & LONDORPII *Actis Publ.* excerpta reperiuntur. Diſſert. mea memor. §. 7.

VII. VIII. Diſtinctiones hæ cum in rei natura fundamentum habeant, eruditi, accuratioris ac ſolidioris doctrinæ amantes, illas non faſtidient. Diſp. cit. §. 7.

IX. *OBSERVANTIA* juris *INDUCTIVA*, quæ & *Diſpoſitiva* nonnullis audit, eſt jus non ſcriptum, conſtanti ac uniformi, eoque publico, juris alicujus, aut inſtituti, ad ſtatum Imperii, vel Territoriorum, publicum pertinentis, exercitio, nec non tacito illorum, penes quos illius rei arbitrium eſt, conſenſu, per modum conventionis, conſtitutum.

X. Atque hæc uti vere normæ rationem habet, ſive vim juris normativam continet; ita vel jus plane novum introducit ac conſtituit, vel conſtitutum corrigit, atque diverſum imo contrarium, in totum vel ex parte ſtatuit, vel denique illud plane abrogat aut tollit: unde in *INTRODUCTIVAM* ſive *DISPOSITIVAM* in ſpecie, quæ jus novum, ſive novam juris publici normam, introducit atque conſtituit; & *ABROGATIVAM* ſive *CORRECTIVAM*, quæ jus conſtitutum corrigit aut tollit, non incommode diſpeſcitur.

XI. Cum igitur Obſervantia hæc juris Inductiva, exemplo Legum fundamentalium ſcriptarum, vim conventionis ſive pacti habeat: patet eandem *Jus* aut *Obligationem* inter Paciſcentes, veluti *duas Partes*, quarum altera ut *Agens*, altera ut *Patiens* ſpecta-

IX. X. Diſp. alleg. §. 8.

ſpectatur, operari: Id quod duplici ratione iterum fieri poteſt.

XII. Vel enim vim conventionis directe *conceſſivæ*, & certo reſpectu *renunciativæ*, habet: atque ſic alteri parti peculiare quoddam *jus* aliquid agendi vel habendi largitur, cum jure excludendi alteram partem, aut *prohibendi*, ne alteram in uſu & exercitio illius turbet; idque ex *renunciatione* juri ſuo ab altera parte facta.

XIII. Vel etiam vim conventionis directe *obligatoriæ*, *neceſſitatem* aliquid *agendi* vel *omittendi* alteri parti imponens; alteri vero *jus cogendi*, ſive per remedia coactiva aliquid agendum vel omittendum, ab altera parte exigendi, concedens.

XIV. Obſervantia hujusmodi Imperii, puta juris vel conceſſivi, vel obligatorii, *inductiva*, cum *facti* ſit, nec niſi ex factis colligi poſſit: hinc talia facta probanda erunt, quæ ad eam docendam ſint idonea.

XV. Primum igitur ex generali Conſvetudinis natura, certi requiruntur *actus*, negotio illi publico, de quo quæritur, convenien-

XII. * Jus peculiare ſit oportet, quod ex obſervantia naſcatur. Nam ſi jus illud ex naturali libertate competat, aut ex generali jure, ſine reſtrictione conceſſo, fluat, neque adeo jus prohibendi alteri ex pacto quæſitum ſit: non opus erit, illud ex obſervantia deducere.

XI. - XIII. Diſp. alleg. *Sect. III.* §. 1.

venientes, iique *iterati* atque *conformes*, & quidem *ſpecifice* tales, *continui* etiam, neque contrariis aut difformibus *interrupti*, vel ab Imperatore, vel a Statibus Imp. & quidem vel ab his inter ſe, vel, tanquam a Dominis Territorialibus erga ſubditos, aut Ordines provinciales, & vice verſa, ſuſcepti: iidemque ab allegante probandi.

XVI. At hæc ad Obſervantiam talem, quæ vim *conventionis conceſſivæ* ac *renunciativæ*, aut *obligatoriæ*, habere debet, *inducendam*, nondum ſufficiunt; ſiquidem in dubio *animus* ſeſe *obligandi*, aut juri ſuo *renunciandi*, non præſumitur.

XVII. Unde ſi vel maxime Imperator aut Status Imp. hunc vel illum actum, etiam aliquoties iteratum, per aliquod temporis ſpatium, celebraverint, vel ab aliis celebrari paſſi fuerint: non tamen, priori caſu, ad perpetuo ita agendum hoc ipſo ſeſe obligare voluiſſe, ſed in dubio libere egiſſe; neque etiam, poſteriori caſu, juri ſuo, in gratiam agentium, renunciaſſe, ſed libere, & ſalvo jure ſuo, tacuiſſe cenſendi ſunt.

XVIII. Hinc etiam *conſenſus*, vel *renunciativus*, vel *obligatorius*, illorum, quorum intereſt, & a quorum arbitrio illa res pendet, puta, Imperatoris & Statuum, vel horum

XV. - XVII. Diſp. alleg. *Sect. III.* §. 2. 3.

rum ſolum, & quidem vel omnium, vel quorundam tantum, quos illa res tangit; isque *animum*, *jus* alteri *concedendi*, ſuoque *juri* in gratiam alterius *renunciandi*, vel etiam ſeſe ad aliquid agendum, vel omittendum *obligandi*, involvens, probandus veniet.

XIX. *Animus jus* alteri Parti *concedendi*, ſuoque *juri*, in gratiam illius *renunciandi*, inde potiſſimum colligi poterit: ſi altera Pars, intentione acquirendi jus, actus ſuſcipiat eo ſpectantes, altera vero, cujus intereſt, quæque contradicere poteſt, vel ex certa ſcientia libere taceat, actusque admittat, idque quoties actus ejusmodi iteratur; vel, quod certius eſt, a facta contradictione deſiſtat, atque adeo ſequentes actus, ab altera Parte nihilominus, non obſtante contradictione præcedente, quiete ab hac exerceri patiatur.

XX. Pariter ſi altera Pars, intentione juris acquirendi, actum eo pertinentem ſuſceptura, altera Parte prohibente, illum omittat, & quotiescunque denuo ſeſe occaſio offert, ex eadem ratione, ab eadem deſiſtat, atque adeo jus prohibendi alterius agnoſcat: hujusmodi facta, ex parte *Agentis*, animum non ſolum, *juri* ſuo in gratiam alterius *renunciandi*, ſed etiam ſeſe ad aliquid omittendum, *obligandi*, arguet.

XXI. Denique & *animum*, ad aliquid agendum vel patiendum, ſeſe *obligandi*, arguent actus, exigente altera Parte, cujus inter-

intererat, ſuſcepti, ac deinceps, quotiescunque occaſio ſeſe offert, ex eadem ratione, atque hinc *opinione neceſſitatis*, repetiti.

XXII. Omnes hi *actus* ut eo certiorem de *Conſenſu* juris *conceſſivo* aut *obligatorio* fidem facere, atque in *Obſervantiam* Imperii *juris inductivam* abire queant, inſuper his qualitatibus gaudeant, oportet; ut ſint *publice*, atque adeo ſcientibus illis, quorum intereſt, *quiete*, haud contradicentibus iisdem, *ſponte & libere*, per *diuturnum tempus* celebrati nec *irrationabiles*: quæ qualit tes, excepta ultima, in probatione ſimul in cenſum venient.

XXIII. Ad Obſervantiam juris *ABROGATI-*

XVIII. - XXII. * Not. 1.) Variis ex cauſis fieri poſſe, ut quis ad actum in præjudicium ſuum vergentem nihil moveat, nec tamen libere taceat; veluti ex metu potentiæ alienæ; vel etiam ex regulis prudentiæ, ad majus malum evitandum, jam quidem connivendo, ſed aliud tempus opportunius ad contradicendum expectando.

2.) Interdum culpam aut errorem Miniſtrorum, ad elidendum conſenſum, ex ſilentio colligendum, obtendi.

3) Sæpius *Proteſtationes* contra facta aliorum, ne in Obſervantiam degenerent, adhiberi.

Diſp. alleg. §. 4.-7. Conf. Dn. MOSER *Staats-Recht* L. I. C. XXV. §. 34.-36.

XXIII. Diſſ. alleg. §. 6.

GATIVAM aut *Correctivam* probandam, ſufficere videtur, ſi *actus*, legi aut conventioni fundamentali *contrarii*, *ſemel iterumque*, *publice*, *ſcientibus* & *patientibus*, neque contranitentibus, aut obſervationem juris conſtituti urgentibus, illis, quorum intererat, ſuſcepti, vel qui ex præſcripto data occaſione ſuſcipiendi erant, omiſſi atque neglecti fuerint.

XXIV. Quodſi *Obſervantia* juris *Inductiva* hac ratione probari nequeat, ſufficiet, ſi ſaltem *Obſervantia* Juris, olim expreſſa vel tacita conventione conſtituti, *INDICATIVA* doceatur.

XXV. Quod ita fiet, ſi conſtans & uniforme juris alicuius aut inſtituti publici exercitium, per *diuturnum tempus*, *publice*, *nemine contradicente*, *libere*, vel, ſi vim obligandi habere debeat, *ex opinione neceſſitatis*, ab Imperatore, vel Statibus, frequentatum, probari queat.

XXVI Hinc enim *præſumtio* naſcetur, jus ita agendi ex pacto expreſſo, vel tacito, vel etiam privilegio, quondam enatum eſſe; eo quod vix vero ſimile ſit, illos, quorum inter-

XXV. - XXVII. *L. 1. 2. π. de Aqu. & aqu. pluv. arc.* KULPIS Diſſ. laud. de *Obſ. Imp.* cujus definitio §. 8. potiſſimum ad hanc *Obſervantiam* juris *Indicativam* pertinere videtur. Dn BOEHMER *J. Eccl. L. 1. T. IV.* §. 13. ubi notat, Obſervan-

intereſt, per longum temporis ſpatium, citra contradictionem, ab altera parte ita agi, paſſuros fuiſſe, niſi de hujus jure agendi perſuaſi fuiſſent; quamvis præſumtio inde nata non tam firma futura ſit, quin contraria probatione, aut præſumtione fortiori, elidi poſſit

XXVII. Qualis Obſervantia cum indicet jus olim conſtitutum, juris *INDICATIVA* non incommode appellabitur: quæ adeo *Jus præſumtum*, aliis *traditum* dictum, vel, ſi mavis, *conventionem præſumtam*, ſive expreſſam ſive tacitam, operatur.

XXVIII. Ceterum obſervantiam tam juris *Inductivam*, quam *Indicativam*, vim habere Legis vel Conventionis fundamentalis, dubitari nequit: unde Obſervantiam poſteriorem noviorem non ſolum Obſervantiæ, ſed & Legi antiquiori & priori derogare, itidem facile eſt ad intelligendum.

XXIX Eadem fere ratio eſt *Obſervantiæ* Imp. *INTERPRETATIVÆ* proban-

 dæ:

ſervantiam hanc non recte dici *jus ipſum*, ſed potius eſſe *teſtimonium* de *jure* ante, vel *expreſſe* vel *tacite*, *conſtituto*. add. *L. 2. T. XXVII.* §. 39. Diſſert. m. alleg. *Sect. II.* §. 14. & *Sect. III.* §. 9.

XXVIII. v. KULPIS l. c. §. 3. TITIUS l. c. *J. Publ. L. 2. C. VIII.* §. 8. HORN. *J. Publ. C. XII.* §. 5.

XXIX. Diſſ. alleg. §. 9.

dæ: Quodſi enim *actus* aliquis, ſecundum jus publicum ſcriptum, aliquoties hoc vel illo modo *publice* fuerit exercitus; inde haud dubie colligitur, illud ex mente Imperatoris & Statuum, penes quos eſt legem interpretari, factum eſſe.

XXX. Ceterum alia quidem eſt *Obſervantia Imp.* quæ *res ipſas*, ſive negotia publica; alia vero, quæ *modum* eadem *expediendi*, atque in comitiis maxime, aliisque conventibus Imp. *procedendi*, determinat; qualis *Obſervantia Comitialis* ac *Stylus Curiæ Imperialis*, vocari poteſt: ratio autem eam *probandi* eadem eſt, quæ *Obſervantiæ Extra-Comitialis.*

XXXI. In dubium igitur vocata Obſervantia Imp. ab allegante *probanda* erit: *Media* vero eandem *probandi*, præter *Teſtes* & *Documenta*, in quacunque probatione adhiberi

---

XXX. Diſſ. alleg. §. 10.

XXXI. * Hic inprimis ea, quæ de *Fide Hiſtorica* & *Juridica*, nec non de Fide Actorum Publicorum ac Diplomatum ab aliis obſervata ac tradita ſunt, in cenſum venient. Conf. JO. EISENHART *Comment. de Fide Hiſtorica.* CHRIST. THOMASII Diſp. de *Fide Juridica.* JO. MABILLONII Libri IV. de *Re Diplomatica.* JO. NIC. HERTII Diſſ de *Fide Diplomatum Germaniæ Imperatorum & Regum* in Tomo II. Opuſc. *Chron. Gottwicenſi.* D. CHRIST. HENR. ECKHARDI *Introd. in Rem Diplomat.* præcip. *German.*

hiberi ſolita, potiſſimum cum ex *Hiſtoria Germanica*, eaque teſtimoniis Scriptorum coævorum fide dignis firmata, tum ex *Actis Publicis & Diplomatibus*, depromenda erunt.

XXXII. Si dubium ex actuum vel conſenſus ambiguitate & obſcuritate enaſcatur, atque hinc *interpretatione* Obſervantiæ *authentica* opus ſit: *generalis* quidem obſervantiæ Interpretatio ad *Imperatorem* & *Status* ſimul; *ſpecialis* vero ad *eos*, *quorum intereſt*, pertinebit.

XXXIII. *Originem* Obſervantia Imp. a primis Reip. Germanicæ initiis, & ſubſequutis variis ejus mutationibus, habet: cum non omnia circa ſtatum publicum ſtatim legibus ſcriptis, ſancita, ſed uſu ſenſim inducta atque tacite ab iis, quorum intererat, tandem approbata, vel etiam ſi expreſſe ſancita, tamen in ſcripturam haud redacta, ſed ſolo uſu ad poſteros propagata fuerint; id quod indoli & moribus Germanorum maxime conveniens fuit.

XXXIV. Sed cum antiquiorum temporum obſervantia poſtea vel in deſuetudinem iterum abierit, vel ſaltem pleraque, ad ſtatum publicum ſpectantia, quæ alicujus momenti ſunt, legibus ſcriptis definita

 ſint:

XXXII. TIT. *J. Publ. L. 2. C. VIII.* §. 11. HORN *J. Publ. C. XII.* §. 6.

XXXIII. KULPIS h. c. §. 8. 9. 29. TITIUS l. c. §. 15. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.*

ſint: hodie forte non adeo multa certæ ac indubitatæ Obſervantiæ exempla ſupererunt.

XXXV. Nihilominus nonnulla adhuc, maxime quæ ad modum negotia publica expediendi pertinent, obſervantia niti, negari prorſus nequit.

Cap. XIII.

DE CETERORVM JVRIVM GERMANICORVM ET EXTRANEORVM, LONGOBARDICI, CANONICI ET JVSTINIANEI IN JVRE PVBLICO VSV ET AVCTORITATE.

§. I.

CVm præter Leges Imperii publicas, ſuperius recenſitas, etiam alia in Germania dentur Jura, *Germanica* pariter ac *Extranea*, veluti *Longobardicum*, *Canonicum* & *Romanum Juſtinianeum*: de his quoque, an *uſum* & auctoritatem in Jure Publico habeant, merito quæritur.

II. Et generatim quidem Cauſæ *publicæ* a *privatis* diſtinguendæ, & in utriſque iterum *uſus dogmaticus* ab *uſu* & *auctoritate legali* probe ſecernendus eſt.

III. *Ille*

XXXIV. XXXV. TITIVS §. 16. SEQQ. l. c. KVLPIS §. 28. ſeqq. Diſſ. m. alleg. *Sect. I.* §. 20. & II. v. TITIVS *J. Publ. L. 2. C. IX.* §. 7.

III. *Ille* quidem, qui ad illuſtrandas vel confirmandas juris publici doctrinas, jam propriis fundamentis innixas pertinet, admitti quidem poſſet, modo in abuſum aut ineptias non degeneraret, ut adeo rectius ab eo abſtineatur.

IV. De hac vero, quæ fundamentum juris præbet, aliter pronuntiandum, nec indiſtincte illa aſſerenda eſt.

V. Scilicet in cauſſis, quæ mere ad *ſtatum publicum* atque *jura imperantium* qua talium pertinent, *auctoritas* Juris privati qua talis *nulla* eſſe poteſt: quoniam hæc eſſentialis Juris publici & privati differentia eſt, quod illud ſtatus publici atque imperantium, hoc vero privatorum negotia definiat.

VI. Sed cum Imperantes, præſertim *Status Imperii*, etiam ut *privati* conſiderari queant; in cauſſis ſcilicet, quæ cum privatis ipſis communes ſunt, atque ad imperium civile proprie non ſpectant; uti nuptiis, patria poteſtate, tutela, dominio, teſtamentis, ſucceſſionibus, contractibus, actionibus judiciariis &c. merito diſpiciendum, quo

 usque

III. v. GRIEBNER Diſſ. de *Præjudicio principum Imperii ex abuſu Juris Juſtin. C. I.*

V. Conf. TITIVS *J. P. Lib. 1. C. I.* §. 43 *ſeqq.*

VI. v. TITIVS l. c. §. 47. BRVNNEM. *Juriſpr. P. Diſſ. III.* §. 26.

atque valeat vulgatum illud: *Principes inter ſe utuntur Jure privatorum*

VII. Equidem illud probe notandum, etiam in illis cauſis, in quibus inſtar privatorum ſeſe habent Status Imperii, reſpectum dignitatis illuſtris atque Imperii ſive ſuperioritatis a perſonis illorum ita prorſus ſeparari non poſſe, quin illius etiam hic ratio ſit habenda unde aliter longe de iis in hujusmodi caſibus pronunciandum erit, quam de ejusmodi privatis, qui meri ſunt ſubditi.

VIII. Nimirum ſanioribus principiis convenientior videtur ſententia: Principes & Status Imperii in cauſſis privatis, ſi legibus fundamentalibus aut pactis domeſticis definitæ non ſint, primario quidem non niſi ex

VII. v. VITIUS l. c. §. 48. BRUNNEMANN. l. c. §. 25. ibique verba Domus ducal. Sax. *daſs die Chur-und Fürſten des Reichs, als Perſona Publica, den Privat Geſetzen keines weges unterworfen.* Conf. Proœm. *Cap.* I. §. 18. 19. ibique citat.

VIII. v. BRUNNEM. l. c. §. 25. 26. & GRIBNER Diſſ. cit. Cap. II. §. 5. Contra quem diſputat Ill. Dn. de LEYSER in *Medit.* ad *Pand. Spec.* *XLI Med. V p.* 423.

* Præſumuntur autem ſe ſubjeciſſe cumprimis Legibus Imp. in iis, ubi priſtinæ ſubjectionis reliquiæ manſerunt. Certe hoc expendi meretur, quod libertas

ex Jure naturæ & gentium judicandos eſſe; ex Jure poſitivo vero, in quantum ſe illi ſubjecerint, nec dignitati ipſorum illuſtri ac ſuperioritati præjudicium inde naſcatur.

IX. Jam ad ſpecialiora: & cum jura in Germania recepta ſint vel *domeſtica*, vel *extranea*; de illis quidem primo diſpiciendum.

X. Jura *GERMANICA* alia ſunt *Antiquiora*, qualia a LINDENBROGIO, HEROLDO, BALUZIO, aliiſque collecta ſunt: alia *medii ævi*, ut *SAXONICUM* & *SUEVICUM*, duplici *Speculo* comprehenſum, & utrumque iterum in *Provinciale* & *Feudale* diviſum; alia *recentiora*, uti *Conſtitutiones* Statuum *Provinciales*.

XI. De *Antiquioribus* Germanorum Legibus non opus erit multum diſquirere, cum uſus earum & auctoritas legalis dudum expira-

libertas Principum & Statuum Imp. non ſit tanta, ut negotia ipſorum privata nulli ſubjaceant judicio ſuperiori. Subjacent enim Summis Imperii Tribunalibus, quibus ipſi ſe ſubjecerunt, dum cauſas ſuas in iiſdem agitari ac definiri voluerunt. Jam vero in Judiciis illis Imperii ex præſcripto Juris *Communis*, i. e. JUSTINIANEI, CANONICI & LONGOBARDICI, judicari, publice conſtat. Conf. Diſſert. mea de *Donat. Conjug. Illuſtr.* §. 14.

X. v. CONRING. de *Orig. J. Germ.* C. XXV. TITIUS L. 1. C. IX. §. 2.

Digitized by Google

expiraverit, in illuſtrandis quoque juris publici quibusdam capitibus earundem uſus forte ſit exiguus.

XII. Jus *SAXONICUM* vero atque *SUEVICUM*, ad illuſtranda nonnulla Juris publici capita adhiberi quidem poterit, ſed caute, ob craſſam rerum Germanicarum ignorantiam, qua & compilatores, & cumprimis gloſſatores, laborarunt.

XIII. *Auctoritati* vero *legali*, quam utrique Juri *Provinciali* nonnulli tribuunt, *(a)* non exigua obſtant dubia: ſaltem in cauſis publicis

XII. v. WERLHOF *Specim. Jur. Germ.* C. II. § 10. p. 10. Dn. LUDEWIG. Diſſ. de *Jure ſuffrag. R. Bohem.* C. III. §. 1 lit. b. c. conf. Dn. HOFFMANN. de *Origine & natura Legg. Germ.* §. 4.

XIII. XIV (a) v. SCHILTER *J. Publ.* L. 1. Tit. II. §. 17 qui in genere jurium provincialium auctoritatem in cauſſis Principum privatis aſſerere videtur, ex ea ratione, quod *Provinciae a Francis olim dependentes, ut Saxonia, Alemannia, Bavaria* &c. *leges ſuas habuerint, etiam a Francorum Regibus & Imperatoribus emendatas & confirmatas, antequam ſucceſſu temporis Duces & Comites Dominos* territoriales naciſcerentur. *Igitur*, infert, *qui ſive jure Magiſtratus, ſive jure Vaſallagii, ſive jure Allodii imperium provinciae alicujus acquirit, acquirit illud in ſtatu quo, & ſecundum easdem leges, & cum obligatione ad eas, niſi exemtio expreſſa probetur. Neque enim,* ſubjun-

publicis talis vix adſerenda; de uſu autem in cauſis privatis mox ſpecialius disquirendum.

XIV. Nimirum Jus *SAXONICUM* Provinciale in cauſis ſaltem Principum Saxonicorum privatis, ex pacto, uſum habere *legalem,*

ſubjungit, *credendum eſt, Jus Saxonicum, v. g. feudale, privatis tantum ac ſubditis Ducum Saxoniæ eſſe præſcriptum, ſed imo & Duces ipſos obligat, eoque Jure ipſi uti & voluerunt & conſueverunt.*

Probat deinceps hanc ſententiam variis argumentis, a *clypeis* militaribus; *contradictione* Principum Saxonicorum valori Juris communis i. e. Juſtinianei & Longobardici in ſuis cauſſis & quantum ad Jus publ. facta; *exemplis* pactorum ſucceſſoriorum, donationum, teſtamentorum &c. Idem etiam obſervatum, tradit, in pactis Familiæ *Saxonicæ*, velut in pacto diviſorio & ſucceſſorio JO. FRIDERICI Elect. & fratris JO. ERNESTI Coburgenſis a 1541. itemque in codicillis FRIDERICI WILHELMI D Sax Altenburgici a. 1668. *Atque hoc*, addit, *eſſe vetuſtiſſimum jus ac morem Gentium Teutonicarum, conſtat etiam ex legibus* WISIGOTHORUM L. II. T. 2. *quod tam Regia poteſtas, quam populorum univerſitas, legum ſuarum reverentiæ ſit ſubjecta. Idem de* FRIDERICO I. *refert* LEHMANN *Chron.* L. V. C 58. *Itaque obſerſervare licet, quod Jus Rom. hactenus, quod* Princeps

galem, certum eſt; (*b*) qualis de *SVEVICO* Jure *Provinciali* prædicari vix poteſt, quamvis *dogmaticus* ejus uſus admitti queat.

XV. Jus autem *Feudale*, *Saxonicum* pariter ac *Svevicum*, olim in Germania uſum atque auctoritatem habuiſſe, vix dubitandum: an vero hodieque vel *Saxonicum*, vel *Svevicum*, auctoritatem habeat legalem? nonnulli dubitant. Saltem nondum omnis Saxonici Juris feudalis uſus expiraſſe videtur, ſed

Princeps ſolutus legibus civilibus, *Jure publ. Germanorum nunquam fuit admiſſum*, *idque ex diverſa Imperii forma*, *quæ Rom. Imperatoribus olim erat mere abſoluta*, *contra vero Teutonicæ & Francicæ ac Saxonicæ Reip. forma ſemper fuit reſtricta.* conf. HORN *J. P.* Cap. XII. §. 11.
Conf. *Naumburgiſcher Vertrag d. A. 1554. §. Ob irgend Articul vorfielen, die ſich in die Sachſiſchen Rechte in der Haubt Sachen ziehen thaten, darinn ſoll dem Sachſiſchen Rechte nachgeſprochen werden.* Add. LUDOLF. de *J. Fem. Illuſtr.* p. 56. & Reſp. Fac. Jur. Jenenſ. ap. BAYER. *Delin. J. Civ.* ſec. Inſt. in fin.
(*b*) HARPPRECHTI *Speculi Suevici & præſertim Feudalis Alamannici in foris Vicariatus Suevo-Franconico-Palatini non uſus modernus.*
XV. v. ITTER. de F. I. C. II. §. 2. C. X. §. 9. SCHILTER J. P. L. I. T. II. §. 17. TITIUS l. c. §. 3.
v. HORN *Jurisprud. Feud. Feud. Cap. I.* §. 32. 33. Conf. Dn. MOSER *Staats-Recht* L. I. C. XXVI. §. 26. 27.

ſed quantum ad ea, quæ ad nexum feudalem, inter Cæſarem & Status ſuperſtitem, ſtatumque Reip. Germ. hodiernum, quadrant, & cumprimis in cauſis Statuum feudalibus decidendis, aliquis admittendus.

XVI. Ceterum quod Status Imp. etiam ſecundum *Conſtitutiones* ſuas *Provinciales* in cauſis ſuis privatis, ubi cum ſubditis ſuis res eſt, agant, ſeque judicari patiantur, experientia docet.

XVII. Inter Jura *extranea* primo loco *Feudale* LONGOBARDICVM nominare liceat: cujus uti *uſus dogmaticus* in illuſtrandis feudis illuſtribus, ita & *legalis* concedi poteſt, quantum feudorum Imperialium indoles, atque jura domeſtica admittunt.

XVIII. Proximum eſt *JVS CANONICVM*, quod æque ac feudale, partem Juris publici conſtituit, quantum ad ea, quæ Clericos reſpiciunt, atque ad Status Eccleſiaſticos applicari poſſunt: non quidem ex imperio Pontificis, ſed ultronea Statuum ſubmiſſione.

XIX. De

XVI. Conf. B. Dn. de WERNHER *P. X. Obſervat.* 469. *n.* 1. *ſeqq.*

XVII. v. TITIVS l. c. §. 50. conf. tamen Illuſtris Comitis de BVNAV *Exam. Diſſ. ex Jure Publ. & Feud.* &c. ejusque Cap. I. de *Abuſu Juris feudalis Longobardici in Controverſiis Juris publ. Germ.*

XVIII. v. TITIVS l. c. §. 43. ſeqq.

XIX. De ceteris Juris Canonici Capitibus idem judicium eſto, quod de alio quovis Jure privato: nimirum non valere illud in cauſſis Statuum privatis, niſi quantum receptum conſtet, nec avtonomiæ ipſorum præjudicet.

XX. Agmen claudat *JVSTINIANEVM Jus*, quod, licet extraneum, tamen ſummis in cœlum laudibus a nonnullis Germanorum JCtis evehitur, atque olim tantum non in omnibus Juris publici noſtri capitibus utramque faciebat paginam: ſatis perverſe quidem atque inepte, nec ſæpe citra Reipublicæ Germanicæ detrimentum, Statuumque inprimis injuriam.

XXI. Hinc erronea iſta, & ſæpe abſona, atque a Statu Imperii Germanici prorſus aliena dogmata, de Monarchica Imperii Germanici forma, & abſoluta Cæſaris poteſtate, de Electoribus ceterisque Germaniæ Principibus cum præfectis prætorio aliisque Romanorum Magiſtratibus comparandis, de juribus Statuum ad Jurisdictionis Roma

XX. v. TABOR. de *Metat.* C. V. n. 4. ſeqq. contra CONRING pro auctoritate Juris publ Rom. depugnantem. it. ENGELBRECHTII Diſſ de *uſu Juris Rom in controv. Juris publ. Germ. decid.* conf. Dn. GRIBNER. Diſſ laud. C. I. §. 4. 5. TITIVS l. c. §. 20. ſeqq. ad. 40.

XXI. v. B HORN l. c. §. 7. D. GRIBNERI ſæpius laudat. Diſſ. C. I. §. 6. - 9.

Romanæ, atque legibus ipſorum ad ſtatutorum municipalium crepidam exigendis, aliaque his ſimilia.

XXII. Equidem uſus hujus Juris *dogmaticus*, quantum innoxius, tolerari poſſet; inprimis cum ea, quæ de Principe Romanorum conſtituta reperiuntur, quodammodo ad Principes Imperii, ſaltem rectius, quam ad ipſum Cæſarem, accommodari poſſint: quamvis & hic uſus ſæpius in abuſum trahatur, atque ineptus ſit, dulciusque ex fontibus domeſticis jura Principum hauriantur.

XXIII. At auctoritas ejus *legalis* in negotiis ad *Statum* Germaniæ *publicum* pertinentibus plane nulla eſt: in cauſſis Statuum *privatis* etiam ſatis exigua; & licet in Judiciis Imperii recepta, tamen non, niſi quantum dignitati ac ſuperioritati Statuum convenit, nec juribus domeſticis repugnat, ſecundum ſuperius dicta, admittenda.

LIB.

XXII. v. g. HORN. l. c. §. 9. 10. 11. D. GRIBN. l. c. §. 3.

XXIII. v. HORN. l. c. §. 7. 12. TITIUS l. c. §. 8. ſqq. GRIBNER l. c. Procem. §. 6. C. I. §. 1. C. II. §. 1. ſeqq. inprimis §. 5. KESTNER de *Defect. J. Comm.* Probl. V. §. 7. ſeqq. conf. LEYSER *Medit.* ad *Pand.* Specim. XLI. Med. 5. p. 423. qui diſſentit. Add. LAUTENSACK Diſp. de *inepta ratione decidendi controverſias juris publici ex LL. Rom. & Jure Canonico.*

LIB. III.
DE
CAPITE IMPERII R. G.

CAP. I.
DE
IMPERATORE EIUSQUE CONSTITUTIONE SEU ELECTIONE.

§. I.

IMPERATOR eſt *Princeps, qui, ab Electoribus, ſuo, & reliquorum Statuum, nomine, legitime electus, Imperio Romano-Germanico tanquam Caput præeſt, ac ſecundum Capitulationem imperat.*

II. Tria autem circa Imperatorem in univerſum conſideranda. 1) quomodo conſtituatur, 2) quæ ſint ejus jura atque officia, 3) quomodo deſinat.

III. Conſtituitur Imperator R. G hodie non niſi *ELECTIONE*, cui *CORONATIO*, honoris & ſolennitatis cauſſa, accedit.

IV. Obtinuit hæc conſtituendi ratio jam olim: ſed diſtinguenda tempora, diſtinguendum etiam *Imperium Romanum* a Regno *Francorum* ac *Germanorum*.

V. *Imperium Romanum* a CAROLO M. non

non ſolum, ſed etiam OTTONE M. ita quæſitum, ut hereditario ſemper jure in Succeſſores transmitteretur.

VI. FRANCORUM *Regnum MEROVINGORUM* temporibus mere *hereditarium* fuit: ſub *CAROLINGIS* etiam *ſucceſſivum* potius quam electivum dicendum, ita tamen, ut aliqua forte Procerum ac Populi auctoritas intercederet, atque recedendi a familia regia facultas, relicta eſſet, ſi Succeſſor valde indignus videretur.

VII. Ab ARNULPHI vero temporibus, ac deinceps extincta Carolingica ſtirpe, *Electio* Succeſſioni in Germania ſemper prævaluit; quamvis non niſi graviſſimas ob cauſſas a Familia Regia facile diſceſſum fuerit, atque adeo ſucceſſionis quædam imago ſimul obtinuerit.

Ee 2 VIII.

V. v. MONZAMB. de *Statu I.* Cap. IV. §. 1. KULPIS in *Not.* p. 32. SCHILTER. *Inſt. J. P.* T. II. Lib. 2. Tit. X.

VI. v. CONRING. de *Septemviris Imp.* th. 13. MONZAMB. C. I. §. 7. & Cap. IV. §. 1. KULPIS ad *Monz.* C. I. §. 7. p. 54. 55. COCCEJ. J. P. Prud. C. VII. §. 14. 15.

VII. v. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. 5. C. XIV. COCCEJ. J. C. BRUNNEM. *Juriſpr. Publ.* Diſſ. IV. §. 5. p. 70. HORN. J. P. Cap. XVII. §. 3. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. VII.* §. 2. ibique not. *Meditat.* ad *Capit.* 10 . art. 35. not. a.

VIII. Equidem HENRICI IV tempeſtate in conventu Forcheimenſi a. 1077 a nonnullis, Pontifici addictis, decretum fuit; *ne Regia poteſtas cuiquam per hereditatem (ſicut ante fuit conſuetudo) cederet, ſed filius Regis, etiamſi valde dignus, per Electionem, non per ſucceſſionis lineam Rex proveniret:* ſed iſtud vim legis nunquam ita obtinuit, quin & poſtea ſanguinis ratio haberetur.

IX. Quamvis autem HENRICO VI. animus fuerit, Imperatoriam dignitatem ſibi ſuæque familiæ hereditariam facere: tamen iſtud conſilium, ob Saxonum contradictionem, exitu caruit.

X. Ceterum ab *Interregni* temporibus vera plenaque *Electio* ſemper viguit, quæ & *Aurea Bulla* & *Capitulationibus* (a) in perpetuum ſtabilita eſt quamvis priſtini moris, a ſanguine defuncti haud recedentis,

VIII. v. GOLDAST *Conſtit.* T. I. f. 238. ubi Conſtitutio ex BRVNONE adornata. conf KVLPIS. ad *Monz.* C. IV. § 1. p. 34. ſeq. STRVV. l. c. § 4.

IX. v *Magnum Chron.* BELG. ad a. 1194. p. 205. conf STRVV. l. c. §. 3. *Meditat.* ad *Cap.* IOS. art. 35 lit. a

X. (a) v A. B. Tit I. & II. *Capitul.* CAROLI V. a. XXVIII impr. MATTHIAE a. XXXV. CAROLI VI artic. II & CAROLI VII. art. II. §. 2. *uns keiner Succeſſion oder Erbſchafft anmaſſen.* conf. CRVGER de NOVEMVIR. P. Spec. M. II. Diſc. I.

ti:, ſimulacrum in *Auſtriacorum* electionibus usque ad CAROLVM VI. feliciter obſervatum fuerit (b).

XI. Eſt autem ELECTIO *actus ſolemnis, quo Electores, nomine totius Imperii, Perſonam habilem Imperio Romano-Germanico præficiunt.*

XII. Duobus igitur Electio conſtat actibus; *delatione* ſcilicet Imperii ab Electoribus, & *acceptione* illius a futuro Imperatore facta: utroque mutuus conſenſus perficitur, ex generalibus Juris naturæ principiis dijudicandus.

XIII. Eligit Imperatorem *Totum Imperium,*

Diſc. I. §. 12. ibique conteſtatio LEOPOLDI, Electionem JOSEPHI deſiderantis. & §. 13.

* Quod nec Cæſar ipſe, nec alii, Cæſareæ Dignitatis Candidatum Collegio Electorali commendare prohibeatur; neque etiam Commendatio hujusmodi libertati electionis prorſus adverſetur. v. MOSER *Staatsrecht* L. 2. C. 1 §. 27.-35.

(b) v. LIMNAEVS de *J. Publ. R. G.* L. 2. C. III. n. 3. ſeqq. BRVNNEM. *Jpr. Publ.* Diſſ. IV. §. 5. v. *Meditat.* ad *Capit.* JOS. l. c. fin. *Meditat.* ad *Inſtrum.* P. art. VIII §. 3. not. u) p. 948. ſeqq.

* Dicendum de cauſſis, cur non niſi Auſtriaci ex aliquo tempore ſint electi? v. LIMN. l. c. n. 6. Add. MOSER. l. c. §. 20.-24.

XIII. v. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. VII. C. 10. COCCEJ. J. P. C. VIII. §. 2. TITIVS J. Publ. L. 5. C. I. §. 9.

rium, olim quidem *immediate*, hodie vero *mediate*, per eminentiores quoſdam Germaniæ Principes, qui ELECTORES inde ſalutantur.

XIV. Scilicet olim Electio ab *univerſo* Germaniæ *populo* ſiebat, ita quidem, ut Principes Eccleſiaſtici & Seculares, una cum Magiſtratibus urbium ac villarum, convenirent in terra plerumque immediata, præcipue Rhenenſi, ibique primum *Moguntinus*, aut alius *Primas*, palam diceret ſententiam, quem ceteri Principes ſuo ordine ſequebantur, *Populus* vero Electum, elevatis dextris, acclamaret, publica denique renunciatio, ad Rhenum facta *auff dem Königs-Stuhl*, actum clauderet.

XV. Sed poſtea ſoli *ſeptem* Germaniæ Principes eminentiores, *Archi-Officiales* Regni, h. e. *Archi-Cancellarii* itaque *Archi-Epiſcopi*, & quatuor *Palatini* ſeculares, utpote *Regis*, *Ducis*, *Comitis Palatini*, vel *Marchionis* dignitate conſpicui, quibus recentiori ætate duo acceſſerunt, excluſis ceteris, jus eligendi ſibi vindicarunt, *Electores* inde, uti dictum, appellati.

XVI. De *Origine* horum Electorum variæ extant Scriptorum ſententiæ, inferius conſi-

XIV. [illegible] l. c. § 6. ibique allegati Scriptores omnes, cumprimis WITTICHINDUS & WIPPO. [illegible] de *[illegible]* P. Spec. M. II. Diſc. I. § 6. 7.

conſiderandæ: hic ſaltem obſervandum, circa eam & *occaſionem* & *tempus* probe ſecernendum eſſe.

XVII. *Occaſionem* haud dubie præbuit *prærogativa*, qua certi Proceres, *Archi-Officiales* nempe Regni ac Principes majores, non in electione ſolum, ſed etiam ceteris Imperii negotiis, ſemper gaviſi fuere.

XVIII. *Tempus* vero, quo hi, cum excluſione ceterorum Statuum, jus eligendi ſibi ſolis vindicarunt, in turbidum *Interregni* ſtatum incidit.

XIX. Ceterum ex quo *jus* iſtud *eligendi* expreſſe per A. B. confirmatum eſt, liquet, *independens* illud eſſe, nec precaria reliquorum Statuum delegatione, ſed Legibus Imp. fundamentalibus niti (a), ita quidem, ut terris Electoralibus inhæreat (b).

XX. *Eccleſiaſtici* autem jus eligendi habent & exercent, licet infula nondum a Pontifice ornati: cum hoc ipſo ad munia quidem Archiepiſcopalia apti reddantur, non

 vero

XVIII. v. Infra L. IV. Cap. V. ubi hæc fuſius demonſtrantur.

XIX. (a.) v. Per-illuſtris AVCTOR. *des Europ. Herolds* T. I. p. 198. HORN. *J. P.* C. XVII. §. 6.

(b) Unde *virtute Regni & Principatuum* eligere dicuntur. v. A. B. Tit. VII. §. 2. CRVGER de *Novemv.* l. c. §. 10.

XX. v. SCHWEDER *J. Publ.* P. Spec. S. I. C. II. §. 9. p. 220. exempla. STRVV. Cap. VII. §. 7.

vero ad jura Imperii, quæ ſtatim electionis beneficio adipiſcuntur.

XXI. Sede vacante Capitulum ad electionem haud admittitur, ſed, ut electionem novi Archi-Epiſcopi maturet, monetur: Imo nec admittitur, ſi Archiepiſcopus, certas ob cauſas, neceſſario abeſſe cogatur.

XXII. *Vtrique*, Eccleſiaſtici nimirum & ſeculares, etiamſi *nondum* ab Imperatore *inveſtiti*, jus tamen electionis recte exercent (a). *Minorennium* vero vices *Tutor* ſubit (b). Proſcripti vero, atque juribus Imperii privati, ab electione excluduntur. (c).

XXIII. *Eligendus habilis* ſive *aptus* ſit oportet (a). Aptitudo ex legibus Imp. vel potius, ſaltem maximam partem, ex *conſuetudine* æſtimatur, quæ an in omnibus vim legis obtineat, merito dubitatur.

XXIV. Primo omnium *juſtus*, *bonus* & *utilis*

XXI. v. SCHWED. l. c. p. 222. HORN. C. XVII. §. 16. STRVV. l. c. MOSER l. c. §. 13. 14.

XXII. (a) SCHWED. l. c. p. 220. 225. ubi exempla. (b) v. A. B. T. VII. n. 4. THVLEMAR. C. XXIV. n. 22. MOSER. l. c. §. 16. (b) A. B. Tit. I. §. 8. STRVV. l. c. ubi exempla. MOSER. l. c. §. 12. 17.

XXIII. (a) v. A. B. T. II. §. 1. 3.

XXIV. v. A. B. T. II. §. 1. conf. LIMN. de *J. Publ. R. G.* L. 2. C. II. n. 91. ſqq. TITIVS l. c. STRVV l. c. §. 8. ubi reliquæ Eligendi qualitates recenſentur, & MOSER l. c. Cap. III.

talis eſſe debet, id quod expreſſe in A. B. ſancitum: ſed quis non talis eſt, in vita civili, qui potens eſt?

XXV. (II.) *Chriſtianus*, ac *Religioni* in Imperio R. G. *receptæ* addictus, & quamvis ex conſuetudine non niſi Romano-Catholicus eligi ſoleat: nulla tamen lex prohibet, quin ex Proteſtantibus quoque eligi poſſit, modo id præſens rerum ſtatus, & Collegii Electoralis ratio permitteret.

XXVI. (III.) *Germanus*, qualis non ex loco nativitatis, ſed parentibus æſtimatur: quod licet nulla lege ſancitum, tamen ex regulis prudentiæ & Germanorum affectu uſque adhuc fere ſemper obſervatum.

XXVII. (IV.) *Mas*, non fœmina: quod cum itidem nulla lege cautum ſit, niſi forte *Salicam* legem in ſubſidium vocare velis: conſvetudo tamen, ex ingenio & affectu Germanorum, Imperium muliebre ægre ferentium, haud dubie enata, hactenus inſtar legis fuit.

XXVIII. (V.) *Legitime* natos, quod cum ratio ac dignitas tanti faſtigii poſtulare videa-

XXV. v. LIMN. l. c. n. 86. ſeqq. HORN. l. c. §. 14.
XXVI. v. COCCEJ. *J. P.* C. VIII. §. 3. THOMAS. ad *Monz.* C. IV. §. 5. not. n) TITIUS l. c. §. 41. 42. 43. HORN. l. c. §. 8. BRUNNEM. *Jpr. Publ.* Diſſ. IV. §. 7. KITSCH. ad *Capit.* Jos. C. IV. §. 3.
XXVII. v. LIMN. de *J. Publ. R. G.* L. 2. C. II. n. 8. HORN. l. c. §. 8. TIT. l. c. §. 39.

videatur, hactenus ſemper, exemplo ARNULPHI excepto, obſervatum fuit.

XXIX. (VI.) *Perſona illuſtris*, Comitis minimum dignitate conſpicua; licet pro præſenti rerum ſtatu unus ex potentioribus Principibus requiratur: nulla tamen lege quidquam hac de re cautum.

XXX. Ceterum nec *ætas* eligendi ulla lege definita eſt, nec deſunt exempla Regum vel Imperatorum, admodum tenera ætate electorum: quamvis Imperii adminiſtratio vix ante *decimum octavum* annum cuiquam concredatur, uti in JOSEPHO obſervatum eſt.

XXXI. Ut *Laicus* ſit, non quidem neceſſario requiritur, neque ex eo, quod *temporale Caput* eligatur, conficitur, cum ex clerico etiam temporale caput fieri poſſit: attamen ex aliis rationibus Clericus vix unquam eligetur.

XXXII. De *Linguæ Germanicæ* & *Latinæ*

XXVIII. v. *Spec. Sax.* l. 3. art. 54. §. 3. 4. HORN. l. c. §. 9. TITIUS l. c. §. 40.

XXIX. v. HORN l. c. §. 9. TITIUS l. c. §. 45.

XXX. v. LIMN. n. 74. RHETIS *Inſt. J. Pub.* L. I. Tit. IV. §. 31. TITIUS §. 47. STRUV. §. 8. conf. *Meditat.* ad *Cap.* JOS. art. 67. lit. a) p. 360.

XXXI. v. TITIUS l. c. §. 46. & *Vind. Vitr. Caſtig.* §. 239.

XXXII. v. LIMN. n. 73. TITIUS §. 49. HORN. §. 14.

tinæ peritia, *auguſto Corporis* habitu, aliisque hujus generis, quæ in eligendo deſiderantur, itidem legibus fundamentalibus nihil conſtitutum eſt.

XXXIII. Fit autem Electio ordinarie *Imperio vacante* (a), extra ordinem vero nonnunquam *vivo Imperatore* (b): unde Electio in *ordinariam* & *extraordinariam* diſpeſcitur (c).

XXXIV. ELECTIO ipſa variis conſtat actibus, variisque ſolennium ſæpe variantium ambagibus peragitur. Actuum autem alii ad electionem *præparant*, alii eandem *perficiunt*.

XXXV. Inter *præparatorios* actus occurrit (1) *Convocatio Electorum*, quæ fit ab Electore *Moguntino*, ita, ut, intra menſem a die cogniti Imperatoris obitus, mittantur litteræ

XXXIII. (a) v. A. B. T. I. pr. junct. T. IV. §. 2. & T. V. pr.

(b) v. COCCEJ. C. VIII. §. 6. & infra C. de Rege Rom.

(c) v. SCHWED. l. c. §. 2.

XXXV. v. A. B. T. I. §. 18. ſeqq. VITRIAR. *Inſt. J. Publ.* L. I. Tit. VI. §. 5. ibique PFEFFING. in not. EVROP. HEROLD. P. II. p. 99. SCHWED. l. c. §. 10. HORN. l. c. §. 17. RHET. J. P. L. I. T. IV. §. 15.

* Conf. *Geſchichte des Interregni nach Abſterben Keyſer Caroli VI.* Sect. VI. p. 367. de *Legationibus* ad aulas ELECTORVM miſſis, atque ſolenni-

litteræ patentes, hodie lingua vernacula, & paulo ampliori verborum apparatu, ac in A. B. præſcriptum, per nuncium nobiliorem, ſingulis Electoribus, in ſede Electorali, inſinuandæ, quibus ad electionem invitantur.

XXXVI. Convocat autem *Moguntinus*(a), haud dubie vi Archi-Cancellariatus (b), licet a Pontifice nondum confirmatus (c), nec ab Imperatore inveſtitus (d), etiam ad electionem extraordinariam, ſed hoc caſu non ſine Electorum conſenſu (e).

XXXVII. Sede Moguntina vacante, non Capitulum (a), ſed *Trevirenſis*, vi unionis Electoralis (b), ejus vice fungitur: vel Electores

ſolennibus ad Electionem futuri Imperatoris invitationibus per Miniſtros nobiliores factis. Cumprimis notari meretur Legatio L. B ab *Erthal* ad *VICARIATUM REGIUM BOHEMIÆ*, ejusque ſolennis Audientia.

XXXVI. (a) v. A. B. T. I. §. 18. T. IV. §. 2.

(b) v. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* L. 1. T. VI. §. 5. lit. b); ibi in literis convocatoriis: *unſers tragenden Ertz-Cantzellariat Amts.*

(c) v. BUXTORF ad A. B. Tit. XI. b. RHET. I. J. P. L. 1. T. IV. §. 10.

(d) v. LIMN. ad A. B. T. I. §. 18.

(e) v. LIMN. *Capit.* MAXIMIL. Art XVII. p 501.

XXXVII. (a) v. A. B. T. I. & XII. §. 19. RHET. l. c. §. 11.

(b) v. *Churfürſten-Verein.* de a. 1521. § 15. VITRIAR.

Digitized by Google

ctores proprio motu conveniunt, quod etiam in caſu negligentiæ licet (c).

XXXVIII. Convocandi autem ſunt *omnes Electores*, licet nondum confirmati, aut inveſtiti; loco Minorum vero Tutores (a). Præteritus, quacunque de cauſa, ſponte advenire poteſt (b); quod niſi fecerit, vel ſi juſtam ob cauſſam excluſus ſit (c), rata nihilominus electio erit, ſecus, ſi vi aut clam actum fuerit (d).

XXXIX.

TRIAR. *Illuſtr.* L. 1. T. VI. §. 5. PFEFFING. lit. g).
(c) v. A. B. T. I. § 11. verb. *Quod ſi Archi-Epiſ.* HORN. §. 15.
XXXVIII. (a) v. Supra §. 19. - 22.
(b) A. B. T. I. §. 21.
(c) v. LIMN. ad *Cap.* FERD. III. p. 746.
(d) v. VITRIAR. *Illuſtr.* Lib. 1. T. VI. §. 6. HORN. § 16. STRUV. Cap. VII. §. 11.

* Not. 1. In MAXIMILIANI I. electione *Regem Bohemiæ* VLADISLAUM præteritum fuiſſe; qui cum propterea hanc electionem irritam pronunciare vellet, per ſingularem tranſactionem anni 1489. cum Electoribus initam obtinuit, *ne ſub pœna 500. marcarum auri puri amplius præterirentur Bohemiæ Reges.*

2. In electione FERDINANDI III. eo quod captivus detineretur a Cæſare, ad electionem haud vocatus, quod tamen ne in exemplum traheretur, in *Capitulatione* FERDINANDI III. art.

ga. cau-

XXXIX. *Locus* electionis, quo convocandi ſunt, ex antiqua obſervantia eſt *Francofurtum ad Mœnum* (a): quamvis juſtas ob cauſſas,

---

50. cautum. v. JUST. ASTERIUS in *Examine Comitior. Ratisb.* JO. OSTERMANN in *Throno Regali.*

3. De excluſione *Colonienſis* & *Bavari* v. *Electa J. Publ. Tom. III. p. 998.* & STRUV *Synt. Hiſt. Germ. Diſſ. XXXVIII. §. 413.*

4. Quid in noviſſima electione Imperatoris hodie regnantis circa omiſſionem *ſuffragii Bohemici*, & excluſionem *Legatorum* ad iſtud ferendum miſſorum, actum fuerit, v. *Actenmaſiger Unterricht, die Chur Bœhmiſchen Wahl Stimme und deren Ausübung betreffend. A. 1741.* It. *Geſchichte des Interregni nach Abſterben des Kayſers* CAROLI VI. Sect. VII. inque utroque ſcripto varia Acta publica, cumprimis, *Ubertragungs Urkunde zu Vertretung der Kœniglich-Chur-Bœhmiſchen Stimme auf des Herrn Hertzog von Lothringen, Kœnigl. Hoheit*, aliaque Scripta huc ſpectantia.

XXXIX. (a) v. *Spec. Svev.* C. 29. A. B. T. I. §. 18. 19. LIMN. l. c. C. III. n. 20. ſeqq. STRUV l. c. §. 11. 12. GUNDLINGIANA §. XVIII. n. 1. *Nachricht von der Kayſerl. Wahlſtadt Franckfurt.*

Quæ Civitas hanc ob cauſam ab Electore Moguntino, de morte Cæſaris & inſtanti Electione per litteras certior reddenda: Sicut & ipſa ad omnes Electores litteras dare, atque ut comitatus obſervan-

Digitized by Google

cauſis, conſenſu Electorum, alius quoque locus poſſit definiri (b), ſalvo tamen Civitatis Francofurtenſis jure (c)

XL. (II.) *Salvus conductus*, h. e. Securitas, a Statibus, per quorum territoria transeunt Electores, vel eorum Legati, ex parte Electorum tempeſtive expetenda, ex parte Domini Territorialis vero præſtanda, idque vel diplomate, vel præſidio dato: quamvis hodie, ob mutata tempora, tanta ejus neceſſitas non videatur.

XLI. (III.) *Deſignatio Hoſpitiorum*; quæ ita fit, ut antequam adveniant Electores aut eorum Legati, *Mareſchallus Imperii*, juſſu ELECTORIS SAXONIAE, ceu *Archi mareſchalli*,

---

ſummæ Aureæque Bullæ attemperetur, ſubmiſſe petere ſolet. v. *Geſchichte des Interregni* l. c. p. 368. ſeqq. ubi Litteræ.

(b) A. B. T. XVIII. §. 5. f. SCHWEDER l. c. §. 4. STRUV. l. c.

(c) v. PFEFFING. *Vitr. Ill.* L. I. T. VI. §. 9. lit. a) ubi Proteſtatio & Reverſales.

XL. v. A. B. T. I. §. 1. 2. 4. 8. 9. ſeq. BOECLER. *Rudolf. Carolin.* COCCEI. §. 7. PFEFF. VITRIAR. *Illuſtr.* L. I. T. VI. §. 10. lit. a) RHET. l. c. §. 21. TITIVS §. 53. HORN. §. 20. STRVV. §. 15.

XLI. v. Acta Electionis CAROLI VI. p. 21. Conf. *Geſchichte des Interregni nach Abſterben Kayſers Caroli VI.* Sect. VI. p. 374. ſeqq. ibique Litteræ

ſchalli, mittit *Metatorem Imp.* qui cum deputatis e Magiſtratu de adſignandis ſingulis Electoribus, horumve Legatis, hoſpitiis, conferat.

XLII. (IV.) *Comparitio*, dum Electores vel ipſi, vel per Legatos, intra definitum tempus, in loco electionis adſunt.

XLIII. Ipſi ut in perſona compareant, aut ut Legatus abſentiam Domini jurato excuſet (a), hodie non opus eſſe videtur: quamvis qui nec immediate nec mediate comparuerit; quantum ad hunc actum, ſuffragium amittat (b), nec per litteras ſuffragium mittere liceat, valida nihilominus manente electione absque abſentium ſuffragio peracta (c).

XLIV. Licet autem uni ex Collegis etiam

Litteræ cum *Regis Pol.* & *Elect. Sax.* ceu Archi-Mareſchalli Imp. tum Mareſchalli Imp. *Comitis Pappenheimii*, ad *Magiſtratum* Civitatis *Francofurtenſis*; nec non *Metatoris* Imper. WOLFG. GE. WELCKII, Conſiliarii Sax. & Direct. Cancell. Pappenh. curata una cum Deputatis Senatus Francof. Inſpectio & Diſtributio Electoribus & Legatis deſtinatorum Hoſpitiorum.

XLIII. (a) v. A. B. T. I. §. 18. 21. & T. XVIII. HORN. §. 21.

(b) T. I. §. 21. T. II. §. 4. HORN. l. c. §. 23.

(c) v. COCCEJ. §. 7. VITR. §. 7. SCHWED. §. 14. pag. 228. CRVGER. de *Novemvir*. §. 19.

iam ſuffragium committere poſſint (a): plerumque tamen *Legatos*, unum vel plures, mittunt, quos *habiles* (b) oportet eſſe, & ſufficienti eoque illimitato inſtructos *mandato*, cui tamen ſecretiorem inſtructionem de perſona eligenda adjungere non prohibentur (c).

XLV. *Tempus*, intra quod comparendum, *tres menſes continuos*, a die inſinuationis, vel alio a Moguntino præſtituto, complecti

XLIV. (a) arg. A. B. T. I. §. 18. conf. VITRIAR. *Illuſtr.* l. c. §. 7.

(b) A. B. T. XIX. ibi: *de perſona quacunque habili* &c. junct. T. I. §. 18. verſ. *qualiter autem* &c. conf. SCHWED. §. 14. An *unus* tantum eligat, & an *illuſtris* requiratur, v. CRVGER de *Novemvir.* P. Spec. M. II. Diſc. I. §. 18. & RHETIVS *Inſt. J. Publ.* L. 1. C. IV. §. 17. 18. 21.

(c) v. SCHWED. l. c. p. m. 228. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* l. c. not. a).

XLV. v. SCHWED. §. 11. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* §. 8. not. b.) EVR. HEROLD. P. I. p. 99. RHET. l. c. §. 15.

* Circa noviſſimam Electionem ELECTOR PALATINVS ad ELECTOREM MOGVNTINVM de prorogando Termino Electionis ſcripſit, qui deinceps cum ceteris ELECTORIBVS, atque DVCE LOTHARINGIAE, ceu deſtinato ſuffragii Bohemici Adminiſtratore, deſuper communicavit. Et placuit quidem Prorogatio juxta cum

 PALA-

plecti debet: quod tamen vel contrahi vel prorogari, Electorum conſenſu, pro ſtatu rerum poteſt.

XLVI. Serius adveniens in eo ſtatu ad electionem admittitur, in quo eſt tempore adventus (a): ante perfectam vero electionem diſcedens, in eadem ſuffragio caret (b).

XLVII. *Comitatus*, comparentis numerum 200. equitum, quorum non niſi 50. armati eſſe debent, haud excedat oportet (a): niſi, reliquorum Electorum, item conducentium, & Francofurtanorum, conſenſu, plures admittantur, ut ſæpe factum (b); imo in itinere quilibet tot milites adhibere poteſt,

PALATINO, etiam COLONIENSI, BAVARO & BRANDENBURGICO; diſplicuit vero TREVIRENSI, SAXONI & HANNOVERANO Electoribus, nec non Duci LOTHARINGIAE. MOGUNTINUS igitur Terminum quidem legalem retinendum cenſuit, ſed cum temperamento quodam, ut ne cum *conſuetis ſolennibus & formalitatibus* id fieret, deliberationes tamen a Legatis præſentibus inſtituerentur. v. *Geſchichte des Interregni* l. c. p. 375.-382.

XLVI. (a) A. B. T. II. §. 7.

(b) A. B. T. I. §. 21. T. II. §. 7. CRUGER l. c. §. 19.

XLVII. (a) v. A. B. T. I. §. 19. fin. LIMN. l. c. C. III. n. 23.

(b) v. COCCEJ. l. c. §. 7. *Vitr.* illuſtr. §. 11. EUR. HER. T. I. p. 100.

poteſt, quot libuerit, extra urbem tamen poſtea relinquendos (c).

XLVIII. (V.) *Conſultatio* de conficienda *Capitulatione* ipſoque Electionis negotio, cumprimis *Perſona* eligenda, aliisque ad electionem pertinentibus rebus ordinandis: quæ poſt adventum Electorum, aut Legatorum

Ff 2

(c) STRYK. Not. MSS. ad RHET. *Inſt. J P.* Lib. I. T. IV. §. 23. Add. STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VII.* §. 13. ubi exempla multo plurium ſæpius ab Electoribus ſecum adductorum hominum etiam armatorum, quibus tamen, inquiſitione etiam nonnunquam inſtituta, usque ad numerum ducentorum, ex urbe iterum ſecedendum fuit.

XLVIII. v. SPRENGER. de *Jur. Publ.* L. 29 pag. 180. STRVV. §. 14. SCHWED. §. 18. conf. ſupra L. II. C. 8. de Capitulatione dicta. MOSER l. c. *Cap. IV.* 25. *C. V.* §. 56. *ſeqq.*

* Not. I. Ad conſultationes hujusmodi Conventus a Moguntino Electore indici Mareſchallo Imp. ab hoc vero Electoribus, & per Metatorem Imp. Legatis Electoralibus, denique Secretariis per Latrunculatorem.

2. Eundem Mareſchallum Imp. ſolenni ritu in ingreſſu adventantes recipere Electores ad carpentum, Legatos in ſcala, & utrosque comitari usque ad Senaculum: & pari quoque ritu utrosque iterum comitari in egreſſu.

3. Seſſiones in ſenaculo ita fieri, ut Electores, aut Legati principales in ſedilibus holoſerico obductis, altiori

torum Electoralium, inſtituitur in ſenaculo Curiæ ad hoc deſtinato, ſedibus ſolenni ritu ac ordine, pro diverſitate Legatorum, in diverſis ſcamnis occupatis.

XLIX. (VI.) *Ordinatio* quædam *Politica*, *Policey-und Tax-Ordnung*, quæ a Saxonicis Miniſtris atque Senatus Francofurtani Deputatis conficitur, atque ELECTORIS SAXONIAE, ceu ARCHI-MARESCHALLI Imperii, nomine publicatur.

L. (VII.) *Jusjurandum Civitatis electioni deſtinatæ*, quo Magiſtratus & Cives ſecuritatem ac defenſionem, nec non peregrinorum dimiſſionem, ceteraque A. B. præſcripta ſervanda, Electoribus ſtipulantibus, ſolenni ritu, promittunt.

LI.

---

altiori loco prope feneſtram, ſub baldachino, poſitis, tali ordine, ut Moguntinus medium teneat, reliqui latera ſervent; Legati autem ſecundi, *Votantes* dicti, ad menſam oblongam, *dem Votanten-Tiſch* dictam, in medio poſitam, holoſerico tectam, in una ſerie, Moguntino primum locum tenente, ſedes occupent; poſt hos Legati ſecundam ſeorſim ſedeant; Secretarii denique menſæ ad latus poſitæ adſideant.

XLIX. v. Capit. CAROLI VII. Art. III. §. 15. *Wahl-und Crœnungs Beſchreib.* CAROLI VI. p. 17.

L. v. A. B. T. I. §. 24. conf. TITIUS §. 54. STRUV. §. 14. PFEFF. VITR. *Ill.* §. 12. in not. *Wahl-und Crœnungs-Beſchreibung* CAROLI VI. p. 12. ſeqq. ubi formula juramentorum.

LI. (VIII.) *Edictum Magiſtratus*, quo injungitur omnibus peregrinis, ſive ſint publicæ perſonæ, ut Principes, Legati, aliique illuſtres, ſive privatæ, modo non ſint e Comitatu Electorum, ut citra moram ex urbe diſcedant, quamvis hodie nonnulli usque ad diem electionis, nonnulli etiam ipſa electionis die, certas ob cauſſas, non ſine conſenſu tamen Electorum, in urbe tolerentur.

LII. His ita præparatis, atque die Electioni a Collegio Electorali præfinita, claves urbis, clauſis portis, Electori Moguntino a

 Magi-

LI. v. A. B. T. I. §. 11. 15. 16. LIMN. l. c. n. 27. VITR. *Ill.* § 13. HORN. § 25. RHET. §. 25. Conf. *Act. Elect. & Coronat.* JOSEPHI princ. ubi *Decretum Senatus* de emigrandis peregrinis, cui inſertum juramentum ſecuritatis. MOSER l. c. *Cap. V §. 36. ſeqq.*

Not. 1. Principibus ac Illuſtribus Perſonis Legatisque tam exterorum Regum ac Rerumpubl. quam Germaniæ Principum mox a Mareſchallo Imp. diſceſſum indici.

Hoc circa Electionem JOSEPHI proxime ante electionem die factum; interdum quoque perſonas quaſdam illuſtres ipſo die electionis in urbe relictas eſſe, ſed Collegium Electorale decretum edidiſſe, hæc in exemplum non eſſe trahenda.

LII. *Wahl- und Crönungs Beſchreib.* CAROLI VI. p. 4.

Magiſtratu offerendæ, quæ & durante Electione in Conclavi ab ipſo adſervantur.

LIII. Quæ porro electionem *perficiunt*, vel ad ipſum *Electionis actum* pertinent, vel ad *externa* ejus *ſolennia*, eaque electionem vel *antecedentia*, vel *conſequentia*.

LIV. *Antecedunt* electionem: (1.) Solennis Electorum habitu electorali, vel Legatorum ordinario indutorum, e curia in *templum*, ordine conſveto, Electoribus tamen in perſona Legatos præcedentibus, Mareſchallis gladium præferentibus, cum comitatu, equitando ſuſcepta *proceſſio*.

LV. (2.) Eorundem templum ingreſſorum ſub cantu & muſica conſvetus in choro *conſeſſus*, ita, ut *Moguntinus* cum nonnullis Secularibus dextram, *Colonienſis* cum aliis

---

LIII. * Not. Formam ac modum Electionis, in A. B. præſcriptum, fere Juris Canonici placitis conformatum eſſe. Conf. SPENERI *Staats-Rechts-Lehre* P. VII. p. 463. ſeqq.

LIV. VITRIAR. *Illuſtr.* §. 14. ibique PFEFFING. SCHWED. §. 16. STRUV. §. 16. RHET. §. 27.

LV. v. VITRIAR. l. c. HORN. §. 27. HUBNER. *Supplem.* ad Hiſtor. T. IV. p. 14. ubi talis in electione Caroli VI. ordo obſervatus.

Elector Mogunt. El. Trevir. Elector Palatin.

Legatus Bohem. *Leg. Saxon.*

Legat. Brandenb. *Leg. Brunſuic.*

Wahl- und Crönungs Beſchreib. CAROLI VI. p. 19. 20.

aliis Secularibus ſiniſtrum latus, *Trevirenſi* vero medium e regione altaris locum occupet, *Legati* autem *Electoribus* in perſona cedant: porta chori interim a Metatore Imp. clauſa; ante templi portam vero adſtante cum baculo prælongo ſeniore de *Werthern*.

LVI. (3.) *Miſſæ* celebratio (a), qua durante Proteſtantes Electores vel Legati ſecedere conſueverant (b): quamvis in noviſſimis electionibus huic quoque ceremoniæ adfuiſſe dicantur, eo quod illud ſalva conſcientia fieri poſſe, a Theologis pariter ac Politicis exiſtimatum eſt (c); quod tamen alii, quantum ad illum actum, ubi ex mente Catholicorum *Transſubſtantiatio* fit, adhuc fieri negant (d).

LVII (4.) *Jusjurandum Electorum*, de idoneo eligendo, quod, præeunte Trevirenſi, Moguntinus, tum, hoc præeunte, reliqui

LVI. (a) A. B. T. II. § 1. n.
(b) v. LIMN. n. 36. ſeq. THVAN. L. 32. ad a. 1562. SECKEND. de *Lutheraniſmo* Sect. II. §. 10. PFEFFING. VITRIAR. *Ill.* §. 14. not. c.) *Wahl- und Crönungs Beſchreib.* CAROLI VI. l. c.
(c) v. SIDENBACHII *Bedencken* &c. in *Conſil. Theol.* Decad. 5. Conſ. I. CARPZOV. de *L. R.* C. XI. S. 7. SCHWED. §. 16. p. m. 233. ſeq. VITR. *Ill.* l. c.
(d) v. BORN. §. 28. conf. FERRAR. de *Elect.* Joh. p. 103. HVBNER. *Suppl.* p. 12.

liqui præſtant: Eccleſiaſtici digitis pectori, reliqui Evangelio impoſitis; verbis hodie Germanicis, formula etiam eadem a Catholicis æque ac Proteſtantibus adhibita.

LVIII. (5.) *Seceſſio* in *conclave* electionis, atque ſeſſio in eodem conſueta. (6) Electorum de obſervanda ac tuenda majori ſuffragiorum Collegii Electoralis parte, loco juramenti, facta promiſſio.

LIX. His ita peractis, atque inſtrumentis deſuper a Notariis confectis, remotis præterea e conclavi perſonis non neceſſariis, atque foribus clauſis, *Electio* ipſa ſuſcipitur, quam *decretum Electorum*, ejusque & *oblatio* & *acceptatio* fere abſolvent.

LX. *Decretum Electorum* colligitur ex ipſorum *votis*, quæ *Moguntinus*, præmiſſa oratione de neceſſitate conventus, ſecundum

LVII. v. A B. T II. §. 1. 3. LIMN. l. c. n. 39. ſeqq. COCCEJ. §. 7. n. X. HORN. §. 29. 30. BRUNNEM. *Exam.* *J. P.* Lib. 2. C. I. §. 4. VITR. *Ill.* §. 14. ibique PFEFFING. f) g) *Wahl-und Crœnungs Beſchreib.* CAROLI VI. p. 21. 22. ubi juramentum Electorum pariter ac Legatorum.

LVIII. v. HORN §. 31. TITIUS §. 57. PFEFFING. VITR. *Ill* l. c. ubi formula jur.

LIX. v. HORN. §. 31. TITIUS §. 58.

LX. v. A. B. T. IV. §. 3. 4. & ibi LIMN. Obſ. 10. Idem de *J. Publ.* L. 2. C. III. n. 57. ſeqq. SLEIDAN. Lib. I. p. 20. TITIUS §. 59. HORN. §. 31. STRUV.

dum eorum prærogativam, ne quidem interv enientibus Legatis mutandam, a ſingulis requirit, ac ipſe, a *Saxone* interrogatus, ultimum addit.

LXI. Sicut autem vota vel palam vel ſecreto proferre integrum eſt: ita nec Elector ſuomet ſuffragio ſeipſum nominari prohibetur; id quod vulgo SIGISMVNDI, clarius vero recentiori ævo, Regis *Bohemiæ*, in electionibus Auſtriacorum ſemper ſe ipſum nominantis, imo recentius Imperatoris hodie regnantis, qui itidem ſeipſum nominavit, exemplo, multo clariſſime autem A. B. diſpoſitione, comprobatur.

LXII. In caſu diſſenſus ille Imperator erit, quem major pars elegerit: modo ratione *totius Collegii*, non *ſingularum partium diſſentientium* tantum, major ſit.

LXIII. Maturandæ electionis ergò pœna

Ff 5 ſtatuta,

STRVV. §. 19. V. VITR. *Ill.* ibique PFEFF lit. m) l. c. ubi de Moguntini voto primo in electione Car. V. diſputatur.

LXI. v. A. B. T. II. §. fin; LIMN. de J. P. l. c. n. 70. ſeqq. VITR. *Ill.* §. 15. TITIVS §. 60. STRVV. §. 17. SCHWED. §. 20. 21. *Wahl-und Crœnung* CAROLI VI. p. 22. 23.

LXII. v. A. B. T. II. §. 4. ibi: *major pars eorum* &c. LIMN. J. P. l. c. n. 65 ſeqq. VITR. *Ill.* §. 15. TITIVS §. 61. HORN. §. 32.

LXIII. v. A. B. T. II. §. 5. RHET. l. c. §. 33. TITIVS §. 62. HORN. §. 34. STRVV. §. 18.

ſtatuta, ut, ſi, poſt præſtitum juramentum, intra 30. dies electio non fiat, Electores *pane* & *aqua* nutriantur, neç civitate exeant: ſed fruſtra; cum nemo Electores cogere poſſit, ſicut nec unquam contra hanc legem ab Electoribus peccatum eſt.

LXIV. Scrutinio peracto, formatoque concluſo, atque conclavi reſerato, Moguntinus, revocatis per Pappenheimium nonnullis Electorum Conſiliariis, una cum duobus Notariis, primum *Perſonam electam* indicat, atque *inſtrumentum* deſuper conficere jubet.

LXV. Deinde ELECTVS, ſi præſens eſt, in conclave invitatus, *oblato* ei per vocem Moguntini electionis *decreto*, atque propoſita *Capitulatione*, rogatur, ut ſub hac conditione Imperium ſuſcipere velit: qui &, *acceptata* conditione, ſtatim *jusjurandum* de ſervanda Capitulatione præſtat.

LXVI. Sed ubi abſens eſt Electus, uti in electione CAROLI V. & VI. contigit, hæc

LXIV. v. LVNIGS *Reichs-Archiw P. Gen. zweyter Theil n. II. ſub rubr. Nachricht von der Wahl eines Rœm. K.* p. 2. RHET. l. c. §. 34. 35. VITR. *Ill.* §. 17. not. a. HORN. §. 33. STRVV. §. 18.

LXV. v. *Nachricht von der Wahl eines Rœm. K.* ap. LVNIG. l. c. L. B. de LYNCKER de *Capitul. Cæſar.* §. 8. p. 37. VITR. *Ill.* §. 17. ibique PFEFF. not. b) SCHWED. §. 23. HORN. §. 33. TITIVS §. 63.

hæc omnia cum *Legatis* ipſius, ſufficienti *mandato* (a) inſtructis, aguntur, ita, ut hi quidem nomine Electi non ſolum *Electionem acceptent*, ſed etiam *jusjurandum* (b) de ſervanda *Capitulatione* præſtent, ipſum vero *Electionis Decretum* (c), a teſtibus & Notariis ſubſcriptum, Electo, per ſolennem Legationem (d), transmittatur, ac *promiſſio* de ſervanda Capitulatione ab *ipſo* per *reverſales* (e) pariter ac *repetitum* in perſona *juramentum* (f) denuo confirmetur.

LXVII. Electionem factam hæc fere ſolennia *conſequuntur*: (*I.*) *Gratulatio* Moguntini, & gratiarum actio Regis.

LXVIII. (*II.*) *Deductio* Regis ad *altare*, ubi flexis genubus ad orandum ſe componit, Electoribus utrinque adſtantibus, atque recitatis ſuper novo Rege precationibus;

LXVI. (a) v. *Gegenw. Verfaſſ. der Kayſerl. Regier. Append. Docum.* Art. XXX.
(b) v. HVBNER. *Supplem. Hiſt.* T. IV. p. 15. ubi formula.
(c) v. *Verfaſſ. der K. Regier.* ad Art. XXX. n. 3. p. 730. ubi formula Decreti.
(d) v. *Verfaſſ. der K. Regier.* l. c. p. 724. ſeqq.
(e) v. *Verf. der K. Regier.* l. c. p. 713. ubi formula.
(f) v. L. B. de LYNCKER. l. c. p. 38. HVBNER. l. c. p. 20.
LXVIII. v. VITR. *Ill.* §. 17. EVR. HEROLD. T. I. p. 103.

bus; (*III.*) *Elevatio* ejus & collocatio ſuper altare ab Electoribus facta.

LXIX. (*IV.*) *Conſcenſio throni* extra chorum collocati, (*V.*) *Publicatio* electionis & proclamatio ad populum, hoc in univerſum acclamante. (*VI.*) *Confirmatio privilegiorum* Electoralium, (*VII.*) *Deductio* Regis electi ad *Palatium* ſuum.

LXX. Electione legitime peracta, Imperator conſequitur *Imperium*, non tantum in *Germaniam*, ſed omnes etiam alias regiones, quæ Germanorum Imperio aliquando ſubfuerunt, nec legitimo titulo exemtæ ſunt, in ſpecie in *Regnum Longobardicum*, &, ſecundum communem opinionem, in *reliquias Imperii Romani*.

CAP. II.
DE
CORONATIONE IMPERATORIS.
§. I.

CORONATIO IMPERATORIS eſt *actus ſolennis, quo Imperator electus, Coro-*

LXIX. v. VITR. *Ill.* ſ. 17. COCCEJ. §. 7. n. XXVIII. XXIX, THVLEMAR. de *Octov.* C. XXIV. §. 84. SCHWED. §. 26. HORN. §. 35. TITIVS §. 67.

LXX. v. RHET. L. I. T. IV. §. 3. 4. SCHWED. §. 25. COCCEJ. §. 23. TITIVS §. 65. HORN. §. 35.

Coronæ impoſitione atque Inſignium traditione aliisque ritibus inauguratur.

II. *Ritus* hujusmodi Reges *inaugurandi*, uti a vetuſtis jam ſeculis apud plurimas gentes in uſu fuit: ita apud Germanos quoque, a primis ſtatim Carolingici Imperii initus, vel ex pietate, vel æmulatione forte Imperatorum Græcorum, invaluit.

III. *Finis* atque *effectus* hujus inaugurationis non eſt Imperii ac Majeſtatis collatio, quippe quæ jam ipſo electionis jure quæſita eſt, ſed ut auguſta Imperii humani dignitas atque divinitas tam Regi novo, quam Proceribus ac ſubditis ob oculos ponatur, majorque reverentia & obſequium in populo excitetur.

IV. Olim triplex Coronatio in Imperio R. G. frequentata fuit, nimirum 1. *Germanica* ſive Aquisgranenſis, 2. *Romana* ſive Imperialis, 3. *Longobardica* ſive Mediolanenſis; quibus nonnunquam 4. *Arelatenſis* ſive

II. v. TITIUS L. 5. C. II. §. 2. BRUNNEM. *Ex. J. P.* L. 2. C. I. §. 11. Dn. LUDEWIG, in Not. MSSt. ad COCCEJ. *J. Publ.* C. VIII. §. 1. GUNDLING. de *Henr. Auc.* p. 77. m.)

III. v. SCHWED. *J. Publ.* P. Spec. Sect. 1. C. II. §. 6. TITIUS §. l. c. §. 1. MEDITAT. ad *Cap. Joſephi* Art. XXXVI. p. 312.

IV. LIMNAEUS J. P. L. 1. C. IV. & Not. ad *Capit.* p. 310. VITR. *Ill.* L. 1. T. VIII. §. 1. SCHWED. l. c. §. 28. COCCEJ. C. VIII. §. 18. & 20.

ſive Burgundica acceſſit: ſingulis peculiares *Coronæ* adhibitæ ſunt, omnes aureæ, non, ut volgaris fabula fert, ex diverſis metallis fabrefactæ.

V. Hodie ſola *GERMANICA* in uſu eſt (a): ceſſantibus jam a CAROLI V. tempore çeteris: ſicut & ad hanc ſolam, quam primum fieri poſſit, ſuſcipiendam, a tempore LEOPOLDI Cæſares electi ſe obligant; cum antehac & *Imperialis* ſuſcipiendæ in Capitulationibus mentio fieret (b).

VI. Hæc uti prima & præcipua ſemper habita fuit (a): ita *Romana* etiam dicitur (*die Ræmiſche Kæniglıche Crone;*) forte quod quarta Monarchia Romanorum a Ger-

V. (a) v. LIMNAEUS ad A. B. T. XXVI. §. 4. Obſ. 9. fin. SCHWED. §. 30.

(b) v. MULDENER. *Capit. Harm.* Art. XXXVI. ubi in *Capit.* MATTHIAE, FERDINANDI II. III. IV. *die Ræm. Kænigl. Crone empfahen, auch uns zu Empfahung der Kayſerl. Crone beſœrdern.* In LEOPOLDI & JOSEPHI vero *Capitul.* tantum: *die Ræm. Kœnigl. Crone færderlıchſt empfangen.*

VI. (a) v. A. B. T. XXVIII. §. 5. conf. STRUV. §. 25.

(b) v. RHET. *Inſt. J. Publ.* L. I. T. IV. §. 4. COCCEJ. C. VIII. §. 18. & C. VI. §. 16. LUDEWIG. in Not. MSSt. ad COCCEJ. C. VIII. §. 1. ubi verba A. B. *Rex mox in Imperatorem promovendus*, ſuperſtitioni adſcribit.

Germanis continuari, Imperatoria tamen dignitas non niſi Coronatione Romana acquiri, credita fuit (b).

VII. *Locus* Coronationi, ex antiqua conſuetudine & A. B. diſpoſitione, deſtinatus eſt *Aquisgranum*, CAROLI M. *Archiſolium*: ita tamen, ut, conſenſu Regis electi & Principum Electorum, ſi res poſtulaverit, Coronatio etiam alibi & fieri poſſit, & ſæpe facta ſit, ſalvis quidem Aquisgranenſium juribus.

VIII. Cum autem inauguratio, ob conjunctos actus ſacros, ex moribus gentium, a ſummo Sacerdote ſive Epiſcopo fieri ſueverit: idem honos a Germanis quoque *Archi-Epiſcopis* tributus fuit (a). Sed cuinam ex illis jus iſtud potiſſimum competat, de eo & olim (b), & recentiori ætate (c), inter *MOGVNTINVM* inprimis & *COLONIENSEM*, acerrime decertatum fuit.

IX. Equidem ab initio *MOGVNTINVS* ad CONRADVM II. usque coronationem perfecit; poſtea vero usque ad FERDINANDVM I. *COLONIENSIS* hunc actum

VII. v. A. B. T. XXVIII. §. 5. COCCEJ. §. 13. VITRIAR. *III.* §. 2. ibique PFEFF. not. n) SCHWED. §. 32. STRVV. l. c. §. 24. GVNDLING. *XVIII. n. 11.*

VIII. (a) v. SCHILTER. *J. Publ.* 1. XIV. 26.

(b) v. WITTICHIND. Annal. L. 2. ineunt. SIGON. de *Reg. Ital.* L. 7. ad a. 973. fol. 176.

(c) v. SCHWED. §. 33. STRVV. *C. J. P. G. VII.* §. 26.

actum exercuit (a): forte quod initio magis auctoritatis ac eminentiæ, poſtea vero diœceſeos potius ratio habita fuit (b); unde & in A. B. Colonienſi, in cujus diœceſi locus coronationis ſitus, iſtud jus confirmatum fuit (c).

X. Separata tamen ſemper a *Coronæ impoſitione* videtur, *Conſecratio* ſive *unctio* cum ceteris *actibus ſacris*: ſiquidem illa a duobus vel tribus Archi-Epiſcopis ſimul, hæc vero ab uno tantum, eoque nonniſi *infulato*, peragi ſuevit.

XI. De hac Conſecratione igitur controverſia *Moguntinum* inter & *Colonienſem*, FERDINANDI IV. inprimis tempore, enata: cum *MOGVNTINVS* hoc jus a FER-

---

IX. (a) v. PFEFF. VITR. *Illuſtr.* §. 2. not. c).
(b) v. WITTICHIND. l. c. ibi: *Eo quippe tempore erat ſummus Pontifex* &c. it. *Ceſſit uterque Hildeberti nota almitati.* COCCEJ. §. 24. SCHILT. l. c. 27.
(c) v. A. B. T. IV. §. 4. GVNDLINGIANA l. c. §. 28.
X. v. WITTICHIND. l. c ibi: *quæſtio eſſet Pontificum in conſecrando Rege.* & poſt: *Coronatus diademate aureo ab ipſis Pontificibus, Hildiberto & Wichfrido.* SCHWED. §. 33. p. m. 250. ibique allegati.
XI. v. RHET. *Inſt. J. P.* L. I. T. IV. §. 45. COCCEJ. §. 24. SCHWED. §. 33. STRVVII *Corp. J. P.* C. VII. §. 26. & *Biblioth. Jur.* C. XIV. §. 48. ubi ſcripta in hac controverſia edita recenſentur

FERDINANDI I. temporibus ſibi arrogaſſet, eo quod Coronatio non amplius in Colonienſi diœceſi peragеretur; *COLONIENSIS* contra Aureæ Bullæ decreto niteretur.

XII. Tandem lis, quæ jam ad arma ſpectabat, a. 1657. transactione ita fuit ſopita, ut quilibet in ſua diœceſi, extra utramque alternatim, Coronationem perageret.

XIII. Inſtante Coronatione, primum IMPERATOR ELECTVS introitum ſuum in urbem Coronationi deſtinatam, ſolenni ritu, magnoque cum Comitatu, ſuſcipit: deinde & *Inſignia* ſive *Kleinodia* Imperii, quæ *Aquisgrani* & *Norimbergæ* adſervantur, ad requiſitionem noviter Electi Regis atque Electorum, mittuntur ad locum Coronationi deſtinatum.

XIV. Sunt autem Kleinodia *Noribergæ* adſer-

XII. v. Tabulæ in *Diario Europ.* T. I. p. 948. & apud LIMN. ad A. B. Cap. IV. §. 3. Obſ. 4. n. 9. ac THVLEMAR. C. XXV. n. 30. conf. COCCEJ. §. 24. VITR. *Ill.* §. 2. SCHWED. §. 33. HORN. §. 8.

XIII. v. STRVV. *Corp. J. Publ. Cap. VII.* §. 27. *Wahl- und Crönungs-Beſchreibung* Caroli VI. p. 31. & ſeqq. ubi Litteræ Electorales ad Capitulum Aquisgranenſe, nec non Civitates Aquisgranenſem & Norimbergenſem & p. 40.

XIV. * 1.) CORONA hæc *Imperialis* ex puro con-

 fecta

adſervata: 1. CORONA CAROLI M. 2. SCEPTRVM,

fecta eſt auro, XIV. librarum gravi pondere, & vocatur: *S. Imperatoris Caroli aurea corona cum arca & cruce, pertinentia ad illam, texta de variis pretioſis lapillis & auro, in qua ſingulariter pretioſus eſt lapis intextus, qui vocatur candidus.* Ambitus illius in octo diſtinguitur areolas, ſuperne in dimidiatam deſinentes rotunditatem. Harum quæque ſeparatim fuit effecta: quæ propterea, præter ferruminationem, etiam intus ſimplici ferreo ligamento, digitum minutum lato, quod in orbem circumductum eſt, invicem conſtringuntur. Octo illarum gemmis & unionibus ornantur, quatuor emblemata ſive figuras quasdam referunt, quibus explicandis ſententiæ adjiciuntur. Coronæ infixa eſt Crux, quæ demi poteſt, & ſeptendecim gemmis lucentibus radiat. Poſt Crucem, Semicirculus Coronæ impoſitus, idemque margaritis ornatus, cui inſculpta hæc verba: CHVONRADVS DEI GRATIA, ROMANORVM IMPERATOR AVG.

Præter Coronam hanc Imperialem, Imperatores Auſtriaci aliam, *Domeſticam, die Hauſs - Crone*, dictam, Domui Auſtriacæ propriam, quam RVDOLPHVS II. Imp. fabricari curavit, ratione formæ quoque diverſam extra inaugurationem ſolennem, geſtare ſueverunt.

β.) SCEPTRVM Imperiale ingens quidem eſt, ſed argenteum tantum & leviter inauratum, in ſummitate folia ſex habens, quorum tria, per alternatio-

PTRVM, 3. POMVM IMPERIALE ſive
Gg 2 *Globus*

nationem ſurſum, totidem deorſum vergunt, inque querneam glandem deſinens.

3.) POMVM IMPERIALE, mundi receptaculum, modicum eſt, & quod manus virilis facile complectatur. Intus illud terra repletum fertur: quam, ſive materiam aliam bractea aurea circumveſtit. Ambit illud medium circulus gemmis refertus, & talis quoque eſt deſuper inſita immobilis.

4.) ANNVLVS quoque inter inſignia Imperii ab antiquo fuit; qualis hodieque Imperatori in Inauguratione traditur: quamvis an hic antiquus ille, an vero novus ipſius Cæſaris ſit, nonnulli dubitent, nonnulli quoque duos memorent, pyropis onatos.

5.) GLADIVS hic prægrandis eſt, pomumque manubrii rotundum, ex uno latere Aquilam ſimplicem, ex altero Leonem oſtentat, cum cauda bifurcata, in altum protenſa. Vagina ex argento eſt deaurata, gemmis & unionibus diſtincta: Laminæ hinc inciſum: CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT. CHRISTVS IMPERAT. Inde: CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT.

6.) Alter GLADIVS, quo vſus dicitur MAVRITIVS Martyr, pomum in capulo cordis alicuius figuram imitatur: cuius unum latus nota caret, in altero Aquila dimidia additos habet Leopardos tres, ſibi invicem impoſitos. In Lamina

una

Globus Cruciger, 4. ANNVLVS 5. GLADIVS,

una parte leguntur verba: BENEDICTVS DÕS DES. In altera: DEVS QVI DOCET MANVS.

7.) VESTIS DALMATICA, qualis in *Dalmatia* primum adinventa, indeque Romam translata, & cultui ſacro adhibita, atque Diaconis & Presbyteris, denique Epiſcopis conceſſa fuit. Dicitur & ALBA, quippe adinſtar *Albæ ſacerdotalis*, quæ *das Chor-Hembd* vocatur, confecta, eaque holoſerica candida, ad pedes usque protenſa, margaritis gemmisque ornata, cuius fimbriæ ex auro tortili cum ſubtegmine flavo ſerico phrygiatæ conſtant, manicæ vero earumque limbi unionibus aureisque bracteis diſtinctæ; qualis habitus ſacerdotalis, inter regales, forte honoris ſacerdotalis, Imperatori adaptati, cauſa, relatus eſt.

Adduntur a nonnullis duæ aliæ *Tunicæ*; altera violacei ſive coerulei coloris, in manicis auro & unionibus contexta; altera phoenicea, cum nigris aquilis; itemque *Amiculum rubrum*: quæ tamen inter veſtimenta, in Diario Coronationis CAROLI VI. conſignata, non memorantur.

8.) STOLA AVREA ex auro tortili ac flavo filo ſerico phrygiata, eaque Aquilis & Crucibus intextis repleta, in cuius extremitatibus cruces, ex meris margaritis formatæ, ſpectantur: quæ humeris impoſita, ſuper Albam Dalmaticam adplicatur, & in pectore demiſſa ad pedes usque dependet.

9.) PA-

VS CAROLI M. in ſolennibus adhiberi ſolitus,

9.) PALUDAMENTUM Cæſareum, ſive *Pallium*, quod & *Pluviale*, itemque *Cappa Choralis*, vocatur, cui phygio opere intextæ ſunt Aquilæ aureæ, nec non duæ Aquilæ nigræ: & cujus oras ambit lata fimbria, gemmario opere texta.

10.) ZONA *der Stolgürtel*, coriacea eſt, & retinaculum eius aureum, omnia pretioſis lapidibus affabre decorata.

11.) CHIROTHECAE quoque ac 12.) *Sandalia*, auro lapidibusque pretioſis & unionibus, inſigniter exornata deſcribuntur; quibus a nonnullis etiam *Tibialia* adduntur.

** Kleinodia hæc Imperii initio ab Imperatoribus adſervata ſunt, ac dein vel ab ipſis, vel ab heredibus ipſorum deſtinatis Succeſſoribus transmiſſa. Eadem cum ſequiori ævo ad LUDOVICUM Bavarum, cui a FRIDERICO Auſtriaco tradita erant, perveniſſent; ab eiusdem filio CAROLO IV. tradita ſunt: qui licet hac conditione illa accepiſſet, ut vel *Francofurtum*, vel *Norimbergam*, transferrentur, tamen *Pragæ* primum, ac deinceps in caſtro *Karlſtein* eadem adſervari curavit.

SIGISMUNDUS, motibus Bohemicis permotus, Cimelia hæc primum in arcem Hungariæ Vicegradenſem, *Plintenberg* dictam, perferri juſſit. Tandem vero, conſenſu MARTINI V. Pontificis, eadem *Norimbergam*, ceu locum tutiorem, & pietatis laude florentem, atque dehinc accedente

ſolitus, 6. GLADIVS S. MAVRITII. 7. VESTIS DALMATICA, 8. STOLA AVREA, 9.) PA-

dente quoque Bulla Pontificis, perpetuæ eorum tutelæ deſtinatum, transferri decrevit: ubi & magna cum omnium veneratione excepta, atque primum in ædem *D. Sebaldi*, deinceps vero in Xenodochium *S. Spiritus* illata, in ciſta ferrea, conſtitutis certis Cimeliarchis, jam cuſtoditur.

*** Quin & INNOCENTIVS VI. rogatu CAROLI IV. propter reliquias ſacras iis junctas, *Feſtum Armorum Chriſti*, ſive *Lanceæ* & *Clavorum Domini*, per totam non ſolum Germaniam, ſed etiam Bohemiam, ſolennis officii ritu celebrari præcepit: quod tamen, poſt mutata a Norimbergenſibus ſacra Catholica, ceſſavit.

**** Ceterum controverſia quoque Norimbergenſibus hoc nomine mota eſt, primum a *Catholicis*, qui indignam cuſtodia Imperialium reliquiarum, ob deſertam religionem Catholicam, hanc Civitatem, tanquam hæreticam, putarunt; deinde & recentiori ævo ab *Aquisgranenſibus*, qui Civitati ſuæ potius, quæ Archiſolium eſſet CAROLI M. Cuſtodiam *Coronæ* CAROLI M. ac ceterorum Inſignium Imperialium, competere exiſtimarunt. Qua de cauſa circa Inaugurationem CAROLI VI. *Aquisgranenſes* non ſolum ſolennem Proteſtationem pro conſervando iure ſuo contra *Norimbergenſes* interpoſuerunt, ſed & ſcripto, cui titulus; *kurtzer Bericht über des Kœnigl. Stuhls und des Heil. Röm. Reichs Stadt Aachen,*

9. PALVDAMENTVM, 10. ZONA ſeu CINGVLVM, 11. CHIROTHECAE aureæ, 12. SANDALIA.

Aachen, bey den Crœnungen der Kayſer habenden Prærogativen und Gerechtſame, idem tueri conati ſunt. Cui tamen Norimbergenſes ſequens ſcriptum oppoſuerunt: *kurtzer doch beſtgegründeter Gegenbericht, der læbl. Reichs-Stadt Aachen gantz neuerlichanmaſſenden Anſpruch an die Kayſerl. und Reichs-Kleinodien, ſo von der Stadt Nürnberg verwahret werden. Nürnberg a. 1712. f.*

t. LIMNAEVS J. P. L. 7. C. XXXV. n. 13. PFEFF. VITR. *III.* §. 2. & not. ibique citati. *Wahl-und Crœnungs Beſchreib.* Caroli VI. p. 40. ſeqq. in p. 64. ſeqq. WAGENSEIL *Deſcript. Norimb. Cap. 26.* Ill. Dn. a LVDEWIG Diſſ. de *Norimberga Inſignium Imperial. Tutelari.* Cap. II. & III. ubi *Hiſtoria & Cauſa translationis Inſignium Imperialium Norimbergam.* Cap. V. ubi *Adſertoris Aquenſis adverſus ius tutelare Norimbergenſium argumenta, cum diſſolutione eorundem.* Cap. VI. ubi *Juris Tutelaris Inſignium apologia.* Cap. VII. ubi *Matricula Inſignium & reliquiarum Imperialium Norimbergæ & Syllabus Monumentorum append.* Ejuſd. *Erleuterung der Güldnen Bulle* Tit. XXII. §. 1. lit. k) p. 267. ſeqq. STRVV *Corp. I. Publ. Cap. VIII.* §. 31. 32. 35. 43. AVG. FRID. de ZANTHIER *Cleinodiogr. Imperial.* §. 12. 13. 15. 18. 26. 28. 30. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 48.

XV. *Aquisgrani* vero cuſtoditur GLADIVS CAROLI M. ordinarius formam acinacis Perſici habens; cum *pendiculo*, CAPSVLA SANGVINEM S. STEPHANI continens, EVANGELII volumen *aureis litteris* in corticibus arborum ſcriptum &c.

XVI. *Ritus* autem, quibus hæc Imperii Inſignia conferuntur, ſunt vel *ſacri* vel *ſeculares*: eoque geminam poteſtatem, ut nonnullis placet, exprimere videntur, eccleſiaſticam & ſecularem.

XVII. Illuceſcente igitur *Coronationis die*, & ſolenniter publicata, *Electores Eccleſiaſtici* ſeparatim templum ingreſſi, a legatis Civitatum Inſignia recipiunt, eademque altari in conclavi ſacro imponunt, Regem in Pontificalibus ſuis expectantes.

XVIII. *Seculares* interim in Curia habitu Electorali ornati, ad IMPERATOREM in Palatium pergunt, eundemque, ſolenni pompa, Inſignia præferentes, in templum comi-

XV. v. SCHWED. §. 34. add. *Wahl- und Crœn. Beſchreib. p. 45. Diar. Coronat. Caroli VI. p. 30.*

XVI. v. COCCEJ. §. 14.

XVII. v. EVROP. HEROLD. T. I. p. 104. ſeqq. SCHWED. §. 35. ſeqq. STRVV. §. 28. ſeqq. Diar. Coronat. CAROLI VI. p. 32. & ſeqq. Actus Coronat. JOSEPHI p. 97. & ſeqq. *Wahl- und Crœn. Beſchreib* CAROLI VI. p. 46. & ſeqq. ZANTHIER. *Clenodiogr.* §. 48. ex quibus & ſequentia Coronationis ſolennia ſunt deſumta.

comitantur: quem Eccleſiaſtici in limine excipiunt, atque ad Oratorium, hinc ad Regale ſolium panno aureo ornatum, deducunt, quo a Rege occupato, Electores quoque ſedes ſuas rubro ſerico veſtitas occupant, Inſignibus Imp. Vicariis traditis.

XIX. Inde Conſecrator Miſſam incipit, atque Rege ad Oratorium per reliquos Eccleſiaſticos deducto, & Litania reciproce peracta, eundem interrogat; *num Rex fidem Catholicam & Apoſtolicam ſervare, ſanctis Eccleſiis earumque miniſtris fidelis Tutor ac defenſor eſſe, Regnum ſecundum juſtitiam regere & defendere, jura Regni & Imperii bona conſervare & recuperare, pauperes, viduas & orphanos defendere, Papæ & ſanctæ Eccleſiæ debitam fidem reverenter exhibere velit?*

XX. His ubi annuit Rex, ad ſingula, *Volo*, reſpondendo, ad altare propius adductus, præſtat juramentum: *omnia promiſſa, in quantum Divino fultus fuero adjutorio, fideliter adimplebo, ſic me Deus adjuvet, & Sanctum Dei Evangelium.*

XXI. Hoc facto, Conſecrator Electores, Epiſcopos, Principes, & totum populum interrogat: *vultis tali Principi vos ſubjicere, ipſiusque Regnum firmare, fide ſtabilire, atque juſſionibus ejus obtemperare, juxta Apoſtolum, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſive Regi tanquam præcellenti?* Acclamante populo, *Fiat! Fiat! Fiat!*

Fiat! & benedictione in Regem exorata, progreſſus fit ad *Unctionem*.

XXII. Præparato ſcilicet Rege a Brandenburgico ad Unctionem, Conſecrator adſumto oleo catechumenorum, ungit eundem in vertice capitis in crucis formam, poſtmodum in cervice inter utrumque humerum, porro in pectore, & tandem in dextro brachio, his additis verbis: *ungo te in Regem oleo ſanctificato, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. amen*, addito terno crucis ſigno.

XXIII. Oleo pane & lana abſterſo, in Sacriſtiam ducitur, ubi Noribergenſes Deputati Electoribus porrigunt *veſtem Dalmaticam*, ſive *Albam* & *Stolam*, quibus Imperatorem induunt Electores vel horum Legati, Sandaliis præbentibus Deputatis Noribergenſibus.

XXIV. Sic amictus reducitur ad altare, ibidemque *gladius* CAROLI M. Aquisgranenſis ipſi primum nudus traditur, poſt in vaginam recondito per Electores accingitur.

XXV. Inde *Annulo* ipſum quaſi deſponſat Conſecrator, in dextram manum *Sceptrum*, in ſiniſtram *Pomum* Imperiale tradit, certis ſemper adhibitis formulis ſolennibus.

XXVI. Hinc Imperator pomum Imperiale Palatino, ſceptrum Brandenburgico, enſem Saxoni reddit, qui illa ſubofficialibus ſuis tradunt, atque Paludamento Impera-

peratorio indutus, *Corona* ipſi ab omnibus Electoribus Eccleſiaſticis imponitur.

XXVII. Inde propius ad aram ductus, jurare tenetur: *legem & juſtitiam pacemque Sanctæ Dei Eccleſiæ ſe ſervare, populoque ſubjecto prodeſſe velle.* Juramento præſtito, ad Oratorium iterum a Trevirenſi & Colonienſi ducitur Imperator, miſſam interea celebrante Moguntino.

XXVIII. Poſt hæc liber Evangeliorum ipſi ad oſculandum offertur a Trevirenſi, a quo etiam pacem & incenſum accipit. Inde ad Communionem ducitur, qua refectus, ad Oratorium, demum ad *thronum* in loco elatiori collocatum, qui ad inſtar iſtius *Aquisgranenſis* CAROLI M. eſt adornatus, in quem ab Electoribus evectus, quaſi inthroniſatur a Conſecratore.

XXIX. Hinc Elector Moguntinus nomine totius Collegii ei gratulatur, interea Muſicus chorus, *Te Deum laudamus*, cum tympanorum ſtrepitu canit, tormenta exploduntur, & campanæ omnes per urbem pulſantur: Imperatore interea, præſentibus Electoribus ſecularibus, gladio CAROLI M. Noribergenſi equites creante.

XXX. Poſtea duo Canonici *Aquisgranenſes* Imperatorem ſub juramento in numerum *Canonicorum* recipiunt: pro qua receptione Imperator certam auri & vini quantitatem ſolvit.

XXXI. Denique Dalmatica veſte & ſandaliis

daliis in choro depoſitis, Corona vero pallioque ſervato, Imperator ſolenni pompa *Curiam* repetit, ubi præparatum eſt *convivium*.

XXXII. Tunc ſolennia ſua officia præſtant Electores, vel horum Subofficiales; excepto Brandenburgici Subofficiale, cujus loco Legatus Electoris officio fungitur.

XXXIII. Primo loco *ELECTOR* SAXONIÆ, Imperii *ARCHI-MARESCHALLUS*, vel hujus Subofficialis, Comes de *Pappenheim*, in Curia equum conſcendit, indeque curſu fertur in *avenæ* acervum in foro, argenteam de illo implens menſuram, quam vel iterum effundit, vel famulo tradit, avenam vero populo relinquit.

XXXIV. Secundo *ELECTOR* BRANDENBURGICUS, *ARCHI-CAMERARIUS*, vel hujus Legatus, equo vectus, ad menſam in medio foro ſtratam properat, *malluvium* argenteum cum aqua inde petens atque in Curiam rediens, Imperatori aquam manibus abluendis præbet, ſecularibus reliquis mantile tenentibus.

XXXV. Tertio PALATINUS, vel nunc iterum BAVARUS, *ARCHI-DAPIFER*, vel ejus Vicarius *Truchſeſius* de *Waldburg* equo culinam intrat, de *bove aſſato* fruſtum in patinam argenteam ponens, alia operta, idem in menſam Imperatoris defert, Vice-Mareſchallo præeunte.

XXXVI. Hic autem *bos*, poſtquam auro coro-

coroniſque ornatus per urbem ductus & maſtatus, integer neque capite neque pedibus, nec alia parte mutilatus, & ſiltem pelle & inteſtinis rejectis, vario exquiſitoque ferarum & altilium genere farctus, ingenti veru ligneo trajectus, duabus rotis ad prunas ſubjectas verſatus ac die nocteque aſſatur, fruſtoque inde deſumto, populo cedit.

XXXVII. Quinto ſuccedit itidem equo vectus Imperii *ARCHITHES AURARIUS*, ſive HANOVERANVS, ſive PALATINVS, modo lis de Archiofficio inter hos Electores fuerit compoſita, atque HANNOVERANO de convenienti Archi-officio proſpectum, vel ejus vicarius, Comes de *Sintzendorf*, qui *nummos* aureos & argenteos, in memoriam Coronationis cuſos, in populum ſpargit.

XXXVIII. Agmen claudit REX BOHEMIÆ, *ARCHI-PINCERNA*, vel ejus vicarius Comes de *Limpurg*; qui ſuper equum *ſcyphum* argenteum Imperatori in menſam defert, & primum potum præbet.

XXXIX. Illud hic notandum, *inſtrumenta argentea*, officiis ſolennibus adhibita, atque pondus duodecim marcarum adimplentia, cum equo acquiri *Subofficialibus*, non vero etiam, ſi hi non adſint, Officialibus aulicis: baculum vero, quo ſigilla & typaria

XXXIX. v. A. B. Tit. XXVII. ibique LIMN. CAPITVL. IOS. a. XLV. ibique *Meditat.* g) Capit. CAROLI VII. art. III. §. 5. COCCEI. §. 15. RHET. l. c. §. 47.

paria apportant Archi-Cancellarii, itidem cum equo Vice-Cancellario cedere.

XL. Solennibus iſtis abſolutis, Comites & Barones Imperii ad id ſelecti, cibos ad menſam Imperatoris deferunt, præeunte Comite de *PAPPENHEIM*, Imperii Vice-Mareſchallo: quo facto Imperator *accumbit*, Electorum Eccleſiaſticorum Seniore benedictionem peragente.

XLI. Tum ECCLESIASTICI, eo, in cujus diœceſi actus ſit Coronationis, in medio procedente, argenteo baculo ſuſpenſa *ſigilla* & *typaria* Imperialia adportant, ante Imperatorem in menſa, decenti reverentia deponentes, quibus ſingulis redditis, *ARCHI-CANCELLARIUS* Germaniæ, durante convivio, majus quidem collo appenſum gerit, cetera vero in cuſtodiam recipit *Vice-Cancellarius*, qui deinceps baculus ſuper equo remittitur.

XLII. *Accumbente* IMPERATORE, *ELECTORES* ſuas occupant menſas, ſinguli ſingulas, quæ uno vel duobus pedibus menſa Imperatoria ſolent eſſe depreſſiores. Electorum præſentium menſæ conſpiciuntur cum tegumento & credentiis, in quibus ſinguli ſua ſuppellectilia aurea & argentea oſtentant. Abſentium Electorum menſæ habent quidem ſuas credentias, ſed ſtratæ non ſunt, poſitis in ſingulis tribus clauſis patinis. Legati enim non admittuntur.

XLIII. Paulo depreſſior eſt *Principum*

menſa,

menſa, quæ tegumento caret, cui omnes, qui adſunt, inſimul aſſident. In ſeparato conclavi prandent Deputati Civitatum *Noribergenſis*, *Aquisgranenſis*, *Colonienſis* & *Francofurtenſis*.

XLIV. Convivantur omnes ſumtibus Imperatoris, fluente interim ex fonte, *vino* albo & rubro, jactoque e culina pane ſimilagineo. Finito convivio Imperatorem ad Palatium comitantur Electores & Principes præſentes, ubi accepta ab illo, cum gratiis, abeundi licentia, ſinguli ſe ad diſceſſum præparant.

XLV. Altera Coronatio eſt ROMANA, a CAROLI M. & OTTONIS M. temporibus, *Romæ*, intuitu Imperii Romani, iisdem fere ritibus, quibus Germanica, facta, niſi quod inſignia præferrent *Duces* & *Principes*, atque Imperator a *Cardinalibus* unctus *Pontifici* præſentaretur, qui reliqua coronationis ſolennia perageret.

XLVI. Fuit autem hæc, æque ac Germanica, non niſi *inauguratio*, a Pontifice, tanquam

XLV. v. GOLDASTI P. IV. *Polit. Imp.* a p. 290. ad 343. *Ceremoniale Rom.* FREHERI notis ad *Petr.* de ANDLO annexum. *Pontificale Rom.* CLEMENTIS VIII. p. 124. & *Henrici Corn.* AGRIPPAE *Hiſtor.* de *duplici Coronat. Caroli V.* in SCHARDII T. II. p. 226. STRUV. *Corp. J. Publ. C. VII.* §. 39.-41.

XLVI. v. SCHWED. §. 25. TITIVS L. 5. C. II. §. 4.

tanquam primario clerico & ſubdito, perinde ac in Germania ab Archi-Epiſcopo, peracta, qua non ipſum Imperium in Imperatorem fuit collatum, quippe quod ſola Germanorum electione obtinuit, ſed auguſta Imperii dignitas ſolenni ritu tantum declarata.

XLVII. Hinc iniquiſſima fuit Pontificum ambitioſorum perſvaſio, *Imperatorem electum*, vi coronationis Romanæ demum, *a Pontifice*, velut *Vice-Deo*, non ſolum *dignitatem*, ſed *omne Imperium*, etiam *ratione Germaniæ*, acquirere, atque adeo vel *ſubditum*, vel ſaltem *Vaſallum Pontificis* eſſe.

XLVIII. Quæ licet vaniſſima ſit coronationis interpretatio, veritati & hiſtoriæ prorſus adverſa, tantum tamen valuit, ut multi Imperatores, ante coronationem Pontificiam, *titulo Imperatoris* abſtinuerint, aliis tamen animoſius illum ſibi vindicantibus.

XLIX.

XLVII. v. GOLDAST. de *Monarchia S. R. I.* ſcripta contra Pontificem exhib. MONTESPER. V. P. O. §. 36. 37. Clement. un. de jurejur. SCHILTER. de L. F. G. L. 5. C. VII. §. 1. LEHMANN. *Chr. Sp.* L. 5. C. LXVI. ſqq. TITIVS l. c. §. 5. *Meditat.* ad *Capitul.* JOSEPHI Art. 36. (a). voc. *Ræm. Kænigl. Crone*, p. 312.

XLVIII. v. CONRING. de *Germ. Imp. Rom.* C. X. §. 33. ſqq. C. XIII. §. 6. 15. 16. 17. 18. conf. COCCEJ. §. 22. TITIVS §. 6.

XLIX. Coronatio autem iſta ad CAROLVM V. usque frequentata, & magnis ſumtibus petita fuit: dum Proceres Imperatorem, cum valido ſatis exercitu, Romam comitari tenebantur; unde nomen *Expeditionis Romanæ*, *des Rœmer-Zugs*, enatum.

L. Poſt Carolum V. cum fruſtra eam initio a Paulo IV. FERDINANDVS petiiſſet, neque hic ulterius, neque ſequentes Imperatores de Coronatione Romana ſolliciti fuere: ut adeo hodie ea, tanquam minime neceſſaria, in uſu haud amplius eſſe merito dicatur, quamvis jus petendi nondum amiſſum ſit.

LI. Et licet per Capitulationes ante hac obſtricti fuerint Imperatores ad curandum, ut commodo tempore eam conſequantur: ea commoditas tamen poſt CAROLVM V. non apparuit; unde & formula obligationis a tempore LEOPOLDI prorſus in Capitulationibus omiſſa fuit.

LII.

XLIX. v. LEHM. *Chr. Spir.* L. 7. C. XI. n. 3. GIBELLIN. *Cæſareopap. Rom.* P. 2. C. IV. §. 18. SCHWED. §. 19. TITIVS §. 7.

L. v. RHETIVS *Inſt. Jur. Publ.* L. I. T. IV. §. 44. TITIVS §. 12. 13. 14. STRVV. § 37.

LI. v. MVLDENER *Capit. Harm.* Art XXXVI. ubi formula: *Auch zum beſten* NB. *befleiſſigen, die Kayſerl. Crone* NB. *zu ziemlicher gelegener Zeit zum fœrderſten zu erlangen.* conf. COCCEJ. §. 11. RHET. *Inſt. J. P.* Lib. 1. T. IV. §. 43.

LII. Ultima Coronatio eſt *LONGOBARDICA* de regno Italiæ, ex inſtituto CAROLI M. *Modoëtiæ*, ex OTTONIS M. vero *Mediolani*, & poſtea utroque in loco, ab Archi-Epiſcopo Mediolanenſi, peracta, adhibita aurea, non ferrea, corona, quamvis Modoëtiæ impoſita *palearis* a Mediolanenſibus per invidiam dicta fuerit: eademque cum Romana in deſuetudinem abiit, nec ad eam capiendam Imperatores obligati fuere.

LIII. Denique olim & *BVRGVNDICA* ſive *ARETALENSI* corona nonnulli Imperatores coronati ſunt: quæ tamen coronatio hodie non amplius in uſu eſt.

CAP.

LII. * Coronam hanc *Circulo* ſive *Annulo aureo* conſtare ſuperius haud acuminato, cui interius tenuis annulus ferreus junctus eſt.

v. SCHILTER. *J. Publ.* I. XIV. 24. SIGON. de R. *Ital.* L. 3. VITRIAR. *Ill.* L. I. T. VIII. §. 6. LIMN. J. P. Lib. I. C. IV. n. 46. ſeqq. HORN. J. P. Cap. XVIII. §. 4. STRVV. l. c. §. 35.-38. add. LVD. ANT. MVRATORII Comment. de *Corona Ferrea, qua Romanorum Imperatores in Inſubribus coronari ſolent* & FONTANINI Tr. de *Corona Ferrea Longob.* Dn. de LVDEWIG *Erleut. der Güld. Bulle* Tit. XXVI. §. 4. p. 631.

LIII. v. IO. IAC. MASCOV de *Regali Imperialique Auguſtorum Germanorum Auguſtarumque Coronatione Cap. V.*

CAP. III.

DE MAJESTATE SIVE JVRIBVS PRÆROGATIVIS TITVLIS INSIGNIBVS AC AVLA IMPERATORIS.

§. I.

MAJESTAS vel ſummam Deique vicariam denotat *poteſtatem*, vel *dignitatem*

§. I. v. BOECLER. *Not. Imp.* L. 4. C. I p. 85. SCHWED Sect. I C. I. § 13 & C. IV §. 9. COCCEJ. J. P. C. XXI. §. 2. TITIVS *J. Publ.* L. 5. C. V. §. 26. *Meditat.* ad *Inſtr.* P. Proœm. p. 8. ubi ſequens de voce *Majeſtatis*, habetur obſervatio *Veteribus Latinis hæc vox nihil aliud ſignificabat, quam cujuscunque rei amplitudinem cum aliquo augmento & pondere. Hinc etiam de rebus aliis dicitur, ut majeſtas orationis, majeſtas ſoni &c. Præcipue tamen uſurpabatur, quoties ſingularem dignitatem & magnitudinem cujusdam perſonæ, vel ejus conditionis in Rep. deſignare volebant; unde Majeſtas Imperatoria, Majeſtas Conſulis, Majeſtas patria. Tandem invaluit, ut hoc nomen inter titulos ſit relatum, qui non niſi Regibus tribuuntur.* MULLER. *Annal. Sax.* a. 1426. ibi Sigism. *als wir in unſer Kunigl. Majeſtat zu Ofen gezieret ſaſſen.*

in externo honoris ac titulorum ſplendore conſpicuam. Hic utroque ſenſu capitur: prior tamen cum poſterioris fundamentum ſit, priori loco conſiderabitur.

II. Competit autem Imperatori *MAJESTAS Imperii R.G.*, per electionem in eum translata, h. e. *ſumma poteſtas promovendi, ſecundum Legum fundamentalium, cumprimis Capitulationis, præſcriptum, Imperii R. G. ſalutem, per exercitium jurium ad hunc finem neceſſariorum.*

III. *Norma* hujus poteſtatis, ſub titulo Majeſtatis Imperatori tributæ, non eſt vel idea Imperii Monarchici in genere, vel Imperii Romani antiqui, atque lex Regia, vel forma Imperii Carolingici, vel doctrina *Goldaſti*, prætenſionibus Pontificis oppoſita: ſed ſola *Capitulatio*, juribus Statuum, ceterisque legibus fundamentalibus attemperata.

IV. Hinc, *qualis* & *quanta* ſit Imperatoris poteſtas, dijudicandum: ſcilicet *Majeſtas vera, ſummaque poteſtas*, ei merito tribuenda vide-

III. v. TITIVS L. 5. C. III. §. 5. 6. 7. SCHWED. *P. Spec.* S. 1. Cap. IV. §. 1.

IV. v. TITIVS l. c. §. 14. ſq. STRAVCH. *Diſſ. Exoter.* I. §. ult. RACHEL. *Diſſ.* de *Capit.* C. VI. §. 4. ſq. BRVNNEM. *Jurispr. Publ.* Diſſ. IV. §. 10. *Meditat.* ad INSTR. P. *Proœm.* pag. 6. 7. ubi de Majeſtate *perſonali* & *reali*. L. B. de LYNCKER de *Capit. Cæſar.* p. 60. - 66. ubi fuſe de Majeſtate Cæſaris diſputat.

videtur; nec opus erit diſtinctione inter *ſummitatem* poteſtatis & ejus *plenitudinem*, quippe quæ magis implicat, quam explicat.

V. Sufficit, non abſolutam intelligi poteſtatem, ſed juribus Statuum & legibus fundamentalibus, Capitulationi inprimis, attemperatam, nec ſoli Capiti, ſed univerſo Imperii Corpori, ex Cæſare & Statibus compoſito, inhærentem: an vero hoc pacto imminuatur Majeſtas, ſubtilis magis, quam utilis, quæſtio videtur.

VI. Res tota huc recidit: Imperatorem in omnibus negotiis, univerſum Imperium concernentibus, non ſolum concurrere, ſed primas ubique partes gerere; ratione ſingulorum vero Territoriorum ea poſſe, quæ Superioritatem Territorialem non turbant; ratione Statuum ipſorum denique, quæ ad exiſtimationem illorum & legitimam conditionem pertinent.

VII. Non incommode vero omnia iſta Majeſtatis Imperatoriæ jura in tres claſſes diſtribuuntur: Alia ſcilicet ſunt *Cæſareo-Comitialia*, quæ ab Imperatore non niſi cum conſenſu omnium Statuum in Comitiis exercentur; alia ſunt *Cæſareo-Electoralia*, quæ ab Imperatore cum conſenſu Electorum tan-

V. v. COCCEJ. C. XXI. §. 4. TITIVS §. 15. ſeqq. BRVNNEM. *Exam. J. Publ.* L. 3. C. III. §. 2.

VI. v. TITIVS l. c. §. 18.

VII. v. SCHWED. *P. Spec.* S. I. C. IV. §. 4.

tum exercentur; alia denique *Reſervata Cæſarea*, quæ ab Imperatore ſolo exercentur. De ſingulis ſuo loco ſigillatim agetur.

VIII. Ab aliis jura Cæſaris in *Reſervata* & *Communicata*, ſcilicet cum Statibus, diſpeſcuntur: quæ diſtinctio tamen aliis diſplicet, qui omnia potius jura Cæſaris *Reſervata* eſſe, atque adeo totam poteſtatem ipſius *Majeſtatis reſervatæ* titulo inſigniendam eſſe, exiſtimant.

IX. Ceterum Majeſtas Imperatoris omnibus iis gaudet *affectionibus*, quæ Imperium civile comitari ſolent, diſtinctius nunc conſiderandæ.

X. Scilicet hoc Majeſtas Cæſari tribuit, (1.) ut *legibus humanis* ac *poſitivis*, ab Imperante ſcilicet ſive Superiore præſcriptis, ſit *ſolutus*, fruſtra id negante *Hippolytho a Lapide*. *

XI. (2.) Ut ſit *ſanctus*, & eminentiori quodam modo *inviolabilis*: adeo ut crimen læſæ Majeſtatis in eum non ſolum a ſubditis, ſed etiam Statibus Imperii committi poſſit.

XII. (3.) Ut ſit ἀνυπεύθυνος, ſeu nemini, velut ſuperiori, ad reddendas rationes obſtri-

VIII. v. SCHWED. l. c. §. 3. TITIVS §. 17. 19.
IX. v. TITIVS L. 5. C. IV. §. 1.
X. * P. 1. C. V. Sect. 1. 2. conf. TITIVS l. c. §. 2.
XI. v. TITIVS §. 4.

obſtrictus, & a nemine, ob officium male adminiſtratum, per modum imperii, coërcendus: quamvis actus, Capitulationi adverſi, ſint ipſo jure nulli, & hoſtilibus ipſius conatibus per modum belli reſiſti poſſit.

XIII. (4) Ut ſit *ſummus* in Imperio uti ratione *poteſtatis*, ita & ratione *exiſtimationis* ac *dignitatis*.

XIV. Scilicet quod ad *Dignitatem* Imperatoris attinet, ea vel ratione *Statuum* Imperii, vel ratione *Exterorum*, conſiderari poteſt.

XV. *Priori* reſpectu Imperator haud dubie omnes Imperii Status, ſive ſigillatim, ſive conjunctim ſpectatos, dignitate antecellit: id quod ex Imperio, quod & olim habuit, & hodie habet, in quantum mutatio facta admittit, derivandum videtur.

XVI. *Poſteriori* reſpectu Dignitas Imperatoris itidem adhuc hodie tanta eſt, ut inter omnes Reges Chriſtianos ſummus exiſtimetur, & peculiaribus inde, quod ad præcedentiam, titulum, aliaque, prærogativis gaudeat, quæ non ſolum a Pontifice & Turca, ſed ab ipſis etiam Regibus, quos reſpiciunt, agnoſcuntur.

XII. v. TITIVS §. 5.-8. Capit. CAROLI VII. art. XVI. §. II. STRYK. de *Negot. Capitul. Cæſar. annull.* C. I. §. II.

XVI. v. TITIVS §. 10. ZWANTZIG *Theatr. Præced.* P. I. COCCEJ. C. VIII. §. 25. Cap. I. & II.

XVII. Fundamentum hujus eminentiæ ac prærogativæ præ exteris Regibus neque in *ſola Germanorum profeſſione*, Cæſarem ſuum *Caput Chriſtiani orbis* dicentium, neque in *Imperii Romani* ad Germanos *translatióne*, ſed in ſola *conventione* expreſſa vel tacita, qua Imperatori ejusmodi prærogativæ conceſſæ, quærendum.

XVIII. Cauſſæ vero, quæ ad conceſſionem iſtam ceteros impulerunt, forte ſequentes ſuere: (1.) *Potentia Imperii Germanici*, quæ, CAROLI M. inprimis & OTTONIS M. temporibus, omnibus fere nationibus reliquis prævaluit. (2) Acquiſita *Imperii Romani dignitas*, ac priſtina hujus nominis veneratio.

XIX. (3.) Reverentia Germaniæ, tanquam *matri*, a ceteris nationibus debita. (4.) Diviſio Imperii Carolini, qua *Germania* natu *majori*, *Gallia* natu *minori*, ceſſit. (5.) *Tributaria* nonnullarum nationum, veluti *Daniæ*, *Poloniæ*, *Hungariæ*, conditio, Germaniæ obnoxia.

XX. Dignitas Imperatoris, in *Titulis* ac *Inſigni-*

XVII. v. TITIVS §. 11. 12. 13. 14. Aliter COCCEJ. l. c.
XVIII. v. CONRING de *Germ. Imp. Rom.* C. XI. §. 9. 10. MONZAMB C. I. § 11. TITIVS §. 15. 16.
XIX. v. CONRING. l. c. §. 9. KVLPIS ad *Monz.* C. I. §. 14. TITIVS §. 17. 18. 19.
XX. v. TITIVS §. 20.

Inſignibus, jurium hactenus expoſitorum indiciis, maxime conſpicua eſt.

XXI. Inter Titulos hodie uſitatos præcipuus eſt *IMPERATORIS*, cum vel ſine addito *Romani*, qui a JULIO CÆSARE (a) primum invectus, poſtea a CAROLO M. & OTTONE M. aſſumtus, (b) & a Succeſſoribus eorum perpetuo continuatus fuit: quamvis eundem *Imperatoris* titulum & alii Principes Europæi non ſolum, ſed & Aſiatici & Africani ſibi arrogarint (c).

XXII. Hæc tamen differentia olim a Germanis fuit obſervata, ut electus tantum *Rex*, ac deinceps *Rex Romanorum*, etiam poſt coronationem Aquisgranenſem, coronatus vero a Pontifice demum *Imperator* fuerit ſalutatus: & licet Francofurti a 1338. decretum,

XXI. (a) v. SCHWED. *P. Spec.* S. I. C. I. §. 2. 3. 4. BOEHM. J. P. Cap. XVI. §. 3.

(b) v. Diplomata CAROLI M. ap. MABILL. de *Re Dipl.* L. 2. C. III. BRUNNEM. *Jurispr. Publ.* Diſſ. IV §. 1.

(c) v. LIMN. T. IV. *Addit. ad J. P.* L. 2. C. I. n. 43. p. 196. ſeq. ZWANZIG *Theatr. Prec.* P. I. C. VI. BRUNNEM. l. c. § 2. EVERHARD. OTTONIS Tr. de *Titulo Imperatoris Ruſſorum Cap. II.* §. 10

XXII. v. COCCEJ. C. VIII. §. 22. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. VIII. §. 12. SCHWED. *P. Spec.* S. 2. C. II. §. 19. TITIUS L. 5. C. II. §. 8. 9.

tum, ut electus ſtatim verus & legitimus ſit Rex & Imperator, ſine ordinatione Papali, tamen cum addito *electi Romanorum Imperatores* Romæ non coronati appellari maluerunt, quamvis CAROLVS V. jam coronatus eodem uſus ſit.

XXIII. Alter titulus eſt *AVGVSTI*, qui ab OCTAVIANO AVGVSTO ortus tandem ad CAROLVM M. atque hinc ad OTTONEM M. tranſiit, in tantum olim ſolennis Romanis Imperatoribus, ut nullus alius Rex eum gereret, niſi cui ſpecialiter conceſſus fuerit: nec hodie *Imperator Auguſtus*, niſi ſolus Germanicus, appellari ſuevit, licet Auguſti titulus omnibus Regibus communis ſit.

XXIV. Poſteriori tempore invaluit titulus *SEMPER AVGVSTI*, qui jam SEPTIMII SEVERI, ac deinceps JVSTINIANI,

XXIII. v. SCHVRZFL. *Diſſ. de Tit. Auguſti.* PFEFF. VITRIAR. *Illuſtr.* L. I. T. IV. §. 3. not. a) b) HORN. §. 5. STRVV §. 15. NITSCH. *Comm. ad Capit. Joſephi* C. I. §. 5.

XXIV. v. SCHWED. P. Spec. S. I. C. I. §. 5. PFEFF. VITR. *Ill.* l. c. not. b) STRVV. l. c. §. 16. 17. *Meditat.* ad *Cap.* JOSEPHI *Proœm.* not. f) n. de LYNCKER *Comm. ad Capit. Joſ.* Art. XII. p. 36. de Legato Gallico hunc titulum Cæſari denegante. Add. EVERH. OTT. d. Tr. II. §. 15. ubi notat, hunc Titulum cum aliis non communicandum.

NIANI, ævo in uſu fuit, poſtea a CAROLINGICIS etiam Imperatoribus ... nunquam adhibitus, ac tandem FRIDERICI I temporibus ſolennis & curialis factus, Germanico idiomate, *Allezeit Mehrer des Reichs*, minus quidem ex mente ſeculi Auguſtei, translatus.

XXV. *CÆSARIS* appellatio a JVLII CÆSARIS temporibus obtinuit, a CAROLINGIS non minus ac ceteris Germanis Imperatoribus frequentata, atque in Germanicam *Kayſer* mutata

XXVI. Sicut autem CAROLVS M. jam congerie quadam titulorum diverſa Regna notantium ſubinde uſus fuit ... ita a MAXIMILIANO inprimis *REGIS GERMANIÆ* titulus ceteris Imperatoriis adjunctus fuit.

XXVII.

XXV. v. PFEFF. VITR. *Ill.* l. c. §. 2. not. a) ibique allegata Diplomata & Capitular. ap. BARON. *Annal.* T. IX. a. 806. lit. D. p. 512. & MABILLON. de *Re Dipl.* L. 2. C. III. p. 74. BRVNNEM. *Jurispr. Publ.* D. IV. §. 1. STRVV. §. 8.

XXVI. v. CONRING. de *Germ. Imp. R.* C. XII. p. 84. BERT. de *Diplomatis* § 11. p. 19. LVNCKER. de *Capit. Caſ.* §. 8. PFEFF. VITR. *Ill.* §. 3. not. d) & i) STRVV. § 18. *Meditat.* ad *Cap.* 1. 0. 2. *primam*. lit. g) HAHN. de *Burgund.* ſeu *Arelat.* R. C. I. §. 2. not. f) p. 8.

XXVII. Et cum jam antea ab HENRICI VI & poſt interregnum a CAROLI IV. ævo ditionum hereditariarum tituli addi cœperint, iſtud quoque poſtea ſolennem in morem abiit, unde, tempore Auſtriacorum Imperatorum, tantum non omnes Auſtriacæ & poſtremo etiam Hiſpanicæ ditiones titulum Imperatoris ornarunt.

XXVIII. In abſtracto Imperator dicitur *MAJESTAS*, qui titulus olim in tantum Imperatoribus proprius fuit, ut ipſum non Status ſolum Imperii ei concederent, ſed etiam exteri Reges, qui *Regiæ* tantum *Dignitatis* titulo ornabantur ab Imperatore & Imperio: hodie tamen, poſt varias controverſias cum Gallis inprimis ac Svecis, titulus Majeſtatis ſingulis Regibus conceditur

XXIX.

XXVII. v. VITR. *Illuſtr.* §. 3. ibique PFEFF. not. SCHWED. l. c. §. 7. STRVV. §. 18.

XXVIII. v. LIMN. ad *Capit.* RVDOLPHI II. a. XXXII. verb. *Kayſerl. Majeſtat.* n. 24. SCHILTER. *Inſt. J. P.* L. I. T. XIV. §. 8. VITR. *Ill.* §. 9 ibique PFEFF. not. HORN. §. 10. SCHWED. §. 19. STRVV. l. c. §. 20. BRVNNEM. *Juriſpr. P.* D. IV. §. 2. ZWANZIG. *Theatr. Praeced.* P. I. C. I. p. 2. add. EVERH. OTTON. d. Tr. l. c. §. 11. ubi de Titulo *Majeſtatis* CZARI in Cancellaria Imperatoris LEOPOLDI negato, ab aliis vero tributo.

XXIX. Tituli adjectivi ſunt, *SERENISSIMVS*, *POTENTISSIMVS*, *INVICTISSIMVS*, *Allerdurchlauchtigſter*, *Groſsmæchtigſter*, *Vnüberwindlichſter*; ultimus fere ſolus Imperatori proprius, ceteri vel cum Regibus, vel Electoribus, vel Principibus ipſi communes.

XXX. Titulus *DEI GRATIA*, quo & olim Imperatores, mutatis quidem ſæpe formulis, ex pietate forte, uſi ſunt, & adhuc hodie utuntur, omni tempore ipſis non cum Electoribus ſolum, ſed etiam Principibus, & Comitibus, itemque Epiſcopis & Abbatibus communis fuit, quamvis hi, ubi ad Imperatorem vel Superiores ſcribunt, illum omittant.

XXXI. Denique ad Titulos curiales etiam ſpectat Compellatio in plurali: *Wir*; qua itidem non ſolum Imperatores & Reges, ſed & Princeps Imp. utuntur.

XXXII.

XXIX. v. SCHWED. §. II. HORN. §. 9. VITR. *Ill.* §. 6. & PFEFF. not. STRVV. §. 19.

XXX. v. VITR. *Ill.* §. 9. not. b) STRVV. §. 3. 4. 5. NITSCH. l. c. §. 5. LYNCKER. de *Libert. Stat.* S. I. §. 3.

XXXI. v. NITSCH. l. c. §. 4. add. L. B. de LYNCKER de *Libertate Statuum Imp.* Sect. I. p. 24. ubi obſervat, voce, *Wir*, magnitudinem dignitatis & potentiæ innui; quod inſtar plurium, & vel totius Populi ſui Princeps habendus ſit.

XXXII. A titulis probe ſecernenda *elogia* & epitheta arbitraria, ut *Dominus mundi*, *Caput fidelium temporale*, vel *Chriſtianitatis*, *Advocatus Eccleſiæ univerſalis*, *Dux natus Chriſtianorum*, *Dux paſſagiorum*, *Enſifer*, *Archi Mareſchallus* &c. itemque, *Pius*, *Felix*, *Divus*, *Magnus*, *Pacificus*, *Inclytus*, *Chriſtianiſſimus*, *Piiſſimus*, *Victor* ac *Triumphator*, *Sacratiſſimus*, *Glorioſiſſimus*, *Celſiſſimus*, aliaque, ex adulatione vel ſuperſtitione Imperatoribus tributa: quippe quæ nec ſtylo curiæ recepta ſunt, nec hodie ullum effectum habent, licet perperam iſtud a nonnullis creditum ſit.

XXXIII. Ceterum uti incerta quodammodo & inconſtans eſt titulorum philoſophia: ita non ſemper pro *authenticis* habendi, qui *ab ipſis Imperatoribus, in monetis, bullis, Diplomatibus, uſurpantur*, aut in *Comitiis ac Receſſibus, a Statibus ei tribuuntur*.

XXXIV. Siquidem inſuper probe conſiderandum, *qua mente*, & *qua occaſione*, tum ob *quem finem* quid dictum ſit, denique in *quem ſenſum* ſequens praxis id interpretetur, ac tandem an gentium conſenſus accedat.

XXXV. *Inſigne* Imperatoris eſt vetus illud Majeſtatis Rom. ſymbolum, *Aquila* ſcil.

XXXII. v. VITR. III. §. 6. 7. 8. SCHWED. §. 5. ſeqq. STRUV. §. 10. BEYMER. l. c. §. 3. 4.

XXXIII. XXXIV. v. TITIVS §. 11. ſeqq. SCHWED. §. 15.

ſcil. nigra biceps, in ſolo aureo, cujus roſtrum & crura cocco tinguntur, impoſita corona Imperiali: cujus probatio quidem non alio argumento, niſi oculari inſpectione, indiget; origo vero & ratio, formæ præſertim monſtroſæ, forte obſcurior eſt. Saltem a CAROLI V. tempore uſus Aquilæ bicipitis factus fuit continuus.

XXXVI. Majeſtas Imperatoris in *Aula Imperiali* reſplendeſcit, qui eſt locus publicus, habitationi Imperatoris familiæque ipſius deſtinatus, olim *Palatium*, hodie vulgo *Reſidentia*, appellari ſolitus.

XXXVII. Olim Imperatores non in terris ſuis hereditariis, prout hodie, nec in una aliqua provincia perpetuo reſidebant, ſed ex una in aliam demigrabant, inque ſingulis provinciis uti Palatinatus ſuos, ita &

XXXV. v. SPENER P. *Spec. Art Herald.* L. 1. C. IX. §. 2. ſeqq. WAGENSEIL de *Titulis & Inſign. Imp.* LIMN. J. P. L. I. C. XXIV. SCHWED. §. 10. ſqq. HORN. §. II. TREVER. *de Origine Aquilæ bicipitis Imperii* C. III. §. 1. *ſqq.* STRUV. l. c. § 44. - 46.

XXXVI. v. Dn. COCCEJ. J. P. Cap. X. §. 3. LEHM. L. 3. C. XXXIII. STRUV. C. J. *Publ.* Cap. IX. §. 3.

XXXVII. v. ADLZREITER *Annal. Boj.* P. 2. L. VII. n. 85. LEHMANN. L. 7. C. 76. WIPPO *Vit. Conradi Sal.* p. 429. STRUV. C. J. *Publ.* l. c. §. 1. 3. 4. 5. Add. GUNDLINGIANA XVIII. n. 11. Dn. GLAFEY *Hiſt. G. Polem.* L. 2. C. VI. Th. 3.

& urbes palatinas palatiaque regia habebant, quæ inter *Aquisgranum* in terra Rhenenſi, totius *Regni Teutonici caput & archiſolium*, eminebat.

XXXVIII. Duravit hic mos usque ad tempora LVDOVICI *Bavari*, qui primus in terris ſuis hereditariis ſedem ceperat, quod reditus Imperii eſſent diminuti, terræque immediatæ & Palatinatus in Ducum perveniſſent poteſtatem. Quem ſecuti CAROLVS IV. & WENCESLAVS, qui in Bohemia, RVPERTVS in terris Palatinis, SIGISMVNDVS in Hungaria atque Bohemia reſederunt.

XXXIX. A temporibus CAROLI V. *Viennæ* ſedes & Aula Imperialis ab Imperatoribus Auſtriacis fixa & collocata eſt, eo quod per Capitulationem ſeſe obligarent ad ſedes ſuas in Germania capiendas, niſi ſtatus rerum aliud requirat: Imperator vero hodie regnans haud dubie iterum in Bavaria ſedem Imperatoriam figet. Ceterum ſi Cæſar nullo alio loco commorari poſſit, nonnulli, *Bambergam* manſioni Imperatoriæ adſcriptam eſſe, tradant.

XL.

XXXVIII. v. ADLZREIT. & LEHMANN. l. c. STRVV. l. c. §. 6.

XXXIX. v. LIMN. ad *Capit.* CAROLI V. p. 336. REET. *Inſt. J. P.* L. I. T. IV. §. 99. STRVV. l. c. §. 6.

XL. Ad *Aulam* ſive Palatium Imperatoris ſpectant *Officia Palatina*, quorum alia ſunt *ſolennia*, quibus Electores hereditario jure vel in perſona, vel per Vicarios ſuos funguntur; alia *quotidiana*, quæ ab Imperatoris arbitrio dependent, ita tamen, ut per Capitulationem obligetur, ex natione potiſſimum Germanica ſuos conſtituere Miniſtros. Sed de Officiis Palatinis infra ex inſtituto agetur.

CAP. IV.

DE

OBLIGATIONE IMPERATORIS.

§. I.

OBLIGATIO Imperatoris tum in genere *legibus* naturalibus ſeu divinis, tum in ſpecie *pacto*, per Capitulationem cum Imperii Statibus inito, nititur.

II. Reſpicit autem Obligatio illa vel Cæſarem *confirmandum*, unde neceſſitas ſuſcipiendi coronam Germanicam: vel *confirmatum*, eidemque vel intuitu *Papæ*, vel intuitu *Imperii Germanici* imponitur.

III.

XL. v. STRUV. d. Cap. IX. tot. IMHOF *Notit. Proc. Imp.* in Mantiſſa. EUROP. HEROLD. T. I. p. 196. ſeqq.

§. I. v. KITSCH, *Comm. in Capitul.* JOSEPHI Cap. II.

II. v. TITIUS L. 5. C. V. §. 3.

III. Intuitu *Papæ* Imperator obligatur ad ejus defenſionem, ſed & particularis tantum eſt hæc obligatio, nec in præjudicium Religionum in Germania receptarum effectum habere poterit.

IV. An autem ad *Confirmationem* Electionis ſuæ a Papa impetrandam, atque *Legatum Obedientiæ* ad eundem mittendum, Imperator jure quodam obſtrictus ſit? merito

III. v. *Capit.* CAROLI VII. *Art.* 1. §. 1. 'it. VI-TRIARIUS l. c. §. 4. *Meditat.* ad *Capit.* JOS. Art. I. not. b) d) e) f) Conf. Infra *L.* 5. *C. IV.* §. 47.

IV. * Not. 1.) An CAROLUS V. obedientiam Papæ promiſerit, incertum: id ſaltem conſtare, ſupplicaſſe eum, ut Papa *Electioni de Perſona ſua factæ libere conſentiendo*, ac titulum in *Romanorum Imperatorem electi aſſumendi* facultatem concederet.

2.) FERDINANDUM I. Oratori ſuo munus, *Sanctitati ſuæ, nomine ſuo, qua par eſt ſubmiſſione, congratulandi, debitumque ſolitum* *REVERENTIÆ* ac *DEVOTIONIS officium præſtandi*, impoſuiſſe.

3.) MAXIMILIANUM II. poſt multam contentionem, Oratori ſuo mandaſſe, ut his tantum verbis uteretur: *Majeſtatem ejus omnem REVERENTIAM, DEVOTIONEM & OBSEQUIUM, Sanctitati ejus profiteturum.*

4.) JOSEPHUM Legatum Obedientiæ non miſiſſe, morte, ut Papa credidit, perventum.

5.) GA-

rito dubitatur; Certe obſtare videtur & Decretum LUDOVICI Bavari Rhenſenſe, & Summæ, qua fulget Imperator Majeſtatis indoles: Negari tamen nequit, inde ab HENRICI IV. & VII tempeſtate Papam non ſolum Electionis negotio ſe immiscuiſſe, ſed & Imperatores pleroſque Obedientiæ Legatos ad Papam miſiſſe.

V. Intuitu *Imperii* Obligatio Imperatoris vel *generalis* eſt vel *ſpecialis*.

VI. Obligatio *generalis* ad ſervandas leges fundamentales ſpectat, atque ad duo fere capita in univerſum redigi poteſt, nimirum, ne abſolutum ac hereditarium affectet Imperium, atque ut libertatem & jura Statuum integra non tantum ſervet, ſed etiam defendat.

VII Eodem ſpectat generalis Imperatoris obligatio erga *Teutonicam Nationem*, Sacrumque Romanum Imperium: cumprimis

ſ.) CAROLUM VI. *Legato* ſuo *Ordinario* in Curia Romana in mandatis dediſſe, ut benevola ſaltem compellatione & generalibus verbis hanc rem ageret, in Litteris vero ad Papam perſcriptis, dumtaxat *OMNEM illam OBSERVANTIAM, & filialis amoris affectum teſtatum eſſe, qui Obſervantiſſimum Sanctæ Eccleſiæ Filium decerat.*

t. DN. CHRISTIANI GOTTLIEB BUDERI, *Collega Honoratiſſimi, de Legationibus Obedientiæ Romam miſſis, Lib. ſing. Cap. I. §. 6. ſeqq.* DN. MOSER *Staats-Recht Lib. II. Cap. 10. §. 4. ſeqq.*

tum *Electores*, tanquam potiora ejus Membra & columnas Imperii fundamentales; tum *Principes*, *Prælatos*, *Comites*, *Barones* & *Status* (inclusa *Immediata Imperii Nobilitate*) ad eminentias ipſorum ac prærogativas, eccleſiaſticas & ſeculares dignitates, jura ac poteſtatem tuenda, denique ad unumquemque in ſuo ſtatu conſervandum.

VIII. *Specialis* Obligatio ſinguli Majeſtatis Cæſareæ jura reſpicit, vel circa *negotia totius Imperii*, vel circa *Status ipſos*, vel circa *Statuum territoria* & *ſubditos*, occupata: quippe quæ omnia ad præſcriptum legum fundamentalium, & inprimis *Capitulationis*, exercenda.

IX. Ad jura *Statuum*, ab Imperatore tuenda, ſpeciatim pertinet jus *ſeſſionis* & *ſuffragii* in comitiis, quippe a quo nec *proviſorie*, nec in *contumaciam*, nec *alia* ratione, unquam ſine prævio Electorum Principum & Statuum conſenſu, ſuſpendendus vel excludendus eſt.

X. Eodem pertinet *Regimen Territoriale*, quippe quo itidem nemo vel proviſorie, vel in contumaciam, vel alia ratione, privandus eſt: itemque jus *Primogenituræ* Electorum ſecularium haud reſtringendum.

XI. Ad negotia totius Imperii ſpectat etiam

V.-X. v. *Capit.* CAROLI VII. Art. I. §. 2. 3. 4. [illegible] §. 8. 9. *ſeqq.* ſingula ſubſeq. paſſim.
[illegible] *J. Publ.* C. XLVII. §. 1.

etiam cura circa *Territorium* Imperii, & obligatio Imperatoris ad inquirendas ac vindicandas Imperii terras facto exemtas, de qua ſuperius actum.

XII. Ex natura muneris quoque, quod gerit, Imperator omnes, qui illum adeunt, audire, & negotia promte expendere, ac pro re nata expedire tenetur: ad quod ſpecialiter per Capitulationes quasdam obligatus fuit.

XIII. Si Cæſar obligationem violet, ea locum habebunt, quæ ſuperius de caſibus neglectæ Capitulationis dicta ſunt (a) · ita tamen, ut ſimul caſus diſtinguantur, utrum *omittenda fecerit*, aut *facienda omiſerit*; ſiquidem de poſteriori caſu nulla ſanctio adeſt (b).

CAP. V.

DE MODIS QVIBVS IMPERATOR ESSE DESINIT.

§. I.

DEſinit Imperatoris Majeſtas *morte*, *reſignatione* ſeu abdicatione, & *exauctoratione*

XI. v. L. I. C. XVIII.

XII. *Capit.* MATTHIAE art. 40. JOSEPHI art. 58. & *Medetat.* ad h. art. lit. b) p. 510.

XIII. (a) v. Lib. II. C. VIII. §. 50. ſeq. conf. L. B. de LYNCKER de *Cap. Caeſ.* §. 22. pag. 72. ſeq.

(b) TITIVS §. 19. 20.

tione ſeu depoſitione: Primus modus uti neceſſitate naturæ ſemper obtinet, ita poſteriores duo rariores ſunt, ſaltem ſecundum communem eligentium ſpem & votum nunquam contingere debent.

II. *MORS* Imperatoris ſtatim & *Moguntino* & *Vicariis* adnuncianda: iſti quidem, ut juſto tempore Electores convocet; his vero, ut jura vicariorum in tempore exerceant.

III. Deinde ſolennes *exequiæ* ac ſepultura, nec non communis Imperii *luctus* ſequuntur, quem tamen ſinguli Status, in Territoriis, propria auctoritate definiunt, niſi forte decreto comitiali uniformitas hæc in re placuerit.

IV. *RESIGNATIO*, qua ſpontaneo motu Imperium abdicat Imperator, libere fieri,

§. I. LIMN. J P. L. II. C. XI. n. 1. TITIVS L. 5. C. VI. §. 1. & 3. SCHWED. P. *Spec.* Sect. 1. C. XXXII. §. 1. HORN. Cap. XLVIII. §. 1.

II. v. LIMN. l. c. C. XII. n. 5. ſeqq. SCHMID. l. c. §. 2.

III. v. TITIVS § 2. LIMN. J P. L. II. C. XII. STRVV. C. J P. Cap. XIII. §. 3. ſeqq. HORN. l. c.

IV. v. RECESS. IMP. d. a. 1559. ibi: *mit Vorwiſſen des H. Reichs Churfürſten verlaſſen*, reſigniret &c. LIMN. l. c. C. XI. n. 8. 16. ubi exempla, præſertim LOTHARII, HENRICI II. cui tamen reſignatio non permiſſa fuit, & CAROLI V. con-

ſiſna.

fieri, etiam abſque Electorum & Statuum, nedum Pontificis, conſenſu, non tamen ſine præſcientia *Electorum*, nec opus eſt cauſſas ejus allegare.

V. Nec enim *pacto* iſthæc reſignandi libertas ex parte Imperatoris impeditur: ſiquidem diſtingvendum pactum *principale*, quo nudum Imperii jus in Imperatorem transfertur, & *adjectum*, quo ad ſervandam Capitulationem obligatur; priori, utpote merum jus continenti, renunciari poteſt; poſterius, cum poſito priori tantum obligat, eodem concidente, itidem concidit.

VI. Nec opus forte erit diſtinctione inter reſignationem *periculoſam* & minus *periculoſam*: ut enim taceam, ancipitem forte periculoſæ reſignationis definitionem fore, certe vix unquam caſus tam periculoſus dabitur, cui non Vicariorum providentia obviam iri poſſit.

VII. *EXAUCTORATIO* ſeu *DEPO-SITIO*,

RING. ad LAMPAD. P. 3. C. II. §. 7. BRUNNEM. *Exam. J. P.* L. 2. C. IV. §. 2. HORN. l. c. §. 2.

V. v. SCHWED. l. c. §. 9. cui cum aliis contrarium placet.

VI. v. TITIUS §. 7. ſqq. ſuſius hanc diſtinctionem defendens.

VII. v. TITIUS §. 10. 16. ubi definitio & fundamentum exauctorationis. SCHWED. §. XXXII. §. 5. RHET. *I. J. Publ.* L. I. T. IV. §. 65. qui in dubium vocat exauctorandi facultatem.

SITIO, qua invito Imperium abdicatur, itidem *licita* aliquando eſt: cum Imperium non ſimpliciter, ſed ſub conditione ſalutem Imperii promovendi, delatum ſit; qua adeo ſi plane deficiat, illud quoque negari poteſt.

VIII. Et licet in Capitulatione clauſula, non *commiſſoria*, ſed *caſſatoria* duntaxat, addatur, eaque hodie circa omnia Capitulationis capita violata locum habeat; inde tamen nonniſi hoc efficitur, non ipſo jure Imperatorem poteſtate excidere.

IX. *Cauſſa* vero exauctorationis haud dubie graviſſima ſit, oportet; nimirum tantus poteſtatis Cæſareæ abuſus, ac ſalutis publicæ neglectus, ut nullum remedium ſuperſit, nec emendatio ſperari poſſit: unde mitiora prius tentanda, atque officii Imperatorem admonendum, omnino prudentia ſvadet.

X. *Jus* exauctorandi non *Pontifici*, nec *Electori Palatino*, nec *Electoribus* ſolis, ſed *omnibus* Imperii *Statibus* competere, nonnullis

IX. v. LIMN. n. 25. HORN. C. XLVIII. §. TITIUS. §. 25. & 34. ubi de caſu, ſi in talem Cæſar incidat ſtatum, ut muneri amplius præeſſe nequeat.

X. v. LIMN. l. c. n. 23. qui ſolis Electoribus hoc jus adſcribit. CONRING. ad LAMPAD. L. III. C. II. §. 11. VITR. L. I. T. IX. §. 4. TITIUS §. 27. qui omnibus Statibus illud tribuunt. HORN. §. 5. qui judicium ſuſpendit.

Digitized by Google

nullis videtur: eo quod iſtud ab his in illos translatum haud apparet.

XI. Exauctoratur Imperator non per modum *Imperii* ſeu pœnæ, ſed per denegationem obſequii, vel ſi vis ab Imperatore depoſito adhibeatur, per modum *belli*, quod, poſitis genuinis requiſitis, non *ſeditionis* cujusdam, ſed legitimæ *defenſionis* rationem habebit.

XII. Ex dictis *exempla* exauctorationum dijudicanda ſunt, qualia & ante & poſt interregnum extant, ut, LVDOVICI *Pii*, CAROLI *Craſſi*, HENRICI IV. OTTONIS IV. FRIDERICI II. ADOLPHI *Naſſovii*, LVDOVICI *Bavari*, & WENCESLAI: in quibus *jus* a *facto* probe ſecernendum.

CAP. VI.
DE IMPERATRICE SIVE AVGVSTA.
§. I.

AVGVSTÆ titulo *Imperatrices* Romanæ olim Senatus primum decreto honora-

XI. v. TITIVS §. 28. STRYK. de *Negot. Capitul. Cæſar. annal.* C. I. §. 14.

XII. v. LIMN. n. 27. ſeqq. SCHWED. §. 5. 6. 7. MONZAMB. C. IV. §. 6. & THOMAS. in not. TITIVS §. 29.-33. RHETZ. l. c.

§. I. v. SCHVRZFL. Diſſ. de *Tit. Auguſti*. SCHILTER. *J. Publ.* L. I. Tit. XVI. §. 1. 2.

tæ ſunt, poſtea jure connubii eundem cum ceteris Imperatoris privilegiis obtinuere: unde idem ad Germanicas Imperatrices derivatus eſt.

II. Sub *Francorum* & *Saxonum* Imperio *AVGVSTÆ* tanto honore mactatæ fuere, ut in *conſortium Imperii* reciperentur, atque *cura ærarii* iis committeretur, quin & in *curiis Imperialibus* proxima ab Imperatore ſedes iis aſſignaretur (a): id quod inſito Germanorum erga ſexum ſequiorem affectui nonnulli adſcribant (b).

III. Hodie conſortium Imperii quidem ceſſat; *honore* tamen mariti Imperatoris, ac *titulo Majeſtatis*, ob connubii vinculum, Auguſta gaudet. unde & læſæ Majeſtatis crimen in eam committi poſſe videtur.

IV. Habet etiam ſuos Officiales, *Archi-Cancellarium* Abbatem *Fuldenſem*, quamvis nulla

---

II. (a) v. GOLDAST. *Conſt. Imp.* T. III. f. 292. LIMN. J. P. L. II. C. XIV. n. 12. SCHILTER l. c. §. 2.

(b) v. RHET. *J. Publ.* L. I. T. II. §. 41. BRUNNEM. *Jprud. Publ.* Diſſ. IV. §. 25. HORN. J. P. C. XIX. §. 4.

III. v. LIMN. l. c. n. 25. - 33. COCCEJ. C. VIII. §. 36. SCHILTER l. c. §. 3. HORN. §. 4 & 6.

IV. v. LIMN. n. 22. ſqq. SCHILTER l. c. §. 3. SCHWED. *P. Spec.* S. 2. C. VI. §. 10. MALLINCROT *de Archi-Canc.* C. fin. FRITSCH. *de Auguſta* C. V. VITR. *Illuſtr.* L. I. T. XV. §. 16. lit. a) d) §. 3. L. n. de LYNCKER ad A. B. C. XXIV. p. 66.

nulla Auguſtarum diplomata ab eo ſubſcripta reperiantur, & *Archi-Mareſchallum* Abbatem *Campodunenſem.*

V. Et ne quid ſplendori deeſſet, *Coronatio* quoque Auguſtæ recepta, quamvis ſæpius tanquam non neceſſaria omiſſa nec fere alii ritus adhiberi ſolent, quam *corona*, *ſceptrum*, *globus* & *unctio brachii*, non capitis; cui actui adſiſtit *Abbas Fuldenſis*, non ut Archi-Cancellarius Auguſtæ, ſed ut primarius ejus clericus, officioque, coronam deponendo, tenendo & reponendo, fungitur.

VI. Vulgo & *jus primariarum precum*, in conventibus fœmineis exercendum, Auguſtæ tribuunt, aliis tamen in dubium illud vocantibus. quod ſi verum eſt, non niſi ex conceſſione Imperatoris illud competet.

VII. Ad honores Imperatricis pertinet, quod illa in ſolenni *curia*, ſuis Auguſtalibus amicta inſignibus, poſt Regem vel Imperatorem, nonniſi Rege Bohemiæ intermedio, competentis ſpatii intervallo, procedat, ſuis aſſociata Proceribus, atque virginibus.

VIII.

V. v. COCCEI. C. VIII. §. 16. SCHWED. l. c. FRITSCH. l. c.

VI. v. FRITSCH. de *Imper. primar. prec. jur.* MASTILL. MYLDENER *Poſit. inaugur.* IV. § 10. *Reichs-Staat.* C. VI. §. 11. p. m. 148.

VII. v. A. B. T. XXVI. § 5. ibique LIMN. & LYNCKER. p. 65. ſq.

VIII. De cetero Auguſta non tantum hominibus *privatis*, ſed & veris *ſubditis* annumeranda eſt; quippe quæ *Marito*, non tam qua Imperatori, quam potius qua Regnorum, Territoriorumque ſuorum *Domino*, ſubjecta eſt.

IX. Hinc *jura fœminarum* aliarum ad illam quoque, quantum illuſtrior ejus conditio, aut privilegia a Marito impetrata, admittunt, applicari debent: quæ autem jura peculiaria illi tribuuntur, ab aliis fuſius expoſita, rectius in Jure privato ſuis locis exponuntur.

CAP. VII.
DE
REGE ROMANORVM.
§. I.

REX ROMANORVM olim CAROLVS M. jam ante ſuſceptum Imperatoris Auguſti axioma a Pontifice ſalutatus fuit, ac deinceps *Imperatores electi* ante coronationem Romanam eodem titulo uſi ſunt: uſi tamen

VIII. v. TITIVS L. 5. C. VII. §. 2.

IX. v. FRITSCH. Tr. de *Auguſta ejusque juribus* C. VIII. TITIVS l. c. §. 2. ſqq.

§. I. v. SCHILTER. *J. Publ.* L. 1. T. XIV. §. 5. ibique decretum Synodi Rom. d. a. 774. & Tit. XVII. §. 1. STRVV. S. J. P. Diſſ. XIV. §. 1. 2. ibique Epiſt. *Friderici I.* ad *Henricum* filium itemque REC. I. Aug. d. a. 1559. prooem.

tamen invaluit jam ſub Sveviçis Imperatoribus, ut *futurus* Imperatoris *Succeſſor* Regis Romanorum, ut olim Cæſaris, titulo inſigniretur.

II. Hodie igitur REX ROMANORUM dicitur *Princeps, vivo adhuc & rerum potiente Imperatore, ab Electoribus rite electus, ut certus Cæſaris ſit Succeſſor, & ſumma interim, poſt eum dignitate in Imperio gaudeat.*

III. Conſtituitur Rex Romanorum, æque ac Imperator, *Electione*, quæ *extraordinaria* vocatur, quod ordinarie Caput Imperii tantum vacante Imperio eligitur, nec de illo olim in legibus Imperii quidquam diſpoſitum fuit.

IV. Non tamen adverſa vel *legibus fundamentalibus*, vel *ſaluti Imperii*, vel *juribus* ac *libertati Electorum*, nec etiam *Imperatori* indiſtincte ingrata, Electio Regis Rom. conſenda eſt: quin ſæpius ob cauſſas Imperio utiliſſimas recte ſuſcipitur.

V. Suffragatur antiqua conſuetudo deſignan-

II. v. TITIUS L. 5. C. VIII. §. 2.

IV. v. SCHWED. *P. Spec.* S. I. C. III. § 3. Dn. MAY *Etat de l'Empire* P. I. Dial. II. p. 80. &c. PFEFF. ad VITR. L. I. T. X. §. I. not. b) THOMAS. ad *Monzamb.* C. IV. fin. lit. t) *Meditat.* ad *Inſtr. Pac.* VIII. §. 3. lit. u) p. 948. TITIUS §. 5. STRUV. C. J. P. Cap. XIV. §. 5.

V. * Not. Diſputatio inter CARPZOVIUM & LIMNÆUM

ſignandi Succeſſorem vivo adhuc Imperatore, quæ jam ſub *Carolingicis*, ac deinceps *Saxonicis* & *Suevicis* Imperatoribus invaluit: unde adeo *Origo* Regis Romanorum repetenda, quippe quod nomen etiam deſignatis illis Succeſſoribus tandem tributum fuit.

VI. Nihilominus circa FERDINANDI I. electionem dubitatum fuit, *an, ſalvis legibus fundamentalibus, ſalvaque electionis libertate, iſta fieri poſſit?* acriter inprimis JOHANNE *Saxone* cum Sociis *Smalcaldicis*, ac Ducibus *Bavariæ*, adverſantibus: quæ lis tandem transactione *Cadamenſi* ita fuit compoſita, ut, ſi olim Rex Rom. creandus ſit, *Electores* prius conveniant,

---

NAEUM: dum CARPZOVIUS, Auream Bullam de Rege Romanorum *vivo* etiam Imperatore eligendo diſponere ſtatuit, ad *L. Reg. C. XI. Sect. III. n. 19. ſeqq.* LIMNAEUS autem in *L. II. J. Publ. C. XV. n. 22. ſeqq.* de caſu tantum *Vacantiæ* loqui Auream Bullam tradidit; nec vero vacare Imperium, quando Cæſar adhuc actu rerum potitur. conf. Addit. poſt L. II. p. 77. LYNCKER *de R. Rom.* not. (k).

V. SCHWED. l. c. §. 4. STRUV. §. 2.

VI. v. SLEIDAN. L. 7. p. m. 294. HORTLEDER. T. 1. L. 4. C. IX. n. 174. p. 281. LIMN. J. P. L. II. C. XV. n. 31. SCHWED. §. 4. *Medit.* ad *Cap.* Jos. art. 35. lit. c) p. 303. LYNCKER de *R. Rom.* p. 25. & not. (h) p. 26. & p. 29. not. (m).

ant, &, num *juſtæ cauſæ* adſint, deliberent, atque tum demum ex lege Carolina electionem ſuſcipiant.

VII. Tempore RVDOLPHI II. nova ſuboriebatur controverſia; *an etiam invito Imperatore eligi poſſit Rex Romanorum?* unde Electores poſtea MATTHIÆ Capitulationi hoc inſeruerunt, ſi Imperator ad preces Electorum conſenſum denegaret, etiam invito ipſo talem eligi poſſe; quod etiam in reliquis fuit repetitum.

VIII. In tractatibus *pacis Weſtphalicæ* Galli Suecique volebant tabulis inſeri, *ne vivo Imperatore ſurrogetur Succeſſor:* quod cum diſpliceret, de cauſſis & modo eligendi Regem Rom. actum eſt, dum Status petierunt, ipſorum conſenſu primum definiendum eſſe, an eligendus ſit Rex Rom. ipſam electionem Electoribus relinquentes; ſed res tandem ad proxima Comitia rejecta fuit.

IX.

VII. v. HORN. C. XX. §. 3. STRVV. §. 4. *Capit.* MATTHIAE art. XXXV. *Capit.* CAROLI VI. art. 3. & CAROLI VII. art. III. §. 11. ibi: *Mit oder ohne des regierenden Röm. Kayſers Conſens, wann derſelbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Urſache verweigert werden ſolte.* RHET. *J. Publ.* L. I. T. IV. §. 7. LYNCKER l. c. not. (n) p. 30.

VIII. v. PFANNER. *Hiſt. pac. Weſtph.* L. II. §. 12. *Medit.* ad *Inſtrum.* P. art. VIII. §. 3. lit. u) p. 951. ſeqq. STRVV. §. 4. LYNCKER l. c. not. (o) p. 31.

IX. In Comitiis præſentibus, poſt varias contentiones, tandem ita transactum, *ut Electores non facile electionem Regis Rom. ſuſcipiant*, niſi vel 1.) Cæſar extra Imperii limites degat, 2.) vel domi ob ingraveſcentem ætatem & valetudinem, vel 3.) aliam corporis imbecillitatem, gubernando Imperio haud ſufficiat, vel denique 3.) ſalus Reip. id poſtulet.

X. Quamvis autem circa electionem JOSEPHI *litem* reſuſcitarent *Principes*, cauſati, ſe neque per vim legis, neque per vim pacti, transactis obligari (a), adeoque adverſus modum electionis proteſtarentur (b), tamen Capitulationibus CAROLI VI. & VII. formula transactionis inſerta eſt (c).

XI. Ceterum cum cardo controverſiæ hic verteretur circa ſeparandas quæſtiones; *an electio ſit inſtituenda? & quis ſit eligendus?* jam ab aliis oſtenſum eſt, tantam harum quæſtionum connexionem eſſe, ut æſtimatio,

IX. v. *Medenat. ad Inſtrum. P.* art. VIII. §. 3. lit. a) p. 965. *Med. ad Cap.* 1o1. art. 35. lit. c) p. 309.

X. (a) v. *Rathliches Bedencken, Worzu bey fürgegangener Wahl des Römiſchen Königs Joſephi geſamte Reichs-Stände berechtiget &c.* 1690. SCHILTER. L. I. T. XVII. §. 4. ubi ad dubia respondetur.

(b) v. MYLDENER *Capit. harm.* in præf.

(c) v. Art. III. add. Capit. CAROLI VII. art. III. §. 11.

XI. v. TITIVS l. c. §. 7. ſeqq.

ratio, an electio utilis & neceſſaria ſit, ex conſideratione ſubjecti eligentis dependeat, adeoque qui de hoc judicat, et quoque prioris arbitrium ſit aſſerendum

XII. Priusquam tamen ad electionem deveniatur, conventus Electorum collegialis inſtituendus, atque de quæſtione, an Rex Romanorum eligendus ſit? prævio ſultandum: ſed & conſenſus Imperatoris regnantis expetendus, quem licet forte denegaverit, electio nihilominus, ſi Electorali Collegio placuerit, ſuſcipi poterit.

XIII. *Electio* Regis Rom. & *Inauguratio* eodem fere modo in actum deducitur, quo Imperatoris: niſi quod ad electionem omnes & ſinguli Electores expreſſe convocandi ſint; quod ni fiat, electio nulla eſt.

XIV. *Patris* etiam, quem habet eligendus Rex, *conſenſus* requiritur, non tam neceſſitatis, quam *honoris* & civilitatis cauſſa: id quod & in FERDINANDI IV & JOSEPHI electione ſolenni ritu obſervatum fuit.

XV.

XII. v. *Capit.* CAROLI VI *art. III.* §. 11.

XIII. v. COCCEJ. C. VIII. §. 10. Act. Elect. & Coronat. JOSEPHI A. 1690. LYNCKER de *R. Rom.* not. (c) p. 8.

XIV. v. SCHWED. S. I. C. II. § 7 PFEFF. ad VITR. L. I. T. VI. §. 17. lit. b) et FERRARII

 hiſtor.

XV. Ex electione Rex Rom. *ea jura* conſequitur, quæ ex intentione Eligentium habere debet: nimirum I) *certum ſucceſſionis jus*, ita, ut, vacante throno, ſtatim ipſo jure & nomen Imperatoris & Imperium nanciſcatur, ſecundum modum Capitulationis.

XVI. Ex eadem electione conſequitur II.) *ſummam poſt Cæſarem dignitatem*, atque adeo non ſolum Statibus Imperii, ſed etiam, ſecundum communem opinionem, exteris *Regibus*, præfertur, quamvis poſterius non ſit extra controverſiam.

XVII. *Titulo* etiam gaudet non ſolum *REGIS ROMANORUM*, ſed etiam *SEMPER AUGUSTI* & *MAJESTATIS*: quamvis ab Imperatore, quem ipſe Majeſtatis titulo honorat, ac Dominum ſuum vocat, per *Regiam Dignitatem* ac *Dilectionem* tantum

hiſtor. Coron. Joſ. p. 108. BRUNNEM. *Ex J. P.* L. I. C. VI. §. 6. Act. Elect. & Coron. JOS. p. 90.

XV. v. REC. I. d. a. 1559. *Capit.* JOS. art. 47 WICQUEFORT *de l' Election de l' Empereur*, C. VIII. p. 115. HORN. §. 6. TITIUS §. 16. 18.

XVI. v. REC. *Imp.* 1555. §. *und im fall* 66. LIMN. J. P. L. II. C. XV. n. 43. ZWANZIG *Theatr. Præced.* P. I. C. VII.

XVII. v. SCHWED. §. 8. HORN. §. 7. 8. SCHILT. I. XVII. 5. LYNCKER *de R. Rom.* not. c) d) p. 8. 9.

tum compelletur; ſicut & inſignium loco *Aquila unicipite* ſaltem utitur

XVIII. Denique III) & *poteſtas* quædam *propria*, & poſt Cæſarem *ſumma*, eidem tribuenda videtur, vivo quidem Imperatore ſuſpenſa & quieſcens, iis tamen caſibus ſeſe exerens, ubi vel Imperator exercitium ejus conceſſerit, vel alia neceſſitas (v. g. ſi male adminiſtretur Imperium) illud poſtulaverit: quippe quibus caſibus non ſolum *Imperatoris*, ſed etiam *ſuo nomine* negotia publica gerere dicitur Rex Rom. ac *plenitudo poteſtatis* ei tribuitur, ſcilicet non ex ſola Cæſaris conceſſione, ſed virtute electionis ei competens.

XVIII. v. *Capit.* RUDOLPHI II. art. 31. FERD IV. art. 47. ibi. *Uns keiner Regierung . . unterziehen, dann ſo viel uns deſſen von Kayſerl. Majeſt. vergonnet und zugelaſſen.* R. I. 1555 § 43. & §. 143. *an ſtatt und im Nahmen Ihr Kayſerl. Majeſt. und für uns ſelbſt* O. C. P. 1. in præf. R. I. 1557. §. 87 &c. R. I. d. a. 1541. § *Würde ſich aber &c.* ibi. *Koenigl. Macht und Vollkommenheit.* conf. LIMN. l. c. n. 34. - 40. SCHWED. §. 8. COCCEJ. C. VIII. §. 27. PFEFF. ad VITR. 18. HORN. 7. 8. SCHILT. I. XVII. 5. *Meditat.* ad *Cap.* JOS. art. 47. n. p. 158. ſeqq. LYNCKER. l. c. not. (c) p. 12. ſeqq. TITIUS §. 21. ſeqq. ubi contrarium tuetur.

CAP. VIII.
DE
VICARIIS IMPERII.

§. I.

VICARII IMPERII dicuntur, *qui vice ac poteſtate Imperatoris in adminiſtrando Imperio, vel throno vacante, vel Imperatore abſente, aut alias impedito, ſecundum leges fundamentales funguntur.*

II. Sunt

* Varia leguntur Vicariorum nomina HENRICUS Raſpo *PROCURATORIS GERMANIÆ*, item, *SACRI IMPERII* per *Germaniam* *PROCURATORIS* titulum in Diplomatibus geſſit v. TENZEL. *Supplem. Hiſt. Goth.* p. 587. Quo nomine jam olim *Procuratores Cæſarum*, i. e. Vicarii eorum in provinciis, cogniti fuerunt. v. GUTHER. de *Offic. D. Aug.* L. III. C. 33. conf. DU FRESNE in voce *Procurator*. LUDOVICUS C. Pal. in RUDOLPHI I. Diplomate, *RECTOR & GUBERNATOR SACRI IMPERII* dictus, ap. LEIBN. C. *Dipl.* P. II. p. 102. In A. B. Tit. V. § 1. *PROVISORES IMPERII*, & in verſionibus Germanicis, *Vormünder des Reichs*, *Verweſer und Pfleger des Reichs*, audiunt. Alias etiam *Interreges*, *Locumtenentes*, *Statthalter*, *Amtsverweſer*, *Vorſteher*, aliisve nominibus ſalutantur v. MULZIUS *Repræſent. Majeſt. Imp.* P. III. C. XVI. §. 1. p. 1062. TOLNER. *Hiſt. Pal.* C. IV. p. 324. SCHILTER de *Lib. Eccl. Germ.*, L. V. C. VII. §. 8. p. 695.

II. Sunt autem alii horum (I.) Vicarii Regni *Germanici*, qui ſcilicet hoc potiſſimum Regnum, Imperatoris loco, gubernant: alii Imperii *Romani*, alii Regni *Italici*, alii Regni *Arelatenſis*; qui ſcilicet harum ditionum reliquias, ad Imperium Germanicum adhuc ſpectantes, ubi opus eſt, procurant.

III. Alii (II.) in caſu *vacantis* Imperii, deficientis Imperatoris vice ac poteſtate funguntur, qui adeo *Vicarii Imperatores* recte ſalutantur: alii *vivo* Imperatore, ſive in caſu *abſentiae*, ſive alius *impedimenti*, Imperium adminiſtrant; qui adeo Imperatoris duntaxat Vicarii cenſendi.

IV. Alii (III.) *Ordinarii* ſive Perpetui, quibus ex lege aut obſervantia, ſine mandato Cæſaris, jus proviſionis in Imperio competit: alii *Extraordinarii* ſeu temporarii, qui non niſi ex mandato Cæſaris, ad tempus plerumque, hoc jure gaudent: quales itidem Vicarii Imperatoris recte dicuntur.

V. Alii denique (IV.) *Generales* ſeu *Univerſales*, quorum jus Proviſionis per univerſum Imperium, & ad omnia Imperii negotia ſe extendit, quo nomine adeo *Rex Romanorum*, vivo Imperatore, Imperium ad-

II.-V. v. HORN. J. Publ. C. XXI. §. 1. 2. 6. 13. STRUV. C. J. P. Cap. XIII. §. 17. Dn. MOSER *Staats-Recht* L. II. Cap. 141. §. 4. 5.

miniſtrans, proprie veris, quodammodo tamen & *Ordinarii* Regni *Germanici* Vicarii in hunc cenſum referendi videntur. alii *Particulares* ſive Speciales, quorum poteſtas ad certas tantum provincias, extra Germaniam præterea ſitas, certave negotia, reſtricta eſt; quales adeo ſunt Vicarii vel *Arelatenſis*, vel *Italici* Regni, vel *Romani Imperii*, a Germanico Regno diſtincti.

VI. In Regno *Germanico* duo ſunt Vicarii Ordinarii, ex Aureæ Bullæ decreto conſtituti *ELECTOR* PALATINVS, & *ELECTOR* SAXONIÆ, ille in partibus *Rheni & Sueviæ*, & in jure *Franconico*, hic in terris juris *Saxonici*.

VII. De *Origine* utriusque Vicariatus variæ extant doctorum ſententiæ: alii a *diviſione Germaniæ* in terras juris *Franconici* & *Saxonici*, alii a *Comitibus Palatinis*; alii a diverſo *Comitis Palatini* & *Archi Mareſchalli* Officio, alii a magnis Germaniæ *Ducibus*, alii denique ab *Electoratu* eos deducunt.

VIII. Forte lucis nonnihil rei obſcuræ accedet, ſi & *tempus*, & *cauſſas* ſeu *occaſiones* exorti utriusque Vicariatus ex genuinis Hiſtoriæ Germanicæ monumentis inquiramus: quo facient ſequentes obſervationes.

IX. Primum id fere conſtat, a CAROLO M. usque ad RVDOLPHVM I. *nullos* inveniri *univerſales* ac *perpetuos*, certa lege vel

VI. v. A. B. Tit. V.

vel *obſervantia* conſtitutos *Vicarios*, ſed, ſi qui fuerint, eos *arbitrio* Regum ſummæ rerum præfectos fuiſſe.

X. Nimirum tempore CAROLINGORUM Proceres, *EPISCOPI* & *COMITES*, nec non *MISSI* Regii, vice ac nomine Regum provinciis præerant, iisdemque, *abſente* etiam *Rege*, invigilabant. *mortuo* vero Rege vel Imperatore Vicariis non erat opus, quod ſtatim filii ſuccedebant, niſi quod LUDOVICI *Pueri* tutelam ac vices HATTO Præſul *Moguntinus* cum OTTONE illuſtri *Saxoniæ* Duce geſſiſſe dicitur.

XI. *Extincta* Carolidarum ſtirpe, cum *DUCES* iterum exurgerent, hi imprimis *Vicarii* Regis in provinciis ſuis fuiſſe videntur, ita tamen, ut nec dum *Comitum* vicaria poteſtas in partibus provinciæ ſeu pagis ſuis plane ceſſaverit (a): quamvis & extra ordinem

X. V. MERT de *Orig. Special. Imp. R. G. Benump* §. 5. DITMAR. Diſſ. de *Vicariat. S. R. I. Orig. & Progr.* §. 3. AUGUSTIN. de CANSTEIN *Bedenken von den Reichs-Vicariis* in *Biblioth. Hall* p. 330. ſeqq. GUNDLING. de *Henr. Auc.* §. 4. not. x.) ubi obſervat, *in Francia Orientali Regno ab Arnulphi temporibus conſuetudinem invaluiſſe, ut, Rege ad plures abeunte, totius Reip. Proceres ſine mora convenirent, atque in unum conſulerent.* AVENTIN. *Annal. Boj.* L. IV. C. XXI.

XI. (a) V. SCHILT. de *Inveſt. Simult. Princ.* C. IV.

dinem nonnunquam Reges in *abſentia* ſua Vicarios, in *Saxonia* æque ac *Germania Superiori*, quos voluerint, conſtituerunt, exemplo BRVNONIS & HERMANNI BILLIN-

---

IV. § 4. ubi contra *Methomium* notat, *Ducis* appellationem tum duplicem fuiſſe, unam *officium & vicariatum* per provinciam univerſam, denotaſſe, alteram *dignitatem feudalem* honorariam, ad partem provinciæ reſtrictam, & *Comm. ad J. F. Alem.* C. I. § 1. 10. ubi ex CRANZIO L. IV. C. XII. obſervat, *Brunonem* certum *Gubernatorem Lotharingiæ* a fratre conſtitutum, ſed cum et tanquam *Dux* præficeretur. Notabilis etiam locus eſt ap. EKKEHARDUM de *Caſ. Mon. S. Galli* C. X. ubi HADWIGA Sueviæ Dux *Miror*, inquit, *etiam, me* IMPERII VICARIA *tam prope aſſidente, duo Ducatus mei monaſteria, me quidem ſpreta, tanta miſcuiſſe infortunia.* Loquitur autem de ſimultate, inter monaſterium *S. Galli & Augienſe*, abſente OTTONE M. in Italia, exorta, & hos *Regiæ libertatis Abbates* REGALI *coram ſe ſententiæ ſubjacere*, jubet, *colloquio publico pro his & pro aliis* REGNI MEI *cauſſis Walewes villa edicto.* Unde colligit VERPOORTENIUS in Orat. de *Ducatib. in Vet. Germ. Regno* p. 21. *Ita duos haberemus Imperii Vicarios*, HERMANNUM *in terris juris Saxonici*, & HADWIGAM *Sueviæ Ducem in terris juris Alemannici ſ. Franconici.* Sed cum eodem tempore & BRUNO *Tutelam & Procurationem* Galliæ

LINGII, quorum utrumque OTTO M. in Italiam profecturos Vicarium poteſtatis ſuæ relinquebat, idque antequam ille *Lotharingiæ*, hic vero *Saxoniæ Dux* præficeretur (b).

Gallia & *Germania* geſſerit, colligo potius, in qualibet provincia, abſente Imperatore, *Vicarium Imperii* tunc fuiſſe *Ducem*, niſi a iis fuerit conſtitutus. Conf. Dn. GRIBNER de *Terris Juris Sax.* §. 8. lit. q) c) Dn. GVNDLING. de *Statu Reip. Germ. ſub Conrado I.* §. 7. not. d).

(b) v. LEWOLD. NORTHOF. in *Catalogo AEpiſc. Colon.* MS. a MEIBOMIO ad WITTICHIND. p. 681. exhibito, ibi: *Nam* (BRVNO) *Imperatore fratre ſuo in Italia pro diſponenda Rep. moram faciente*, GALLIAE & GERMANIAE TVTELAM & PROCVRATIONEM *ſuſcipiens, eandem prudenter ac ſtrenue adminiſtrabat, hoſtes reprimens, diſcordes pacificans, paci potiſſime ſubditorum invigilans & ſaluti. Unde Ducem* LOTHARINGIAE, *quæ a Rheno usque ad Moſam extenditur, rebellantem cepit. Cui Imperator inverſus ipſum* DVCATVM *abjudicavit, & dicto fratri ſuo Colonienſi Epiſcopo ob ſuam probitatem -- in perpetuum conceſſit* HELMOLD. L. I. C. X. ibi: *Cum Rex victorioſiſſimus* OTTO -- *tenditur in Italiam, conſilium habuit, quem poſt ſe* VICARIVM *poteſtatis relinqueret ad faciendam juſtitiam in his partibus, quæ barbaris conſinia ſunt terminis. Nondum enim poſt tempora*

XII. Nec mortuo Imperatore, OTTONVM inprimis ætate, peculiaribus Vicariis erat opus, quod filii ſtatim ſuccederent, niſi quod impuberum aut minorum Tutelam *REGINÆ* viduæ ſuſciperent, & ex Procerum nonnullorum conſilio Imperii curam gererent (a): Ceterum *DVCES* una cum

Caroli - - Saxoniæ DVCEM *acceperat, niſi Cæſarem. Ne ergo in Regis abſentia Dani, ſive Slavi, novi aliquid molirentur, Rex neceſſitate perſuaſus,* HERMANNO *primum* TVTELAE VICEM *in* SAXONIA *commiſit.* CRANZ L. IV. C. XV. HERMANNVM *antea* PRAEFECTVM (ſub expeditione Ottonis prima) *inferioris Saxoniæ partium conſtitutum, cum illum probe omnia adminiſtraſſe comprobaret,* DVCALI *inſignitum* HONORE *provexit.* conf. SCHILTER l. c. §. 9. DITMAR. de *Vicar. Orig.* §. 5

XII. (a) OTTONIS III. tutelam THEOPHANIA mater cum S. BERNWARDO Epiſcopo Hildeſienſi, & poſt eam *Adelheidis* avia geſſit. v. *Vita* S. BERNWARDI T. I. Scriptor. *Brunſv.* p. 4[illegible]. ibi: Imperator *et filium ſuum adhuc parvulum ſcil. Ottonem III cum matre* THEOPHANIA - - *Imperiumque totum conſenſu Principum commendavit, ut filium educaret, &* REGNVM SVA PROVIDENTIA GVBERNARET. DITMAR. MERS. L. III. Poſt HENRICI II. obitum CVNIGVNDA Imperio proſpiciebat. v. WIPPO in *Vita Conr. Sal.* ibi: CVNIGVNDA - - *conſilio fratrum,*

cum *EPISCOPIS* providebant, ne quid Reſp. detrimenti caperet; ita tamen, ut magna inprimis auctoritate *MOGVNTINVS* Germaniæ Archi-Cancellarius, forte & is, penes quem *Inſignia* Imperii erant, polleret (b)

XIII. Idem fere ſtatus ſub FRANCONICIS & SVEVICIS Imperatoribus manſit. ſumma rerum ordinarie, *abſente* pariter ac *mortuo* Imperatore, penes Proceres, *EPISCOPOS* & *DVCES* fuit (a). Ceterum impuberis filii loco *VIDVA* Regnum administra-

---

tatem, Theoderico Metenſi Epiſcopo, & Hezilone Duce Bavariæ Reſp. ſuccurrebat

* Nihil hic legitur de Vicariatu ſive Palatino ſive Saxonico. nec EZO *Comes Palatinus Rheni* Imperium adminiſtravit, quippe qui Romæ tunc commoratus eſt. v. *Aug.* de CANVSIO *von Reichs-Vicar*, in B. H. p. 333. DITMAR. de *Vicar. Orig.* §. 5.

(b) v. WIPPO, qui teſtatur, EPISCOPOS & DVCES, *ceteroſque potentes ſumma ope & induſtria memorabili uſos fuiſſe, ne Reſp. diutius ſine Regente nutaret.* conf. A. de CANVS. l. c.

XIII. (a) v. HELMOLD. L. I. C. XXXV. n. 1. ubi de LOTHARIO Sax. Duce, *gubernavit*, inquit, *cum modeſtia tam Slavos, quam Saxones.* GVNTHERVS, in *Ligur.* ibi: *Francorum Proceres* - - *In manibus noſtris* REGNVM eſt; *ea quippe vo-* [illegible] *Ad* [illegible] MORE SVO *ſemper*, VIDVATA *recurrit.*

niſtravit (b); in Interregnis præcipua auctoritas & cura Imperii *MOGVNTINO* tribuitur (c); abituri Imperatores plerumque Vicarios ex *arbitrio* conſtituerunt, & vel *REGI ROMANORVM*, vel *COMITI PALATINO RHENI*, vel *COMITI PALATINO SAXONIÆ*, vel aliis *PRINCIPIBVS* vices ſuas & adminiſtrationem Imp. demandarunt (d).

XIV.

(b) v. OTTO FRIS. *Chr.* L. VI. C. XXXIV. ibi: *Primo ſub cuſtodia matris ſuæ* AGNETIS *Imperatricis fuit, ipſaque per aliquod tempus prudenter ac ſtrenue* IMPERIVM *rexit.* CRANZ. *Sax.* L. V. C. 4. ibi: AGNES *prudentiſſima fœmina* REGNI GVBERNACVLA *aliquamdiu tenuit.* Sed mox *Archi-Epiſcopi Bremenſis, Colonienſis & Moguntinus* tutelam & Imperium, ſub prætextu, *quod muliebre Imperium non ſatis ex dignitate videatur Reip. Romanæ*, ſibi arrogarunt, peſſimeque adminiſtrarunt. v. AVENTIN. L. V. C. XI. § 4.

(c) v. ORDERIC. ap. PAGIVM *Crit. Hiſtor. Chronol.* T. IV. p. 441. ibi: *potentia & ſtrenuitate pollebat, providentiaque ſua, ne ſchiſma vel inordinata ſurreptio Imperii fieret, præcavebat*; ſcil. in interregno iſto trimeſtri inter *Henrici V.* obitum & *Lotharii* electionem interjecto. conf. DITMAR. de *Vicar. Orig.* §. 6.

(d) HENRICVS IV. cum in Italia abeſſet, HENRICVS de LACV Germaniæ res curavit. v. *Diploma*

XIV. Quemadmodum igitur horum Impe-

diplomate ap. TOLNER. *Hiſt. Pal* p. 278 ibi: *Præſidente Domino* HENRICO COMITE PALATINO, *cui a Domino Imperatore Aug.* HENRICO *in Italiam exercitum ducente* COMMISSAE *ſunt* HABENAE.

HENRICVS V. in Italiam profecturus CONRADO & FRIDERICO *Hohenſtauffiis* Svevis, ſuis ex ſorore nepotibus, vices ſuas reliquit v. OTTO FRIS. L. VII. C. XV. *Hinc etiam publica bella cum magna ſanguinis effuſione tam præſente Imperatore, quam in Italiam migrante, rerumque ſummam ſororis ſuis* CONRADO & FRIDERICO *committente.*

FRIDERICVS I. expeditionem cruciatam ſuſcepturus filio HENRICO VI. Regni Germ. vices ſuas interim obtulit. v. DITMAR. de V. O. § 7 p. 22.

FRIDERICVS II. cum in Italiam, ut coronaretur, proficiſci vellet, ENGELBERTO AE. *Colonienſi* & LVDOVICO *Bavaro* curam Imperii mandavit, quam deinceps, occiſo ENGELBERTO, *Bavarus* ſolus geſſit. v. LEVOLD *Chron. Marcan.* ap. MEIBOM T. I p. 388 ibi A. Domini MCCXX. FRIDERICVS *Rex celebrem curiam in Franckenfurt tenens per omnes Principes fidelitatem Henrico filio ſuo puero præſtare procurat, quem* ENGELBERTVS AE. *Colonienſis itaque in Regem coronat, ipſumque & totum regimen ſuſcipit* in TVTELAM. conf. CAR-

BARIVS

Imperatorum tempeſtate nulla adhuc *Vicariorum ordinariorum* ac *perpetuorum* certa & indubitata mentio fit: ita nec in magno iſto *interregno* tales occurrunt; cum ſi extitiſſent, ſine dubio officio functi fuiſſent, nec forte tanta confuſio enaſci potuiſſet.

XV. Statim vero poſt Interregnum opinio invaluit, COMITI PALATINO *ab anti-*

SARIUS HEISTERBAC. in *Vita Engelberti* C. V. it. CONR. URSP. a. MCCXV & CONRAD. de FABARIA de *Caſ. S. Galli.* C. XII. ubi de Bavari Vicar. Idem Imp. cum A. MCCXLII. in Italia abeſſet, HENRICUS *Raſpo* PROCURATOR GERMANIAE fuit. v. *Diploma* FRIDERICI II. a. 1242. Beneventi *Henrico Miſnenſi* datum, ibi: *Conſiderantes avunculi tui* HENRICI *Landgravii Thur. Comitis Palatini Saxoniae, dilecti conſanguinei noſtri*, PROCURATORIS GERMANIAE -- *petitionem* & *Diploma* ipſius HENRICI ap. SAGITT. Diſſ. de *Henr. Raſp.* TENZEL. in *Supplem. Hiſt. Goth.* p. 587. & WECKIUM in *Chron. Dreſd.* p. 153. ſeq. ibi: *Nos* HENRICUS *D. G. Landgravius Thuringiae, Comes Palatinus Saxoniae*, & SACRI IMPERII *per* GERMANIAM PROCURATOR.

XIV. v. REINH. de *Officiis Imp. Saxon.* § III. §. 2.

XV. v. Diploma RUDOLPHI I. *Ludovico Severo* datum ap. LEIBNIZ. Cod. J. G. Dipl. P. II. p. 102. ibi: *Cum chariſſimus gener noſter, Princeps Magni-*

antiquo hoc jus, *vacante Imperio*, illud adminiſtrandi, terrasque ac jura Imperii cuſtodiendi, tanquam *RECTORI & GVBERNATORI SACRI IMPERII*, deberi.

XVI. Eodem ſere tempore veſtigia quædam *SAXONICI* etiam *Vicariatus* reperiuntur: dum in Jure feudali *Alemannico*, quod Interregno haud antiquius, ſed potius recentius eſſe videtur (a), ARCHIMARESCHALLO h. e. SAXONIÆ DVCI, æque ac PALATINO *jus concedendi bannum* in certis diſtrictibus, *abſente* Impera-

Magnificus LVDOVICVS, *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, inter alias ſuorum Principatuum Prærogativas hoc inſigne jus habeat, ab* ANTIQVO *quod* VACANTE IMPERIO, *Principatus, terras, poſſeſſiones & alia jura Imperii cuſtodire debeat - - quousque R. Imperio de Principe ſit proviſum, - - - innitentes ei, tanquam* RECTORI *&* GVBERNATORI SACRI IMPERII. Et LVDOVICI *Bav. Conſtitutio* contra *Johannem XXII P. R.* ap. GOLDAST. *Conſt. Imp.* T. III. p. 411. ubi aſſerit, LONGA *& approbata* CONSVETVDINE, *vacante Imperio*, IVS ADMINISTRANDI *& negotia cetera diſponendi* PALATINO RHENI deberi.

XVI. (a) v. Ill. THOMAS. *Selectt. feudal.* in Hiſt. J. F. §. 44. ſeqq. p. 58. ſeqq. Ejusd. *Hiſt. J. Rom. Germ.* §. 105. & Ill. D. HOFFMANN. de *Orig. Legg. Germ.* Period. V. s. III. §. 14.

peratore, ſed ex mandato ipſius, tribuatur (b). XVII.

(b) v. Cap. XLII. §. 6. ibi. *Und ſo der König von tütſchen Landen vert, ſo mag er des Reiches Marſchalgk wol den Gewalt geben, daß er den Ban libet, und das iſt der Herzoge von Sachßzen, das ſol er tun in Duringen Sachßzen und in Heſſen untze gan Behem und über alle Frangken, wer der iſt der ſin Underran iſt, git Jhme der Kunig den Gewalt den Ban zu libende, ſo hat der Marſchalgk recht über alle Schwaben untz an den Ryn und durch das Gebirge untze für Triende eine Mile. Der Pfaltzgrave zu Rine der hat Gewalt den Ban zu libende yene ſite Rins untze für Menze eine Mile untze an den ſe und in Flandern. Und obe Jhme der Kunig den Ban libet oder nüt, ſo hett er doch Gewalt den Ban zu libende, das iſt von dem Recht.* Ex quibus id colligere licet, invaluiſſe tunc temporis jam opinionem de duplici quodam Vicariatu, eoque partim SAXONI, partim PALATINO competente: *illo* per *Thuringiam* & *Haſſiam* usque ad *Bohemiam*, & ſuper omnes *Francos*, quatenus ei ſubjectos, imo & ſuper omnes *Suevos*, ſi hoc jus ſpeciatim ei fuerit conceſſum; *hunc* trans Rhenum: *illo* ex *delegatione* Imperatoris, *hunc* ipſo *jure*, citra delegationem: quamvis etiam SAXONI *jus* quoddam ordinarium in terris ſubjectis, extra *Sueviam*, videatur adſcribi. Utrumque tamen non niſi de caſu *abſentiæ* intelligendum. Conf. SCHILT. in Comm. ad h. l. & STRUV. C. *J. Publ.* Cap. XIII. §. 19.

XVII. Tandem *Jus* utriusque *Vicariatus*, usque adhuc forte ambiguum, & incertæ conſvetudini innixum, Carolina ſanctione certius definitum, atque inter COMITEM PALATINUM RHENI & SAXONIÆ ELECTOREM ita divisum eſt, ut ille in partibus *Rheni & Sueviæ*, & in jure *Franconico*, hic in terris juris *Saxonici*, *PROVISOR IMPERII* perpetuo jure conſtitutus ſit.

XVIII. Cum itaque de *tempore* utcunque conſtet, *cauſſas* quoque, vel *occaſiones* conſtituti utriusque Vicariatus inveſtigare juvabit.

XIX. Et primo quidem omnium minima forte veroſimilitudine gaudet ſententia, quæ *ELE-*

XVII. v. A. B. Tit. V. §. 1. ibi: *Quoties - Sacrum vacare contingat Imperium, illuſtris* COMES PALATINUS RHENI, *S. I. Archi-Dapifer, ad manus futuri Regis Rom. in partibus* RHENI *&* SUEVIAE, *& in* JURE FRANCONICO, *ratione Principatus ſeu* COMITATUS PALATINI *privilegio eſſe debet* PROVISOR *ipſius* IMPERII. §. 2. *Eodem jure* PROVISIONIS *illuſtrem* DUCEM SAXONIAE, *S. I. Archi-Mareſchallum, frui volumus in illis locis, ubi* SAXONICA JURA *ſervantur*.

XIX. v. SCHILT. Diſſ. de *Vicariis Imp. R. G.* §. 27. & 32. ubi diſputat contra *Bavaricos* Scriptores hanc ſententiam defendentes. conf. D. KREGEL de *Vicariatu Saxon. in caſu abſent.* §. 5. qui probabilem hanc tantum conjecturam agnoſcit.

ELECTORATVI jus Vicariatus acceptum fert: cum hac ratione vel omnes Electores Vicarii eſſent, vel, ſi primus inter Electores aut Archi-Officiales locus quidquam efficeret, forte *Moguntinus* majori ſpecie Vicariatum ſibi aſſerere poſſet, vel inter ſeculares, *Bohemus*; ut taceam, ſolum locum Electori majorem præ cæteris auctoritatem tribuere non poſſe, cum omnes extra collegium æquales ſint.

XX. Probabilior, quæ a *DVCATIBVS* eos deducit, nec veritatis ſpecie, ſaltem quod ad *Saxonicum Vicariatum*, carere videtur: ſed tamen intuitu *Palatini* A. B. non *Ducatum*, ſed *Comitatum Palatinum* allegat, nec apparet ratio, cur, poſito iſto fundamento, ejusdem Vicariatus etiam ad *Franconiæ*, *Sueviæ* & *Bavariæ* Ducatus ſeſe porrigere debuerit, & cur non *Dux Bavariæ* etiam vi ſui *Ducatus* Vicariatu gaudere potuerit.

XXI.

XX. v. SCHILT. C. *ad J. F. Alem.* C. XLII §. 11. ubi, *hodiernum tempore Interregni Ducis Saxoniæ univerſalem poteſtatem veterem adhuc ſe exerere*, docet. & Tr. de *Inveſtit. Princ. ſimult.* C. IV. §. 5. p. 536. ubi iisdem *Ducatus Saxoniæ Vicariatum adhærere*, contendit. B. GRIEBNER de *Terris Juris Sax.* §. 8. idem aſſerens. GVNDLINGIANA *von dem Sechſ.* Vicariat. §. 2. 3. & 23. huic ſententiæ contraria, & exempla geſta a Saxoniæ Ducibus Vicariatus deſiderantia.

XXI. Sed & illi, qui a diverſo *COMITIS PALATINI* & *ARCHI-MARESCHALLI* Officio utriusque Vicariatus natales repetunt, (a) rite ne ſe non deſtrui opinantur: freti partim diverſa utriusque officii indole, ita comparata, ut utroque poſt obitum etiam Imperatoris iidem fungi poterint; partim *juris feudalis Alemannici* (b) aſſerto de *Mareſchalli* poteſtate bannum concedendi, partim FRIDERICI *Sapientis* Saxoniæ Electoris *Diplomate* (c), vi

 officii

XXI. (a) Scilicet Archi-Palatinum Judicem fuiſſe, tradunt, Archi-Mareſchallum, judicii executorem; Judiciariam illam utriusque poteſtatem eosdem olim tantum in comitiis exercuiſſe, poſtea in Principum quoque territoriis; unde diviſionem factam Germaniæ bipartitam, ut unam Palatinus judicaret, alteram Archi-Mareſchallus. v. GLOV. *Germ. Princ.* in Palatin. C. IV. n. 1. p. 83. & in Saxon. C. IV. n. 3. p. 165. Ill. Dn. de LUDEWIG, qui primus hujus ſententiæ Auctor eſt, in *Comm. Germ. ad A. Bull. Tit. V.* §. 1. not. z) ubi plenius illam expoſuit. RECHENBERGII *Programma* ſub tit. *Vicariatus Saxon. Illuſtres natales ex Archi-Mareſchall.* REINH. de *Offic. Imp. Sax.* S. II. §. 5. Contra quos diſputant GUNDLINGIANA l. c. §. 8. ſqq.

(b) Cap. XLII. § 6. v. ſupra §. XIII.

(c) v. LUNIG *Reichs Archiv. P. Spec. II.* p. 20. ibi: *nach alten löblichen Herkommen, und von wegen unſers Erb-Amts.*

officii hereditarii, *des Erb-Amts*, ſe pro Vicario gerentis.

XXII. Verum uti maxima eſt differentia inter poteſtatem concedendi *bannum*, Archi-Mareſchallo Imp. ab Imperatore *abſente* delegatam, & inter jus *adminiſtrandi Imperium*, eodem *vacante*, Saxoni competens, cujus & plane alii in A. B. deſignantur termini, eademque poteſtas banni concedendi æque *Palatino*, non vero ſola jurisdictio civilis, adſcribitur (a), ita ex diplomate FRIDERICI non apparet, voce *Erb-Amt* neceſſario *Archi-Mareſchallatum* intelligendum eſſe, cum & ipſum *Vicariatus* officium, quod in ſequentibus itidem *hereditarium* (b) dicitur, intelligi poſſit.

XXIII. Communior eſt ſententia, quæ a *COMITATV PALATINO* utrumque Vica-

XXII. (a) Alii alias addunt rationes v. D. GRIBNER. de *Terris juris Saxon.* §. 7. not. c) AVG. de CANVS. in *B. Hall.* p. 345. GVNDLINGIANA l. c. §. 8. 21. 22.

(b) *Als den rechten wahren Erb-Vicarium.*

XXIII (a) Huic ſententiæ patrocinantur FREHER. *Orig. Palat.* P. I. C. XVI. p. 131. ſq. & in Not. ad ...r. de ANDLO L. II. C. X. p. 199 TOLNER. *Hiſt. Pal.* C. IV. p. 111. LIMN. J P L. III. C. XII. n. 16. MONZAMB. C. IV. §. 8. SCHILT. J P. L. I. Tit. XVIII. §. 3. & Diſſ. de *Vicar.* I. §. 20. SCHVRZFL. Not. ad *V. Albert. III.* p. 113. de *Witikindo M.* p. 31. n. 6. de *Vitris. Eccl.* §. 10. p. 24. & de *antiqu. Sax.*

Vicariatum derivat (a), & majorem forte ſpeciem ceteris habet: præſertim cum ratione *Palatini* ipſa A. B. (b) eodem reſpiciat, ratione *Saxonici* vero Diplomata ſuperius allegata (c), HENRICO *Raſponi* PROCURATORIS GERMANIÆ titulum tribuentia, idem evincere videantur.

XXIV. Verum licet COMITI PALATINO RHENI intuitu officii Palatini, ob antiquam ejus in Imperio auctoritatem, Vicariatus in A. B. tribuatur, tamen idem ratione SAXONICI etiam Vicariatus factum eſſe, ex A. B. non apparet, quippe quæ non *Comitem Palatinum*, ſed *Ducem* Saxoniæ, & *Archi-Mareſchallum*, nominat, ſicut nec tantæ auctoritatis Saxoniæ Palatinos olim fuiſſe conſtat, ut præ Ducibus, quorum major ſemper dignitas & poteſtas fuit, jus quoddam Vicariatus ſibi arrogare potuerint *: nec etiam ſequitur, HENRICUS

 Co-

Sax digu. §. 9. p. 15. SCHUBART de *Comit. Palat. Caſ.* p. 191. COCCEJ] P. C. XVI. §. 10. VITR. *Ill.* L. I T XI. § 1. 4. HORN.] P C. XXI. §. 2. & Diſſ. de *Comit. Palat. Sax.* §. 29. AUG. de GANUS. *von Reichs-Vicar.* in B. Hall. p. 329. STUDTINGIANA l. c. DITMAR. l. c. §. 4. 5.
(b) Tit. I. § I. (c) Supra §. XIII. not. d) XXIV. v. REINH. de *Offic. Imp. Sax.* S. III. §. 5.
* Licet enim FRIDERICUS I. *Thuringiæ Landgravium* ſtatus erexerit, & *Comitis Palatini* dignitatem

Comes Palatinus Saxoniæ Procurator Germaniæ fuit, ergo vi Comitatus Palatini ſeu potius propterea ita dictus fuerit, quod tunc *Vicarius Imperatoris abſentis* ex ipſius arbitrio conſtitutus erat, cujus rei exemplum non amplius reperitur, ut taceam, ipſum non per *Saxoniam*, ſed per *Germaniam* Imperii Procuratorem dici **.

XXV. Cum igitur ex nulla hactenus allegatarum cauſſarum *jus* quoddam Vicariatus certum ac perpetuum colligere liceat: dicendum potius videtur, præcipuam *duplicis Vicariatus* conſtituendi *anſam* CAROLO IV præbuiſſe antiquiſſimam Germaniæ *diviſionem* in terras *FRANCORUM* & *SAXONUM*, atque *duplex jus* inde enatum *; ita tamen, ut ſimul ratio fuerit habita *antiquorum*

tatem ei contulerit, tamen non legitur, quod is Vicariatum Imperii nomine FRIDERICI I. quamvis hic ſæpius abeſſet, unquam adminiſtraverit.

** Obſervatione tamen utique hoc dignum videtur, quod *Henricus* Raſpo, etiam præſente Imperatore, ſe ipſum *Sacri Imperii per Germaniam Procuratorem* appellaverit. forte, quod tunc temporis titulum, quem ſemel ratione officii geſſerant, deinceps quoque retinere ſueverint.

XXV. * Jam a CAROLI M. ævo iſta diviſio obtinuit v. *Capitular.* CAROLI M. Cap. 1. & 9. ibi: *Conſenſu* FRANCORUM & *fidelium* SAXONUM. Exſtat in EUTROPIO L. IX. *Francorum & Saxonum*

quorum quorundam *jurium*, tum PALATINO, tum SAXONI, vel ex veritate, vel ex opinione in obſcuritate temporum tributorum.

[illegible] conjunctum ſit mentio. conf. WITTICHINDI teſtimonia ſupra L. I. C. XIX. §. 4. [illegible] & cap. 1. X. de *Sponſalib.* ubi ejusdem diviſionis veſtigia. Hanc vero duplicis Vicariatus occaſionem extitiſſe, omnes fere conſentiunt. v. SCHILT Diſſ. de *Vicariis* I. R. G. §. 16. ubi fundamentum conceſſæ Palatino & Saxoni Vicariatus prærogativæ non aliunde arceſſendum docet, niſi ex *prærogativa Principum Officialium Imperii partim, partim etiam duplicis generis jurisque Provinciis Germaniæ, juris ſcil.* FRANCICI, *atque* SAXONICI. *Quod poſterius fundamentum*, eodem judice, *A. B. non obſcure indicat. Certum enim eſt*, inquit, *quod, prævalentibus ex una parte* SAXONIBUS, *ex altera* FRANCIS, *totum Germaniæ Regnum in* DUAS *quaſi* DIOECESES *fuerit diviſum, quarum altera* SAXONUM *potentia, jure ac dialecto, altera* FRANCORUM *imperio atque idiomate uſa: præſertim poſtquam &* Alemanni & Bavari FRANCORUM *Imperio jam tum ſubjecti fuerunt, quum* SAXONES *inter partes Imperii a Carolo M. recipiebantur.* conf. SPEIDEL. *Specul. Jurid.* v. *Sachſen-Recht.* FREHER. ll. cc. TOLN. l. c. COCCEJ. C. XVI. §. 9. WERLHOF. *Specim. J. Germ.* II. §. 7. p. 164. STRUV. *S. J. P.* Diſſ. V. §. 2.

XXVI. Quod autem, PALATINVS RHENI in terris juris *Francici* Vicarius fuerit conſtitutus, feciſſe videtur opinio de antiqua ejus auctoritate, dum non ſolum in locum Majorum Domus (a) ſucceſſit, atque in primaria Regni Francici ſede conſtitutus fuit, ſed & in negotiis publicis pariter ac privatis moderandis, vivo etiam & præſente Imperatore, magna poteſtate gaviſus eſt (b), ejus denique abſentis vices ex mandato ſæpius geſſit (c). unde, ad hunc ex antiquo

---

§. 2. REINHARD l. c. Sect. III. de *Vicar. Sax.* §. 1. DITHMAR. de *Orig. Vicar.* §. 4. D. HOFFMANN. de *Orig. LL. Germ.* Period. V. S. I. § 1.

XXVI. (a) v. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. I. T. XI. §. 1. not. b) p. m. 159.

(b) v. EGINH. de V. Caroli M. ibi: *Opes & potentia regni penes Palatii Præfectos erat, ad quos ſumma Imperii pertinebat.* conf. COCCEJ. C. XV. §. 2. 3. Cumprimis ſub *Suevicis* Imperatoribus ejus auctoritas iterum crevit. v. *Guil.* NEVBRIGENSIS, coævus, de *Rebus Angl.* L. IV. C. XXX. qui CONRADVM, FRID. I. fratrem, Comitem Palatinum vocat *virum in Imperio* SVMMAE *poſt* IMPERATOREM AMPLITVDINIS. conf. AVG. de CANVS *vom Reichs* Vicar. p. 338.

(c) Exemplo HENRICI de *Lacu* tempore HENRICI IV. v. Diploma ap. TOLN. p. 178. HENRICI *C. Palat. & Sax. Ducis*, cui frater OTTO IV. Romam profecturus *Imperium ſupra Moſellam regendum*

tiquo jure Vicariatum pertinere, exiſtimatum eſt (d).

L l 5 XXVII.

---

gendum commiſit, v. CAES. HEISTERBAC. *Memorabil.* L. I. C. XXXI. it. LVDOVICI Bavari ſub FRIDERICO II. de qua *Conr.* de FABARIA de *Caſ. S. Galli*: *Cujus conſilio*, inquit, *res Imperii per id tempus diſponebantur.*

(d) v. Antiqua Ordin. de *Offic. Com. Pal.* ap. GOLDAST. III. *Conſt.* ad a. 1247 f. 403. qua diſponitur, quod COMES PALATINVS *ex officii dignitate primam vocem ſemper habeat* §. 1. Et *Rege impubere Tutor ſit* §. 2. & 3. Et, *ſi Rex extra Regnum agat, ex officio debeat in Regno ſemper eſſe* LOCVM TENENS, *& cum aliquibus penes ipſum deputandis, quorum tamen ipſe Caput & ſuperior eſſe debeat, omnia facere & exercere, quæ Rex ipſe poſſet & deberet* §. fin. Quæ Conſtitutio ſi genuina eſſet, Vicariatus legalis documentum jam ante Interregnum extaret. Sed cum incidat in turbida FRIDERICI II tempora, ubi, occiſo HENRICO Raſpone Anti-Cæſare, WILHELMVS Anti-Cæſar electus eſt; & quæ de prima Voce Palatini & Tutela Regis ſtatuuntur, ad obſervantiam deducta non reperiantur: de fide & auctoritate ejus merito dubitatur. conf. *Diploma* RVDOLPHI I. LVDOVICO Severo datum, & Conſtitutio LVDOVICI *Bav.* ſupra cit. Quamvis hæc non tam Conſtitutio, quam Appellatio ad futurum Concilium fuerit, cujus verba exhibent *St.* BALVZ. *Miſc.* p. 495. ibi: *Cum in vacante*

XXVII. Cum vero *Terræ juris Saxonici* omni tempore a ceteris Regni Francici provinciis ſeparatas quodammodo rationes habuerint (a), ELECTOR autem SAXONIÆ & *Ducatu* & *Palatinatu* Saxoniæ una cum *Archi-Mareſchallatu*, gauderet: nihil ſane con-

cante Imperio Comiti Palat. Rh. de jure & approbata Imp. conſuetudine - - præſertim in partibus ALAMANNIAE, *competat* IVS ADMINISTRANDI IVR. IMP. *feoda eccleſiaſtica & temporalia conferendi, & cuncta alia negotia diſponendi*, conf. GVNDLINGIANA l. c. §. II.

XXVII. (a) Jam a CAROLI M. tempore *Saxones* peculiari jure uſi ſunt v. POETA *Vita Carolina* Scriptor. a. 803. ibi: *permiſſi* LEGIBVS REI SAXONES PATRIIS, & LIBERTATIS *honore*. conf. Cap. I de *Sponſalib.* ibi *non eisdem utuntur legibus* SAXONES & FRANCIGENAE. & *Spec. Suev.* L. I. C. 108.

Nec negligenda obſervatio, *Saxones*, HENRICI IV. & V. tempore *ſeparatum* fere *Regnum* & *peculiarem* quaſi *Rempubl.* ſub LOTHARIO Duce ſuo formaſſe. v. *Chron* HILDES. a. 1115. ibi *ad Fredeslar conveniunt* (Saxoniæ Principes,) quæ ad HONOREM REGNI & VTILITATEM ſunt, tractantur. & ad a. 1120. *Qua correptione ſtimulati Saxones crebros conventus ob concordiam faciere,* - - SVPPRESSAQVE IMPERATORIS PERSONA, *contra omnem hominem terras ſuas invadere molientem ſe unanimiter armare*

convenientius viſum fuit, quam ut idem tanquam *primarius Saxoniæ Princeps*, ratione triplicis hujus dignitatis in eodem unitæ, &

more ceperunt. - - vacantibus Cathedris canonice Paſtores elegerunt, quos mediante Moguntino - - & eccleſiaſtica libertate conſecrari fecerunt conf. AUG. de CANUS, l. c. p. 336. & 341 ſeqq. & GUNDLING. l. c. §. 4.

Idem Status ſub HENRICO *Leone* duravit, quippe qui & jus *inveſtiendi Epiſcopos* exercuit, quamvis hoc *ſolius Imperatoriæ Majeſtatis eſſe*, crederetur. v. HELMOLD. L. I. C. LXIX. §. 8. & LXX. §. 1 qui C. XXXIII. §. 5 ait: *In hac enim terra ſola* DUCIS *auctoritas attenditur.* Unde mirum non eſt, nec alium Interregem in Saxonia, niſi *Ducem*, tunc admiſſum fuiſſe. conf. SCHILT. *Comm. ad J. F. Alem.* C. XLII. §. 20. 21 qui & *hodierno tempore Interregni Ducis Saxoniæ univerſalem poteſtatem veterem ſe exercere*, exiſtimat.

Neque tamen *Comitis Palatini* etiam auctoritas exigua fuit, quæ FRIDERICI I. Imp. auſpiciis inprimis creviſſe videtur: Judex enim & Conſervator pacis in Saxonia fuit. v. GUNDLING. l. c. §. 14. 19 20. Quamvis hoc jus ſolum ad Vicariatum Imp. ſibi vindicandum non ſufficerit: adminiculari tamen potuit.

Sed & *poteſtas banni concedendi*, *Archi-Mareſchallo* tributa, forte non parum ad Jus Vicariatus eidem tribuendum contulit. Ita & SCHILT.

in

& antiquam poteſtatem vice Imperatoris in his terris exerceret.

XXVIII. Fruſtra vero *PONTIFICES* olim Vicariatum quendam Imperii ſibi arrogare conati ſunt (a): quorum attentatis Imperator atque Electores ſuis decretis, obviam ivere (b).

XXIX. Licet autem Elector PALATINVS atque Elector SAXONIÆ per Auream

in Diſſ. de *Vicariis* §. 2. exiſtimat. *Jure enim veteri*, inquit, *Bannus ſive Executio in cauſis criminalibus nonniſi ſpeciali Regis vel Imp. conceſſione impetrari poterat. Ne igitur crimina manerent impunita, abſente Imperatore, neceſſe erat, ut Vicaria poteſtas interim conſtitueretur. Atque hac* PRIMA *videtur fuiſſe* OCCASIO *conſtituendi* VICARIVM *unum vel plures per Imperium Germania. Quorum poteſtas ſubinde etiam ad alias Jurisdictionis partes extenſa fuit.*

XXVIII. (a) v. CLEM. V. & JOHANNIS XXII. *Bullæ*, Cap. un. *Extravag.* Ne ſede vacante.

(b) v. Appellatio LVDOVICI *Bavari* ap. GOLDAST. T. III. p. 411. & ST. BALVZ. l. ſupra cit. item Fœd. *Rhens.* d. a. 1338. SCHILT. de *Lib. Eccleſ. Germ.* L. VI. C. III. & Diſſ. de *Vicar.* §. 4. STRVV. c. XIII. §. 23.

XXIX. v. Hiſtor. Controv. ap. LONDORP. T. II. & VIII. & PFEFF. VITR. *Illuſtr.* L. I. T. XI. §. 5. ibique not. & Perill. AVTOR. *Fecial. Europ.* P. I. p. 163. De Scriptis v. STRVV. *Biblioth. Juris*

an Bullam Vicarii ſint conſtituti: tamen, poſt translatam in *BAVARVM* Electoralem dignitatem, acerrima controverſia enata eſt, dum BAVARVS ejusdem virtute etiam Vicariatum ſibi vindicavit, atque poſt mortem FERDINANDI III. Palatinum præveniendo, & re cum Saxone communicata, etiam exercuit; *PALATINVS* contra, reſtituto ſibi Principatu & Comitatu Palatino, eundem ad ſe pertinere exiſtimavit: quæ res turbas etiam in Collegio Electorali dedit, atque variis ſcriptis in utramque partem tunc diſputata, non vero deciſa fuit; PALATINVS tamen in noviſſimo Interregno, poſt ſiniſtra Bavari fata, jus ſuum iterum exercuit.

XXX. Cum autem ſuperiori jam ſeculo A. 1671. 72. 73 amicabilis hujus litis compoſitio inter BAVARVM & PALATINVM tenta-

---

ris C. XIV. §. 10. conf. COCCEJ. J. P. Cap. XVI. §. 6. 7. 8 SCHILT J. P. L. I. T. XVIII. & Tom. II. in append. p. 29. *Medit.* ad INSTR. PAC. Spec. I. p. 37.

XXX. * I.) *Conventio* hæc ſive *Transactio*, qua tota communis hujus Vicariatus conſtitutio continetur, ſub nomine MAXIMILIANI EMANVELIS, Electoris *Bavariæ*, atque CAROLI PHILIPPI, Electoris *Palatini*, concepta, XXI. conſtat articulis, ſubſcripta

partim a *Maximiliano Emanuele*, Electore, &c. *Cle-*

tentata, atque de communi quodam Vicariatu erigendo conſiliis, ſed absque ſucceſſu, conceptis licet ea de re articulis, agitata fuerint: recentiori tandem ætate, A. 1724. renovatis tractatibus, ac firmata inter Sereniſſimas Domus, BAVARICAM & PALATI-

Clemente Auguſto, Electore, *Carolo Alberto* Principe Electorali, & *Ferdinando Maria*, Duce Bavariae;

partim a *Carolo Philippo* Electore, &c. *Franciſco*, *Ludovico*, Electore, *Theodoro* Comite Palatino, & *Joſepho Carolo*, Comite Palatino.

v. *Geſchichte des Interregni* Sect. V. p. 327. ſeqq.

II.) *Commune* Vicariatus *Conſilium* ſive *Judicium* conſtare debebat ex *Preſide*, a Bavaro, & *Cancellario*, a Palatino, nec non *Sex Aſſeſſoribus*, partim a Bavaro, partim a Palatino, nominandis.

III.) Conventioni iſti ſubjuncta;

(1.) *Formula juramenti*, a Præſide, Cancellario & Aſſeſſoribus, præſtandi;

(2.) *Ordinatio Conſilii Imperialis Vicariatus*;

(3.) Ulterior *Ordinatio* de *Advocatis & Procuratoribus* in hoc Judicio Vicariatus;

(4.) *Schema Seſſionis* Præſidis, Cancellarii, Aſſeſſorum & Secretariorum;

(5.) *Sigillum* Vicariatus duplex; alterum pro *communi* Vicariatus *Conſilio*, ſub lit. D. ita delineatum, ut in Clypeo duo Inſignia Electoralia pileo Ducali contecta, Bavarica ad dextram, Palatina ad ſiniſtram; circa integrum ſigillum verba: ſigillum

LATINAM, *Unione*, res ex voto transacta, atque conventio de ſtabiliendo *Communi* utrinque *Vicariatu*, erigendoque *communi* Vicariatus *Conſilio*, inita, Cæſaris quoque confirmatio petita quidem, non tamen impetrata eſt.

XXXI. Subſequuto, per mortem Cæſaris, Interregno, Vicariatum ipſum communem Electores uniti, Bavarus & Palatinus, adminiſtrandum ſuſceperunt, atque hac de re & Electorem *Moguntinum*, & Poloniæ Regem *Electoremque Saxoniæ*, de communi quo-

lum Vicariatus Imperii in part. Rheni, Svev. & Jur. Franc. Dei gratia. circa Bavarica Inſignia: Max. Eman. U. B. & S. P. D. C. P. R. S. R. I. A. D. E. E. L. L. Circa Palatina: Car. Phil. Com. Pal. Rh. B. D. S. R. I. A. T. E. Sub utrisque Inſignibus. In Part. Rh. Svev. & Jur. Francon. Vicariorum. alterum pro Camera Imperii ſub tit. E. Aquilam continens bicipitem, in pectore duos gerens clypeos, in quorum uno inſignia Bavarica & Palatina, altero ſolus clypeus Electoralis cum duobus gladiis, conſpiciuntur.

(c) *Proclama* Vicariatus, ſub nomine MAXIMILIANI EMANUELIS, Bavariæ Electoris, & CAROLI PHILIPPI Electoris, ceu *Proviſorum & Vicariorum in partibus Rheni, Sveviæ & Jure Franconico*, conceptum.

v. *Geſchichte des Interregni nach Abſterben* Caroli VI. Sect. V. p. 327. & ſeqq. Dn. MOSER *Staats-Rechts L. II. Cap. 142. §. 31-40.*

quoque Vicariatus ſigillo, in Camera Imperii adhibendo, cum hoc communicando, certiores reddiderunt.

XXXII. Communia quoque Vicariatus Edicta, in diſtrictu hujus Vicariatus affigenda, ad Principes & Status, ad eundem diſtrictum pertinentes, mature transmiſerunt: ſed non exigua ſtatim dubia adverſus communem hunc Vicariatum a compluribus obmota ſunt Principibus ac Statibus tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, cumprimis Evangelicis; qui, litteris ad utrumque Electorem perſcriptis, rationes allegarunt, quare communem hunc Vicariatum agnoſcere nequeant; cauſati, de mutatione Aureæ Bullæ, ceu legis Imperii, hic agi, quæ, niſi communi Imperatoris & Statuum conſenſu comitiali, fieri non poſſit.

XXXIII. Nihilominus conſtitutum commune *Vicariatus Conſilium* ſive *Judicium*, duobus Aſſeſſoribus Auguſtanæ Confeſſioni addictis auctum; Auguſtæ Vindelicorum ſolenni ritu inauguratum eſt: quod & mox Seſſiones ſuas & actus judiciales auſpicatum eſt.

XXXIV. Quamvis autem duo Electores, litteris circularibus emiſſis, inſtitutum ſuum

XXXI. - XXXIV. v. *Geſchichte des Interregni* Sect. V. p. 334. & ſeqq. *Rechtsgegründete Unterſuchung von den Reichsverweſern* §. 16. - 27. MOSER l. c. §. 41. - 85.

ſum tueri conati eſſent; contradictiones tamen haud ceſſarunt, ſed & plures alii, etiam Electores, contradicentibus ſeſe junxerunt, nonnulli quoque temperamentum quoddam, aut conſilia proviſoria, propoſuerunt: tandem res eo devenit, ut in *Capitulatione* Noviſſima Imperator obligatus ſit ad eandem in Comitiis proponendam, & ad exitum perducendam.

§. XXXV. Quemadmodum vero jus utriusque Vicariatus in caſu *vacantis Imperii* Aureæ Bullæ decreto ſatis clare definitum eſt: ita res de *caſu abſentiæ* forte non omni dubio caret, cum A. B. de priori tantum caſu loqui, ex verbis * ejusdem manifeſtum ſit.

XXXVI. Equidem id certum videtur, ſi

XXXV. * v. C. V. ibi: *quoties* VACARE *contingit Imperium; Proviſor ad manus* FVTVRI *Regis Rom.; per Regem Rom.* POSTEA *electum.* conf. SCHILT. Diſſ. de *Vicariis* §. 4. 5. qui abſentiæ caſum, tunc temporis non controverſum, *nec verbis* A. B. *neque ſenſu* vel intentione *attingi*; cum LIMNAEO in *Obſerv.* ad C. V. A. B. p. 334. affirmat. HORN. C. XXI. §. 5.

XXXVI. v. LIMN. J. P. L. II. C. XV. COCCEJ. J. P. C. VIII. §. 28. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* L. I. T. XI. §. 2. lit. a) HORN. C. XXI. §. 2. D. KREGEL. de *Vicariatu Saxon. in caſu abſent.* §. 25. *Meditat.* ad *Capitul.* JOS. art. 47. a) p. 358.

ſi REX ROM. adſit, abſente vel impedito Imperatore, non alii niſi ipſi jus adminiſtrandi Imperium tum ſuo, tum vicario Imperatoris nomine, competere: ſiquidem tunc poteſtas per electionem in ipſum collata ſeſe exerit.

XXXVII. Sed non exiſtente Rege Rom., an iidem *Vicarii* per A. B. deſignati & abſentis vel impediti Imperatoris vice fungi debeant? diverſimode a Juris publici Doctoribus diſputatur: dum alii (a) *utrique* Vicariorum iſtud jus denegant, alii (b) ſoli *Palatino* univerſæ Germaniæ curam deferunt, alii (c) & *Saxoni* easdem cum *Palatino* partes tribuunt.

XXXVIII. Negari nequit, & ante & poſt

XXXVII. (a) v. LIMN. L. 3. C. XII. n. 35. ZIEGLER. Diſſ. de *Eminentia Elect. Sax.* C. X. §. 2. CARPZ. de *Leg. Reg.* C. X. Sect. 14. n. 21. ſeq. Add Illuſtr. Dn. de LUDEWIG. ad A. B. Tit. V. §. 1. not. q) ubi itidem hanc ſententiam, *Vicariorum jura non valere, Cæſare abſente*, plurimis argumentis allatis, tuetur.

(b) v. LIMN. l. c. n. 38. MULZIUS *Repreſ. Maj.* P. 2. C. XX. n. 64. p. 666.

(c) v. SCHUTZ. *Coll. J. P.* Vol. 1. D. V. th. 12. lit. c) & Vol. 2. D. XIII. th. 2. lit. b) COCCEJ. C. XVI. §. 12. THULEMAR. de *Octov.* C. XXII. §. 11. HORN. C. XVI. §. 3. D. KREBEL Diſp. de *Vicariatu Saxon. in caſu abſent. Imp.* §. 16. ſeqq.

poſt A. B. Imperatores quandoque aliis ſuas vices demandaſſe, exemplo HENRICI VII. (a), qui *JOHANNEM Bohemiæ* Regem, LVDOVICI (b), qui *EDVARDVM* Angliæ Regem, WENCESLAI (c), qui *SIGISMVNDVM*, SIGISMVNDI (d), qui Archi-Epiſcopum *MOGVNTINVM*, Vicarios generales per Germaniam conſtituerunt.

XXXIX. Nihilominus poſtea exiſtimatum eſt, forte per interpretationem A. B. extenſivam, etiam *abſente* Imperatore Vicariatum ad PALATINVM & SAXONEM pertinere; inprimis cum *PALATINO* (a) iſtud jus a CAROLO IV., RVPERTO, MAXIMILIANO I. & CAROLO V. confirma-

XXXVIII. (a) v. *Conr.* VECERIVS *Hiſt. Henr. VII.* ad a. 1509. LEHMANN. *Chr. Sp.* L. 7. C. XI. p. 755.
(b) ALBERT. ARGENT. ad a. 1339. CVSPIN. *Vit. Lud. Bav.* 377.
(c) v. GOLDAST. *Conſt. Imp.* T. 3. p. 417. 419.
(d) v. SERRAR. de *Reb. Mog.* L. V. Archi-Ep. 48. ibi: *Archi Epiſcopum decennalem juſſit eſſe vicarium.* conf. tamen Du. GRIBNERI *Spicil. Obſerv. de Vicar. Imp.* §. 11.

XXXIX. (a) v. Diplom. ad. FREHER. *Orig. Pal.* L. I. C. XVI. & GOLDAST. *R. Satz.* T. I. p. 141. conf. LIMN. J. P. L. 3. C. XII. n. 36. DITHMAR. de *Vicar. Orig.* §. 9. ubi exempla geſti a Palatino Vicariatus abſente Imperatore.

Digitized by Google

firmatum fuerit, quo eodem & SAXONEM gaudere, haud abs re judicatum eſt: unde & a MAXIMILIANO I. & CAROLO V. peculiares *Vicarios Generales* conſtituentibus, per *reverſales* ipſis de non præjudicando cautum fuit (b).

XL. Ex quibus omnibus id colligere licet, etiam *abſente Imperatore*, ſi nemo conſtitutus ſit, PALATINUM & SAXONEM Vica-

(b) v. GOLDAST. *R. Sax.* P. I. p. 243. LUNIG. *Reichs Archiv.* P. Spec. II. n. 15. 18. SCHURZFL. de Friderico III. §. 5. HORN. C. XXI. §. 3. D. MENCKE de FRIDERICO III. *Sap. Vicario Imp.* §. 5. ſeqq. D. KREGEL de *Vicar. Saxon. in caſ. abſ.* §. 10. DITHMAR. l. c. §. 8. p. 19. not. g).

XL. v. COCCEI. C. XVI. §. 11. TITIUS L. 5. C. IX. § 34. SCHILT. D. de *Vicar.* §. 5. ubi argumento hujus Legis dictis Electoribus jus Proviſionis competere, ſalvo tamen Imperatoris jure, aſſerit. conf. *Capit.* CAROLI VI. art. ult. ibi: *geſchehen laſſen, daß die in der G. B. benahmte Vicarii indeſſen an ſtatt unſer die Adminiſtration des Reichs continuiren.*

* In caſu *abſentiæ* quoque Imperatoris Vicariis ordinariis jus proviſionis Imperii in Capitulatione Noviſſima confirmatum eſt. v. Cap. CAR. VII. Art. I. I. §. 15. ibi *als auch bey deſſen langwierigen Abweſenheit auſſer Reich.* Add. Capit. CAROLI VII. l. c. ibi: *oder wen derſelbe das Regiment ſelbſt zuführen, durch andre Umſtände gehindert werden ſolte.*

Vicarios eſſe; poſſe tamen Imperatorem, etiam absque ipſorum conſenſu, alios conſtituere: cum non prius jus ipſorum ſeſe exerere queat, quam ubi Cæſaris Imperium defecerit; deficere autem iſtud dici nequeat, quamdiu ipſe per alium eodem fungitur.

XLI. Multo magis hoc jus, in *caſu minorennitatis* Cæſareæ, aut alius *impedimenti*, Vicariis iſtis ordinariis aſſerendum erit: cum his caſibus Cæſar ipſe Imperio proſpicere nequeat.

XLII. Diviſum vero eſt Vicariorum Imperium juxta antiquam Germaniæ diviſionem in *FRANCOS* & *SAXONES*; ita, ut PALATINI Vicariatus *partibus Rheni*, *Sueviæ*

XLI. v. HORN. §. 5. TITIVS §. 32. conf. *Capit.* IOS. art. 47. & *Meditat.* ad h. a. it. Dn. GRIBNERI *Spicileg. Obſerv. de Vicar. Imp.* §. 13. 14.

XLII. * Terras Sereniſſimi Vicarii in Diplomatibus ſuis ſpeciatim deſignare non ſolent, ſed ad dictum A. B. *Palatinus* verbis: *in denen Landen des Rheins Schwaben und Franckiſchen Rechtens*; *Saxoniæ* vero Elector his fere: *an Enden des Sæchſiſchen Rechtens, und in unſer Vicariat gehörenden Provincien.*

** Per *Jus Franconicum* intelligi non *leges*, ſed terras ſive diſtrictum *Franconiæ*, colligitur, 1.) e contextu, dum hæc verba talibus junguntur vocibus, quæ nihil aliud ſignificare poſſunt, niſi *terras*, nempe, *partibus Rheni*, quæ mani-

Digitized by

viæ & *Jure Franconico*, SAXONIS vero illis *locis*, ubi *ſervantur jura Saxonica*, circumſcribatur.

XLIII.

manifeſto non niſi *Terras* ſive *Provincias Rhenenſes*; & *partibus Suevia*, quæ haud dubio non niſi *terras* ſive *Ducatum Suevia* denotant; unde nihil probabilius, quam per voces his additas itidem non niſi *Provinciam* ſive *Ducatum Franconia* intelligi: 2.) ex antiquiſſima Aureæ Bullæ verſio , quæ vel CAROLI IV. vel WENCESLAI auctoritate adornata cenſetur; ubi hæc verba ita exprimuntur; *in Schwaben und Francken*, vel, ut Goldaſti editio habet, *im Franckiſchen Gebiethe.*

Cui interpretationi lucem quodammodo fœnerari poſſit, obſervatio Dn. MOSERI ex JAC. SPIEGELII Comment. ad ANT. PANORM. *de dict. & geſt. Alphonſ. Reg. Arrag.* eique junctas Additiones AENEAE SYLVII, p. 123. ubi ia verba; Relinquam Alberto, quicquid *Juris Franconici* poſſideo, ita interpretatur: h. e. quicquid *ditionis jure* in *Oſtro-Francia* teneo.

Per verba; *ubi jura Saxonica ſervantur*, non niſi *Leges Saxonicas* intelligi, ex ipſa loquendi formula, a priori plane diverſa, nec alium ſenſum admittente, manifeſtum eſt.

v. Ill. Dn. de LUDEWIG ad A. B. *Tit. V.* §. 1. *not. x)* conf. B. GRIBNERI Diſſ. de *Terr. J. Sax.* §. 14. 16. 23. 24. not. (n) (y) (z). DITHMAR. de *Vic. Orig.* p. 27. n. 6.). MOSER *Staats-Recht*

Digitized by Google

XLIII. Ad *PALATINI* igitur Vicariatum pertinent (a): 1. Provincia Rhenenſis, ſive *Circulus* uterque *Rhenanus*, 2. Ducatus ſive Circulus *Suevicus*, terræ etiam Auſtriacæ, in Suevia ſitæ, ut videtur, licet ad Circulum Auſtriacum ſint relatæ (b). 3. Ducatus ſive Circulus *Franconicus*, exceptis *Hennebergicis* ditionibus, quæ *Saxonico* Vicariatui ſubſunt (c): ſiquidem priores quatuor

Recht L. II. C. 142. §. 81. ſeqq. & Unpartheyiſche Urtheile P. II. p. 173.

XLIII. (a) v. Dn. de LUDEWIG ad A. B. l. c. not. (u) p. 508. & B. GRIBNER. de *Terris J. Sax.* §. 16. ſeqq. ubi GOLDASTI doctrinam de Terris Vicariatus Palatini examinans.

(b) Dn. de LUDEWIG. l. c. not. (u) p. 510.

(c) De Territorio *Coburgico* in Franconia, quod eſt pars *Hennebergici* Comitatus, obſervat GE. MELCH. de LUDOLFF. de *J. Camer.* §. XIII. n. 10. iſtud dudum ante pactum ſucceſſorium cum Ducibus Saxoniæ A. 1555. initum, pacto matrimoniali, a Carolo IV. Imp. A. 1350. confirmato, ad Landgravios Thuringiæ perveniſſe, & Circulo Superioris Saxoniæ in hunc usque diem adſcribi; quod tamen reſpectu reliquarum terrarum Hennebergicarum, quas A. 1583. extincta ſtirpe Hennebergica Saxoniæ Duces acquiſiverunt, obtineri non potuerit, quia tunc Circulorum ordo magis fuerit conſtitutus. Sed annon hodie omnes terræ Hennebergicæ, Saxonicis Dominiis

Provincias huc pertinere, ex ipſis A. B. verbis facile eſt ad intelligendum.

XLIV. *Burgundicum* Circulum nonnulli a Vicariatu Imp. propter exemtionem ejusdem a jurisdictione Imperii, exemtum cenſent (a): alii vero eumdem Vicariatui Imp. vindicant, quod nihilominus protectione Imp. gaudere debeat; quamvis de Belgio nonnulli dubitent (b).

XLV. An autem jure Franconico etiam Circulus *Bavariæ* & *Auſtriacus* comprehendantur, dubium (a) certe alii negant, nec rationibus deſtitui videntur, quod nec Bavaria,

minis ſubjectæ, Vicariatui Saxonico ſubſint, vix dubitandum.

Conf. GRIBN. l. c. §. 32. q.) MOSER l. c. §. 97.

* Determinatio per Circulos quidem diſplicet nonnullis, quia illi tempore Caroli IV. fuere incogniti: nihilominus, licet a Circulo ad Jus alterutrius Vicarii in hac vel illa terra fundatum argumentari non liceat, ſaltim hodie Vicariatuum diſtrictus per Circulos ſatis commode explicari videntur; ceteris paribus nempe, & ſi ea, quæ deſunt Circulis, addantur ac ſuppleantur.

XLIV. (a) v. THVLEMAR. de *Octovir. Cap. XXII.* § *4. p 375.* Ill. Dn. de LVDEWIG. ad A. B. l. c. not. x) p. 509.

(b) GRIBNER l. c. §. 22. MOSER. l. c. §. 95.

XLV. (a) B. GRIBNER Diſſ. de *Terris Juris Saxon.* §. 19. 20. utriusque Vicariatui has terras ſubeſſe, exiſtimat.

varia, nec Auſtria, unquam Franconici juris fuerint; unde nec *Bavari* (b), nec *Auſtriaci* (c), Vicariatum Palatini in ſuis terris agnoſcere voluere.

XLVI. Ad Vicariatum vero SAXONICUM ſpectabunt Circulus *Saxoniæ Superior*

 &

(b) v. Dn. de LUDEWIG ad A. B. l. c. not. (x) ubi quæ inter *Bavarum* & *Palatinum* A. 1612. diſceptata ſunt, dum hic Vicariatus Edictum affigi voluit, ille vero contradixit, & Dn. MOSER l. c. §. 93. ubi eadem ex Actis publicis plenius excerpta.

(c) GRIBNER l. c. not. k) ubi ſolennis Imp. LEOPOLDI Proteſtatio adverſus Bavari Vicariatum in terris *Auſtriacis*, Decreto Cæſareo, quo acta Vicariorum confirmavit, inſerta: quæ confirmatio cum hac reſervatione facta, *daß Ihro Kayſ. Maj. einzigen Vicario des Reichs über dero Ertzhauß und demſelbigen angehörigen Erblande die geringſte Jurisdiction nicht geſtändig.* Add. Dn. de LUDEWIG l. c. p. 512. Dn. MOSER l. c. §. 94.

XLVI. v. D. GRIBNER. Diſſ. de *Terris Juris Saxon.* §. 28. ubi *Terras Juris Saxonici* ita deſcribit, ut *generatim* eodem referat: primo *priſcì* & ampliſſimi *Ducatus* Saxoniæ *fines*, quibus & *Weſtphaliam*, & terras, quæ *Slavis* ereptæ Ducatui huic acceſſerunt; dein *terras* ceteras, *quæ* ſimulac Germaniæ unitæ fuerunt, aut diſſolutis Ducatibus aliis, *legibus Saxonicis uti* cœperunt, iisdemque Imperatore CAROLO IV. uſæ ſunt; denique

Digitized by Google

& *Inferior*, nec non *Weſtphalicus*, itemque terræ *Venedicæ* tam *boreales*, quam *orientales*: quippe quæ omnia vel ad Ducatum Saxoniæ olim relata, vel jure Saxonico uſa fuere.

XLVII.

denique terras, quæ *Vicariatui Palatino non adſcripta, neque utrique exemta ſunt*, ſive utrumque Vicarium, ſive Saxonem ſolum illæ Proviſorem Imperii agnoſcant: *Speciatim*; Terras *Anhaltinas* & *Lawenburgicas*, *Brunſvicenſes* & *Luneburgenſes*, *Magdeburgenſes*, *Bremenſes*, *Halberſtadienſes* & *Hildeſienſes*; *Weſtphalicas* Præſulum *Colonienſis*, *Paderbornenſis*, *Osnabrugenſis*, *Monaſterienſis*, dubium, an & *Leodienſis*? nec non Abbatiſſæ *Herwordienſis*, terras; *Juliaci Clivia* & *Montium* Ducatus (quamvis ob lites de ſucceſſione ad eorum Poſſeſſores litteræ Vicariatus eo non ſint miſſæ) *Mindæ* Principatum, *Oldenburgicum*, *Lippenſem*, *Bentheimiacum*, *Waldeccia*, *Tecklenburgicum* & *Schaumburgicum* Comitatus, itemque *Friſiam*; Porro *Thuringiam* univerſam, atque adeo & *Erfordiam* & *Eichsfeldiam*, nec non *Haſſiam*, æque ac *Coburgicas* & *Hennebergicas* ditiones; denique *Venedorum* terras, & in his *Marchiam*, *Luſatiam*, *Miſniam*, *Meglenburgicas* terras, *Pomeraniam* utramque, *Bohemiam*, *Sileſiam* ac *Moraviam*, v. §. 31.-52. ubi omnes hæ Vicariatus Saxonici terræ erudite demonſtrantur. Add. Dn. GERL. ADOLPH. de MUNCHHAUSEN de *Vicar. Ital.* §.-13. ubi inter alia & *Marchiam Brandenburgicam* & *Bohemiam*,

XLVII. *Poteſtas* Vicariorum, *vacante* Imperio, *propria* eſt & *independens*, imo Majeſtatica; quippe non ex ſpeciali quadam vel Cæſaris vel Statuum conceſſione aut delegatione, ſed ipſa lege competens, licet temporaria & Imperatorem repræſentans: ſed *abſente* aut *minorenni* Imperatore *delegata* tantum eſt, unde etiam tunc Vicarii non Imperii, ſed Imperatoris audiunt.

XLVIII. Ex his ſequitur, *vacante* Imperio, *tantam* eſſe Vicariorum *poteſtatem*, *quanta* eſt ipſius *Imperatoris*, ex Capitulatione

---

hemiam, una cum *Sileſia* & *Moravia*, ſpeciatim Saxonico vindicat Vicariatui ZWANZIG *Theatr. Praced.* P. II. Cap. I p. 13. qui contrarium tuetur. MOSER. l. c. *Cap.* 43. §. 5.-7 HARTMANN de *Vicariatu Saxon. per Friſiam oriental.*

XLVII. v. TITIUS L. 5. C. IX. §. 3.-7 14. 31. *Meditat.* ad *Cap.* 105. art. 47 lit. b) p. 359. ſeq. GRIENER. Diſſ. de *Juribus Varior. Imp.* §. 38. conf. *Capit.* CAROLI VI. art. ult. ibi: *an ſtatt unſer &c.*

XLVIII. v. Perilluſtr AUTOR. *Fecialis Europ.* P. 1. C. III. S. 3. p. 164. Ill COCCEJ. J. P. C. XVI. §. 19. HORN C. XXI. §. 10. TITIUS §. 12. L. 8. de WERNHER de *Jurib. Vicarior. S. R. I. in d. B. non expreſſis* § 1 ſeqq. ubi §. 8. ſeqq. agit de quæſtione: *An Vicarii ad Capitulationem adſtricti ſint?* eamque negat. D. GRIENER. Diſſ. de *Jurib. Vicar.* §. 5. & 36. & *Specim. Obſerv.* §. 15.

ne metienda, niſi qua reſtrictio doceatur; *abſente* vero, *quanta* ab Imperatore *conceſſa*: id quod ex natura utriusque Vicariatus clariſſime liquet.

XLIX. Non igitur jura Vicariorum vel ex ſola A. B., quæ exemplis tantum ea illuſtrat, ac deinceps reſtringit, vel ex ſpecialibus privilegiis, vel obſervantia metienda, aut aliis modis, neque in legibus fundamentalibus, neque in natura rei, fundatis, limitanda.

L. Jura in A. B. expreſſa ſunt: poteſtas *judicia exercendi*, ad *beneficia Eccleſiaſtica præſentandi*, *recolligendi reditus* & proventus, & *inveſtiendi* de *feudis*, *juramenta fidelitatis* vice & nomine S. Imperii *recipiendi*.

LI. Exercent vero *Judicium aulicum* quisque in ſuo diſtrictu, peculiare *Vicariatus Regimen* ſeu *Judicium*, *Vicariats-Regierung*,

XLIX. v. TITIUS §. 13. Dn. GRIBNER. Diſſ. laud. de *J. Vicar*. §. 6. ubi Diſſentientes in quatuor claſſes diſtribuit. & *Spicileg. Obſer. Miſc. de Vicar. I.* §. 8.

L. v. A. B. Tit. V. conf. L. B. de WERNH. Diſſ. de *Juribus Vicarior*. S. R. I. *in Aurea Bulla expreſſis*, & Dn. GRIBNERI *Spicileg.* jam laud. §. 10. *An Vicarii electo Imperatori de fructibus collectis rationem reddere teneantur?*

LI. v. de WERNHER. de *J. V. in A. B. expreſſis* §. 17.

Digitized by Google

rung, vel *Vicariats-Hoff-Gerichte*, in ſuis ſolis conſtituendo; *Camerale* vero conjunctim, ſub utriusque nomine atque Vicariatus ſigillo communi, per univerſum Imperium.

LII. Non ſolum autem ad cauſas novas, aut eas, in quibus periculum in mora eſt, aut ex quibus turbæ in Imperio metuendæ ſunt, cognoſcendi ac judicandi, facultas Vicariorum reſtringenda erit; ſed etiam ad cauſas, quæ jam antea in Judicio Imp. Aulico fuere pendentes, in Vicariatus Judiciis proſequendas, extendenda.

LIII. Quem in finem Vicariatus Judiciis Acta in Judicio Imp. Aulico tractata, atque in Cancellaria Imperii reperiunda, in originali, ſub declaratione ac data fide de iisdem Archivo Imp. mox finito Interregno reſtituendis, auctoritate Electoris Moguntini, Archicancellarii Imp. requirentibus Vicariis Imp. ſumtibus Partium, citra denegationem edenda ſunt.

LIV. Jus *præſentandi* ad *beneficia Eccleſiaſtica* alii juri *patronatus* tribuunt, vi cujus Imperatores, & eorum vice Vicarii, in certis

§. 17. 18. 19. GRIBNER. Diſſ. laud. de J. V. §. 8. 9.

* De communi Vicariatus Rhenani Judicio in Interregno noviſſimo Auguſtæ Vindelicorum conſtituto ſuperius dictum.

LII. LIII. Cap. CAROLI VII. Art. III. §. 16.

tis Eccleſiis ſuas præbendas regales conferunt (a): alii vero, & forte rectius, ad *jus primariarum precum* extendunt; quippe quod itidem Cæſari vi poteſtatis Cæſareæ competit (b).

LV.

LIV. (a) v. SCHILT. J. P. L. I. T. XVIII. §. 3. STRUV. *C. J. Publ.* Cap. XIII. § 29. Add. Dn. CHRIST. GOTTLIEB BUDERI eruditam *Diatribam* de *S. R. I. Vicariorum jure præſentandi ad Beneficia Eccleſiaſtica*, §. 5. ubi eandem ſententiam tuetur, atque docet, intér hæc *Beneficia Eccleſiaſtica*, quorum conferendorum poteſtas *Vicariis Imperii* competit, eſſe *Canonicatus* & *Præbendas* illas *Regales*, in Eccleſiis Metropolitanis, Cathedralibus, aliisque a Regibus noſtris, vel fundatas, vel reſervatas, quarum & numerum, naturamque & indolem in Diſſertatione, cui titulus; *Hiſtoria Canonicatuum Impp. Regumque Germaniæ*, expoſuit: Hos quippe Canonicatus & Præbendas Imperatores honoris cauſa ipſos quidem gerere; quia tamen officium ſuum in Choro & Capitulo facere haud poſſint, aliis honeſtis Viris loca ſua adſignare, iisque adeo *Præbendas* hujusmodi *regales* conferre; indeque poteſtatem easdem Præbendas regales, Imperatorum loco tempore interregni, conferendi Vicariis Imp. ex Aureæ Bullæ lege competere.

(b) v. TITIUS §. 18. ſeqq. MULDENER *Poſit. inaug. IV. de Jure prim. prec.* §. 5. Dn. GRIBN. Diſſ. de *Precibus primar. Vicariorum Imp.*

LV. Inter jura non expreſſa inprimis locum habet *Jus indicendi* communi nomine *comitia* Imperii, vel eadem *continuandi*, atque per Principales ſuos Commiſſarios iisdem præſidendi, itemque Decreta, imo & Receſſus Imperii una cum Statibus conficiendi: quippe quod Vicaria Imperatoris poteſtas utique poſtulare videtur.

LVI. Denique omnia reliqua ſummæ poteſtatis jura, ſive ſint *Cæſareo-Comitialia*, ſive *Cæſareo-Electoralia*, ſive *Reſervata Cæſarea* (a), Vicariis etiam merito aſſeruntur (b); excepto tamen jure 1.) *alienandi* res

LV. v. DE WERNH. de *J. V. in A. B. non expreſſ.* §. 39. TITIUS §. 22. GRIBN. §. 23.

LVI. (a) Infra uberius conſideranda, atque ſuis locis, ubi de Juribus Majeſtatis Imperii agetur, inſerenda. Conf. interim Dn. MOSERI *Staats-Recht* l. c. Cap. 145.-151. ubi agit *von denen Gerechtſamen derer Reichs Vicarien überhaupt und ihren Perſonal-Gerechtſamen inſonderheit; von deren Gerechtſamen in Staats Sachen, in Gnaden Sachen, in Juſtitz-und Lehn Sachen, in Cameral-Sachen, in Kriegs-Sachen, in Policey Sachen.*

(b) v. DE WERNH. Diſſ. de *Jurib. Vicarior. S. R. I. in A. B. non expreſſis* §. 26. & ſeqq. ad fin. D. GRIBN. Diſſ. laud. de *Jur. Vicar. Imp. illis inprimis, quæ perperam a nonnullis in dubium vocantur.*

res Imperii, & 2.) *inveſtiendi de feudis Principum* & *vexillaribus Fahn-Lehn* (c).

LVII. Ut autem Vicariorum poteſtas ſtatim incipit a morte Imperatoris, qua cognita, ipſi publica Edicta, *Vicariats-Patente*, (a) in terris Vicariatus ſui adfigi curant: ita definit eadem novo Imperatore electo, a quo

* Cum A. 1658. Elector Palatinus per litteras patentes Vaſallos Imp. ad petendam ab ipſo, tanquam Vicario Imp. inveſtituram, ſub pœna caducitatis, invitaret, Comites Imp. plane non comparuerunt, freti A. B. THULEMAR. de *Octov. Cap. XXII.* §. 27.

(c) v. A. B. Tit. V. Conf. GUNDLINGII Diſſ. de *Feudis Vexilli.*

LVII. (a) Commune Vicariatus Edictum *Bavarico-Palatinum*, in Interregno noviſſimo Statibus ad hujus Vicariatus diſtrictum pertinentibus, communi CAROLI ALBERTI, Bavari, & CAROLI PHILIPPI, Palatini, nomine, tranſmiſſum, extat in *Hiſtoria* hujus Interregni, p. 336. ſeqq. ſub titulo: *Gemeinſchafftliches Vicariats-Patent der beyden Churfürſten zu Bayern und Pfalz an die geſammte Stände in Landen des Rheins, Schwaben und Franckiſchen Rechtens*; ac dato d. 30. Oct. A. 1740.

Saxonici Vicariatus Edictum in eadem *Interregni Hiſtoria* p. 364. ſeqq. extat ſub titulo: *Chur-Sächß. Vicariats-Patent, wie ſolches in den Landen Sächſiſchen Rechtens, nach dem Tode Kayſerl. Majeſtät verkündiget worden*; & dato d. 24. Oct. A. 1740.

Digitized by Google

a quo geſtorum confirmationem petere ſolent; Imperator autem eadem confirmare tenetur; quod & ſtatim in ipſa Capitulatione fieri ſolet (b). Eadem ratione ſi abſens fuerit Imperator, eodem reduce, vicariam poteſtatem finiri, facile intelligitur.

LVIII. Sed & obſtringuntur Vicarii Imp. ſtatim finito Interregno, & quidem intra ſex menſes, Acta ſua ad Imperatorem noviter electum transmittere; ut ab Electore Moguntino, ceu Archi-Cancellario Imp. aut Vice-Cancellario, Archivo Imp. inferri queant.

LIX. Ceterum ab Imperatore Vicariorum Imp. in Aurea Bulla & Obſervantia fundata jura ac proviſio Imp. non ſolum poſt obitum Imperatoris, ſed etiam in caſu diuturnæ

(b) In *Capitulatione* Noviſſima CAROLI VII. ea duntaxat, quæ a *Vicariatu Saxonico* usque ad ſuſceptum ab Imperatore Regimen acta ſunt, ab eodem confirmata leguntur. Cap. CAROLI VII. *Art. III.* §. 20. Conf. SCHWED. P. Spec. S. I. C. XXXII. §. 2. C. XXXIII. §. 9. de WERNH. Diſſ. jam laud. de *J. Vic. in A. B. non expreſſis* §. 14. 15. ubi de *Litteris* iſtis *ſolemnibus*, quibus Vicariatus ſignificatur, agit, utrum *jam olim in uſu fuerint? an Status easdem publicare teneantur?*

LVIII. v. Capit. CAROLI VII. *Art. III.* §. 17.
LIX. Capit. CAROLI VII. d. Art. §. 15.

turnæ ipſius abſentiæ aut alius impedimenti, adminiſtranda, illibata tuenda ſunt, nec admittendum, ut eadem turbentur, impugnentur aut reſtringantur.

LX. Præter Vicarios Germanicos etiam alii, ratione Regnorum Germaniæ junctorum, nempe *Imperii Romani* ſtricte dicti, Regni *Longobardici* atque *Arelatenſis*, laudari ſolent: quorum tamen Vicariatus hodie forte exiguo Germaniæ emolumento exercentur.

LXI. In *IMPERIO ROMANO* ſtricte dicto, vel potius in Urbe & ditione Romana, Vicariatus a nonnullis PONTIFEX (a) exiſtimatur; ſed abſque fundamento, cum nullum Vicariatus ipſi conceſſi extet exemplum, & potius vel *Comites Palatii Lateranenſis*, vel præcipui ex *Senatoribus* olim Urbi vice Imperatoris, præfuerint (b); ſicut nec hodie forte Pontifex Vicarius videri voluerit (c).

LXII. In *ITALIA* olim varii Vicarii vel Civitatibus maioribus, vel integris diſtri-

ctibus

LX. v. BOECLER. *Not. Imp.* L. 4. C. III. n. 1. TIT. §. 35.

LXI. (a) v. SCHVRZFL. de *Diviſ. Imp. Carol.* §. 78. p. 89. GROTIVS de J. B. & P. L. 2. B. IX. §. 11. n. 4. add. Dn. MOSER l. c. Cap. 54.

(b) v. STRVV. G. J. P. Cap. XIII. §. 34. & XI. §. 15.

(c) v. TITIVS §. 39.

Digitized by Google

ctibus ac provinciis ſub *Poteſtatum*, *Comitum*, *Vice-Comitum*, *Legatorum*, vel etiam *Vicariorum* nomine, praefecti fuere, quos inter *Vicarii Generales*, ceterorum inſpectores, eminuerunt: quorum omnium varia ſub HENRICO V., OTTONE IV., FRIDERICO II., RVDOLPHO Habspurgico, cumprimis vero HENRICO VII. & LVDOVICO *Bavaro*, ſtrenuis jurium Imperii in Italia adſertoribus, extant exempla.

LXIII. Hi uti initio nil niſi *Magiſtratus* erant, qui vice & nomine Imperatoris juſtitiam & reditus adminiſtrabant, ceteraque Imperii jura in Italia conſervabant: ita ſucceſſu temporis vicariam poteſtatem in propriam commutarunt, ac ſublimi territorii jura, æque ac Germanorum Duces & Comites, ſibi adſeruerunt.

LXIV. Licet autem hoc pacto Vicariorum nomen in plerisque Civitatibus ac territoriis Italiæ extinctum fuerit: tamen ad noſtra usque tempora nonnulli Vicariatus perdurarunt, & cumprimis *Mediolanenſis*,

 Sabau-

LXII. v. Dn. STRVV. C. J. P. Cap. XIII. §. 35. & Dn. de MVNCHHAVSEN Diſſ. de *Vicariatu Italico* C. II. & III. ubi exempla ex hiſtoriis illorum temporum collecta, & diplomatum fide firmata.

LXIII. v. *Periluſtr.* AVTOR *Fecial. Europ.* P. I. p. 160. SCHVRZFL. *Jus Aug. in Ital.* §. 9. 10. 15. Dn. de MVNCHHAVSEN Diſſ. laud. C. III.

Sabaudus atque *Mantuanus* celebrati fuerunt.

LXV. Scilicet *MEDIOLANI* jam ab ADOLPHO Naſſovio *Vice-Comes* Cæſareus Vicarius univerſæ Longobardiæ conſtitutus eſt: quod munus dein ab ALBERTO, HENRICO VII. CAROLI IV. Imperatoribus confirmatum eſt; licet WENCESLAVS poſtea ex Vicario *Ducem* creaverit.

LXVI. *SABAVDVS* uti jam a FRIDERICO II. *Vicarius Generalis* in Sabaudia conſtitutus eſt: ita a SIGISMVNDO Imp. in omnibus & ſingulis civitatibus, caſtris, caſtellis, oppidis, dominiis atque terris, quæ teneret in partibus *Pedemontium*, *Vicariatum* obtinuit, qui poſtea a MAXIMILI-

LXV. v. VITR. *Illuſtr.* L. I. T. XI. §. 2. FECIAL. EVROP. P. I p. 160. STRVV. l. c. §. 36. MVNCHHAVSEN d. Diſſ. C. II. §. 5. ubi a FERDINANDO III. eundem Vicariatum confirmatum eſſe quidem aſſeritur, ſed absque teſtimonio.

* In Interregno noviſſimo, poſt mortem CAROLI VI. *Rex Sardiniæ*, qua *Sabaudiæ Dux*, quoque Vicariatum Imp. per Italiam ſuſcepit, miſſis per terras eodem pertinentes litteris patentibus, atque adeo jura eiusdem, uti par erat, exercuit. *Geſchichte des Interregni nach Abſterben Kayſers* CAROLI VI. Sect. V. p. 366.

LXVI. v. STRVV. l. c. §. 36. & MVNCHHAVSEN l. c. C. II. ubi *Diplomata* ex GVICHENONII *Hiſt. de Savoye* & LEIBNITIO exhibentur.

Digitized by Google

MILIANO I. & CAROLO V. non ſolum confirmatus, ſed etiam ab hoc ad Comitatum *Aſtenſem* & Marchionatum *Cevæ*, a FERDINANDO II. vero etiam ad ceteras terras, quas inprimis ex Marchionatu *Montisferratenſi* acquiſiverat, fuit extenſus; ſicuti jam antea a FERDINANDO I. *perpetuus* ei *Vicariatus* firmatus fuerat.

LXVII. *MANTVANVS* Vicariatus itidem jam olim inſtitutus, a FERDINANDO III. autem CAROLO III. Mantuano Duci inſtauratus fuit, ſed refragante *Sabaudo*, in cujus gratiam iſte Vicariatus per decretum Electorale, & Capitulationes LEOPOLDI, JOSEPHI, & CAROLI VI. iterum abolitus fuit, proteſtante tamen Mantuano.

LXVIII. *Officium* horum *Vicariorum Generalium* in eo conſiſtebat, ut vices Imperatoris per diſtrictum ſuum in univerſum gererent, adeoque actus Imperiales vivo ac mortuo Imperatore exercerent, homagium feudorum & appellationes reciperent, controverſias definirent, atque jurisdictionem criminalem, ſi conceſſa eſſet, adminiſtrarent, denique ceteros Vicarios particulares obſer-

LXVII. v. MVNCHHAVSEN l. c. §. 6. *Meditat.* ad *Cap.* 106. art. 14. lit. c. Cap. CAROLI VI. art. 16.

LXVIII. v. STRVV. §. 37. MVNCHHAVSEN l. c. C. III. §. 5.

Digitized by

obſervarent: quorum jurium forte pauca hodie adhuc uſum habent.

LXIX. In *Regno ARELATENSI* olim Comites in ſuis territoriis Imperatorum Vicarii erant, ſed particulares (a): quamvis univerſales etiam nonnunquam conſtituti fuerint, exemplo LUDOVICI *Barbati*, (b), qui a RUPERTO parte *Galliæ* & *Regno Arelatenſi*, & CAROLI *Delphini* (c), qui a CAROLO IV. eidem Regno, excepta Sabaudia, *Vicarius* præfectus fuit.

LXX. In *Sabaudia* ipſe *Dux Sabaudiæ*, hodie *Rex Sardiniæ*, Vicariatu *generali* & *perpetuo* gaudet: cujus origo a FRIDERICO II. repetenda, quippe qui THOMASIO de Sabau-

---

LXIX. (a) v. STRUV. l. c. § 37.

(b) v. FREHERI *Origg. Palat.* C. XVI. p. 133. ſqq. ubi DIPLOMA RUPERTI.

(c) v. CONRING. de *Fin. Imp.* C. XXIV. p. 600. ſqq.

* In Regno *Arelatenſi* olim Angliæ Reges ac deinceps Principes *Arauſionenſes* Vicariatu gaviſos eſſe, obſervat Dn. de LUDEWIG. ad A. B. l. c. p. 509. Idemque ib. p. 507. memorat, CAROLUM Burgundiæ Ducem Vicariatum Generalem & Perpetuum in Regno *Arelatenſi* & *Lotharingia* a FRIDERICO III. ſive V. Imp. petiiſſe, ſed non obtinuiſſe.

LXX. v. MUNCHHAUSEN Diſſ. laud. C. II. §. 7. ubi *Diplomata* ex GUICHENONII *Hiſt. de Savoye* & LEIBNIZII *Cod. J. G. Diplom.* exhibentur. conf. STRUV. l. c. §. 38.

Sabaudia & *Legati generalis* & *Præſidiatu* officium contulit: quod CAROLVS IV novo jure & appellationes ab Archi-Epiſcopis, Abbatibus aliisque judicibus ſecularibus, & homagium recipiendi, tituloque *S. Imperii Generalis Vicarii* in Comitatu *Sabaudiæ*, & partibus circum vicinis auxit; ceterique Imperatores, cumprimis SIGISMVNDVS, MAXIMILIANVS I. CAROLVS V. FERDINANDVS I. RVDOLPHVS II. & ſequentes, vel confirmarunt, vel novis acceſſionibus ornarunt.

LXXI. Quemadmodum vero hi *Vicarii Italici* ac *Arelatenſes* vivo Imperatore non ita ſunt indopendentes, quo minus ipſe Imperator in eos æque ac ceteros Italiæ Vaſallos ſua gaudeat poteſtate: ita iidem *mortuo* quoque *Imperatore* Vicariis Imperii univerſalibus, *Palatino* & *Saxoni*, ſubeſſe videntur, qui & jus ſuum in Interregno poſt obitum IOSEPHI Imp. in Italia exercuerunt. *

LXXI. * In Interregno iſto Comes *Daunius* nomine Vicariorum Imp. PALATINI & SAXONIS lites inter Duces *Mutinenſem* & *Parmenſem* ortas componere aggreſſus eſt. Iidem Vicarii Imp. Comiti de *Caſtelbarco* has vices demandarunt, ut in Italiæ provinciis Imperio devinctis jura Imperii ſarta tecta ſervarent.

v. MVNCHHAVSEN Diſſ. laud. C. III. §. 7. D. GRIBN. Diſſ. de *Jurib. Vicar. Imp.* §. 37. DITHMAR. de *Vic. Ord.* §. 10.

ſtatuendo dicuntur, quod perſonam *ſtandi* in Comitiis, vel jus *ſtatuendi* de rebus ad Rempubl. pertinentibus habent: ita aliis vocabulis *Ordines*, *Cives*, *Proceres*, *Senatores* Imperii, quamvis minus proprie minusque uſitate, appellantur.

V. Aliquando quidem vox Status in latiori ſenſu accipitur, pro civibus *immediatis*, ſive jus ſuffragii habeant, ſive non: aliquando *ſtrictius* pro iis, qui cum immedietate *jus ſuffragii* conjunctum habent; quæ ſignificatio Jure publico eſt receptiſſima, atque hic locum invenit: aliquando *ſtrictiſſime*, ita, ut, *Status* vel Electoribus, vel Principibus contradiſtinguantur.

VI. Tria autem ſunt, quæ *eſſentiam Status Imp. die Reichs-Standſchafft*, licet inæquali ratione, abſolvunt, atque adeo inſtar characterum a ceteris perſonis civilibus eum diſtinguunt: *jus ſuffragii*, *immedietas*, & *obligatio* ad ferenda Imperii *onera*.

VII. *Jus ſuffragii*, ſive votum & ſeſſio in Comitiis, facile primus atque præcipuus

Nn 5 Status

IV. v. HORN. J. P. Cap. XXII. *Meditat.* de *Statib. Imp.* §. 3. Mantiſſæ loco *Meditat.* ad INSTR. PAC. Spec. II. adjecta.

V. v. COCCEJ. Diſſ. de *Charactere Status Imp.* S. II. §. 19. 20. *Meditat.* de *Stat. Imp.* modo laud. §. 4. 5.

VII. v. COCCEJ. Diſſ. laud. Sect. II. qua demonſtratur,

Status character eſt, eique tam eſſentialis, ut; qui eodem caret, in ſenſu proprio ſtrictiorique Status Imperii dici nequeat.

VIII. Uti vero Jus ſuffragii non nudi conſilii, ſed decreti & Senatusconſulti vim habet, atque ſummi Imperii partem facit: ita nec ſufficit, vocari ad Comitia, ſed reipſa inter Status locum occupare, & de Republ. ſententiam dicere, ſi non ſemper actu ſecundo, tamen actu primo; idque in Comitiis univerſalibus, vel totum Imperium repræſentantibus.

IX. Fundamentum Juris ſuffragii hodie eſt *Immedietas* non ſolum ratione *perſonæ*, ſed

ſtratur, Characterem perpetuum *der Reichs-Standſchafft* conſiſtere in *Jure Comitiorum*, idque uſu Gentium æque ac Receſſuum Imperii. *Meditat.* de *Stat. Imp.* cit. §. 22.-28. SCHWEDER. J. P. *Part. Spec.* S. 2. C. I. §. 3. ibique alleg. CONRING. de *Republ. I. R. G.* Diſſ. IX. §. 9. BOECLER. *Not. Imp.* L. V. C. I. OBRECHT ad *Monzamb. Exerc.* II. C. II. p. 18. SCHILTER. *J. Publ.* L. I. T. XIX. §. 3. MAVRIT. Diſſ. de *Matric.* §. 19. KVLPIS de *Legat. Stat. Imp.* C. IV. §. 8. ſq. VITRIAR. *Ill.* L. I. T. XII. §. I. & PFEFFING. in Not. HORN. *J. Publ.* C. XX. §. 5. STRVV. *Corp. J. Publ.* Cap. XVI. §. 3.

VIII. v. *Medit.* de *Stat. Imp.* cit. §. 22. 23. 24. 31. SCHWED. *P. Spec.* S. 2. C. I. §. 5. KVLPIS de *Jur. Legat. Stat. Imp.* C. IV. §. 6. 8. HORN. Cap. XXII. §. 6.

ſed etiam *bonorum*, ſive *ſuperioritas territorialis* in *immediato* Imperii *territorio* (a): cum nemo hodie ad votum & ſeſſionem in Comitiis admittatur, niſi qui gaudet *immediatis* Imperii *bonis* (b); licet olim & *mediati* ad Comitia admiſſi fuerint, *nec* omnes *immediati* etiam hodie *Status* ſint (c).

X. Illud vero non requiritur, ut quis hæc bona ab Imperio jure *feudi* immediate poſſi-

IX. (a) v. COCCEJ. Diſſ. cit. Sect. III. §. 1. 2. 3. ubi, Immedietatem *non* eſſe *de forma der Reichs-Standſchafft*, eſſe tamen *conſequens juris Comitiorum*; nec *Superioritatem territorii* Statum facere, adhærere tamen Statibus, cenſet. §. 17. 18. 19. *Medit.* de *Stat. Imp.* §. 9. 10. TITIUS *J. Publ* Lib. III. C. I. §. 27. 28. 30.-33. STRUV. l. c.

(b) v. R. I. de a. 1555. §. *Dieweil aber.* d. a. 1564. §. *Und wollen wir.* 1654. §. *Uber dieß haben wir &c.* & *Capitul.* LEOP. art. 44. JOS. 43. CAROLI VI. art. I. CAROLI VII. Art. I. §. 5. ibi: *Keine Fürſten, Grafen und Herren in Fürſtl. oder Gräfl. Collegiis an oder auffnehmen, ſie haben ſich dann vorher dazu mit einem Immediat-Fürſtenthum, reſpective Graf-oder Herrſchafft genugſam qualificiret.*

(c) v. R. I. Worm. d. a. 1564. §. 19. *ſo nicht Stände des Heil. Reichs, jedoch dem Heil. Reich immediate unterworffen.* conf. COCCEJ. l. c. §. 2. 4.

X. v. EUROP. HEROLD. P. I. p. 448. 477. MYLER. ab EHRENBACH. de *Princip. & Stat. Imp.* C. XI.

poſſideat: cum ſufficiat *bona immediata* ſaltem ratione *juris territorialis* poſſideri, licet non immediate, ſed mediante alio Statu, ab Imperio in feudum conceſſa ſint, exemplo Ducatus *Bipontini*, Comitatus *Falckenſteinenſis*, *Erpacenſis* aliorumque.

XI. Exceptio quoque a regula nonnunquam locum habet, quod nonnulli ratione *perſonæ* quidem *immediati*, ſed *territorio immediato* atque *ſuperioritate territoriali carentes*, nihilominus jure *Status* gaudere queant, ſive bona immediata per injuriam amiſerint, ſive ex Imperatoris & ceterorum Statuum conſenſu expreſſo vel tacito iſtud jus acquiſiverint: quamvis, ſi perſonæ hoc jus ob inſignia merita conceſſum ſit, ſub con-

C. XI. §. 8. STRAUCH. *Exerc. exot.* X. §. 21. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 11. STRVV. l. c. Dn. de BVNAV *Exam. Diſſ. de Juriſd. feud. & Superior.* T. C. VIII. §. 7.

XI. v. *Medit.* de *Stat. Imp.* §. 13. 14. EVROP. HEROLD. T. I. p. 166. 595. 825. LYNCKER. de *Super. territ.* p. 60. TITIVS L. 3. C. I. §. 38. HORN. C. XXII. §. 7. 8. R. I. noviſſ. §. *Uber dieſes haben wir.* Dn. de BVNAV l. c. §. 8. ubi exempla afferuntur Statuum, qui jure ſuffragii in Comitiis gaudent, licet immediatis Imp. bonis aut ſuperioritate territ. careant, ut Epiſc. *Tridentinus* & *Brixienſis*, Comit. *Reinſtein.* & *Hohenſtein.* Dynaſt. *Lohra* & *Klettenberg*. Comit. *Mansfeld* & *Ortenburg*.

Digitized by Google

conditione bonorum immediatorum comparandorum, conditione non impleta, illud ad heredes non tranſeat.

XII. Denique ad qualitatem Status pertinet, pro modo cenſuque bonorum immediatorum in aliquo Imperii *Circulo* eſſe deſcriptum, & ad ferenda Reipublicæ *onera* pro parte ſua concurrere: quæ quidem conditio hodie regulariter neceſſaria eſt, quamvis extra ordinem in nonnullis vel penitus, vel certo modo, ceſſare queat; ſicut & dantur, qui ad Imperii onera concurrunt, ſed Status non ſunt.

XIII. Nexus autem ille, quo ad ferenda *Imperii onera* obſtricti ſunt Status, maximam partem ſocialis eſt; licet in nonnullis vaſallagium accedat, vel etiam tenues ſubjectionis reliquiæ ſuperſint.

XIV. Ex dictis liquet, tria iſta ad conſtituendum Statum Imperii conjunctim requiri, & in quo conjuncta ſunt, illum *proprie* perfecteque *STATUM* haud dubie eſſe; ſed in quo primum deficit, illum non niſi *impro-*

XII. v. Capit. CAROLI VII. Art. I. §. 5. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 15. TITIUS l. c. §. 39. HORN. l. c. §. 9. EUROP. HEROLD. T. I. p. 166. 595. SCHWED. l. c. §. 8. CONRING. de *Civib. Imp.* §. 9. & de *Comit.* §. 10. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XV. §. 7.

XIII. v. TITIUS l. c. §. 40.

XIV. v. TITIUS l. c. §. 48. 49. 50. 51.

improprie & in latiori ſenſu; in quo ſecundum vel tertium, proprie quidem ſtrictęque, ſed ἀνεμαίλως Statum audire: id quod non ſolum in explicandis legibus fundamentalibus atque actis publicis, ſed etiam probanda qualitate Status, ad quam neque relatio in *matriculam*, aut in *Circulum*, neque *convocatio* ad *Comitia* ſufficit, uſum habere poteſt.

XV. Liquet etiam, *qualitatem Status*, *die Reichs-Standſchafft*, perſonæ quidem, ratione facultatis & uſus, attributum eſſe, ſed ratione fundamenti *Territorio* ita *inhærere*, ut non ſolum intuitu territorii conferatur, nec cuiquam regulariter competat, niſi qui in territorio immediato ſuperioritatem exercet, eodemque amiſſo, etiam jus ſuffragii pereat, ſed etiam ad temporarios poſſeſſores, *die Inhaber dieſer oder jener Graff- oder Herrſchafft*, transferatur: niſi forte

XV. * Utrum jus ſuffragii perſonæ, an territorio adhæreat? ab aliis in utramque partem diſputatur. v. LIMN. J. Publ. L. X. C. I. §. 54. & Tom. I. *Addit.* L. VII. p. 75. SECKENDORFF *T. Fürſten-Staat* P. II. C. III. §. 2. Addit. p. 82. OBRECHT ad *Monz.* l. c. p. 21. KVLPIS ad *Monz.* C. II. §. 1. p. 213. BVRGOLD. ad *Inſtr. P.* P. I. Diſc. XVIII. n. 4. SCHWEDER *J. Publ.* P. Spec. S. II. C. I. §. 2. ſeq. TITIVS J. P. L. III. C. I. §. 36 HORN. l. c. §. 10. STRVV. *Corp. J. Publ.* Cap. XV. §. 5. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 16. - 21.

forte extra ordinem perſonæ citra reſpectum bonorum jus ſuffragii collatum ſit.

XVI. *Modus acquirendi* jus Status eſt vel *originarius* vel *derivativus: illo* jus Status de novo producitur confertúrque, adeoque comitialium ſuffragiorum numerus, qui nunc eſt, uno novo adjecto extenditur atque augetur; *hoc* vero jus Status, quod jam actu in perſona aut re extat, facto hominis vel legis alii acquiritur.

XVII. *Originarie* hujus juris, & per conſequens Status, *cauſſa* proxima & immediata eſt *Imperator* cum *Statibus Imperii*, ſaltem illis, qui ex duobus ſuperioribus ſunt collegiis, aut ſi de civitate agendum eſſet, ex omnibus tribus.

XVIII. Modus efficiendi primo in eo conſiſtit, ut Imperator jura Status cuipiam daturus ante omnia Electorum, & poſtmodum

XVI. v. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 34. & 43.
XVII. v. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 35.
XVIII. v. Rec. Imp. noviſſ. §. *Uber dieß haben &c.* ibi: *ohne der Churfürſten und Stände Vorwiſſen und Conſens keiner zur Seſſion und Stimm im Fürſtenrath zugelaſſen &c. Capitul.* LEOPOLD. art. 44. CAROLI VI. a. I. & CAROLI VII. Art. I. §. 5. ibi: *neben dem Churfürſtlichen auch dasjenige Collegium oder Banck, darinn ſie auffgenommen werden ſollen, in die admiſſion ordentlich gewilliget. Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 36. STRUV. Corp. J. Publ. l. c. §. 6.

Digitized by Google

dum etiam Senatus Principum, ac denique, ſi novus Status Comes aut Baro ſit, illius collegii, in quo ſuffragium laturus eſt, conſenſum rogare debeat, quippe ſine quo nemini jus Status concedi poteſt.

XIX. Nec dubitandum, ſi Imperator urbem provincialem in claſſem & jura liberarum Imperii Civitatum dignetur evehere, & Urbium Imperialium conſenſum neceſſarium eſſe, ex paritate rationis: quamvis hujusmodi caſus forte rariſſime extiturus ſit.

XX. Antequam vero quis ad jura Status Imp.

* A. 1711. Civitates Imp. quoque circa recipiendum Principem, Comitem aut Baronem inter Status Imp. conſenſu ſuo concurrere voluerunt, atque hinc duobus Superioribus Collegiis ſcriptum exhibuerunt, ſub titulo; *Repræſentation einiger Urſachen, warum bey neuer Admittirung Fürſten Graffen und Herren ad votum & ſeſſionem in einem hochlœbl. Fürſten-Rath, auch des Reichs-Stadtiſchen Collegii concurrenz jedesmal billig zu erfordern, und dieſe alſo von dergleichen Deliberationibus nicht zu excludiren ſey.* Dn. MOSER *Anmerck. über Kayſerl. Maj. Carls des VII. Wahl-Capitul.* Art. I. §. 6. p. 17. ſeqq. Sed nihil obtinuerunt.

XIX. v. *Meditat.* de St. I. §. 37.

XX. * Quin major non ſolum Principum Collegii,

Imp. admitti queat, requiritur non ſolum poſſeſſio bonorum Immediatorum, ſtatui ſuo ac dignitati convenientium, uti ſuperius obſervatum eſt; adeoque, ſi Princeps ſit, Principatus Immediati, ſi Comes, comitatus immediati, vel ſaltem talis dynaſtiæ; ſed

ſi Princeps, ſed & Comitum, Scamni, in quod Comes ſuſcipiendus eſt, pars conſentire debeat, vix dubitandum.

** Cenſus conveniens is exiſtimatur, ſi Principes in collectis Imp. pro ſimplici menſe ſic dicto Romano 3. Equites, & 10. pedites, ſive 76 florenos præſtandos, & pro quolibet termino camerali 16. florenos ſolvendos, ſuſcipit: qui autem bona poſſidet immediata, cenſum pro rata redituum ſolvere tenetur; ut tamen hic non ſit minor, quam modo dictus ille, quem *Lobkovitzianum* vocant. Veteres vero Imperii Principes requirunt, ut Princeps, præter Camerales ſuos reditus, quotannis minimum 50000. florenos a ſubditis collectationi obnoxiis percipere queat.

*** Nonnunquam Comites Comitem quendam in Collegium ſuum recipiunt, ac ratione bonorum immediatorum diſpenſant; qui adeo membrum quidem Collegii fit, atque per indirectum de voto Collegii curiato participat, ubi negotia comitialia in Collegio Comitum tractantur, privilegiis quoque ac immunitatibus Comitum Collegio conceſſis fruitur: attamen nec ipſe nec ejus ablegatus in comitiis admittitur, quamdiu requiſitis Status

Digitized by Google

ſed etiam ſuſceptio certi atque dignitati comparis cenſus matricularis, in Circulo Imp. ubi ſcilicet bona poſſidet, de quo in comitiis quantocyus decernendum, ac relatio in Matriculam.

XXI. Quocirca novus Status quoque, ante realem ſui receptionem, fidem, datis litteris reverſalibus duplicibus, facere tenetur: primum, ſe non ſolum Imperatoris & Imperii honorem ac ſalutem promoturum, damnumque averſurum, ſed etiam cenſum matricularem ſuſcepturum, bonaque immediata, dignitati ſuæ convenientia, ſi iſtud nondum factum ſit, comparaturum:

XXII. Deinde, ſe nec dignitate a Cæſare impetrata in præjudicium Conſtatuum abuſurum, neque adeo receptionem ſuam in Collegium Principum vel Comitum illis Principibus aut Comitibus, qui antiquiori jure, per Decreta Cæſarea, aut Imperii Concluſa,

---

Imp. deſtituitur, atque adeo proprie Status Imp. non eſt.

Capit. JOSEPHI Art. 43. CAROLI VI. Art. 1. CAROLI VII. Art. 1. §. 5. ibi: *und mit einem Standeswürdigen Anſchlag (weßhalben in Comitiis das nœthige forderſamſt zu reguliren) in einem gewiſſen Creyß eingelaſſen und verbunden.* add. *Medit. de Stat. Imp.* §. 40. Dn. MOSER *Comp. Jur. Publ. Lib. 4. Cap. I.* §. *5.-9.*

XXI. XXII. Dn. MOSER *Compend. J. Publ. L. 4. C. 1.* §. *11.*

Digitized by

cia, ad Introductionem obtinendam, gaudeant, ſed eam obtinere nondum potuerint, nec ratione præcedentiæ, nec ratione ſeſſionis & voti, fraudi unquam futuram.

XXIII. Deinde, qui hac ratione jus ſuffragii ſuo tempore ferendi adeptus eſt, illi ab Imperatore in Principum Comitumque, adde & Urbium, *curia* de *ſeſſione* & *loco* proſpiciendum, quo ferre ſuffragium & ſententiam dicere poſſit; ita tamen, ut ne novi Status Introductione antiquioribus præjudicium aut injuria fiat.

XXIV. Poſtquam de loco convenit, ſequitur tandem, juſſu Cæſaris, vel Commiſſarii Principalis, *Introductio* novi Status, prævia Directorii intimatione, in curiam, plerumque per Mareſchallum Pappenheimium, ita, ut & locum ſeſſionis Introducto aſſignet, cui tamen aliquando, majoris ſolemnitatis cauſſa, & Commiſſarius ab Imperatore adjungi, & ad hunc actum delegari ſolet.

XXV. Cum autem ex aliquo tempore complures ſive Principes ſive Comites in numerum Statuum Imp. recepti ſint, nec

 tamen

XXIII. v. *Capitul.* CAROLI VI. art. 11. *Medit.* de St. Imp. §. 38.

XXIV. v. *Medit.* de St. I. §. 39. LIMN. *Tom. Addit.* ad L. I. n. 79. p. 110. STRUV. l. c. Cap. XVI. §. 7. MOSER l. c. §. 11.

XXV. Cap. CAR. VII. A. I. §. 7.

tamen ſatis conſtet, an iidem requiſitis debitis gaudeant: Capitulatione noviſſima cautum eſt, de Principum ac Statuum, inde ab a. 1654. receptorum, qualitate Legibus Imp. definita, Inquiſitionem comitialem, quam primum fieri poſſit, inſtituendam eſſe.

XXVI. Poteſt autem jus Status *triplici* fere conditione ab origine conferri, vel ut *perſonam* non egrediatur, neque in heredes liberosque ſit tranſitorium, vel ut tranſeat quidem, ſed absque reſpectu *bonorum*, vel denique, quod frequentiſſimum, ut bonis addicatur, in iisque ita ſtabiliatur, ut poſtmodum legitimum bonorum poſſeſſorem ſemper comitetur.

XXVII. *Derivative* jus Status acquiritur vel *facto* hominis, vel *lege*. *Illud* fit legitima *alienatione* rei, cui jus Status inhæret: ad legitimam vero alienationem Imperatoris & agnatorum conſenſus requiritur.

XXVIII. Ad alienationem quoque refertur, ubi quis bona, quæ jure Status gaudent, in ſpeciem *pignoris* loco, ſed revera titulo *emptionis* cum pacto de *retrovendendo*, ſibi quæſivit: item quando aliquis crediti cauſſa a judice in poſſeſſionem ex ſecundo decreto miſſus eſt, quo pertinent, *die Inhabere*

XXVI. v. *Medit.* de *St. Imp.* §. 42.
XXVII. v. *Medit.* cit. §. 44.
XXVIII. - XXX. v. *Meditat.* cit. §. 45.

habere oder Pfand-Inhabere dieſer oder jener Graff-und Herrſchafft.

XXIX. Non autem nuda bonorum detentio ſufficit, ſed *poſſeſſione* civili opus eſt; unde & is, cujus bona ab alio per injuriam poſſidentur, ſuffragium ferre in comitiis, non detentor id ſibi arrogare poteſt.

XXX. Interdum etiam cum poſſeſſio *dubia* eſt & in lite, *utraque* pars, tam qui petit, quam qui poſſidet & excipit, ſuffragii uſu ſe *abſtinent*, donec diremta lis fuerit, quamvis bona procul omni dubio facultatem ſuffragandi annexam habeant, uti in cauſa *Juliacenſi* & *Lauenburgica* manifeſtum eſt exemplum.

XXXI. Jus Status perſonale, quod inſtar privilegii ſe habet, & vel huic tantum perſonæ, vel legitimis ejus liberis conceſſum eſt, in aliam familiam transferri nequit, niſi novus Imperatoris & Statuum conſenſus acceſſerit: ſub conditione autem bonorum immediatorum comparandorum datum, eadem impleta, in reale mutabitur.

XXXII. *Lege* acquiritur jus Status vel *ſucceſſione legitima*, dum qui in locum ſuccedit, & ſuccedit in jus, niſi perſonaliſſimum fuerit, vel *electione* canonica aut *poſtulatione*

 in

XXXI. v. *Medit.* cit. §. 46.

XXXII. v. *Medit.* cit. §. 48. 49. RUSDORFF. *in vindic. Palatin* Cap. I. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XVI. §. 23. ſeqq.

in Epiſcopatibus, qui jure ſuffragii donati ſunt: utrumque iterum & Imperatoris auctoritate, & Statuum conſenſu, qui ita lege diſpoſuerunt.

XXXIII. *Electione* igitur vel *poſtulatione* fiunt Status *ARCHI-EPISCOPI, EPISCOPI, PRÆLATI* immediati, qui a capitulis ſuis per ſuffragia eliguntur, vel poſtulantur & moribus ac legibus imperii terras etiam acquirunt, quarum ratione non vaſalli ſolum fiunt, ſed obtinent etiam ſeſſionem & votum in comitiis: quod jus etiam exercent antequam inſulam a Papa acceperunt, eo quod iſtud a Papa neutiquam dependet.

XXXIV. Succeſſione ſtatus jura acquirunt, *ELECTORES, DVCES, PRINCIPES, COMITES* & *BARONES* immediati: qui itidem omnibus Imperii actibus intereſſe, atque ſuffragium in comitiis ferre poſſunt, licet *nondum* ab Imperatore *inveſtiti*, eo quod qualitas Status jam per ſucceſſionem a *lege* ipſis delata eſt.

XXXV. Non tamen omnes *heredes* qualitatem Status acquirunt; ſed ſi jus primogenituræ introductum, ſolus *primogenitus:* hoc vero non introducto, vel indiviſim atque in communi terras tenent, vel eaſdem inter ſe dividunt.

§. XXXVI.

XXXIII. v. THVLEMAR de *octovir.* C. XXIV. §. 18. STRVV. l. c. §. 23. 24.

XXXVI. Quod ſi *indiviſim* atque in communi terras teneant, omnes pro *unico* Statu ſaltim reputantur, adeoque *unicum* tantum *votum* in comitiis gerunt.

XXXVII. Quod ſi vero terras inter ſe dividant, ita, ut quilibet de *portione* ſua ſpeciatim ab Imperatore inveſtiatur, tunc *ſpecialem* etiam *quisque* qualitatem Status adipiſcitur.

XXXVIII. Secus eſt, ſi, diviſis licet terris, inveſtituræ *jura* ſint *communia*, tunc *is*, cui *potiora* ſunt in *regimine* jura, tantum in Statuum numero reputatur.

XXXIX. Principes minorennes Status quidem fiunt, ob ætatis tamen defectum, perſonam ſtandi nondum habent in comitiis, adeoque illorum *Tutores* vel *curatores* imo & Tutrices, admittuntur. Sede *Epiſcopali* vacante, Capitulum jura Imperii exercet.

XL. Amittitur denique jus Status. 1.) *morte naturali*; 2.) *morte civili*, quo pertinet & *bannum imperiale & exemtio*, de quibus alibi; 3.) *territorii amiſſione* ob delictum aliamve cauſam.

XLI. Neutiquam vero *non-uſu*, etiam ſi

XXXVIII. v. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XVI. §. 25.
XXXIX. v. STRUV l. c. §. 26. ubi exempla.
XL. v. *Meditat.* de *Stat. Imp.* §. 51. ſeqq. ad fin.
XLI. v. D. GRIBNERI Diſſ. de *Jure ſuffragandi Principum Imp. uſu intermiſſo non pereunte.*

ſi quis longo tempore vel ad comitia non acceſſerit vel ratione hujus vel illius territorii ſuffragio non uſus fuerit; cum jus ſuffragii ſub poena amiſſionis in legibus Imp. haud injunctum, ſed cujusvis libertati relictum ſit.

CAP. II.

DE STATVVM IMPERII ORIGINE ET VARIETATE.

§. I.

ORigo Statuum Imperii ab antiquiſſimo Reipublicæ Germanicæ ſtatu arceſſenda eſt, quamvis non eadem olim, ac hodie, Statuum conditio fuerit.

II. Nimirum id fere conſtat, Germanos omni tempore *libertatis* amantes fuiſſe, nec unquam Regibus, ſi quos habuerunt, liberam & infinitam poteſtatem conceſſiſſe, ſed jus de communi ſalute conſultandi atque ſtatuendi ſibi ſemper integrum ſervaſſe, eandemque ob cauſſam Comitia ſua celebraſſe.

III. Conſtat etiam, jam *ante* enatum *Francorum* regnum duos fuiſſe illorum Ordines, qui hoc jure comitiorum gaviſi fuere: nimirum *Principes* & *Populum*, quorum illi, tanquam præcipuæ nobilitatis viri judiciis

II. III. v. TACIT. de *Morib. Germ.* & CONRING. de *civib. Imp.* §. 15. ſeqq.

ciis vel exercitui præfuere, hic vero ex plebe, ingenuis tamen conſtitit; utrique de rebus publicis conſultarunt, ſed de minoribus Principes ſoli, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſſet, apud Principes prætractarentur.

IV. Pari ratione ſub FRANCIS negotia publica non ex ſolo Regum arbitrio, ſed & *Procerum & Populi* conſenſu, idque in comitiis vel majoribus, vel minoribus quotannis celebratis tractata fuere: id quod ab initio per *obſervantiam* introductum. Poſtea, diviſo inprimis Imperio Carolino inter LVDOVICI P. filios, expreſſa pactione, LVDOVICVM inter & Germaniæ *Proceres* inita, firmatum eſt.

V. *Ordines* in his comitiis ſuffragia ferentes,

IV. V. HINCMAR. EPIST. III. C. 29. LEX ALEMANN. *princ.* ibi: *Incipit lex Alemannorum, quæ temporibus Clotharii una cum principibus ſuis, id ſunt.* 33. EPISCOPIS, & 33. DVCIBVS & 72 COMITIBVS *vel cetero* POPVLO condita eſt. *Capitul.* CAROLI M. X. C. 217. ibi: VT POPVLVS INTERROGARETVR *de capitulis, quæ in legem noviter addita ſunt, & poſtquam* OMNES CONSENSERVNT. CONRING. de *civib. Imp.* §. 30. 33. LEHMAN. *Chron. Spir.* L. 2. C. XXXVII. SCHILT. *J. P.* L. 1. T. XV. §. 4. ibique cit. Pact. Confluent. de a. 860. art. X.

V. V. CONRING. de *Civib. Imp.* §. 30. 35.

gentes, erant vel *Majores* vel *Minores*: illorum nomine Proceres ſive optimates veniebant, qui & *Seniores*, *Principes*, *Primores Regni* appellabantur, & vel *Clerici* vel *Laici* erant: horum vero appellatione *populus* ſive *plebs* indigitabatur.

VI. Ad *Clericos Majores* pertinebant *EPISCOPI* atque *ABBATES*, quos barbaries ac ſuperſtitio illorum ſeculorum conſiliis publicis admovit, ac ad ingentem opulentiam evexit: unde ad altiora, quam ſacri muneris ratio ferebat, adſpirandi, atque in comitiis, etiam antequam territoria acquiſivere, locum occupandi occaſio ipſis nata.

VII. In *Laicorum* Majorum ordine *DUCES* & *COMITES* erant, provinciis regendis atque exercitui ducendo a Francis, more Romanorum, præfecti: qui licet Magiſtratus eſſent, ac provincias vice ac nomine Regis adminiſtrarent, tamen tanquam primarii Cives Regni, & vi officii, ad Comitia

VI. v. CONRING. *de civib. Imp.* §. 35. ſeqq. LEHMANN *Chr. Spir.* L. 2. C. XV. MONZAMB. C. III. §. 7.

VII. v. HINCMAR. *Epiſt. III.* C. 35. THEGAN. de *geſtis Ludovici Imp.* C. VI. CONRING. de *civib. Imp.* §. 35. ſeqq. de *Ducib. & Comit.* §. 10. ſqq. LEHMANN. l. c. Cap. 16. 17. ſqq. SCHILT. *J. Publ.* L. 1. Tit. XIX. §. 1.

mitiis vocati fuere, ac de rebus publicis ſen-tentiam dixere.

VIII. Inferiorem Ordinum claſſem conſtituebat *Populus*, ſive multitudo minorum Magiſtratuum ac miniſterialium, hominumque equeſtris dignitatis, ex vicis delegatorum, quorum nec tanta, quanta Majorum vel Seniorum fuit auctoritas.

IX. Quanta autem fuerit Procerum & Populi in ſuffragando auctoritas, dictu difficile eſt. Non prorſus nullam fuiſſe, ex *Hincmari* teſtimonio, & pactione Confluentana colligere licet: nihilo tamen minus *conſilii* potius, quam decreti rationem habuiſſe,

VIII. v. LEHMANN L. 2. C. XIX. XXXVII. CONRINGIO de *Civib. Imp.* §. 33. 34. 54. *Epiſt.* CARO-LI *ad Pipin. fil.* apud BALVZ. T. I. p. 461. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 22. ubi ex Prologo Capitular. Franc. probat, *Nobiles* etiam Francorum placitis interfuiſſe: ibi enim: *Incipiunt Capitula Regum & Epiſcoporum, maximeque* NOBILIVM *omnium Francorum.* STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XXIII. §. 3.

IX. v. HINCMAR. *Epiſt. III.* C. 29. ibi: *Seniores propter conſilium ordinandum; Minores propter idem conſilium ſuſcipiendum, & interdum pariter tractandum, & non ex poteſtate, NB. ſed ex proprio mentis intellectu vel ſententia, confirmandum.* Pact. Confluent. d. a. 860. art. X. ibi: *communi conſilio aſſenſum praebebimus*, item: *veri adjutores atque cooperatores.*

buiſſe, vel exinde apparet, quod Magiſtratus fuerint Proceres, a Rege dependentes, quorum ſententiam quod ſequi obligatus fuerit Rex, vix quisquam dixerit.

X. Duravit hic ſtatus, usque dum & *Proceres* LAICI vicariam *poteſtatem* in *propriam* converterunt, *provinciasque hereditario* jure ſibi vindicarunt, & CLERICI integra *territoria* acquiſiverunt, atque adeo utrique ad ſublime territorii jus adſpirarunt: quippe a quo tempore ſenſim & in Comitiis majori auctoritate pollere, & *ſuffragia* ipſorum *decreti* potius quam conſilii vim habere cœpere, ipſique adeo veri coimperantes Imperatoris evaſere; quod jus tandem expreſſa pactione Weſtphalica ipſis firmatum eſt.

XI. Quod ad *URBES* attinet, cum olim nullæ vel paucæ in Germania extiterint, nec ulla harum ab initio in Comitiis ratio habita fuiſſe videtur, niſi forte ſub populi vel multitudinis nomine comprehenſæ fuere, ſaltem ſequentibus ſeculis una cum reliqua multitudine a Comitiis aliquantiſper excluſæ videntur.

XII. Sed Seculo XIV. Urbes paulatim ad Comitia iterum accitæ; quod illa tempe-
ſtate

X. v. VITRIAR. *I. J. Publ.* L. I. T. II. §. 10. INSTRUM. *Pac. Weſtph.* Art. VIII. §. Gaudeant.
XI. XII. XIII. v. CONRING de *Civit. Imp.* §. 54. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 22.

ſtate & numerus urbium ſatis magnus eſſet, & præcipuæ fere opes viresque Imperii iis continerentur, prætereaque novis ſumtibus ad opera publica quam maxime opus eſſet; unde adeo factum, ut & *CIVITATES IMPERIALES* tandem *jura Statuum Imp.* æque obtinerent, quæ & Pace Weſtphalica iis confirmata ſunt.

XIII. *Multitudo* autem *equeſtris* poſterioribus ſeculis Comitia non amplius frequentavit: ſive quod non magna, vel nulla prope ipſius ratio haberetur, ſive quod ſumtuoſiora eſſent Comitia, quam ut ferendis ſumtibus illa ſufficeret, ſive denique quod nullum ex Comitiis fructum ſperaret: unde & factum, ut *NOBILES IMMEDIATI* hodie nullum inter Status Imperii locum occupent.

XIV. Non autem *certus* Ordinum *numerus* primis temporibus videtur fuiſſe, ſed cuilibet Comitia adire licuiſſe, quicunque aliquod in Republ. momentum, opibus aut prudentia, putabat facere: donec paulatim, quibusdam vel ultro emanentibus, vel a potentioribus excluſis, ad eum, qui nunc eſt, numerum & ſtatum perventum eſt.

XV. Neque etiam ad qualitatem Status, primo

XIV. v. MONZAMB. C. II. §. 2. & Dn. THOMAS. in not. l.)

XV. v. BODECHIN. ad a. 1113. ap. PISTOR. *Script. Rer.*

primo & medio ævo ſtatim, vel *Superioritas Territorialis*, quippe quæ ſerius denum enata, vel *Immedietas* videtur requiſita eſſe: ſiquidem adhuc ſub *FRANCONICIS* & *SVEVICIS* Imperatoribus, imo adhuc Sec. XV. promiſcue non ſolum *Immediati*, ſed & *Mediati*, non ſolum *Archi-Epiſcopi* & *Epiſcopi*, ſed etiam alii *Clerici*, non ſolum *Duces*, ſed etiam *Comites*, *Nobiles*, *Conſules* & *Civitatum Judices*, ad Comitia admiſſi leguntur; donec tandem res eo devenit, ut non niſi *Immediati* admitterentur, quorum origo jam ulterius inquirenda.

XVI. Equidem obtinuit jam ab initio Regni *Francici* quædam Ordinum, cumprimis Officialium inter ſe ſubordinatio, dum alii *immediate* Regi, alii *intermedio* cuidam

Rer. Germ. T. I. p. 471. ibi: R. LOTHARIVS *Leodium cum Principibus totius Regni, AEpiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Palatinis Comitibus, & cum ceteris Nobilibus ad curiam condictam venit.* RADEVIC. de *geſtis Frid. I.* L. I. C. III. ibi: Confluunt ex omnis regni partibus -- *AEpiſcopi, Epiſcopi, multique Eccleſiaſtici viri, Duces, Marchiones, Comites, & Proceres. Conſules & Civitatum Judices.* REC. I. d. a. 1431. ibi: *Gerathſchlaget von unſerm Herrn dem Chur-Fürſten, Fürſten, Grafen, Herren, Rittern, Knechten, Rathen und der Standte Freunden.* Dn. de BVNAV *Exam. Diſſ. de Jurisd. feud. & Super. T.* Cap. VIII. §. 5.

dam Magiſtratui ſuberant: unde diviſio in *Immediatos* & *Mediatos*, ac deinceps in *Status* Imp. & *Landſaſſios*, tandem enata eſt.

XVII. Scilicet ſub FRANCIS is rerum ſtatus erat: Tempore MEROVINGORVM *DVCIBVS* ut plurimum *COMITES* ſuberant (a), ſed non niſi poteſtatis ac directionis ratione, cum ratione conſtitutionis a Rege immediate dependerent (b): adeoque priori reſpectu *DVCES* immediati, *COMITES* mediati erant, exceptis iis, qui Ducem ſupra ſe non habebant (c). Verum ævo CAROLINGICO, ſublatis Ducibus, omnes *COMITES*, etiam intuitu poteſtatis, *immediati* erant (d). Sed & *Dynaſtæ*, ſive

XVII. (a) v. *Fragm. Chron. Ilminens.* ap. CANIS. *Antiquar. lect.* T. IV. ubi, *Principi Noricorum novem Comitatus Pipini tempore in Bavaria ſubfuiſſe*, notatur. EGINHARD. in *Annal. Franc.* a. 748. ibi: *Pipinus Grifonem XII. Comitatibus donavit.* conf. HERT. de *Vet. Franc. R.* C. V. §. 20.

(b) v. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 3. & 5. ubi *munia hac, accepto ſacramento*, (cujus formula eſt ap. PITHOEVM p. 509.) *ſolum Imperatorem contuliſſe*, obſervat.

(c) v. *Geſta* DAGOB. I. C. 36. ap. DVCHESNE T. I. p. 583. ubi refertur: *decem Duces cum exercitibus miſſos, præter Comites plurimos, qui Ducem ſupra ſe non habebant.*

(d) v. Dn. de LVDEWIG. de *Civit. diſpari nexu* Cap. III. §. 1.

ſive *Nobiles* Domini *Regis* jurisdictioni *immediate* ſubfuerunt (e). *Liberi* vero *homines*, ſive Ingenui, ceterique *Minores*, Comitum jurisdictioni ſubjecti, atque adeo hactenus *mediati* fuiſſe videntur (f). Ceterum *Terræ* ipſæ, non Ducum aut Comitum, ſed ſolius *REGIS* ac *Dynaſtarum* ſive *Nobilium Dominorum*, nec non *Liberorum Hominum*, fuerunt (g).

XVIII. *EPISCOPI* poteſtatem, h. e. judicandi facultatem in perſonas Eccleſiaſticas parochiæ ſuæ quaſcunque, *Abbates*, *Canonicos*, *Monachos*, *Sanctimoniales*, *Presbyteros* & *Clericos*; *ABBATES* vero & *ABBATISSÆ* in *Monachos* & *Sanctimoniales* habebant: ut adeo tunc ſoli *EPISCOPI* fuerint *immediati*, *ABBATES* vero, & reliqui Clerici, *mediati*: quamvis non modo ſub *Carolidis*, ſed & ſub *Merovingis*, *ABBATES* aliqui non *Epiſcopo*, ſed *REGI* fuerint ſubjecti, *Regales* propterea dicti, uti

(e) Dn. KOPP. de *Different. S. R. I. Comitum* & *Nobil. Immed. Sect. I.* §. 8. n. (1.) p. 30.

(f) Dn. KOPP. l. c. n. (3).

(g) v. VALES. *Rer. Francic.* L. I. ad a. 613. ubi, *Duces*, etiam *Principes* dictos, notat, ſed non *Pagi* cujusquam aut *regionis*, *quorum Princeps* aut *Dominus*, præter *Regem*, *nemo* fuit, nemo dictus. Dn. KOPP. l. c. §. 4. 6.

XVIII. v. HERT. de *Vet. Franc. R.* C.V. §. 14. 18. & de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 6. fin.

uti *Monaſteria Regalia*; imo poſt CAROLVM M. omnia Francorum Monaſteria prorſus in *poteſtate Regum* fuiſſe, ab aliis obſervatum eſt.

XIX. Poſt *Carolingos*, cum *DVCES* iterum exurgerent, atque univerſam Provinciam ſub poteſtate ſua complecterentur, hi ſoli *immediati* manſiſſe, ceteri Ordines *mediati* facti videntur: quamvis *Provinciæ* ipſæ hoc ævo, licet *Duces univerſales* acceperint, *nondum* prorſus ab *immedietate exemtæ* ſint cenſendæ, eo quod nondum proprio jure ad *DVCES*, ſed ad REGES adhuc ſpectarent, atque *DVCES* æque ac *COMITES vicaria* tantum poteſtate gauderent, & provincias *Regis nomine* adminiſtrarent.

XX. Cum igitur *COMITES* non minus ac *DVCES*, OTTONVM ævo adhuc non niſi Præfecti Regii eſſent, hoc tantum diſcrimine, ut *hi* univerſæ Provinciæ ſalutem, cumprimis militaria, *illi* vero partem provinciæ, & in hac judicia atque fiſcum Regium, curarent, utrique vero a Regum arbitrio, quoad conſtitutionem, licet forte cum temperamento quodam, adhuc penderent: Regique immediate haud dubie ſacramenti fide obſtricti eſſent (a): *COMITES*

XIX. XX. (a) v. *Capitular.* CAROLI M. L. I. C. 116. edit. BALVZ. p. 723. ubi *Optimatum* & *Comitum* feuda dicuntur *beneficia* REGALIA, i. e.

 bona

TES quoque eatenus *immediati* adhuc cenſendi quamvis, dum parti tantum provinciae praeerant, univerſali Ducis poteſtati ac directioni certa ratione ſubeſſent (b).

XXI. *EPISCOPI* etiam & *ABBATES* cum nec *Ducum* nec *Comitum* poteſtati ſubjecti, ſed ab ipſo *Rege* conſtituti legantur, niſi quod *Bavariae Duci* jus conſtituendi Epiſcopos OTTO conceſſerit: & illi *immediatis* adhuc annumerandi ſunt.

XXII.

bona ab ipſo *Rege* in feudum conceſſa. SCHILTER *Comm. ad J. Feud. Alem.* C. XLII. §. 18. 19 de *Inveſtit. ſimult.* C. IV. §. 4. ITTER de *F. Imp.* C. I. §. 17. GVNDLING. de *Statu Reip. Germ. ſub Conrado I.* §. 7. lit. d) HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 6. 7.

(b) *Ducum poteſtas* inprimis cernebatur in *Placitis* habendis h. e. Comitiis Provincialibus cum *Principibus* & *Comitibus*. v. KRANZ. L. IV. C. XV. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. XLII. §. 19. De *Sueviae Comitibus*, quod Burchardo Duci ſubfuerint v. EKKEHARD. Jun. p. 43.

XXI. * Argumentum Immediętatis erat, quod *Epiſcopatibus* & *Abbatiis a Caeſare Advocati* ſive *Vice domini dabantur*. v. HERT. l. c. §. 7. fin. ubi etiam, *Ottonum tempore* multa *Monaſteria* fuiſſe *regalia*, h. e. *Regi nullo intermedio ſubdita*, obſervat, atque *Epiſcopos* & *Abbates a Rege conſtitutos* fuiſſe, exemplis ex Coaevis demonſtrat. conf. CONRING. de *Conſtit. Epiſc.* §. 40. 41.

XXII. *NOBILES* denique, ſive *Liberi Homines*, & *CIVITATES*, frequentius hoc tempore extrui cœptæ, quatenus & univerſali *Ducum* poteſtati, & ſpeciali *Comitum*, vel etiam *Epiſcoporum* jurisdictioni ſubjiciebantur, pro *mediatis* quidem habentur; attamen *Nobiles* itidem ipſi Regi ſacramento fidelitatis obſtricti haud dubie fuerunt, exceptis forte *Dynaſtarum Vaſallis*, & *villæ* ſeu civitates *regales* (a) ſenſim a *præfectoriis* (b) diſtingui cœperunt.

XXIII. Cum vero *DVCVM* poteſtas ſucceſſu temporis non ſolum *hereditaria*, ſed

XXII. (a) Quæ & *Villæ regalis fiſci* appellantur a LAMBERTO *Schafnab.* a. 1070. imo & *Civitates Imperiales* in Diplomate OTTONIS. II. quippe in quibus *Palatia* Regni erant. Quales jam OTTONIS M. tempore Imperatori ἀμέσως ſubfuiſſe, e *Chartis* manifeſtum eſt. v. MABILLON. de *re diplom.* L. IV. pr. HERT. de *Special. R. G. I. Rebusp.* Sect. I. §. 7. in not. & de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 21. LEVKFELD *Antiqu. Goslar.* L. I. p. 23.

(b) v. Du. FRESNE Gloſſar. voce: *Præfectoria Civitates. An vero* hæ prorſus in *patrimonio* Ducum aut Comitum fuerint, an vicariae tantum poteſtati eorum ſubjectæ? dubium: poſterius probabilius videtur.

XXIII. * Tanta jam hoc ævo *Ducum* erat *poteſtas*, ut ipſi *Principibus* & *Comitibus inveſtituras* conferrent,

ſed etiam *propria* facta fuerit, maximeque amplificata, iidem *Comites* & *Nobiles* quoque ſibi *Landſaſſios*, atque *Urbes municipales* reddere conati ſunt: unde Provinciæ iſtæ omnes, cum ſuis Ordinibus, magis magis-

---

ferrent, (initio forte non niſi *Imperatoris* & Imperii, ſenſim tamen *proprio nomine*, vel *jure ſubfeudi*) ſicut & hi *juramentum fidelitatis* & *ſubjectionis* illis faciebant. Ita MAGNUS Dux Sax. HENRICO cognato *Slavorum Principatum* contulit, qui & ipſi *juramentum fidelitatis & ſubjectionis fecit*. v. HELMOLD. L. I C. XXIV §. 1. LOTHARIUS D. S. *Comitatum Holſatiæ* ADOLPHO de SCOWENBURG. dedit. Idem. C. XXXVI. §. 1 Imo HENRICUS LEO etiam *jus inveſtiendi Epiſcopos* ſibi vindicavit; Et licet AEpiſcopus Brem. exiſtimaret, *Inveſtituras Pontificum Imperatoriæ tantum Majeſtati permiſſas eſſe*; tamen *Vicelinus Ep. Aldenb. ſuſcepit Epiſcopatum per virgam de manu Ducis*, nec a FRIDERICO I. perſvaderi potuit, ut inveſtituram de manu Regis acciperet. Rationem HELMOLDUS addit: *In hac enim terra* SOLA DUCIS AUTORITAS *attenditur* v. L. I. C. LXX. § 1. C. LXXIII. §. 5. Ab eodem & *Epiſc. Lubicenſis inveſtituram Epiſcopalem* accepit. Recuperato denique etiam Ducatu Bavariæ a FRIDERICO I. increvit *Ducis poteſtas ſuper omnes*, qui fuerunt ante eum, & factus eſt PRINCEPS *Principum terræ*, ut ait de ipſo HELMOLD L. II. C. VI. Succeſſor vero

magisque ab *immediatate* eximi, & *ſoli Duci* ſubjici cœperunt; id quod ſub FRANCONICIS inprimis ac SVEVICIS Imperatoribus contigit.

XXIV Quemadmodum vero Imperatores non ſolum in *Terra Rhenenſi*, ſed etiam in reliquis Provinciis *terras* quasdam, *fiſco* Regio *immediate* adſcriptas retinuerunt, quibus *COMITES PALATINI* præe-

vero BERNHARDVS Anhalt. curiam celebrans Erteneburgi, *Nobiliores terræ* juſſit, *receptis beneficiis ab eo, hominium ei facere, & fidelitatem per ſacramenta confirmare*, ſed comparuerunt tantum *Comites* de *Raceburg*, de *Luchowe* & de *Swerin*, v. ARNOLD. L. III. C. II. Idem cum Civitatem *Lubeke* ſibi uſurpare vellet, *Imperator* obſtitit, & *ſibi retinuit* ib. C. IV. conf. SCHILTER. ad *J F Alem.* C XLII § 10. & de *Inveſtit Sim. Princ.* C. IV §. 6. ubi addit: *Hinc cœpit jam tum labaſcere atque reſtringi Saxonici* DVCATVS PRIMAEVA VNIVERSITAS. Illuſtrari hæc poſſunt ex more in Comitiis comparendi, ubi ſinguli Populi ſuo ſub Duce peculiaria caſtra poſuerunt. v. WIPPO in *Vita Conradi Sal.* p. 424. LVDEWIG. de *Form. Duc. Brand.* §. 6. not. a) conf. Idem de *Diſp. Civitatum* C. VI ubi tamen a tempore OTTONVM uſque ad FRIDERICVM I. præter Ducem non admittit *Ordines immediatos* in Ducatibus, niſi in Terra Rhenenſi.

rant (a): ita fortaſſis & *Principes* nonnulli vel *Comites* immediati manſerunt (b), forte & *Civitates*, quæ vel ab initio *Regales* fuerant, vel poſtea e poteſtate Ducum *exemtæ* (c); quin & *Epiſcopi*, licet Imperatorum poteſtati, quod ad inveſtituram Eccleſiaſticam, ſe ſubducerent, *terras* tamen & *regalia* adhuc ab Imperatore, & quidem *immediate*, recognoſcebant (d).

XXV. At divulſis ſub FRIDERICO I. Imp. *SAXONIÆ* & *BOJOARIÆ*, extinctisque in Interregno *SVEVIÆ* & *FRANCONIÆ* Ducatibus, magnus *Immediatorum* &

XXIV. (a) v. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 7. LVDEWIG. de *Diſp. Civit. nexu* C. VI. §. 3.

(b) Exemplo *Miſniæ Marchionatus*, quem HENRICVS VI. Imperio immediate ſubjecit. v. *Chron. Mont. Ser.* a. 1196. p. 65. ibi: *Imperator Marchiam Miſnenſem ſuis reſervans uſibus, fidelibus ſuis eam commiſerat procurandam.*

(c) v. CONRING. de *Urbib. Germ.* §. 119. HERT. l. c. §. 21. LVDEWIG. l. c. qui tamen neque in Saxonia, neque in ceteris Ducatibus, Civitates immediatas usque ad LEONIS & CONRADINI ſiniſtra fata agnoſcit.

(d) v. OTTO FRIS. L. VII. C. XVI. SCHILT. de *Lib. Eccl. Germ.* L. 4. C. V. §. 6.

XXV. v. Supra L. I. C. I. Sect. II. §. 98. & 106. 107. 108. conf. Dn. LVDEWIG. de *Diſpari Civitatum nexu*

& *Principum* & *Comitum* & *Nobilium* & *Civitatum* in his terris numerus enatus eſt, qui ſenſim, æque ac Duces, Superioritatem territorialem atque adeo locum inter *Status Imperii* obtinuerunt.

XXVI. *Varii* autem ſucceſſu temporis Statuum *Ordines* enati fuere, qui partim primævo Reip. Germaniæ ſtatui, partim ſequentibus ejusdem mutationibus, originem debent.

XXVII. Scilicet primum a *munere* diverſo dividuntur in *ECCLESIASTICOS* & *SECULARES*, *Geiſtliche und Weltliche:* ſicuti jam olim in *CLERICOS* & *LAICOS*, ſive *PONTIFICES* & *PRINCIPES*, diviſi fuere.

XXVIII. Utrique iterum differunt ratione *dignitatis* vel *officii:* unde ſunt vel *ELECTORES*, vel *Non-Electores*, ſeu *STATUS* reliqui, *Churfürſten und Stände*. *ELECTORUM* alii ſunt *Eccleſiaſtici*, quo ſpectant tres ARCHIEPISCOPI; alii *Seculares*, quo

nexa Cap. VI. ubi cauſſas evolvit, cur tot *Immediati* ſint in terris *Rhenanis*, *Bojoaricis*, *Suevicis*, *Franconicis*, *Thuringicis*, *Saxonicis*, atque *Weſtphalicis*, non vero in *Bohemia* & *Marchia Brandenburgica*.

XXVII. v. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XV. §. 8.

XXVIII. v. BILDERBECK ſive potius KREBS *Reichs-Staat* P. III. Sect. 1. Cap. I. §. 3.

quo pertinent unus REX, tres DVCES, unus MARCHIO, & unus COMES PALATINVS.

XXIX. *Non-Electorum* itidem certi ſunt ordines: ſiquidem alii ſunt in ordine *Principum*: quo ſpectant ex Eccleſiaſticis *ARCHIEPISCOPI*, *EPISCOPI*, *ABBATES* & *ABBATISSÆ* Principali dignitate gaudentes; ex Secularibus *ARCHI-DVCES*, *DVCES*, *COMITES PALATINI*, *LANDGRAVII*, *MARGGRAVII*, *BVRGGRAVII*, *PRINCIPES* in ſpecie ſic dicti; alii in ordine *Dominorum*, uti *COMITES* & *BARONES*, nec non *PRÆLATI*, *ABBATES* & *ABBATISSÆ*. Quibus tandem tertius ordo *CIVITATVM IMPERIALIVM* acceſſit.

XXX. Ratione *religionis* alii ſunt *Catholici*, vel *Romano-Catholici* potius, qui & *veteris religionis* Status ſenſu politico magis quam

XXIX. v. Ill. COCCEJ. *J. Publ.* Cap. XV. §. 13. ubi non ſolum diſtinctionem *der Fürſten und Herren* ex A. B. Tit. XVI. & Conſt. HENRICI VI. ap. GOLDAST. Tom. un. fol. 79. §. 2. 3. probat, ſed & uſum ejus inſignem in O. C. P. II. Tit. 2. ſeqq. aliisque, nec non differentias oſtendit.

XXX. v. LIMN. J. P. L. I. Cap. VII. n. 56. ſeqq. FRITSCH. ad INSTR. *Pac.* p. 679. INSTR. P. O. art. 7. HORN. *J. Publ.* C. XXIV. §. 2. 3. STRVV. l. c. §. 10.

quam theologico, item *Pontificii* & *Papiſtæ*, licet præter ſtylum curiæ, dicuntur alii *Proteſtantes*, qui & *Evangelici*, & *Auguſtanæ Confeſſioni* addicti, nonnunquam & *novæ Religionis* Status, & *Acatholici*, quamvis non ſine eorum querela, appellantur, atque in *Lutheranos* & *Reformatos* iterum dividuntur; licet, ſi cum Catholicis res ſit, communi nomine agant.

XXXI. In *Comitiis* Status diſtinguuntur ſecundum tria collegia, *ELECTORALE*, *PRINCIPUM*, ſub quibus etiam *Comites* & *Barones* comprehenduntur, & *CIVITATUM IMPERIALIUM*, quorum duo priora vocantur ſuperiora, *die hohern* Collegia: eaque diſtinctio ſtatim poſt Interregnum cœpit, licet, an ſeparatio collegiorum ſimul facta fuerit, dubium ſit.

XXXII. Denique non negligenda diſtinctio a viribus diverſis petita, dum alii ſunt *majoris potentiæ*, qui proprios ducunt exercitus, fœdera cum exteris pangunt, & jus belli & pacis plenius exercent, quibusque adeo *Supremaus* quidam vel *Potentatus* a nonnullis adſcribitur; alii vero *minoris*

XXXI. v. STRUV. l. c. § XI. KULPIS de *Legat.* C. IV. §. 12.

XXXII. v. FURSTENER. de *Supremaus*, LYNCKER de *Potentatu*, WESTPHAL. de *Origine Potentatus Princip.* in *Imperio S. R. G.* STRUV. *C. J. P. Cap. XII. §* 22. *Cap. XXIX.* §. 16.

ris potentiæ: licet enim jura Statibus communia omnibus eadem ratione competant, tamen non ab omnibus pari ratione exerceri poſſunt, potentiorumque auctoritas in negotiis publicis plerumque prævalet.

XXXIII. Ceterum diviſio Statuum in *Quaterniones*, quarum prolixum catalogum paſſim exhibent Scriptores, haud dubie commentum eſt otioſi ingenii; quippe quod nullo tabularum publicarum fundamento nititur, fideique antiquitatis prorſus repugnat.

CAP. III.

DE MATRICVLA IMPERII.

§. I.

CUm tanta ſit Statuum varietas, numerusque eorum modo creverit, modo decreverit: expediebat utique, *Album* aliquod publicum extare, in quo nomina eorum eſſent deſcripta, qui jam per ætatem & jus Comitiorum habent, & ad onera Imperii ferenda ſunt obſtricti, ut adeo certus Statuum numerus iniri poſſet; id quod tamen usque adhuc non ſine magno incommodo in Imperio R. G. neglectum eſt.

II. Con-

XXXIII. v. GOLDAST. T. I. Conſt. p. 34. LIMN. J. P. L. I. C. VII. n. 38. ſeqq. CONRING. de *Civ. Imp.* §. 40. 41. conf. ſupra L. I. C. ult.

§. I. v. CONRING. de *Civ. Imp.* §. 44. 45.

II. Confecta quidem hunc in finem creditur MATRICVLA IMPERII: ſed hæc, ſi rem recte æſtimes, nihil eſt aliud, quam *catalogus eorum, qui tempore confectionis pro Statibus vel ſaltim immediatis ſunt reputati, cum deſignatione, quantum quisque ad uſus publicos conferat*

III. Dividi poteſt Matricula in genere conſiderata in *Matriculam Statuum*, quæ deſignat, quinam in Statuum Imp. numerum ſint recepti, *Matriculam Collectarum Imperii*, quæ deſignat, quantum quisque ad onera Imp. contribuat, & *Matriculam præſtationum Cameralium*, quæ deſignat, quantum quisque ad ſuſtentationem Cameræ conferat.

IV. Dari *Matriculam Statuum*, in qua omnium Statuum nomina ita exacte ſint deſcripta, ut certus eorundem numerus inde iniri poſſit, recte negatur (a): & licet catalogus

II. Conf. *Maurit.* de Matricula §. 5. ubi definitur *libellus, publica auctoritate Imp & Statuum deſtinatus, ut in eo deſcribantur nomina omnium Statuum, & quantum quisque ad uſus communes contribuat*, quæ tamen definitio paululum a vero Matriculæ ſcopo abludit.

III. v. CORTREJ de *Matric.* C. V. SCHILT. *J. Publ.* Lib. I T. XIX. §. 9.

IV. (a) v. MAVRIT. de *Matric.* §. 11. 12. qui negat, conf. TITIVS *J. P.* Lib. III. C. III. §. 4. 5. 6.

logus aliquis de a. 1521. extet (b), in quo ſola Statuum nomina ſine adjectis collectis ſunt deſcripta; tamen is pro exacta omnium Statuum conſignatione, & indubitata probandæ Status qualitatis norma, venditari nequit.

V Sunt igitur hodie omnes, quæ extant, *Matriculæ Collectarum Imperii*, quarum *originem* volgo ad SIGISMVNDI tempora referunt, atque antiquiſſimam cenſent, quam ille in Comitus *Noricis* a. 1431 pro expeditione in *Huſſitas* ſuſcipienda (a) confici juſſit (b): quamvis alii antiquiorem de a. 1397 extare afferant (c).

VI. Cauſ-

(b) v CORTREJ. de *Matric.* p. 2. qui affirmat extare. GOLDAST. T. III. *Conſtit. Imp.* p. 12. LIMN. *J. P.* L. I. C. VIII. & PAVRMEIST. Lib. 2. de *Jurisdict. Imp. Rom.* C. I. n. 17. ſqq. qui iidem hujusmodi Catalogos Ordinum exhibent, quos tamen ſubleſtæ fidei merito arguit CONRING. de *Civ. Imp.* § 42. 43. ſicut & SCHILT. *J. P.* Lib 1. T. XIX. §. 8. ampliſſimum GOLDASTI Catalogum defectibus laborare oſtendit.

V. (a) Vocatur *Anſchlag auff gemeine Stande des Reichs zu Nürnberg, zu Hülffe wider die Bohmen gemacht, unter dem Romiſchen Konig* Sigismundo.

(b) v SCHILT. *J. Publ.* L. 1 T. XX. § 9. & Tom. II. ſub Tit. *Belangend den Zugk wider die Hüſ-*

ſen

VI. Cauſſa tamdiu neglectæ Matriculæ vel a fluctuante turbidoque Reipublicæ Germanicæ Statu, vel etiam ex eo, quod primis temporibus, ubi major erat Cæſaris poteſtas, non adeo neceſſarius ejusmodi index fuerit habitus, repetenda videtur.

VII. Anſam vero Matriculis conficiendis procul dubio præbuerunt *bella Bohemica & Turcica*, utraque vi & auctoritate publica geſta; quod a temporibus usque FRIDERICI I. perfuit inſolens: ſiquidem cum bellum publicis ſumtibus eſſet alendum, neceſſarium fuit Ordinum omnium cenſum inire, quo ſciretur, quid a quoque eſſet expectandum: promovit autem forte negotium *libertas Procerum*, magis magisque ſe exerens ac imperata tributa averſans.

VIII. Sequutæ deinceps primam illam *Norimbergenſem* de a. 1431. in ſingulis fere Comitiis aliæ, ſed ſingulæ ſuis defectibus labo-

ſen unter dem Ræmiſchen Künig Sigismundo, item *den deßwegen zu Nürenberg gemachten Anſchlag bel.* A. 1431. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. 7. C. 80. MAVRIT. de *Matr.* §. 6. 7.

(c) v. LIMN. L. I. C. VII. n. 69.

VI. v. TITIVS *J. Publ.* L. 3. C. III. §. 18.

VII. v. CONRING. de *Civ. Imp.* §. 46. MAVRIT. l. c. §. 8. TITIVS l. c. §. 18.

VIII. v. CONRING. de *Civ. Imp.* §. 48. CORTREJ. p. 7. ſeqq. STRVV. *Corp. J. Publ.* Cap. XXVIII. §. 15. ſeqq.

laborantes, dum in aliis quidam inter Ordines contribuentes collocati, qui in aliis ſunt omiſſi.

IX. Cauſſæ errorum variæ fuerunt: primum *barbaries* & tenebræ, quibus res Imperii primis temporibus involutæ fuere; deinde *diverſa* & occulta Cæſaris & Ordinum, quin & mediatorum *ſtudia;* dum aliorum intererat, ut amplificaretur Statuum contribuentium numerus, aliorum, ut idem diminueretur, & ſub paucorum poteſtatem ceteri redigerentur; alii denique, ex ſpe majoris vel dignitatis vel libertatis, ad Imperii potius, quam provinciæ, ærarium pecuniam conferre malebant.

X. Agnoverunt illud Ordines, adeoque a. 1521. in Comitiis *Wormatienſibus* majori diligentia plurimos errores emendare, Matriculamque perfectiorem elaborare conati ſunt: ſed neque hæc tam perfecta eſt, quin variæ querelæ adverſus eam non a Civitatibus ſolum Imperialibus, ſed etiam ceteris Statibus moverentur, quod alios injuſte omiſſos, alios jure eximendos, aliis denique nimia onera impoſita cenſerent.

XI. Hinc in Comitiis *Norimbergenſibus* de a. 1524. variisque ſequentibus, cumprimis

IX. v. CONRING. l. c. §. 47.
X. v. CONRING. l. c. §. 49. CORTREJ. p. 37.
XI. v. CORTREJ. p. 37. ſeqq. STRVV. l. c. §. 16.

Digitized by Google

nis *Auguſtanis* de a. 1551 novæ *emendationes* ac *moderationes* ſuſceptæ. ſed cum nec dum ceſſarent Statuum querelæ, poſt novam moderationem de a 1557 tandem in Comitiis *Ratisbonenſibus* de a 1576 & 1594. Matricula iſta Wormatienſis de a. 1521. denuo pro norma fuit ſtatuta, niſi in quantum per moderationes fuit immutata, vel in poſterum ſit mutanda.

XII. Cum vero ea adhuc ſuos haberet defectus, pluresque Status vel cum, vel ſine onere ex eadem exemti, præterea repartitio *Sueciæ ſatisfactionis* a. 1650. haud pauca immutaverint, eadem a 1668. proviſionaliter reviſa, correcta & moderata eſt, quæ propterea *die Revidirte Reichs-Matricul* vocatur, & huc usque obtinet.

XIII. Et licet in præſentibus quoque Comitiis de reformanda Matricula fuerit actum, nihil tamen perfectum eſt: nec forte unquam perfecta ac perpetua aliqua Matricula ſperanda, tum quod poſſeſſiones terri-

XII. v. CORTREJ. p. 50. ſeqq. MAVRITIVS § 37. STRVV. §. 16. BRVNNEMANN *Exam. J P.* L. 3. C. I. § 14. *Grundfeſte des H. R. Reichs* Edit. noviſſ. de a. 1706. in Appendice.

XIII. v. PFEFFING. *Vitr. Illuſtr.* p. 283. SCHILTER. *J. Publ.* L. I Tit. XIX. §. 9 it. ſuper. §. 9. conf *Acta publica* de iis, quæ hodie in Comitiis de *moderationibus* quanti matricularis aguntur.

territoriorum, de quibus collectæ ſolvuntur, non ſunt perpetuæ, cum ob alias cauſſas ſuperius allegatas.

XIV. Interim in *Capitulatione* Noviſſima denuo cautum, cauſam *Redintegrationis Circulorum Moderationis Matriculæ* & *Peræquationis*, atque univerſim *Exemtionis*, vel in Comitiis Imp. vel in peculiari Moderationis conventu, ſi fieri poſſit, intra biennium, ſuſcipiendam ac decidendam eſſe.

XV. Ex dictis liquet, fruſtra Matriculæ *Wormatienſi*, quæ toties correcta eſt, & adhuc hodie correctionis indigere cenſetur, *authentiam* quandam tribui: cum in Receſſibus Imp. tantum major certitudo, quam ceteris, ei adſcribatur.

XVI. Videtur autem omnis Matriculæ *Wormatienſis* poſtea reviſæ prærogativa in eo conſiſtere, quod aliqui, quorum immedietas dubia vel nulla fuit deprehenſa, ſint *omiſſi*, aut forte alii, quibus immedietas competere videbatur, *inſerti*, & quod utrobique Matricula Wormatienſis certiores for-

XIV. *Cap.* CAROLI I *art. V.* §. 10.

XV. v. R. I. d. a. 1576. §. *wenn auch &c.* ubi vocatur *gerechte und gewiſſe* matricul. MAVRIT. §. 39. KVLPIS. ad *Monz.* C. II. §. 2. TITIVS l. c. §. 28. 29.

XVI. v. TITIVS l. c. §. 30.

forſitan, quod ad præſuppoſitam Status qualitatem, rationes ſit ſecuta, quam ceteræ.

XVII. Liquet etiam, confici Matriculas in Comitiis a CÆSARE & STATIBUS: ex quorum intentione etiam de *fine* & *effectu* Matricularum eſt judicandum.

XVIII. Nimirum ſi Cæſari & Statibus propoſitum fuiſſet, *Catalogum Statuum* componere, ac definire, quinam in numerum Statuum ſint recepti; effectus Matriculæ omnino ad probandam Status qualitatem valeret: aſt cum illud propoſitum hactenus non appareat, neque hic effectus Matriculis hodie extantibus tribui poteſt.

XIX. Ex *cauſſis* vero ad conficiendas Matriculas Cæſarem & Status impellentibus clariſſime patet, non alium fuiſſe earum *finem*, niſi deſignare, *quantum quisque*, qui pro Statu vel immediato reputatur, *ad onera publica contribuat*: quem in finem qualitas Status, vel ſaltem immedietas, interim præſuppoſita quidem, non vero definita ſuit.

XX. Atque hinc etiam liquet, fruſtraneam

XVII. v. MAVRIT. l. c. §. 13.
XVIII. v. TITIVS l. c. §. 21.
XIX. v. TITIVS l. c. §. 11. 12. BRVNNEM. Ex. J. P. L. 2. C. I. §. 11.
XX. v. MAVRIT. l. c. §. 32. SCHILT. l. c. §. 9. TITIVS l. c. §. 23.-26.

neam eſſe quæſtionem, *qualis probatio* ex Matriculis extantibus pro aſſerenda Status qualitate deſumi queat, cum ſecundum præſuppoſita plane nulla probatio inde poſſit deſumi; licet ea quæſtio non in ſcholis tantum, ſed & in foro inter Proceres agitata fuerit: & ſi vel maxime *præſumtionem* quandam admittere velis, tamen contraria probatione ſemper elidi poterit.

XXI. A Matriculis Imperii, de quibus hactenus, diſtinguenda *Matricula Cameræ Imperialis*, quæ licet itidem Imperii Matricula ſit, a ſpeciali tamen *uſu* peculiare ſortitur nomen, aliamque habet indolem: ab omnibus autem differt *Album Cameræ*.

CAP. IV.

DE
VARIIS IMPERII OFFICIIS AC OFFICIALIBVS CVMPRIMIS PALATINIS.

§. I.

VAria olim Statuum Civiumque Imperii vel *Officia* vel *Miniſteria* extitere, quorum nomine illi Imperio obſtricti, diverſaque hinc vel poteſtate vel dignitate gaviſi fuere: quæ ex parte adhuc hodie locum habent, atque diverſitati Statuum, diverſisque ipſorum juribus, dignitatibus ac prærogatoga-

XXI. v. MAVRIT. §. 10. REG. IMP. de a. 1654. §. 9. TIT. §. 35.

Digitized by Google

rogativis non ultimum fundamentum præbent.

II. Nata hinc olim celebris diſtinctio inter *OFFICIALES* Imperii, ac *MINISTE-*

§. II. * 1. Voces *OFFICIALIVM* & *MINISTERIALIVM* quidem apud ſcriptores veteres ſæpius occurrunt: ut tamen ita, uti hic, rarius diſcernantur, ſed iidem, qui hoc loco *Officiales* dicuntur, atque officiis Palatii aut Regni fungebantur, frequentiſſime etiam *Miniſteriales* audiant; eo quod Officia, quibus in Palatio regio aut Regno fungebantur, nihil aliud eſſent, niſi *Miniſteria*, quædam, quæ in his officiis ſuis Regi præſtabant.

2. At non omnes *MINISTERIALES* ejusdem erant *ordinis* ac *dignitatis*: quæ diverſitas vel a diverſitate Officii aut Miniſterii, quod vel ipſi *Regi* aut *Regno* immediate, vel aliis demum *Miniſterialibus*, præſtant; vel a diverſa hinc nata Officiorum ac Miniſteriorum, ſubordinatione; vel etiam diverſa iisdem hinc adhærenti dignitate, orta eſt. Quocirca in diverſas non incommode claſſes iidem diſtribuuntur: quo & ſeptem *Clypeorum militarium* claſſes, *die ſieben Heerſchilde*, in jure Germanorum feudali celebratæ, referendæ videntur.

3. Sic ad ſuperiorem ordinem & claſſem pertinebant *Miniſteriales* & *Officiales* REGIS aut REGNI, ſive *Imperii*, qui vel in *Palatio* Regio miniſteria præſtabant, uti *Seneschallus*, ſive *Dapifer*, *Buti-*

STERIALES: quorum *illi* officio quodam cum poteſtate & dignitate conjuncto functi

---

Buticularius, *Comes Stabuli*, *Comes Palatii*, *Cancellarius*; vel in Provinciis Regni, officiis Civilibus aut militaribus fungebantur, uti *Duces & Comites*, *Pfaltzgravii*, *Marcgravii*, *Landgravii*, *Burggravii.* Quales Regi & Regno immediate ſuberant, atque dignitate omnes reliquos Miniſteriales antecellebant, omneſque ex ordine *Dominorum* erant, ac *Nobiles* in eminentiori gradu cenſebantur, *Nobiles Domini*, itemque *Liberi Domini* ſalutati, *des Kœnigs und des Reichs Edle Dienſtmanne*, *Hohe Mann*, *Edle Mann*, *Hohe Freyen*, *Semper-Freyen*, hinc ſalutati; quorum nonnulli etiam in *Principum* ordinem evecti atque vel *Clerici*, vel *Laici* fuerunt, *Pfaffen-Fürſten und Layen Fürſten* dicti.

4. In proxima claſſe collocandi erunt *Miniſterialium* horum *Miniſteriales & Officiales*, qui in Principum Clericorum aut Laicorum aulis aut provinciis, officia ſive miniſteria, aulica, civilia aut militaria vel obierunt, vel adhuc obeunt: quales iterum variis gradibus dignitatis aut poteſtatis inter ſe differre poſſunt, inter quos eminent *Liberi medioximi*, *die Mittel-Freyen* dicti.

5. Ab utriſque iterum probe ſecernendi ſunt *Miniſteriales inferiores*: quorum alii ſunt *Immediati*, qui immediate Regi aut Regno ſervitia tantum aulica aut militaria præſtiterunt; *des Reichs Dienſt-Leuthe*, *Ritter und Knechte*, alii *mediati*, qui

cti fuere; *hi* vero miniſteria in aula vel bello obiere, non niſi obſequii gloria ipſis relicta.

qui ſervitia talia Principibus ac Dominis, in aulis ipſorum aut provinciis præſtant.

v. CONRAD. VRSPERG. *Hiſt. Philippi.* p. 305. ibi: *venerunt ad eum Officiales & Miniſteriales*, & quidem de *Principibus* & *Baronibus terræ &c.* OTTO FRISING. L. 7. C. VIII. HINCMAR. de *Ord. Palat.* n. 23. qui tamen ſummos *Officiales* æque vocat *Miniſteriales.* COCCEJ J. P. Cap. XV. Sect. I. §. 12. STRVV. *C. J. Publ.* Cap. IX. §. 8. Ex qui ex inſtituto hoc argumentum ediſſeruerunt, Illuſtr. Dn. AD. FRID. GLAFEY *Comment. Hiſt.* de *vera quondam Miniſterialium indole, qua Miniſteriales Palatini*, præſertim vero *Milites Imperii*, aut Statum, *Nobiles*, qui nomine olim Miniſterialium potiſſimum veniebant, priſtino nitori, dignitati, juribus, generis integritati, eminentiæ ſingulari & immunitatibus reſtituuntur, eorumque nexus militaris a vaſallitico & ſubditítio diſtinctiſſimus, ex genuinis medii ævi Hiſtoriarum monumentis publicis eruitur: nec non Dn. IO. GE. ESTOR *Commentarii* de *Miniſterialibus*, in quibus *Nobilium* hodiernorum veræ origines, eorumque ſtatus, jura, differentia a Comitibus, ſelecta de Miniſterialibus Regni, eorumque muneribus, ac de Nobilitate Germanorum vera, evolvuntur/ Accedit Appendix Animadverſionum ad Commentationem Glafeyanam de Miniſterialibus.

III. *OFFICIALES* & *MINISTERIALES* iterum duplicis generis fuere: *PALATII* ſeu *Palatini*, dicti etiam Imperatoris & Imperii; vel *REGNI* & Reipublicæ: *illi* officiis palatii; *hi* judiciis vel rebus militaribus in provinciis præfuere. Ad poſteriorem claſſem ſpectant inprimis *Duces* & *Comites*, de quibus infra.

IV. *OFFICIALES PALATINI* iterum varii generis fuere: alii enim univerſo *Palatio*, alii *Clero* & *judicio eccleſiaſtico*, alii *judicio ſeculari*, alii *Cancellariæ*, alii denique *miniſterio* aulico, Regis perſonæ dicato, præfuere.

V. Vniverſo *Palatio* ſub Merovingis præerat MAJOR DOMVS, *der Groſshoffmeiſter*, qui & *Moderator palatii*, *Palatii Præfectus*, itemque *Præpoſitus*, dictus: quippe cujus officium initio in eo conſtitiſſe videtur, ut omnes palatii officiales ac miniſteriales dirigeret, atque de cauſſis ad Regem delatis

III. v. PITHOEI *Memoires des Comtes de Champagne* &c. in FREHERI *Origg. Palat.* p. 6. ibi: *Palatini appellatio generalis eſt, & communis omnibus, qui munus aut officium aliquod gerunt in Palatio Imperatoris.* STRVV. l. c. §. 10. HERT. *N. Vet. Franc. Regni* C. V. §. 12. REINHARD. de *Offic. Imp. Sax.* S. I. §. 6.

V. v. DV FRESNE *Gloſſar.* voce *Major. Dom.* HERT. *Not. Vet. Franc. R.* Cap. IV. §. 4. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* L. 1. Tit. X. §. 1. lit. a.)

delictis ejus vice cognoſcerent; quamvis poſtea omnia negotia publica atque ſummum Imperii ad ſe traxerint, Regibus nudo nomine relicto: ſed ſub Carolingis iſtud officium abolitum eſt.

VI. *Clero* & judicio eccleſiaſtico præerat APOCRISARIVS, ſive *Reſponſalis Eccleſiaſticorum officiorum* etiam ARCHI-CAPELLANVS, itemque *Palatii Cuſtos* vocatus, qui omnem clerum Palatii ſub cura & diſpoſitione ſua regebat, ac de omnibus negotiis eccleſiaſticis vel miniſtris Eccleſiæ cognoſcebat: quod officium poſtea cum officio *Archi-Cancellarii* coaluiſſe videtur.

VII. *Judicio ſeculari* præerat COMES PALATII, *der Oberhoffrichter*, qui certo reſpectu munus Majoribus Domus obtinuiſſe videtur, eratque ipſius, de cauſſis ſecularibus ad palatium vel Imperatorem delatis cognoſcere, atque controverſias minores ſuo arbitrio ſecundum æquitatem definire, majores vero ad Imperatorem deferre.

VI. HINCMAR. *Epiſt.* XIV. Cap. 19. 20. DV FRESNE *Gloſſar.* T. I. p. 785. *Petr.* de MARCA de *Concord. Regni & Sacerd.* L. IV. C. VII. §. 3. MALLINCROT. de *Archi-Cancell.* p. 7. HERT. l. c. C. V. §. 36. MASCOV. de *Origg. Officior. Aulicor.* §. 4.

VII. v. HINCMAR. l. c. Cap. XXI. PFEFFING. VITR. *Ill.* l. c. not. b) STRVV. l. c. §. 8.

VIII. Ad ſimilitudinem hujus deinceps alii in provinciis conſtituti, a palatiis hinc inde extructis *COMITES PALATINI* dicti, qui vice & nomine Regis jus dixerunt, terrasque immediatas in qualibet provincia adminiſtrarunt: ex quibus poſt varias viciſſitudines, extinctis ceteris, ſoli duo, *Rhenenſis* nempe & *Saxonicus*, ad noſtra usque tempora perdurarunt, priorque, ob antiquam forte Comitis Palatii Rhenenſis eminentiam, ad Electorale faſtigium adſcendit.

IX. *Cancellariæ* præerat ARCHI CANCELLARIVS, dictus etiam *SACRI PALATII ARCHI-CANCELLARIVS* vel *NOTARI-*

VIII. v. *Specul. Suev.* L. I. art. 19. rubr. *von den 4 Landen &c.* PFEFFING. l. c. not. b) STRVV. *C. J. P.* Cap. XX. COCCEJ. *J. P.* Cap. III. Sect. VI. §. 97.

IX. * *Capellani* dicti a *Capella* ſive loco, ubi non ſolum *Capa*, i. e. veſtis ſacra, in Palatio regio adſervata, ſed etiam Diplomata Regni cuſtodita fuerunt: unde Clericis anſa enata, *Cancellariam*, h. e. locum Palatii regii, ubi Diplomata & Acta publica conſcripta & adſervata ſunt, juxta cum munere ſcripturas hujusmodi publicas dirigendi, ſibi vindicandi.

v. MALLINCROT. de *Archi-Cancell.* p. 9. DV-FRESNE T. I. p. 30. STRVV. Cap. IX. §. 14. MASCOV. l. c. §. 5. 6. ubi de Recognitione Diploma-

TARIUS, itemque *ARCHI-CAPELLANUS*, cujus munus erat, ut præceptorum regiorum curam gereret, eademque ſubſcriptione ſua recognoſceret; eique iterum alii *Cancellarii* ſubordinati fuere.

X. Primis temporibus hoc munere vel *APOCRISARIUS* vel *COMES-PALATII* functi videntur. poſtea vero ARCHI CANCELLARIUS aliquis conſtitutus, ex Epiſcoporum plerumque numero, quod hi ferè ſoli tunc temporis litteras callerent.

XI. Licet autem initio *unus* tantum fuerit

plomatum & varia ſubſcribendi ratione eruditæ obſervationes. Conf. omnino Dn. ASTOR de *Miniſterial.* Cap. I. §. 25. 26.

X. v. MABILLON. de *re diplom.* L. 6. p. 470. ibi: *Comes Palatii noſter teſtimoniavit*, & p. 490. ibi: *Wineram, qui in vice Comete Palatio noſtro adſtare videbantur, - - - Wineramus recognovit & ſubſcripſit.* DU FRESNE p. 785. ubi exempla muneris Apocriſarii & ſummi Cancellarii in una perſona conjuncti. conf. SCHILT. *J. P.* L. 1. T. XX. § 4. COCCEI. C. X. §. 3. STRUV. l. c. §. 10. 11. MASCOV l. c. §. 5. ubi obſervat, *Archi-Capellanum* & *Archi-Cancellarium* promiſcue poſtea appellari.

XI. * Probabile quidem, initio tres *Metropoles*, aut *Capellas* Regias, Franciæ Orientalis, nempe *Moguntiam* in Germania Prima, *Coloniam* in Germania Secunda, ſive Francia Ripuaria, inque

rit ARCHI-CANCELLARIVS: tamen poſtea, uti tria potiſſimum Regna diverſa ſub ambitu ſuo complexum eſt Imperium Romano-Germanicum, ita & *tres* Archi-Cancellarii extitere; Archi-Epiſcopus *MOGVNTINVS* per *Germaniam*; *COLONIENSIS* per *Italiam*; *TREVIRENSIS* per *Galliam Belgicam* & regnum *Arelatenſe*.

XII. Olim ambulatorii Archi-Cancellariatus fuere, & arbitrio Regum collati: *Ger-*

que Diœceſi Colonienſi ſita Capella Palatii *Aquisgranenſis*, denique *Trevirenſem* in Germania ſive Francia Belgica, treſque in illis exiſtentes Archi-Capellanos, qui deinceps & *Archi-Cancellarii* facti, triplici Archi Cancellariatui anſam præbuiſſe: ſed poſtea junctis Germanico Regno Italiæ & Burgundiæ ſive Arelatenſi Regnis, ſingulorum quoque horum Regnorum intuitu, ſinguli Archi-Cancellariatus hiſce Archi-Cancellariis tributi ſunt.

v. Ill. COCCEJ. C. X. § 6. MASCOV. l. c. §. 7. 8. 9. 10. ubi jam a tempore LVDOVICI Germanici *plures Archi-Capellanos* ſimul ſub eodem Rege memorati, notet. Conf. GVNDLINGIANA XVIII. n. I. *von der Wahlſtadt Franckfurt.* n. II. *von der Crönungsſtadt Achen.* Dn. BITOR l. c. *Cap. I.* §. 25. 26. 27.

XII. v. SCHILT. *J. P.* Lib. 1. T. XX. §. 6. 7. qui jam a LVDOVICO Germ. jus Moguntini repetit, ſed abſque teſte. MALLINKROT. *Part.* 1. *membr.* 1. 2. 3.

Germanicus tamen jam ab HENRICI I. vel OTTONIS M. temporibus *MOGVNTINO* adjunctus; *Italicus*, antea ab *Italis* Epiſcopis geri ſolitus, a *COLONIENSI* ſaltem ab HENRICI III. ævo; *Arelatenſis*, initio a *Viennenſi*, poſt Interregnum a *TREVIRENSI* continuari cœpit, qui tamen *Galliæ Belgicæ* ſive *Lotharingiæ* Archi-Cancellariatum jam dudum antea geſſerat.

XIII. Functiones horum Archi-Cancellariatuum olim quidem ſecundum negotiorum genera utplurimum diſtinctæ fuere, ita, ut Moguntinus *Germanica*, Colonienſis *Italica*, & Trevirenſis *Gallica*, plerumque expediverit; at hodie a ſolo *MOGVNTINO* omnia expediuntur, forte ex tacito ceterorum conſenſu, licet titulum quisque ſui Archi-Cancellariatus ſibi ſervaverit.

§. XIV. Etſi autem tres ſunt Archi-Cancellarii, non tamen niſi unus eſt *Cancellarius*

---

1. 2. 3. COCCEJ. l. c. §. 8. STRVV. l. c. §. 15. 16. 17. MASCOV. §. 11.-12. HARR. de *Burgund.* ſ. *Arelat.* R. Cap. III. §. 6. Dn. ESTOR l. c. §. 17. 18. 19.

XIII. v. MALLINKROT. *P. I. Memb.* 2. p. 33. GRETSER. *Div. Bamberg.* p. 531. ibique Diploma OTTONIS M. in Italia Monaſterio Emerano datum, cui Moguntinus ſubſcripſit. COCCEJ. l. c. §. 7. STRVV. l. c. ESTOR. l. c. §. 17.

XIV. v. MALLINKROD. L. I. *Part. II.* per tot. COCCEJ. l. c. §. 13.

rius regni, qui omnium vices gerit, *VICE-CANCELLARIVS IMPERII* hinc dictus: cujus tamen officii conditio, quæ habilitatem perſonæ maximam requirit, non patitur, ut hereditarium ſit.

XV. Reliqui officiales palatini, qui præerant *Miniſterio aulico* in ſpecie, circa Perſonam Regis occupato, triplicis erant generis: *Majores* ſeu *ARCHI-OFFICIALES*, *Ertzbeamte; Minores* ſeu *Officiales Vicarii*, dicti etiam *Hereditarii*, *Erbbeamte;* & *Intermedii*, ſeu *Officiales Imperii* ſimpliciter ita dicti.

XVI. Quod ad *Majores* ſeu *ARCHI-OFFICIALES* attinet, ab omni tempore in aulis non ſolum *Romanorum*, & *Byzantinorum*, ſed & *Francicorum* & *Germanicorum* Imperatorum vel Regum, officia vel miniſteria aulica, circa perſonam Principis occupata, inter certos, plerumque *quatuor*, *ſummos Officiales* ita diſtributa fuere, ut reliqui officiales, vel miniſteriales, omnes iis ſubordinarentur.

XVII. Tales autem ſunt 1 DAPIFER, alias *SENESCHALLVS*, *TRVCHSESSIVS;*

XV. v. LEHM. ad *Capit.* CAROLI V. art. 13. p. 200. COCCEJ. C. XI.

XVI. v. GVTHER. *Offic. Dom. Aug.* L. II. C. 1. & L. III. C. 29. 30. HINCMAR. l. c. WIPPO in *Vita Conradi II.* p. 419. COCCEJ. l. c. §. 1. ſeqq. STRVV. l. c. §. 16. 17.

VS, 2. PINCERNA alias *BVTICVLARIVS*, 3 CAMERARIVS, alias *CVBICVLARIORVM MAGISTER*, 4. MARESCHALLVS, alias *Conſtabulus* ſeu *COMES STABVLI* quibus omnibus initio *MAJOR DOMVS*, deinceps *COMES PALATII* ſeu Magiſter aulæ, *der Oberhoffmeiſter*, præfuiſſe, vel etiam officium ejus uni horum conjunctum fuiſſe videtur.

XVIII. Præerant olim hiſce officiis IV. ſummi Provinciarum *DVCES*, dum *unus ex Ducibus* ad Interregni usque tempora fere ſemper REX eſſet, ſed arbitraria ab initio erant iſta officia, Ducesque in præſtandis iis pro arbitrio Imperatorum variarunt,

XVII. v. HINCMAR. l. c. DITMAR *Merſeb.* L. IV. p. 349. WIPPO l. c. LEHMANN *Chr. Spir.* L. V. C. III. STRAVCH. *J. Publ.* L. 1. T. XXI. §. 1. ſeqq. TOLNER. *Hiſt. Palat.* C. VI. p. 161. COCCEJ. l. c. §. 1.-8. STRVV l. c. §. 18. Dn. GLAFEY de *Miniſterial.* L. I. Cap. I. Sect. I. de *Miniſt. Palatii Regii* ESTOR l. c. § 37. & ſeqq.

XVIII. v. ARNOLD. LVBEC. L. III. C. IX. a. 1182. ibi: *Tempore illo* FRIDERICVS *Imp. edixit curiam famoſiſſimam. - - Officium* DAPIFERI *ſeu* PINCERNAE, CAMERARII *ſeu* MARESCHALLI *non niſi* REGES, *vel* DVCES, *vel* MARCHIONES *adminiſtrabant.* COCCEJ. l. c. §. 9. & C. XII. §. 1. 4. ſeqq. CONRING. de *Official. Imp.* §. 15. STRVV. l. c. §. 23. & ſeqq. DITMAR. de *Elector. S. R. I. Orig.* §. 6.

runt, donec certis Ducatibus ac Familiis ſingula jam ante Interregnum hereditario jure innexa, atque per A. B. tandem ita firmata fuere, ut BOHEMVS ſit *ARCHI-PINCERNA*, PALATINVS RHENI, *ARCHI-DAPIFER*, SAXO, *ARCHI-MARESCHALLVS*; BRANDENBVRGICVS, *ARCHI-CAMERARIVS*. De ſingulis infra ſuo loco ſigillatim.

XIX. Acceſſit poſtea, cum *Palatini* proſcripti Archi-Officium BAVARO tributum eſſet, *ARCHI-THESAVRARII* Officium PALATINO per pacem Weſtphalicam collatum: ac noviſſime, cum & HANNOVERANVS in numerum Electorum receptus eſſet, de novo *ARCHI-VEXILLIFERI* officio conſtituendo conſultari atque diſputari cœpit: quæ tamen quæſtio, cum *Palatino* priſtinum *Archi-Dapiferatus*, *Hannoverano* vero *Archi-Theſaurarii* Officium ceſſerit, aliquantiſper quievit; ſed reſtituto *Bavaro*, de novo Archi-Officio inſtituendo in Comitiis denuo conſultatum eſt.

XX. Singuli Archi-Officiales ſuos habent *Officiales Vicarios*, ſive *Subofficiales* eos-

XIX. v. COCCEJ. J. P. Cap. XIII. PFEFFING. VITR. *Illuſtr.* L. III. T. XIII. §. 25. not. a) ubi, quæ de *Archi-Vexilliferatu* in utramque partem diſputata ſunt, breviter recenſentur. *Capit.* CAROLI VI. Art. II. III. STRUV. l. c. §. 35.

eosque *hereditarios*, qui ſub FRANCICIS & SVEVICIS Impp. orti videntur, dum Imperatores, Ducibus elatioribus factis & forte officia iſta denegantibus, ipſi ſibi Officiales minores, idque pro arbitrio ſuo, elegerunt, qui in ſolenni Curia ipſis præſto eſſent; eademque officia poſtea itidem hereditaria facta ſunt, inque illis familiis, quibus ſub Suevicis Impp. inhæſere, ab hoc tempore perſtitere & per A. B. firmata fuere; hodie vero ab Archi-Officialibus feudi more *Subofficialibus* conferuntur, omnesque ex eadem familia titulum gerunt, licet Senior tantum officio fungatur.

XXI. Munia ipſorum in eo conſiſtunt, ut, abſentibus Electoribus, vices eorum in officiis aulæ, præferendis ſcilicet inſignibus & circa adminiſtrationem reliquorum ſolennium gerant, atque in eo Legatis præferantur, niſi quod Legatus Brandenburgicus hæc jura ſibi præ Hohenzollerano vindicet, eademque in coronationibus noviſſimis obtinuerit.

XXII. Differunt ab his officia *Aulæ* Im-
peria-

XX. v. Ill. COCCEJ. C. XI. §. 10. STRUV. l. c. § 36. 34. THULEMAR. de *Octov.* C. XVIII. §. 48. A. B. C. XXIX. §. 1.

XXI. v. THULEMAR. l. c. C. XXI. §. 11. ſeqq. COCCEJ. C. XI. §. 15. STRUV. Cap. IX. §. 40. & ſeqq. *Not. Germ.* ad *Capit.* CAROLI VI. art. III. (a). GRUGER p. 246.

perialis *quotidiana*, quibus præſunt ſequentes IV. Officiales Supremi: *Supremus Aulæ Magiſter*, *Supremus Camerarius*, *Supremus Aulæ Mareſchallus*, qui jurisdictionem in omnes aulicos, & qui aulam ſequuntur, exercet: ab Archi-Mareſchallo Imp. dependentem, & *Supremus Stabularius;* ſub quibus etiam continentur, *Dapiferi & Pincernæ:* atque hi, abſentibus Subofficialibus hereditariis, horum officium in ſolenni Curia exercent, exceptis Coronationis ſolennibus, ita tamen, ut fructus & emolumenta relinquant ſubofficialibus.

XXIII. Inter Officiales Palatinos memorandi etiam AVGVSTÆ *Archi-Officiales*, qui ex priſcis Regni inſtitutis, partem aliquam in Reip. adminiſtratione eidem tribuentibus, remanſerunt. Talis fuit *ABBAS S. MAXIMINI* (a), qui titulum officiumque

XXII. v. IMHOF *Mantiſſa Notit. Proc.* adjecta EVROP. HEROLD. T. I. p. 137. *Anon. Conſult.* de *Præced. der Erb-Aemter und Hof-Aemter &c.* ap. THVLEMAR. C. XVIII. & XXI. A. B. Tit. XXVII. fin. *Capit.* CAROLI VI. art. III. & CAROLI VII. art. III. §. 24. *Meditat.* ad *Cap.* IOS. A. 45. f) g) p. 353. ſeq.

XXIII. (a) Quod Monaſterium in dotem Reginis dari ſolebat, unde Abbates jubebantur Reginis inſervire ad Capellam, ad menſam, in curia regia. v. MASCOV. §. 58. ubi Diploma OTTONIS.

que *Archi-Capellani Romanæ Imperatricis* jam ab OTTONIS tempore obtinuit, a FERDINANDO II ei confirmatum.

XXIV. Deinde *ABBAS FVLDENSIS* honore *Archi-Cancellarii* Imperatricis mactatus eſt, cujus initia licet obſcura ſint, ad eandem tamen cauſſam videntur referenda, dum *Archi-Capellani* & *Archi-Cancellarii* titulus olim promiſcue fuit adhibitus, quorum poſterior demum Abbati, antiqui honoris renovationem petenti, a CAROLO IV. firmatus atque novo privilegio, aſſignatis illi in Auguſtæ coronatione partibus ſuis, auctus eſt.

XXV. Denique *Archi-Mareſchallum* Auguſtæ ſe gerit *ABBAS CAMPIDVNENSIS*, quod officium, a LEOPOLDO ipſi renovatum, cum in coronatione Imperatricis a. 1690. a *Colonienſi* & *Trevirenſi* inter-

(b) v. ZYLLES, *Defenſ. Abb. S. Maxim.* P. III. n. 86. LYNCKER ad A. B. Cap. XXIV p. 66.

XXIV. v. GOLDAST. *Conſt. Imp* T. I. p. 344. ubi Diploma. MALLINCKROT de *Archi-Cancell. Imp. L. II. C. 7. p. 211. ſeqq.* WAGENSEIL de *S. R. I. ſummis Official. & Subofficialib.* C. VII. WALDSCHMIDT de *Auguſtæ Imperatricis Archicancellario.* LYNCKER l. c. MASCOV. §. 59. 60.

XXV. v. LVNIG. *Reichs-Archiv. P. Spec. Cont. I.* p. 179. 181. l. a. de LYNCKER. l. c.

interceptum eſſet, jus ſuum proteſtando ſibi ſervavit.

XXVI. Novum quoque Imperii Officium enatum fuit, ex quo Imperatore *Jus Poſtarum* per Imperium ſibi vindicavit: nempe *GENERALIS POSTARVM IMPERIALIVM MAGISTRI*, quod illuſtri TAXIORVM Familiæ, a FRANCISCO TAXIO, Poſtarum Auctore, genus ducenti, & jam Principum dignitate fulgenti, in feudum conceſſum eſt.

XXVII.

XXVI. * Nota, *Taxiorum* Familiam, antiquis *Turrianis*, Mediolanenſibus Ducibus, qui genus ad Galliæ Reges referebant, editam eſſe: quippe *Lamorallum Turrianum*, cum *Guidone* & *Nardino* fratribus, Mediolano egreſſum, in valle Cornelia, quæ Bergomo vicina eſt, conſediſſe, capiendis Taxis ſive Taxonibus vitæ tædia demulſiſſe; inde ei a *Taxone*, qui Italis *Taſſo* dicitur cognomen enatum, a poſteris quoque adoptatum. Ab his oriundum FRANCISCVM TAXIVM, Poſtarum per Germaniam inſtituendarum auctorem MAXIMILIANO I. fuiſſe, atque in præmium navatæ operæ, dignitate prædicta ad poſteros tranſitura, ab Imperatore ornatum.

v. *Capit, Caſ.* LEOPOLDI a XXXV. JOS. a. XXXIV. CAROLI VI. a. XXIX. & *Litt. Inveſtit.* MATTHIAE, LEOPOLDI, JOSEPHI in Append. Doc. ad Cap. CAR. VI. WAGENSEIL de *S. R. I. Summis Officialibus Cap. III.* §. 3.

XXVII. Idem Officium Imperii etiam Capitulatione Noviſſima CAROLI VII. confirmatum eſt, ita, ut iſtud in integritate ſua, atque quieta rerum ad iſtud pertinentium, tam in Aula Cæſarea, quam in Imperio, expeditione, conſervandum, nec quidquam, quod in detrimentum ejus vergere queat, admittendum ſit.

XXVIII. De cetero quæ circa Imperiale hoc Poſtarum jus & officium rite, & citra præjudicium Statuum Imp. exercendum, obſervanda ſint, inferius ſuo loco tradetur.

XXIX. Sed & Imperatores Auſtriaci *GENERALEM POSTARVM MAGISTRVM* in Territoriis ſuis conſtitutum habuerunt; quo officio Comites PARII inveſtiti ſunt: quibuscum tamen TAXIIS perpetuæ fere lites interceſſerunt, nondum deciſæ; quamvis in Capitulatione CAROLI VI. *Pariis* officium Poſtarum Aulicum æque, ac *Taxiis* Officium Poſtarum Imperiale confirma-

XXVII. Cap. CAROLI VII. a. XXVIII. §. 4.

XXIX. Cap. CAROLI VI. a. XXIX. Dn. MOSER *Staats-Recht* L. II. Cap. 126. §. 46. - 106. ubi tam de *origine* Officii Poſtarum Aulici, eiusdemque in *Paarios* translati, quam de origine & Progreſſu Controverſiarum hoc nomine cum *Taxiis* enatarum ex inſtituto agitur. Add. Append. Docum ad Capit. CAR. VI. ſub tit. *Gegenw. Verfaß. der Kayſerl. Regir.* ſubjunctum.

Digitized by Google

firmatum, atque, circa modum utrumque exercendum, unum alterumve cautum ſit.

XXX. Atque hæc Officia ſumma pariter ac ſubalterna ad curiam Imperialem ſpectant: *Similia* fere ſunt, quæ iidem quidem Archi-Officiales, ſed per *alios Subofficiales*, Epiſcopo BAMBERGENSI, præſtari curant, certis terris eo nomine in feudum acceptis: dicunturque ratione Archi-Officialium *des Stiffts-Ober-Aemter*, ratione Subofficialium, *des Stiffts-Unter-vel Affter-Aemter.*

XXXI. Satis antiqua etiam hæc ſunt officia, atque ab HENRICO II. ex ſingulari in Epiſcopatum Bambergenſem ſtudio, ordinata creduntur: quæ res tamen conjectura potius, quam certis documentis nititur.

XXXII. Sicut igitur hujus Epiſcopatus Bambergenſis intuitu *REX BOHEMIÆ* eſt

XXX. v. Ill. COCCEJ. C. XI. §. 14. STRUV. Cap. XVI. §. 31. GAERTNER de *S. R. I. Electorum, inprimis Saxoniæ Feudis & Officiis Bamberg.* FRID. LUDOV. N. D. de BERGER *Specim. Comment.* de *Eccleſ. Bamberg. Officiis, Animadverſionib.* ad COCCEJI *Juris Publ. Prud.* p. 670. adjectum. Dn. BUDER. de *Feud. Official. Hered. Cap. I. §. 5.*

XXXI. v. OTTO FRIS. *Chron.* L. 6. C. 27. CONRING. de *Official.* Imp. §. 26. STRUV. l. c.

XXXII. v. LIMN. *J. P.* L. 3. C. VII. fin. COCCEJ. l. c.

eſt *Ober-Schenck*, PALATINVS *Ober-Truchſeſs*, SAXO *Ober-Marſchall*, BRANDENBVRGICVS *Ober-Cemmerer*: ita ſingulis ſui ſunt *Subofficiales*, Equites Franconici, nimirum ratione Bohemiæ Nobilis ab *Auffſaſs*; Palatini de *Pommersfelden*; Saxoniæ ab *Ebner*; Marchiæ de *Rotenhahn*.

XXXIII. Horum officiorum nomine Archi-Officiales Imperii de certis ad Electoratus ſuos pertinentibus terris a Bambergenſi inveſtiuntur: nimirum BOHEMVS de urbe Praga; PALATINVS olim de caſtro Hohenſtein, oppidis Hersbrück, Vilſeck, Aurpach, Pägentz & Velden, quæ tamen Palatini amplius non ſunt; SAXO de Witteberga, Mülberga, Tubena, una cum pagis Berſtadt, Alſendorf, Weiſigek, & Gabgaſt; BRANDENBVRGICVM vero feudum incertum eſt.

XXXIV. *Inveſtitura* Archi-Officialium olim Norimbergæ, poſtea Bambergæ facta; non tamen juramento iſti, ſed ſtipulata tantum manu per legatos ſeſe obligant; nec ipſi, ſed ſubofficiales, qui ab Electoribus ſuis de ſubofficio inveſtiuntur, ſoli ad officia, ſi evocati fuerint, tenentur.

XXXV. Non ſolum vero Imperator

XXXIII. v. THVLEMAR. de *Offen.* C. XX. §. 28. ſeq. STRVV. l. c.

XXXIV. v. EVROP. HEROLD. T. I. p. 290. THVLEM. l. c. §. 35. STRVV. l. c.

& Epiſcopus Bambergenſis, ſed etiam ipſi ARCHI-OFFICIALES, quin & alii Principes, tam Eccleſiaſtici, quam Seculares, in ſuis aulis, ex antiquo inſtituto, ejusmodi habent non ſolum *OFFICIALES HEREDITARIOS*, *Erb-Hoff-Aemter*, qui in ſolennibus Imperii curiis Principi ſuo Electori miniſtrare ſolent, ſed etiam *quotidianos non hereditarios*, *Hoff-Aemter*, inter quos ille fere primarius eſt, qui in aula Principis ſui id officium gerit, quod ipſe Princeps in Imperio.

XXXVI.

XXXV. v. *Conſtitutio* vetuſta, de *Expeditione Rom.* quæ vulgo CAROLO *Craſſo*, rectius CONRADO II. tribuitur, ap. GOLDAST. *Conſt. T. I.* ad a. 881. §. 6. ibi: *Singuli Principes habeant Officiarios ſpeciales*, *Mareſchalcum*, *Dapiferum*, *Pincernam & Camerarium: qui quatuor &c.* v. C. S. SCHVRTZFL. qui eandem CONRADO II. vindicat. it. Celeb. Dn. G. C. GEBAVER in præf. eidem Conſt. præmiſſa. conf. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. 5. C. III. ibi: *Ein jeder Kayſer und König, und aus derer Verordnung die Reichs Fürſten, haben ein jeder an ſeinem Hoff fürnemlich vier Amt dem Reich zu Ehren gehalten, nemlich einen Truchſeß, Marſchalck, Cammerer und Schencken.* COCCEJ. C. XI. §. I. II. 33. Add. Celeb. Dn. C. G. BUDERI Diſſ. de *Feudis Official. Hered. Procerum & Provinc.* R. G. *Cap. I. §. 2. ſeqq.* & ſubjunct. *Deſignat. Archi- & Official. Heredit. Procerum & Provinc. Germ.*

XXXVI. Præter iſtos Germaniæ Officiales, dubitandum non videtur, Imperatores, in *ITALIA* quoque ſuos habuiſſe *Officiales*, a Germanis diſtinctos, qui officia ſua in ſolenni apud Italos Curia præſtiterint: de quibus tamen parum conſtat, niſi quod *Comitis Palatii Lateranenſis* maxima adhuc ſub LVDOVICO Bavaro fuerit dignitas, & Marquardus aliquis *Seneſchalcus* Imperii, Dux Ravennæ & Moliſii, Marchio Anconitanus, memoretur, inque coronatione CAROLI V. ab Italicis potiſſimum Principibus inſignia prælata legantur.

XXXVII. Præterea alia quoque *Officia minora*, a FRANCORVM potiſſimum & SVEVICORVM Impp. temporibus orta ſunt, certis feudis æque adnexa, initio arbitraria, poſtea itidem hereditaria facta; eaque partim *palatina*, partim *non palatina*: quamvis hodie exiguus eorum uſus

 videa-

XXXVI. v. Diploma LVDOVICI Bav. quo a. 1328. CASTRVCIVM Ducem Lucanum, & *Rom. Imp. Signiferum*, creat *Comitem S. Lateranenſis Palatii*, ap. LEIBN. *Cod. J. G. Dipl.* P. I. n. 64. p. 119. STRVV. l. c. §. 36. ejusque Diſſ. de *Origg. & elogiis. Hohenloicis* §. 18. MASCOV. §. 57.

XXXVII. v. COCCEI. C. XIII. §. 20. STRVV. l. c. §. 37.

videatur, ſicut nec feuda apparent, quibus cohærent.

XXXVIII Ad *palatina* ſpectat Officium *VENATORIS IMPERII*, *des Reichs-Ouriſten-Jægermeiſters*, quod quidem jam olim in aula Francorum Regum inter principalia palatii officia, una cum *Falconarii* officio locum habuit, poſteaque *THVRINGIÆ LANDGRAVIIS* & *MISNIÆ MARCHIONIBVS* a CAROLO IV. collatum, atque a LEOPOLDO a. 1661. & a JOSEPHO a. 1708. confirmatum fuit, quod & in Comitiis Metenſibus a. 1350. exercuiſſe dicuntur: quamvis hujusmodi munus & *CARIN-*

XXXVIII v. HINCMAR *Epiſt.* de *Ord. Palat.* C. XVI. ibi *quatuor Venatores* memorantur. LVNIG *Reichs-Archiv.* P. Spec. IV. S. 2. n. 79. p. 246. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. 7. C. 35. EVKOF HEROLD. T. I. p. 257 REINHARD de *Officiis Imp. Saxon.* Sect. V. §. 1. ſeqq EIBEN de *Tit. Nobil.* §. 30. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. 3. T XII. §. 42. fin. STRVV. C. IX. §. 46. MASCOV §. 44. Progr. m. de *Orig. Jur. Venandi*, JO. G. HORN. *Unvorgreifl. Anzeige, was von dem Obriſt-Reichs-Jægermeiſter-Amt, ſo denen Churfürſten zu Sachſen, als Marggrafen zu Meiſſen zuſtändig, in Warheit zuhalten, und mit weicherley Beſtand oder Rechten etwas dergleichen auch andern Fürſtl. Hauſern in T. zugeſchrieben worden &c. Leipz. 1736. 4.* MOSER *St. R.* l. c. C. 117. §. 73. & ſeqq.

CARINTHIÆ ac *POMERANIÆ*, nec non *WVRTENBERGICI DVCES*, itemque *SCHWARTZBVRGICI* Comites ſibi aliquando vindicarint.

XXXIX. Sic Comites *Schwartzburgici* dicuntur *STABVLARII* ſive *Archippocomi* Imperii *Reichs-Stallmeiſter*: unde & in inſignibus eorum furca & pecten adparet.

XL. Sic etiam *Oſtiariorum* olim notus fuit *Magiſter*, quod officium a Francorum temporibus innotuiſſe, & a Burggraviis Noribergenſibus olim geſtum fuiſſe, traditur: poſtea vero Illuſtri Familiæ de *Werthern*, ſub titulo *S. ROM. IMP. ARCHI-CVBICVLARII* ſive *HERED. IMP. IANITORIS des H. R. Reichs Erb-Cammer-Thürhüters*, collatum eſt, de quo & ab Imperatoribus inveſtiuntur.

XLI. *Non palatina* officia, quæ non ad aulam, ſed *provinciarum adminiſtrationem* potiſſimum pertinent, iterum ſunt varii generis, & primum quidem in *Eccleſiaſtica* &

 Secu-

XXXIX. V. STRVV. Cap. IX. §. 47. MOSER l. c. §. 32. qui tamen cum F. C. HORNIO iſtud officium in dubium vocat.

XL. V. STRVV. l. c. §. 38. ibique ADELMVS BENEDICT. ad a. 812. PACHELBL a GEHAG *im Teutſchen Reichs-Staats-Urkundlichen Nachrichten. Petri* ALBINI *Hiſtoria vom Geſchlecht der Grafen und Herren von Werthern.* pag. 7. 19. 33. 44. 47. MASCOV. l. c. §. 48.

Secularia dispeſci poſſunt: ad priorem claſſem ſpectant *Primatus* Germaniæ, *Archi-Epiſcopatus*, *Epiſcopatus*, *Abbatiæ* & *Præpoſituræ*; ad poſteriorem *Ducatus* & *Comitatus* varii generis, *Comitatus Palatini*, *Landgraviatus*, *Marchionatus*, *Burggraviatus*, & *Comitatus* ſimplices: ſed hæc omnia hodie imperii potius, quam officii nomina ſunt; de ſingulis infra pluribus.

XLII. Præter hæc dantur alia quædam, quæ adhuc verum officiorum rationem habent, & vel *bellica*, vel *circularia*, vel *judicialia*, vel alia *civilia* ſunt.

XLIII. Ad *bellica*, ſpectat Officium *VEXILLIFERI IMPERII*, quod & ELECTOR SAXONIÆ & DVX WVRTENBERGENSIS ſibi vindicarunt, cum Nono Electori ejuſmodi officium, *ARCHI-VEXILLIFERI* nempe *Imperii*, *des H. R. Reichs Ertz Fæhndrichs*, *oder Ertz-Panner-Amt*, tribuendum videretur: cujus officii ratio ut rectius intelligatur, varia vexillorum ratio probe conſideranda veniet.

XLIV. Scilicet *Vexilla* olim erant vel *Imperialia* vel *Provincialia*. Inter *Imperialia* tria potiſſimum celebrantur, in expeditionibus

XLIII. v. Supra. §. 19. conf. LYNCKER ad A. B. Cap. IV. p. 40. ſeq. MOSER l. c. C. 117. §. 33. ſeqq.

XLIV. v. GERHARD. A ROO *Annal. Auſtr.* L. V. p. 186. STRVV. *C. J. Publ.* Cap. XXIV. §. 9.

tionibus præcipuis adhiberi ſolita: *Vexillum majus Imperii*, *Vexillum S. Georgii*, & *Vexillum Argentoratenſe*.

XLV. *Vexillum majus* vocatur *AQVILA IMPERII*, *der Reichs-Adler*, *des H. Rœm. Reichs Haupt-Fahne*, *das Reichs-Panier*, quod OTTONIS M. tempore *Angelum* cum victoria, poſtea *Aquilam bicipitem* repræſentabat, & in coronatione Imp. Romana non ſolum, ſed etiam in expeditionibus bellicis, præſente Imperatore, gerebatur.

XLVI. Alterum *Vexillum* erat *S. GEORGII* equeſtre, initio Svevis commiſſum, in cujus tamen juris conſortium poſtea & Franconica Nobilitas admiſſa fuit.

XLVII. Tertium *Vexillum* eſt *ARGENTORATENSE*, quod tamen duplex, alterum *Civitatum*, alterum *Imperii*, *ihr offen Panier und des Reichs Panier*; prius Civitatum

XLV. v. STRVV. l. c. *Unterſcheid zwiſchen dem Reichs Haupt-Bannier, und der Würtembergiſchen Sturm-Fahne.* ap. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. III. T. XIII. §. 25. not. a).

XLVI. v. DATT. *Vol. Nov. Rer. Germ.* L. II. C. III. n. 93. & C. XXXIII. COCCEJ. C. XIII. §. 18. STRVV. l. c. §. 10.

XLVII. v. KÖNIGSHOVEN *Chron. Alſat.* p. 1104. 1106. 1107. OBRECHT. de *Vexillo Imp.* p. 29. LIMN. *J. P.* L. VII. C. III. n. 13. STRVV. l. c. §. 11. KVLPIS ad *Monz.* C. II. §. 8. p. 483. ſqq.

tum nomine ab Argentoratenſibus geſtum, poſterius, quod ſecundarium quoddam Imperii vexillum, *Carocium* dictum, ſæpe Civitatibus, ſæpe etiam Nobilibus commiſſum: utrumque *Mariam Jeſum tenentem* continet, ſed illud minoris, hoc majoris formæ eſt; utrumque etiam adhuc Argentorati adſervari dicitur.

XLVIII. Præter hæc alia adhuc dantur vexilla imperialia, ſed minus ſolennia & particularia ſcil. *das Renne-Banier und die Sturm-Fahne.* Prius ſingulis exercitus Imperialis claſſibus dabatur: hoc vero in motibus ſubitaneis, vel ſi contra latrones, aut pacis publicæ cauſſa, agendum, de terra ſuſpendebatur, atque itidem *die Reichs-Fahne* nonnunquam appellatur.

XLIX. Officium VEXILLIFERI Imp. olim quidem arbitrarium poſtea hereditarium factum: & cum diverſa eſſent vexillorum genera, plures etiam Vexilliferi in Imperio conſtituti ſunt.

L. Si-

XLVIII. v. SCHILT. *Inſt. J. Publ.* T. II. p. 33. ALBERT. ARGENT. ad a. 1349. EVR. HEROLD P. I. p. 251. ubi tamen notat vexillum Imp. majus nonnunquam etiam *des R. Reichs Sturm-Fahne* item *des R. Rom. Renn-Fahne* appellatum. STRUV. l. c. §. 11.

XLIX. v. OBRECHT. *Diatr. de Vexillo Imp.* REINHARD. de *Offic. Imp. Sax.* Sect. II. §. 14.

L. Sicuti autem DVCES WVRTENBERGICI ab aliquo tempore vexillo quodam, *die Sturm-Fahne* appellato, inveſtiti ſunt: ita ELECTORES SAXONICI Vexillum Imp. majus, jure *Archi-Mareſchallatus*, ſibi forte haud immerito vindicarunt: ſiquidem & differentia hujus ab illo ratione & formæ & inprimis inſignis, quod in illo *Aquila uniceps*, in hoc *biceps*, ſatis ab aliis demonſtrata eſt. Sed hodie, mutata belli ratione, uſus hujusmodi Vexillorum plane ceſſat.

LI. Vexilla *provincialia*, quale quævis provincia habebat, in actibus inveſtituræ potiſſimum uſu veniebant. Sed de his, uti nec de Vexillo rubro, *der Blut-Fahne*, hic non eſt agendi locus.

LII. Magis hodie uſu frequentantur Officia *Supremi militiæ Imperialis Præfecti*, *des General-Reichs-Feld-Marſchalls*, nec non

L. v. Deduction, *daß dem Hochfürſtl Hauſe Würtenberg das Reichs Panier oder Reichs Fändrich-Amt &c. zuſtehe.* Item *Unterſcheid zwiſchen des Reichs Haupt-Bannier, und der Würtenbergiſchen Sturm-Fahne* & *Gründliche Beantwortung der Würtenberg Deduct.* ap. PFEFFING. ad VITR. L. III T. XIII. §. 25. not. a) EVROP. HEROLD l. c. KVLPIS ad *Monz.* l. c. LYNCKER. l. c.

LII. v. MOEGLING. Diſſ. de *Summo milit. Imp. Præf.* STRVV. l. c. §. 18.

non reliquorum eidem ſubordinatorum Præfectorum, utpote *des Generals über die Cavallerie, General-Feld-Zeugmeiſters &c.* qui omnes communi Imperatoris & Statuum conſenſu comitiali leguntur, juramentoque adſtringuntur, ac certis ſalariis mactantur.

LIII. Inter *circularia* officia eminent *Directoris*, *Ducis*, *Adjunctorum* & *Quæſtorum* Circuli, *der Creyſs Einnehmer*: inter *judicialia*, Cameræ *Judicis*, *Præſidum* & *Aſſeſſorum*, *Cancellariæ* Præfecti ceterorumque ejusdem officialium, itemque *Quæſtoris*, *des Cammer-Gerichts-Pfennigmeiſters*: porro *Judicii Aulici Præſidis* & *Aſſeſſorum*: denique inter *civilia* reliqua, *Magiſtri Poſtarum* Imp. generalis, *Advocati fiſci* Imperialis *des Reichs-Fiſcals*, & *Præfecti ærarii* Imp. *des Reichs-Pfennigmeiſters*. De quibus ſingulis ſuo loco.

LIV. Memorantur ab aliis adhuc alia Imperii officia minora: ſcil. *Procuratoris Imp.* quod Comitibus de *Reuſs* aſſeritur: *Piſcatorum Imperii*, quod alii *Baſilienſibus*, alii etiam Comitibus de *Wernigerode* adſcribunt; *des Reichs Dyckmeiſters*, quod *Olden-*

LIV. v. OTTO J. P. Cap. 14. COCCEJ. *J. P. C.* XIII. §. 10. LUDEWIG. *Annot. MSSt. ad h. l.* Diſp. de *Jure Poſtarum hereditario* §. 2. Add. Dn. MOSER l. c. ubi hæc & alia minora Imp. officia itidem enarrantur ac deſcribuntur.

Oldenburgicis; *des Reichs Feuermeiſters*, quod Dominis de *Pleſs*; Patroni *der Sack Pfeiffer*, quod Dominis de *Rappelſtein* &c. tribuitur: quorum, etſi vera eſſent, neque tamen uſus hodie eſt, neque feuda apparent, quibus more antiquo cohæreant.

CAP. V.

DE ELECTORIBVS IN GENERE CVM PRIMIS EORVM ORIGINE.

§. I.

PRimum inter Status Imperii locum obtinent ELECTORES, *Churfürſten*, qui ſunt *Principes Imperii, ac ſummi Officiales, lege Imperii conſtituti, ut non ſolum Imperatorem, ſuo & reliquorum Statuum nomine, eligant, ſed etiam præcipuas cum eo in Imperio partes teneant*: quo nomine variis iisque egregiis elogiis in Legibus Imp. ornantur.

II. De *Origine* Electorum variæ extant Scri-

§. I. v. A. B. *proœm.* & T. II. III. §. 2. T. XII. §. 1. *Capit.* LEOP. a. 46. JOS. a. 45. CAROLI VI. a. 1. ibi: *Innerſte Glieder und Haupt-Saulen.* conf. CRVGER. de *Novemvir.* P. Spec. M. I. Diſſ. I.

II. v. PACHELBL a GEHAG. Diſſ. de *Orig. Elect.* DITHMARI Diſſ. de *Electorum Origine* Sect. III. §. 5.

Scriptorum ſententiæ: Primum quidem longius procedere videntur, qui Electores nativitate Chriſti haud juniores eſſe opinantur, & a priſtino Germanorum more eligendi Reges, atque *jure prætractandi*, quod penes *Principes* fuerit, & poſteriori ævo, mutato etiam Germaniæ ſtatu, ſemper, & quidem ſub *prætaxationis* nomine, obtinuerit, originem eorum repetunt.

III. Deinde etiam illi vix commemorari merentur, qui vel a CAROLO M. vel a LVDOVICO IV. vel ab OTTONE M. conſtitutum exiſtimant, Imperatorem a ſolis Archi-Cancellariis ceterisque Palatinis eligendum eſſe: ſiquidem nec ullum hujusmodi conſtitutionis apud coævos extat veſtigium, nec ab Archi-Officialibus Palatinis ſtatim ad Electores inferre licet.

IV. Communior olim opinio fuit, OTTONEM III. Imp. & GREGORIVM V. Pon-

* Jus prætractandi indicat quidem Principum in conſultando prærogativam, non vero Electores, quos ignoravit antiquiſſima Germanorum ætas.

III. v. JORDANVS de *Imp. & Elect.* p. 184. THVLEMAR. de *Octovir.* C. VII. §. I. 2. GEWOLDVS de *Septemv.* C. II. DITHMAR. l. c. S. I. §. 2.

IV. * Autor ſententiæ, OTTONI III. conſtitutionem Electorum tribuentis, creditur MARTINVS POLONVS, qui in *Chron.* ſub OTTONE III. p. 173. edit. Baſil. ſcribit: *Et licet tres iſti* OTTONES

Pontificem, ſingulari *conſtitutione* Electorum Collegium ordinaſſe: ſed & illa dudum exploſa eſt, quod & Conſtitutionis falſitas facile appareat, & Imperatores, OTTONEM

TONES *per ſucceſſionem generis regnaverint, tamen poſtea fuit inſtitutum, ut per* OFFICIALES *Imperii Imperator* ELIGERETVR: *qui ſunt* SEPTEM &c. Quem, forte minus recte intellectum, SCHARDIVS, GEWOLDVS, WINDECKIVS, REINKINGIVS, aliique complures ſequuti ſunt, quorum catalogum texit THVLEMAR. de *Octov.* C. VII. §. 7. 8. ſeqq. p. 81. Conſtitutionem ipſam recenſet GOLDAST. *Conſt. Imp.* T. III. ſub OTTONE IV. p 371. ſed falſitatem ejus ipſe agnoſcit v. *Reichs Handl* p. 16. ibi: *Iſt ein Gedicht, und den uralten Urkunden zuwider.* & de R. *Bohem.* L. III. C. V. §. 9. ubi fatetur, *Freherum* illud Decretum ſua manu exſcriptum ſub nomine OTTONIS IV. ad ipſum transmiſiſſe. Addit: *comperi poſtea illud non eſſe* OTTONIS IV. *Brunſvicgii*, ſed a JOHANNE BAPTISTA EGNATIO in vita OTTONIS III. confictum.

A GREGORIO V. jura Electorum deduxit THOMAS. ANGLIC. de *Regim. Princip.* C. XIX. ibi: *Ex tunc.* (ſcil. ab Ottonis III. ætate) *ut hiſtoriæ tradunt, per* GREGORIVM V. *ſimiliter Teutonicum, proviſa eſt* ELECTIO, *ut nim. per VII.* PRINCIPES ALEMANNIAE *fiat.* Idem PLATINA, BARONIVS, aliique Pontificii defendunt.

NEM III. inſequentes, omnium Procerum conſenſu adhuc fuerint electi.

V. Aliorum opiniones, qui vel ad *INNOCENTIVM IV* vel *GREGORIVM X* Pontifices, vel ad HENRICVM II. vel FRIDERICVM *Barbaroſſam*, vel denique CAROLVM IV. Imperatores originem referunt, vix operæ pretium eſt memorare: cum non ſolum nullo idoneo teſtimonio nitantur, ſed etiam ex hiſtoria illorum temporum contrarium facile pateat.

VI Majori attentione digna videtur illorum ſententia, qui, ſemper præcipuas Archi-Principum, ſive *Officialium* Regni, partes in Electione fuiſſe, contendunt, cum hac tamen differentia, ut alii ipſam *Electionem*, quam *prætaxationis* nomine a coævis innui putant, ſolis *Archi-Officialibus*, *aſſenſum*

Utramque fabulam confutarunt AVENT. *Ann.* L. V p. 483 edit. Gundl ONVPHR. de *Comit. Imp.* Cap. VI. LEHMANN *Chron. Spir* L. V C. XVII. CONRING. de *Septemv* §. 23. ſeqq. LIMN J P L. III C. I. SCHILT *Inſt. J Publ. Tom. I. Lib I Tom II.* §. 8 9. VITRIAR. *J Publ.* L. I T. XIII. §. 3. ibique PFEFFING. in Not. & pleraque recentiores J. P. Doctores.

V. v WAGENSEIL de *Sum. Official.* C. XVIII. §. 5. STRVV C. P. Cap. XVI § 3. DITHMAR. l c. §. 6. 7.

VI v. COCCEI. *J Publ.* C. XIV. §. 3. ſeqq DITHMAR. laud. Diſſ. Sect. III. §. 1. ſeqq.

ſum vero reliquis *Proceribus* & *Populo* dun-
taxat tribuant,

VII. Alii vero inter *prætaxationem*, *ele-*
Ss 2 *ctio-*

VII. v. GEWOLD. de *S. R. I. Septemviratu* C. VII.
p. III. WINDECK de *Princ. Elect. Orig.* C. V.
p. 14. MAVRIT de *Orig. Elect.* C. I. THVLE-
MAR. de *Octovir.* C. VII. §. 34. LEIBNITZ.
Cod. J. G. Dipl. præf. SCHILTER. *J. P.* Lib. 1.
T. XIV. §. 47. LYNCKER. ad A. B. C. II. conf.
STRVV. *C. J. P.* Cap. XVII. §. 4. ſeqq. ubi pro-
lixe hanc ſententiam recenſet.

* Fundamenta ſententiæ potiſſima ſunt teſtimonia
(1) ALBERTI STADENSIS ad a. 1240. qui, *ex*
PRAETAXATIONE PRINCIPVM, inquit, *&*
conſenſu eligunt Imperatorem, TREVIRENSIS,
MOGVNTINVS & COLONIENSIS; *Trevirenſis*
enim, licet de Alemannia non ſit, ratione anti-
quitatis eligit: PALATINVS *eligit*, *quia* DAPI-
FER *eſt*; DVX SAXONIAE, *quia* MARSCAL-
CVS, & MARGRAVIVS de BRANDENBVRG,
quia CAMERARIVS *Rex Bohemiæ*, *qui Pin-*
cerna eſt, *non eligit*, *quia non eſt Teutoni-*
cus. (2) WELBERTI de *Electione Lotharii*
ap. GEWOLDVM de *Septemv.* C. VI. p. 690.
qui *paucorum votivam electionem ab alio-*
rum, nulla ſuffragia dantium, conſenſu diſtin-
guit: (3) AMANDI in Lib. de *primis actis a*
Friderico II. in Imperio peractis ap. GEWOLD.
l. c. p. 689. qui electionem *Sex aut Octo Officia-*
tis tribuit. (4) OTTONIS FRIS. de *geſtis Frid.* L.
L. I.

Electionem & *conſenſum* diſtingvant, atque jus *præta-*

L. I. C. II. qui *electionem* FRIDERICI I. per *Primates* factam teſtatur. (5) INNOCENTII III. qui in Epiſt. ad Bertholdum Zæringiæ Ducem, *jus eligendi ad Principes antiqua conſuetudine pertinere*, dicit. v. *Regiſtrum* INNOCENTII III. de negotio Imperii Ep. 62. ed. BALVZII T. I. p. 725. ap. GEWOLD. p. 781. (6) MARTINI POLONI, ap. THVLEMAR. de *Octov.* C. VII. § 14. ſeqq. (7) *Litteræ inveſtituræ*, quibus a FRIDERICO I. Bernhardus Aſcanius inveſtitus eſt, ap. GEWOLD. p. 687. (8) Diploma RVDOLPHI Habsb. Regi Bohemiæ conceſſum, ap. GOLDAST. Tom. II. p. 85. & (9) HENRICI VI. ap. GEWOLD. p. 679. in quibus omnibus vel *Electorum*, vel *Electoratus* expreſſa fiat mentio. Porro teſtimonia (10) vetuſti libri de *Beneficiis* ab Ill. THOMASIO editi in *Selectis feudalibus* §. 11. & Juris *feudalis Saxonici* C. IX. §. 1. ubi *Sex Principum* fit mentio, qui PRIMI ſint in Imperatoris *electione*; (11) *Speculi Saxonici* art. LVII. §. 3. ubi electio *omnium Principum* ab electione *ſex Principum Illuſtrium* diſtinguitur, conf. COCCEJ. C. XIV. §. 3. (12) GERVASII TILBERIENSIS in *Otiis Imperial.* edit. a LEIBNIT. in Vol. Rer. Brunſv. p. 943. qui *priſtinæ* PALATINORVM *electionis* meminit, ac *Principibus jus eligendi* tribuit, (13) VRBANI IV. in cujus *Epiſt.* ad *Richardum* ap. LEIBN. *Prodrom. J. G. Diplom.* n. XIV.

prætexandi quidem, ſive denominandi certos Imperii Candidatos omnibus Principibus,

n. XIV. dicitur, PRINCIPES, *vocem in electione habentes*, SEPTEM *eſſe numero*, *eosdemque cum Prælatis*, *Ducibus & aliis ibi præſentibus*, DELIBERATIONE PRAEHABITA, *de ipſorum* COMMVNI CONSENSV & ASSENSV *ad electionem procedere* decreviſſe, quæ *conſuetudo* vocatur, *a tempore*, *cujus memoria non extat*, *obſervata*; (14) denique CLEMENTIS V. qui ap. LEIBNIT. *Mantiſſ. Cod. Dipl.* p. 355. itidem agnoſcit, *jus eligendi* ad *Principes illos*, *Archi-Officiales* ſcil. *ab antiqua conſuetudine pertinere.*

** Verum contra hanc quoque ſententiam ejusque fundamenta non exigua ab aliis moventur dubia: nimirum (1) ALBERTI STADENSIS locum interpolatum eſſe, atque ex antecedentibus contrarium potius patere. v. STRVV. l. c. §. 4. ſeqq. (2) WELBERTI & (3) AMANDI teſtimonia νοθείας *prope manifeſta* eſſe, cum nullibi, niſi apud GEWOLDVM, extent. v. LIMN. J. P. L. III. C. I. n. 14. 15. LEIBN. *Cod. J. G. Dipl. præf.* (4) per *Primates* apud FRISINGENSEM non neceſſario Archi-Officiales, ſed potius omnes Principes intelligi. v. STRVV. §. 5. not. ** (5.) nec aliud INNOCENTII III. Epiſtolam docere, cum ſit reſponſoria ad Epiſtolam plurimorum Principum, *Archi-Epiſcoporum*, *Epiſcoporum*, *Abbatum*, *Ducum*, *Landgravii*, *Marchionum*, *Comitum*, qui omnes *electionis vota* diſerte

bus, *electionem* vero ſolis Archi-Officialibus, *conſenſum* denique Principibus & Populo adſcribant.

VIII.

---

diſerte ſibi aſſerant. v. *Regiſtrum Innoc. III.* Epiſt. 61. ap. STRUV. l. c. not. ††. Porro (6) MARTINI POLONI locum itidem interpolatum eſſe; (7) Diplomata FRIDERICI I. & (8) HENRICI VI. ſuſpecta eſſe, nec niſi fide GEWOLDI niti; (9) in Diplomate RUDOLPHI Habsburgici Bohemiæ jus eligendi tantum aſſeri, quod a nonnullis in dubium vocatum erat, ex quo tamen ad Collegium Electorale nullum argumentum. v. STRUV l. c. §. 6. Quod ad teſtimonia veruſti Autoris de *Beneficiis*, nec non Juris *feudalis*, atque *Speculi Saxonici*, attinet; ſi vel maxime dubium non ſit, per *ſex* illos *Principes* nonniſi *Archi-Officiales Eccleſiaſticos* & *Seculares* intelligi, uti in Jure feudali Saxonico explicantur, tamen exinde nondum confici videtur, penes illos *ſolos electionem* fuiſſe, licet aliqua præ ceteris auctoritate polluerint, præſertim cum in Speculo Saxonico electio *omnibus illuſtribus* tribuatur. v. Dubia ab Ill. THOMASIO deſuper mota in Diſſ. de libri de *Beneficiis Auctore, fato* &c. §. 38. conf. SCHILT. ad *J. Feud Alem* Cap. VIII. §. 2. 3. STRUV. l. c. Denique GERVASII TILBERIENSIS locus ex hiſtoria coæva ita explicandus videtur, ut Palatinis quidem aliqua in electione auctoritas, jus eligendi tamen ceteris quoque Principibus conſtet.

VIII. Affines huic ſententiæ ſunt recentiorum duorum Auctorum ſententiæ. Altera, quæ ſtatuit, primis temporibus Germaniæ Reges ab omni electos eſſe populo, nullo Statuum excluſo, ut tamen Officiales Regni, & cumprimis Archi-Epiſcopi Cancellarii Imperii præcipua auctoritate in electione gaviſi fuerint, ac pedetentim jus eligendi ſibi ſolis aſſerere cœperint: quod a tempore RVDOLPHI Habſpurgici tandem penitus adſequuti fuerunt.

IX. Altera ſententia huc recidit: Prætaxationem ſive prædeliberationem, in electionibus Regum, ſeorſim a Principibus

 quibus-

ſter. VRBANI IV. & CLEMENTIS V. Epiſtolæ recentioris ſunt ætatis, ex quibus tamen id diſcere licet, auctoritatem, qua Palatini ante hac forte in eligendo uſi ſunt, tum temporis jam in jus aliquod abiiſſe.

VIII. * Eſt hæc ſententia Dn. EVCHARII GOTTLIEB RINCKII, JCti Altorffini celeberrimi in Diſp. de *Origine Electorum* propoſita: ubi ſententiam de Origine Electorum, ad tempora Interregni illius magni relata, non omni dubio carere obſervat; atque adeo primum dubia quædam haud vulgaria, eruditis obſervationibus locupletata, adverſus eam movet, deinceps vero etiam erudite & ſolide eadem ſolvit ac removet.

IX. * Autor hujus ſententiæ eſt D. GEORG. WEREMBERG, Academiæ Equeſtris Luneburgenſis Inſpe-

quibusdam inſtitutam fuiſſe; Papam facultatem eligendi ad paucos ſibi addictos pertrahere voluiſſe: aliquando quatuor Familias jus electorum, una cum tribus Archiepiſcopis uſurpaſſe, plures quam ſeptem perſonas cuilibet fere electioni interfuiſſe; conſanguineos ſub CAROLO IV. eſſe excluſos, ac ſeptem tantum Principibus hoc munus demandatum.

§. X.

Inſpector, qui in Diſſertatione, cui titulus; *Caput Hiſtoriæ Juris Publici, Electorum Origo nova methodo demonſtrata*, aliquanto plus, quam ceteri Doctores omnes ante ipſum, ſapere ſibi videtur. Caput I. *Tempora, quibus Pontifex Cæſaris poteſtatem circumſcripſerit & anguſtaverit*; Cap. II. *Tempora, in quibus nomini Electorum fuerit idea vaga*; Cap. III. *Electorum actus poſſeſſorios, legesque Imperii illos confirmantes*, exhibet. Methodus autem ipſius nova maxime in enarrandis electionibus Imperatorum quorundam ante & poſt Interregnum peractis, atque machinationibus Pontificum circa electiones hujusmodi ſecundum voluntatem ſuam dirigendas, adductis locis quibusdam Scriptorum ac Epiſtolis Pontificum, ſimulque propoſitis dubiis haud exiguis adverſus URBANI IV. *Epiſtolam*, in *Prodromo Juris Gentium* a LEIBNITIO editam hujusque opinionem de *ſeptem Electoribus* in illa nominatis, occupata eſt. Ac de Epiſtola quidem iſta Pontificis ita ſcribit:

Hoc

X. At enim vero ex hiſtoria ſingularum Electionum hodie clariſſimum eſt,

Ss 5 omnes

Hoc diploma ſacra illa anchora per tot ſecula dictum eſt, in quo ſubſiſtit omnis veritas, proh dolor ego illam reſcindo, ac niſi ad ſententiam meam confugeris, & ceu ſacra anchora inhæſeris, ventis navem tuam committo incertis. Atque mox clarius mentem ita explicat: *Suaviſſima illa determinatio ſeptem Electorum nunquam Urbano venit in mentem, neque in Vaticano ejus littera habetur.*

X. * De ARNVLPHO v. *Annal. Franc.* FVLD. *a.* 887. ibi: FRANCI & *more ſolito* SAXONES & DVRINGI, *quibusdam* BAJVARIORVM, *Primoribus*, & ALAMANNORVM *ammixtis* - - *Arnolphum ad Seniorem elegerunt, ſine mora ſtatuerunt ad Regem extolli.*

De HENRICO I. v. RHEGINO *a.* 920. ibi: *Henricus Dux Conſenſu Francorum, Alemannorum, Bavarorum, Thuringorum, & Saxonum eligitur.*

De OTTONE M. v. WITTICHIND. Ann. L. II. ibi: *Omnis* POPVLVS *Francorum & Saxonum* - - *Ottone elegit ſibi Principem:* non ergo ſoli Duces.

De OTTONE II. v. RHEGINO a. 961. ibi: *Conſenſu & unanimitate Regni* PROCERVM *totiusque* POPVLI *filius ejus Rex eligitur.*

De HENRICO II. memorat DITHMAR. *Merſ.* L. IV cum is *AEp. Colonienſem* rogaſſet, ut ſe in

omnes Imperatores ab ARNULPHO I. ad FRIDERICUM II. adhuc vel ab omnibus Germa-

in conficiendo Imperio juvaret, hunc reſpondiſſe: *Quo minor & major pars* POPULI *ſe inclinaverit, libenter ſe aſſenſurum.* CONRADI II. electionem WIPPO in *Vita* ejus f. 424. ita deſcribit, ut PRIMARIOS QUOSQUE POPULOS nominet de Regnis hoc eſt ſeu magnis *Ducatibus*, qui caſtra ſua ad Rhenum collocarunt, verb: *ex parte Germaniæ* SAXONES *cum ſibi adjacentibus* SCLAVIS, FRANCI *Orientales*, NORICI, ALEMANNI *convenere. de Gallia vero* FRANCI, *qui ſupra Rhenum habitant*, RIPUARII, LOTHARINGI *coadunati ſunt.* quos deinde CONRADUS ipſe ita enumerat: *Vota ſtudia conſenſus* FRANCORUM, LOTHARINGORUM, SAXONUM, NORICORUM, ALEMANNORUM, &c. ubi ſub SAXONUM nomine & *Thuringi* & *Sclavi* comprehenduntur. Deinde electionem ipſam a *Principibus* Eccleſiaſticis & Secularibus, præeunte *Moguntino*, & conſentiente *Populo*, factam narrat, verb. *Conſedere* PRINCIPES, POPULUS *frequentiſſimus adſtabat.* Æ. MOGUNTINENSIS, *cujus ſententia ante alios accipienda fuit, rogatus a Populo, quid ſibi videretur abundanti corde, hilarique voce laudavit & elegit majoris ætatis Chunonem - - Hanc ſententiam ceteri* ARCHIEPISCOPI *&* RELIQUI SACRORUM ORDINUM VIRI *indubitanter ſequebantur. Junior Chuno paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim rever-*

Germaniæ *Populus*, vel ſaltem non a ſolis PALATINIS aut *Archi-Epiſcopis* & *Ducibus*,

---

verſus, maximo favore illum ad Dominum & Regem elegit. Tunc SINGVLI *de* SINGVLIS REGNIS *eadem verba* ELECTIONIS *ſæpiſſime repetebant. Fit clamor* POPVLI: *omnes unanimiter in Regis electione Principibus conſentiebant.*

Sed a tempore HENRICI IV. *ſoli Principes*, excluſo Populo, elegiſſe videntur, quod poſtea Populi non amplius fit mentio. v. God. de IENA Diſſ. de *Elect. Imp.* Diſp. I. Th. 5. lit. a. STRVV. C. J. P. Cap. VII. §. 56. CRVGER. de *Novemvir.* P. Spec. M. II. §. 7. ubi jam ab HENRICI II. ævo excluſionem Populi deducit.

Nihilominus omnes adhuc Principes, *Archi-Epiſcopi*, *Epiſcopi*, *Abbates*, *Duces*, *Landgravii*, *Marchiones*, *Comites*, elegerunt, id quod ex Electionibus proxime ante Interregnum factis apparet. De PHILIPPI electione teſtatur *Epiſtola Principum Germ.* ad *Innocentium III.* in *Regiſtro* ejus Ep. LXI. ibi: *S. Patri D. G. Magdeburgenſis*, *Bremenſis* ARCHIEPISCOPI, *Wormatienſis*, *Patavienſis*, *Ratiſponenſis*, *Conſtantienſis*, *Auguſtenſis*, *Eikſtadenſis*, *Havelbergenſis*, *Brandeburgenſis*, *Miſnenſis*, *Nuenburgenſis* EPISCOPI, *Babenbergenſis electus*, *Fuldenſis*, *Herſefeldenſis*, *Campidunenſis* ABBATES, REX *Bohemiæ*, DVX *Zaringiæ & rector Burgundiæ*, DVX *Saxoniæ*, DVX *Auſtriæ & Stiriæ*, DVX *Meraniæ*, *Thu-*

bus, ſed etiam ceteris PRINCIPIBVS Eccleſiaſticis & Secularibus, Epiſcopis & Abbatibus, Landgraviis, Marchionibus & Comitibus,

Thuringiæ LANDGRAVIVS, MARCHIO *Moraviæ Orientalis, Miſnenſis, Brandenburgenſis* MARCHIONES, *de Orlamund, de Summerſenberch, de Brenen, de Witin* COMITES &c. & in fine: *Vobis enim, P. Sanct. inſinuare decrevimus, quia* ELECTIONIS NOSTRAE VOTA *in Sereniſſ. Dominum noſtrum* PHILIPPVM *R. Regem & S. Aug.* VNA VOCE, VNO CONSENSV *contulimus.* Conf. de eadem electione OTTO de S. BLASIO C. XLVI. ibi: *Orientales itaque Principes*, videl. DVX *Bavariæ & Bernhardus Saxoniæ, cum ceteris* BARONIBVS, & EPISCOPI *Magdeb. & Saltzburg. cum ceteris Epiſcopis Oriental.* &c.

De OTTONIS IV. electione notabilis eſt ſubſcriptio ſingulorum Principum, addita voce, ELEGI in *Epiſt.* ad *Innocent. III.* v. *Regiſtr.* ejusd. Ep. X. ap. GEWOLD. p. 723. ibi: *Ego Adolphus Colon. AEp. elegi & ſubſcripſi. Ego Gerardus Indenſis Abbas elegi & ſubſcripſi. Ego Heribertus Werdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi. Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ Marchio Rom. Imp. elegi & ſubſcripſi. Ego Comes de Kuke elegi & ſubſcripſi. Ego Thietmarus Mindenſis Epiſc. elegi, & conſecrationi cooperatus fui. Ego Widikindus Corb. Abbas elegi & ſubſcripſi.*

Denique de FRIDERICI II. electione v. CONRAD.

minibus, electos fuiſſe, ita ut non nudus aſſenſus, ſed ipſa *electionis* vox atque *ſuffragium* ipſis, æque ac Archi-Officialibus, tribuatur.

XI. Sed poſtea non niſi a paucis Principibus, ac ſpeciatim tandem a ſolis *Septemviris*,

RAD. VRSP. a. 1210. ibi. *Tunc Principes Alemanniæ*, REX videl. BOHEMIAE, *qui paulo ante, ex Duce aſſumtus fuerat, ab Henrico V. Imp. ad Regnum*, DVX AVSTRIAE, DVX BAVARIAE, LANDGRAVIVS THVRINGIAE, & *alii quamplures convenientes*, FRIDERICVM *R. Sicil. elegerunt in Imperatorem coronandum.* Idem FRIDERICVS II. in *Epiſt. VIII.* ap. FREHER. T. I. *Script. R. Germ.* p. 307. ſcribit: *Noſter in Imperio Succeſſor, quem* PRINCIPES VNIVERSI ELEGERINT.

XI. * In RICHARDI & ALPHONSI *electione* nominantur inprimis illi, qui hodie iura Electorum habent, ita tamen, ut aliorum adhuc Principum mentio fiat. v. CHRON. AVGVST. a. 1257 ibi: MOGVNTINVS, COLONIENSIS *AEpiſcopus*, & *Ludwicus* COMES PALATINVS *Rheni*, ac *Henricus* DVX BAVARIAE, *in Richardum convenerunt. Dom. autem* TREVIRENSIS *Ep. cum* ALIIS *quibusdam* PRINCIPIBVS - - *fretus literis & auctoritate* REGIS BOHEMIAE, DVCIS SAXONIAE, MARCHIONVM *de* BRANDENBVRCH, & *multorum Principum elegit Dn. Alphonſum.*

** No-

viris iſtis, ſive *ARCHI-OFFICIALIBUS PALATINIS* qui ELECTORES ab eo tempore ſalutantur, Electiones Imperatorum peragi ſuevere: qui *mos* tandem in *jus* abiit, cujus *fundamenta* quidem circa *Interregni* tempora quærenda, *occaſio* verò & veſtigia

---

* Nomen ELECTORUM hoc tempore primum reperitur in *Epiſt.* ALEXANDRI IV. qua dehortatur Moguntinum monet, ut aliis COELECTORIBUS *ſuis tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, ne Conradum IV eligant, inhibeat*: quamvis id nondum de ſolis Archiepiſcopis & Officialibus regiis accipiendum ſit. URBANUS IV vero in *Epiſt.* ad Richard. mox, PRINCIPES, *qui* VOCEM *in* ELECTIONE *Imperatoris habeant*, SEPTEM *numero eſſe*, memoraſſe exiſtimatur: ſed v. not. ad §. IX

** RUDOLPHUS Habsp. iisdem, non niſi a *Septem* Principibus ſe electum eſſe, teſtatur in *Diplom.* ap. LAMBEC. *Bibl. Vindob.* L. XI. C. VIII. ibi *Vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ, Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro una in* SEPTEM PRINCIPUM, JUS *in* ELECTIONE *Regis Rom. habentium numero computatis* Quamvis *Burggravius Noremb. & Comes Tirol.* etiam adfuerint. v. ALBERT ARGENT. a. 1273. GERARD. a. ROO L. I. p. 13.

Conf. COCCEJ. l. c. §. 7. MONZAMB. C. IV. §. 3. THULEMAR. l. c. C. VII. §. 52. ubi plures hujus ſententiæ aſſeclæ, STRUV. l. c. C. XVII. §. 7. ſeqq.

ſtigia jam ab antiquioribus temporibus repetenda ſunt.

XII. Scilicet id fere ex hiſtoria electionum, & teſtimoniis ſuperius allatis, colligendum videtur, etſi jus eligendi omnibus Principibus usque ad Interregnum commune fuit, tamen *Procerum nonnullorum* majorem præ ceteris in eligendo auctoritatem fuiſſe aut prærogativam (a): ita, ut nonnunquam, *prævia* cum ceteris *deli-*

ſeqq. GVNDLINGIANA P. XVI. n. II. *von der Teutſchen Francken Erb- und Wahl-Reich, ingleichen der VII. Churfürſten wahren Urſprung.* §. 22. 23.

XII. (a) v. *Vita Mathild.* C. II. ibi: *Poſt exceſſum inclyti Regis* (Ottonis M.) DVCTORES PRIMI *conveniebant, & de ſtatu Regni conſilium habebant. Perplures dijudicabant, Henricum Regno potiri &c.* WITTICHIND. L. II. pr. ubi Otto M. a DVCIBVS, PRAEFECTORVM PRINCIPIBVS electus dicitur. ROBERT. de MONTE Contin. SIGEB. a. 1116. ubi Fridericus I. ab EMINENTIORIBVS AVLAE REGALIS PRIMATIBVS electus memoratur. GERVAS. TILBER. in *Otiis Imper.* ap. LEIB. *Rer. Brunſv.* p. 943. ubi ſcribit, conventionem HENRICI VI. *cum Principibus Teutoniæ, quæ impetravit, ut ceſſante priſtina* PALATINORVM ELECTIONE, *Imperium ad ipſius poſteritatem transferet, per Papam caſſatam* fuiſſe, *quia* IVS ELIGENDI PRINCIPIBVS *per hanc ademtum fue-*

deliberatione, ex ipſorum *prætaxatione* & conſenſu, *ſoli electionem* perficerent ab omnibus dein approbatam (b); nonnunquam vero *ſcor-*

fuerit. CONR. URSPERG. *Chron. rubr. de bell. Phil.* f. 235. ibi: *Tota Imperialis Curia & OFFICIALES IMPERII adhæſerunt Philippo.* A. de Beweſe. §. 12. ibi: *Secum ibant SEX PRINCIPES, qui PRIMI ſunt in ejus ELECTIONE.*

(b) v. *Chron. Caſinens.* L. IV. C. 84. ibi: *Placuit omnibus ELECTIONEM ipſam ex Arpiſcopi MOGUNTINI & LOTHARII Saxonum Ducis pendere judicio Spec. Sax.* art. LVII. §. 3. ibi: *An des Kayſers Wahl ſoll der erſte ſeyn, der Biſchoff von Maynz; der andere der Biſchoff von Trier, der dritte der Biſchoff von Cœln: Unter den Layen-Fürſten iſt der erſte an der Wahl der Pfaltz-Grafe bey Rhein, des Reichs Truchſeß; der ander der Hertzog von Sachſen, des Reichs Marſchall, der dritte der Marggraf von Brandenburg, des Reichs Cammerer, der vierte der Schenck des Reichs, das iſt, der Kœnig von Bœhmen, der hat keine Wahl darum daß er nicht Teutſch iſt. Und alſo kieſen Ihn des Reichs Fürſten beyde Pfaffen und Layen. Die aber zum erſten an der Wahl benant ſind, die ſollen nicht welen nach ihren Muthwillen, wehn ſie wollen, ſondern welchen die Fürſten alle zu einen Kœnig erwehlen, den ſollen ſie allererſt bey Nahmen nennen und kieſen.*

Mitiſſime hæc illuſtrari & confirmari poſſent per teſtimonia ALBERTI STADENSIS ubi: EX PRÆTAXA-

ſeorſim inter ſe *praeconſultarent*, atque deinceps certas perſonas *omnibus Principibus* ad eligendum proponerent. unde occaſio tandem

---

TAXATIONE & CONSENSV *eligunt Imp. Trev. Mog* &c. WELBERTI, ubi: PLERIQVE *nude* & *ſimpliciter* NOMINABANT, *quem optabant* ALIOS ELIGI -- PAVCI *autem* SPIRITVALES & TEMPORALES PRIMATES *examinantes perſonam Lotharii cum* VOTIVE ELEGERVNT & AMANDI, ubi: *Cum ex ſecreto conclavi prodirent* OFFICIATI, *indicantes, ipſos unanimiter Fredericum* ELEGISSE, *cunctus* OMNIVM ORDINVM *applauſus eſt conſecutus*, modo de fide illorum integra ſatis conſtaret. Conf SCHILTER. ad *J. F. Alem.* C. VIII. §. 5. ubi, *Praeeminentiam Electorum a tempore Ottonis III magis magisque ſeſe ita exeruiſſe*, aſſerit, *ut Statibus in univerſum liberum* JVS DENOMINANDI *Perſonas ad Imperium habiles ſartum tectum permanſerit*, SEPTEM OFFICIALIBVS *vero imperii* JVS ELIGENDI *ex denominatis unum certum, attributum fuerit usque ad ſecutam tamen approbationem omnium Statuum.* ibid. PRAETAXATIO, inquit, *eſt denominatio praecedens electionem.* Idem *J. P.* L. I. T. XIV. §. 17. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. I. T. XIII g ubi, non quidem propugnandum cenſet, *Nominationem*, *Electionem* ipſam & *Conſenſum*, non fuiſſe res plane diverſas in electionibus quorundam Caeſarum occurrentes; *factum* tamen & *jus* non eſſe confundenda. GRVBER. de *Novemvir. P. Spec.*

dem ipſis nata, jus eligendi ſibi ſolis vindicandi (c).

XIII. Atque hi ſunt, qui *PRIMI Electione*, & vel *SEX* vel *SEPTEM numero* fuiſſe dicuntur,

---

Art. II. §. 8. ubi traditur, a tempore CONRADI III. *commodioris electionis gratia a toto Principum conventu quibusdam Primaribus fuiſſe demandatum, ut illi praeconſultarent, quis eligendus, cui, ſi toti etiam conventui ita viſum fuiſſet, Imperium ſit delatum, ſed eorum poteſtatem eligendi ita fuiſſe limitatam, ut cogerentur tantum eum eligere, quem Principes communibus ſuffragiis praetaxaſſent.* BRVNNEM. *Juriſpr. Publ.* Diſſ. VI. §. 4.

(c) v. OTTO FRIS. de *Geſt. Frid.* L. II. C. 1. ibi: *cum de eligendo Principe* PRIMATES CONSVLTARENT, *tandem ab* OMNIBVS *Fridericus cunctorum favore in Regem ſublimatur.*

XIII. v. Lib. de *Beneficiis* §. 12. *Spec. Saxon.* L. III. art. 57. MARTIN. POLON. in *Chron.* p. 173. ibi: *Poſtea fuit inſtitutum, ut per* OFFICIALES *Imperii Imperator eligeretur, qui ſunt* SEPTEM, *videlicet primo tres Archi-Cancellarii iſti, Moguntinenſis Germaniae, Treverenſis Galliae, Colonienſis Italiae. Marchio Brandenburgenſis Camerarius eſt. Palatinus Dapifer. Dux Saxoniae enſem portat. Rex Bohemiae Pincernam agit. Unde verſus:*

Moguntinenſis, Treverenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum;

Et

tur, imo ſpecialius per OFFICIALES PALATINOS, Tres nimirum *ARCHI CANCELLARIOS*, MOGVNTINVM, TREVIRENSEM & COLONIENSEM. Treſque vel Quatuor potius Seculares, COMITEM PALATINVM, qui *DAPIFER*, DVCEM SAXONIÆ, qui *MARESCHALLVS*, MARCHIONEM BRANDENBVRGICVM, qui *CAMERARIVS*, &, qui his tandem acceſſit, REGEM BOHEMIÆ, qui *PINCERNA*, explicantur.

XIV. *Cauſa* vero *occaſio* devoluti tandem ad SEPTEMVIROS, hoſce ſolos juris eligendi non alia fuiſſe videtur, niſi *OFFICIA*

Tt 2 tum

Et Palatinus Dapifer: Dux portitor enſis;
Marchio Præpoſitus Cameræ: Pincerna Bohemus:
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula ſummum.

Add. ALBERT. ARGENT. Scriptorem LVDOVICO BAVARO & CAROLO IV coævum, qui hiſtoriam ſuam ab a. 1270. ad a. 1378 deduxit, atque diſerte memorat RVDOLPHVM II. AVG. ab Archiepiſcopis *Moguntino*, *Colonienſi* & *Trevirenſi*, nec non a *Duce Bavariæ*, *Duce Saxoniæ*, & *Marchione Brandenburgenſi*, qui tres filias ipſius tunc ſtipulati fuerint, electum fuiſſe.

XIV. ARCHIEPISCOPIS tribus *Primatus* Franciæ Rhenanæ, quæ a tempore Carolingorum pars præcipua Franciæ Germanicæ reputata fuerat, inſignem

tum *SACRA*, tum *PALATINA*, quorum virtute certi Proceres jam olim non ſolum *inauguratione* Regum & Imperatorum fungebantur, ſed etiam in aliis aulæ & Imperii negotiis regendis præcipua quadam auctoritate ac præeminentia gaudebant: unde & in Electio-

ſignem prærogativam largiebatur. Siquidem MOGVNTINVS Primas erat & Metropolitanus in *Germania Cis Rhenana I*, COLONIENSIS in *Germania II* & *Archi-Capellanus Palatii Aquisgranenſis*, TREVIRENSIS in *Belgica* ſive *Lotharingia*, ubi *Palatium Treuirenſe*. Unde & hi ſoli in Regum Inaugurationibus, quæ olim in Terra Rhenenſi plerumque fiebant, ſacro munere fungebantur. Acceſſit *Archi-Cancellariatus* officium, quod primum Moguntino, deinde & reliquis duobus accrevit, atque auctoritatem æque ac dignitatem auxit, quæ in Electionibus inprimis ſeſe exeruit, ubi & Moguntino prima vox tributa. Inter *Seculares* maxima poſt Regem poteſtate in adminiſtratione Regni haud dubie DVCES pollebant. Iidem ſumma Imperii *Officia*, *Palatina* dicta, quorum in Regum inaugurationibus maximus erat uſus, gerebant. Utraque dignitas, & *Ducalis* & *Palatina*, haud dubie faciebat, ut iidem & in Electionibus Regum maxima auctoritate valerent, inprimis cum *Inauguratio* non niſi *ſolennis Electionis declaratio* eſſet. Cum igitur deinceps Officia iſta Palatina, extinctis nonnullis Ducibus, certis Principibus, qui vel dignitate, vel potentia inter

ctionibus plerumque primas partes habebant, eandemque nonnunquam ex conſenſu ceterorum fere ſoli perficiebant.

XV. Quod autem circa *Interregni* potiſſimum tempora Collegii Electoralis jura invaluerint, cauſſa fuiſſe videtur *turbidus* Imperii *ſtatus*, qui fecit, ut reliqui Principes, in propriam potius ſecuritatem ac libertatem intenti, electionibus ſenſim ſe ſubducerent, atque curam Imperio proſpiciendi tandem ſolis Archi-Officialibus relinquerent.

XVI. Ex dictis liquet, nulla lege Collegium Electorale primum introductum, ſed *conſuetudine*, ex *uſurpatione* Septemvirorum, & *tacito* ceterorum Principum *conſenſu*, enata,

inter ceteros eminebant, eorumque Familiis terrisque perpetuo jure adhærerent: mirum non eſt, quod iidem, qui non ſolum præcipui inter eligentes erant, ſed quibus etiam ſolennis Electionis declaratio competebat, tandem ipſa *Electionis* etiam ſolis relicta ſit. Conf. SCHILTER. *J. Publ.* L. I T. XIV §. 17. KULPIS ad MONZAMB. P. II. C. IV. §. 2. 3. p. 42. ſqq. L. B. a LYNCKER ad A. B. Cap. II. p. 28. TITIUS *J. Publ.* L. V C. I. §. 15. STRUV. l. c. §. 15 & Cap. IX. § 8. ſqq. GUNDLINGIANA l. c. § 23. ſqq. 29. ſqq.

XV. v. MONZAMB. l. c KULPIS l. c Dn. de LUDEWIG de *Form. Ducat. Brand.* §. 6. (a) STRUV. l. c. §. 12. TITIUS. l. c. §. 16.

XVI. TITIUS l. c. §. 11. STRUV. l. c. §. 12. 13.

ac deinceps *expreſſe*, primum LVDOVICI *Bavari* decreto in Comitiis Francofurtenſibus a. 1339 deinde vero a CAROLO IV per *Auream Bullam*, tanquam legem perpetuam, confirmata.

XVII. Ex dictis quoque apparet, olim *Septem* tantum Electores fuiſſe, nimirum TRES *Eccleſiaſticos*, Archi Cancellarios atque Archi-Epiſcopos, ***MOGVNTINVM, TREVIRENSEM*** atque ***COLONIENSEM***, nec non QVATVOR *Seculares*, Summos Officiales Imperii, ***REGEM BOHEMIÆ, COMITEM PALATINVM RHENI, DVCEM SAXONIÆ***, & ***MARCHIONEM BRANDENBVRGICVM***

XVIII. Sed per pacem Weſtphalicam numerus Electorum auctus eſt, dum in locum Palatini proſcripti ***DVX BAVARIÆ*** ſucceſſit, ***PALATINVS*** vero reſtitutus *octavum* inter Electores locum occupavit: quamvis ***PALATINVS***, proſcripto *Bavaro*, priſtinum locum ſuum ſibi aſſeruerit, quem tamen ***BAVARVS*** per pacem Raſtadienſem reſtitutus, ſibi denuo vindicavit.

XIX.

XVII. v A. B. Tit. III IV. VI. CRVGER de *Novemvir* P. Gen. Diſſ. II. § 4. 5.

XVIII. v. INSTR. PAC. *Weſtph.* art. 4. §. 5. *Quod ad.* CONRING. ad LAMPAD. P. 3. C. IV. §. 4. CRVGER l. c. §. 6. 7.

XIX. Acceſſit poſtea & *novus* Elector, DVX nempe *BRVNSVICO-LVNEBVRGENSIS* lineæ *Hannoveranæ*, Cæſaris imprimis favore, ſed initio non ſine nonnullorum & Electorum & Principum contradictione: fuit tamen lis tandem ſopita, & Hannoveranus in Collegium Electorale A. 1708. introductus; qua de re infra fuſius agendi locus erit.

CAP. VI.

DE

JVRIBVS ELECTORVM.

§. I.

JVRA Electorum vel cum ceteris Statibus ipſis ſunt *communia*, vel ſolis *propria*, Legibus fundamentalibus, vel Obſervantia Imperii definita: eaque concernunt vel *electionem* & *coronationem*, vel *negotia Imperii*, vel *propria*.

Tt 4 II.

XIX. v. *Miſcellan. Juris publ.* de Novemviratu, HIPPOL. A LAPIDE *Raiſonnement von der neunten Chur-Würde.* THVCELII *Electa Jur. publ.* CRVGER. l. c. § 8. 9.

§. I. v. BOECLER. *Notit. Imp.* L. VI. C. II. n. II. ibique Schodæ Baronis BOINEBVRGII, KVLPIS ad *Monzamb.* P. II. C. IV. §. 7. Dn. COCCEJ. J. P. Cap. XIV. § 8. ſq. STRVV. *J. Publ.* Cap. XVII. §. 14. BRVNNEM. *Jurisp. Publ.* Diſſ. VI. §. 21. THVLEMAR. de *Octovir.* C. XIX. CRVGER Diſſ. de *Novemv. Jurib.* P. Gen. Diſſ. III.

II Præcipua Electorum prærogativa eſt 1) *Jus eligendi* Imperatorem vel Regem Romanorum, ipſis ſolis competens (a), & huic annexum 2) Jus *præſcribendi* Electo *Capitulationem*, quamvis non extra controverſiam poſitum (b).

III Eodem referri poteſt 3) Jus *Electo* propter *ætatem*, ſi opus ſit, proſpiciendi de moderatoribus vel *Curatoribus*; * 4) Jus *recipiendi Imperium* e manibus Imperatoris *reſignantis*; & 5) Jus *Regem* ex magna & juſta cauſſa *removendi*

IV. In *Coronatione* 6) ſoli Eccleſiaſtici coronam

II. (a) v. A. B. Tit. VII CRUGER de *Novemvir*. P. Spec. M. II. Diſc. I. p. 153.
(b) v. Supra L. II. C. VIII. §. 16. CRUGER l. c. Diſc. II. p. 178. ubi poſſeſſionum Electoribus adſcr bit.
III. v. Ill. COCCEJ. J. P. C. XIV. §. 10. n. V. VI. VII. ibique alleg. *Chron. Belg. Rec. Imp.* d. a. 1559. § 1. GOLDAST. *Conſt. Imp.* T. un. ad a. 1400. &c. BRUNNEM. *Juriſpr. Publ.* Diſſ. VI. §. 30 CRUGER. l. c. Diſc. XVII. p. 366. & XVIII. p. 378.
* Quorum munere tamen hodie, ubi Rex impubes eligitur, duo Vicarii funguntur. v. Capit. JOSEPHI, art. XLVII.
IV. v. Supra L. III. C. II. §. 32. conf EUROP. HEROLD. T. I. p. 191. CRUGER. de *Novemvir*. P. Spec. Diſc. VIII. p. 125. & M. II. Diſc. III. p. 193.

num Imperatori imponunt, 7) Seculares Archi-Officia circa ſolenne convivium adminiſtrant; 8) Singuli cum Cæſare conviventur in publico, in ſua quilibet menſa, tranſito operta, cum ceteri Principes uni tantum menſæ accumbant.

V. Circa *negotia Imperii* ipſis convenit, ut 9) non in Comitiis tantum univerſalibus, ſed reliquis etiam conventibus Imperii ſemper *ſeparatum* & totale forment *Collegium*, idque *primum* in ordine: quod quando cœperit, non quidem certo conſtat, vetuſtius tamen eſſe FRIDERICI III. & MAXIMILIANI I. temporibus, probabile eſt.

VI. Præterea 10) tanta gaudent auctoritate, ut de nonnullis rebus, quæ ſcil. non ſunt maximi momenti, cum Imperatore, excluſis ceteris Statibus, ſtatuere, quin & de negotiis univerſum Imperium concernentibus cum eodem præconſultare, de nonnullis denique absque Imperatore ſoli conſultare queant.

V. v. *Unio Electoral.* de a. 1338. & 1521. apud LIMN. J. P. *Add.* T. I. ad L. 3. C. II. n. 27. SCHILT. J. P. L. I. T. XX. §. 1. *Capitul.* JOS. art. 35. CAROLI VII. art. III. §. 14. ibi: *bey ihren geſonderten Rathe.* BRUNNEM. *Juriſpr. Publ.* Diſſ. VI. §. 25. CRUGER. l. c. P. Spec. Diſc. III. p. 68.

VI. v. INSTR. *Pac. Oſn.* art. VIII. *Capit.* JOS. art. 38. ibique *Medit.* Cap. CAROLI VI. art. III. §. 3. COCCEJ. J. P. C. XIV. §. 8. 9. ſqq. HORN. J. P. C. XXV. §. 5.

VII. Hinc ex arbitrio 11) *Comitia Electoralia*, *Churfürſten-oder* Collegial-*Tæge*, inconſulto etiam Imperatore, celebrare, inque iis non de rebus Collegii tantum, ſed etiam negotiis Imperii & ſalute orbis conſultare poſſunt.

VIII. Habent etiam 12) jus una cum Imperatore *Comitia Imperii*, eorumque locum ac tempus, *decernendi*, ac, ſi Imperii ſalus ita exigat, de *Comitiis* Imperatorem *admonendi*.

IX. 13) Circa *Fœdera* Imperii cauſa pangenda Imperator, ſaltem in caſibus, ubi periculum eſt in mora, omnium Electorum conſenſum, idque in conventu Collegiali, ante omnia requirere tenetur.

X. 14) Circa vindicanda *Bona Imperii* alienata, vel ſolo Electorum omnium, vel, prore na-

VII. v. A. B. Tit. XII. §. 1. *Capitul.* IOS. art. 6. CAROLI VI. a. III. CAROLI VII. art. III. §. 12. conf. RACHEL. de *Comit. Elector.* THVLEMAR. de *Octovir.* art. XIX. n. 20. CRVGER. M. II. Diſc. VII. p. 260.

VIII. v. A. B. Tit. XXVIII. §. 5. *Capitul.* LEOPOLD. art. 17. IOS. art. 16. CAROLI VII. art. XIII. §. 1. CRVGER. l. c. M. II. Diſc. V. p. 243. & VI. p. 252.

IX. v. *Capit.* IOS. art. 10. CAROLI VII. art. VI. §. 2.

X. v. *Capit.* CAROLI VI. art. X. & CAROLI VII. art. X. §. 7. ibi: *mit Rath, Hülffe &c. der ſamtlichen Churfürſten alleine, oder* NB. *nach Gelegenheit der Sachen, auch anderer Fürſten.* CRVGER. l. c. M. II. D. XI. p. 313.

re nata, etiam reliquorum Principum & Statuum conſilium auxiliumque ab Imperatore adhibendum.

XI. Circa conferenda *Feuda regalia*, pro diverſitate eorum, vel Electorum tantum, vel Principum quoque & Comitum etiam, vel pro re nata Civitatum Imp. quoque conſenſus requirendus.

XII. Ceterum Electorum ſaltem conſenſus 16) in concedendis *vectigalibus* (a), jure *ſtapulæ* (b), ac regali *monetæ* (c) ab Imperatore requirendus.

XIII. Ad *negotia propria* ſpectant privilegia ſequentia: Quod 1) Eccleſiaſtici Electores duplicem exerceant *poteſtatem*, *Eccleſiaſticam* in ſpiritualibus, ut Archi-Epiſcopi in ſuæ diœceſi, & *Secularem*, ut Principes Imperii ac Electores. 2) Quod omnes *Crimen læſæ Majeſtatis*,

XI. CAROLI VI. art. XI CAROLI VII. art. XI. §. 10.

XII. (a) & (b) *Capit.* JOS. art. 20. 23. CAR. VI. a. VIII. Cap. CAROLI VII. art. VIII. §. 1. 2. 23. CRUGER. l. c. Diſc. IX. p. 156.

(c) v. *Capit.* LEOP. art. 34. JOS. art. 33. CAR. VI. a. IX. CAROLI VII. art. IX. §. 6. CRUGER. l. c. Diſc. IX. p. 189.

XIII. 1) STRENGER *Inſt. J. Publ. L. II C. 76. p. 662.* KLOCK. P. I. *Conſil. XIV. n. 17.* v. A. B. Cap. XXIV conf. COCCEJ. J. P. Cap. XII. §. 40. HORN. J. P. C. XXV. §. 7. CRUGER. P. Spec. Diſc. IX. p. 153.

jeſtatis, & quidem *perduellionis*, in eos, tam ſingulos, quam univerſos, tanquam partem Corporis Imperii, ab omnibus Imperii civibus committatur.

XIV. 3) Quod ſinguli *jus* habeant *præſentandi* duos *Aſſeſſores Camerae*, cum alias integri circuli totidem conſtituant.

XV. 4) Quod gaudeant privilegio *de non appellando*, itemque de *non evocando*, contra Imperii ſcil. judicia; exceptis tamen caſibus fractæ pacis publicæ, & inveſtiturarum, ſi in alio territorio feuda habent: privilegium de *non appellando* in Domo Saxonica, non Albertinæ ſolum, ſed & Erneſtinæ ſtirpis, ad terras quoque noviter quæſitas, MAXIMILIANI II. beneficio prolatum eſt. Privilegium de *non evocando* hodie quidem omnibus Principibus & Sta-

XIV. v. INSTR. *Pac. Oſn.* art. V, §. 20. *Ord. Cam.* P. I. T. I. §. 3. CRUGER. l. c. D. XV. p. 348.

XV.* Not. Privilegia de non appellando non impedire, quo minus ex cauſa protractæ & denegatæ juſtitiæ provocatio ad ſumma Imperii Tribunalia admittatur, ſed nec querelam nullitatis per ea excludi. v. A. B. Tit. VIII. & XI. §. 1. conf. DIETER. ad A. B. l. c. CARPZOV. de *L. Reg.* C. IX. Sect. 4. n. 1. 2. 3. COCCEJ. C. XIV. §. 13. n. III. & IV. CRUGER. Diſc. XIV, p. 355. Conf. KNICHEN de *Saxonico non provoc. jure*, de LUDOLPH de Jure Cam. Sect. I. §. 14. n. 7. ſqq. ZIEGL. de *J. Maj.* L. I. C. XXX. §. 15. Dn. LANGGUT. ad COCCEJ. Jus

& Statibus competit. Sed Electores etiam in cauſis aliàs exceptis eodem haud dubie gaudent.

XVI. Quod 5) *jus* habeant *comparandi terras* cum *regalibus* ſine conſenſu Imperatoris, ſalvis tamen de cetero juribus Imperii: quodque 6) *Electoratus* ſint *individui*.

XVII. Quod 7) pro *inveſtituris* feudorum Electoralium, & confirmandis *privilegiis nihil exſolvant*, niſi quid ſponte & liberaliter Officialibus aulicis largiri velint.

XVIII. Cetera, quæ olim inter privilegia referebantur, jura, metalli fodinarum ſcil. teloniorum, recipiendi Judæos, aureæ monetæ, hodie fere Statibus, vi ſuperioritatis territorialis, ſunt communia.

XIX.

Jus Publ. Cap. XIV. § 13. n. 4. Autoris Diſſ. de *Jure non evocando*.

XVI. v. A. B. Tit. X. fin. & XXV. §. 1. ibique LIMN. CRVGER. l. c. Diſc. XII. p. 320. WINTER. de *Prærogativa S. R. I. Electorum circa acquirendas abſque ſpecifico Imperatoris conſenſu terras Imperii*.

XVII. v. A. B. Tit. IX. & X. §. 1. CRVGER. l. c. Diſc. XIII. p. 324.

XVIII. v. A. B. Tit. IX. & X. COCCEJ. l. c. n. II. & HORN. l. c. §. 8. CRVGER. l. c. *R. Gen.* Diſc. III. §. 3. p. 50.

Digitized by Google

XIX. Denique huc referri poſſunt, quæ ad *dignitatem* Electorum ſpectant, prærogativæ: quarum facile prima ac præcipua, quod 8) *Regibus pares* cenſeantur, atque in actibus ad Imperialem Curiam ſpectantibus etiam iis, ſi adeſſent, præferantur; quamvis alias coronatis Capitibus & pupillis Regiis haud inviti cedant, neutiquam vero Cardinalibus.

XX. Quod 9) Cæſar in ſolennibus Curiis ipſos viſitet, ipſique cooperti cum Cæſare loquantur, quamvis ultimum illud & Principes in perſona facere ſoleant: quodque præſente Cæſare 10) non ſolum *uraniſcis* utantur, uti dictum, ſed etiam 11) gladius vagina quidem tectus a Mareſchallis hereditariis ipſis præferatur.

XXI. Quod 12) *Titulis* ampliſſimis & Majeſtatis pleniſſimis, etiam a Cæſare, a quo & Eccle-

---

XIX. v. A. B. Tit. VI. *Capit.* JOS. art. 5. CAROLI VI. a. III. CAR. VII. a. III. §. 21. THULEMAR. C. IIX. n. 31. HORN. l. c. §. 9. STRUV. Cap. XV. §. 16. CRUGER. l. c. Diſc. IV. p. 72. & V. p. 79. STIEV. *Europ. Hoff-Ceremon.* P. I. C. 9. §. 3. ubi de Præcedentia Electorum præ Cardinalibus agitur, & rationes, in quibus ſe fundant Electores, recenſentur.

XX. * de ceteris Ceremoniis & honoribus, quibus in ſolennibus viſitationibus Cæſaris Electoris fruuntur, v. STIEV. l. c. P. II. c. 3. v. EUROP. HEROLD. T. I. p. 191. 193.

XXI. *Sic in Capitulationibus; *des H. Röm. Reichs var-*

cleſiaſtici titulo *Nepotum Neſen* cum adjecto nunc *Hochwürdigſte*, Seculares vero *Oheim* cum adjecto *Sereniſſimi*, *Durchleuchtigſt*, inſigniantur; prius affectus, poſterius honoris teſtandi cauſſa: ſicuti & ab aliis, etiam Regibus & Rebuspublicis, titulo *Celſitudinis* ac *Serenitatis Electoralis Churfürſtl. Durchlauchtigkeit* ornantur, cum hoc tamen diſcrimine, ut Eccleſiaſticis, qui nati Principes non ſunt, non niſi *Gratiæ Electoralis*, *Churfürſtl. Gnaden*, titulus detur.

XXII. Quod 13) etiam Legati ipſorum Regiis

---

vorderſte Glieder und Grund-Saulen: it. *des Heil. Reichs innerſte Glieder und Haubt-Saulen*, ab Imperatoribus ſalutantur. THULEMAR. de *Octovir.* C. VIII. §. 10. n. 26. ſq. HORN. J.P. C. XXVI. §. 5. C. XXIX. §. 7. STRUV. C. J. P. Cap. XVII. §. 22. *Medit.* ad *Cap.* JOSEPH. procem. lit. m) COCCEJ. l. c. §. 15. GUNDLINGIANA P. XI. n. I. *warum der Kayſer die Geiſtl. Churf. Neven nenne* §. 23. ſqq. CRUGER. l. c. P. Spec. Diſc. II. MITSCH. ad *Capit.* JOS. Procem. C. III.

** Noviſſime etiam Tituli, *Hochwürdigſte* & reſpective *Durchleuchtigſt* iisdem tributus eſt.

v. Capit. CAROLI V. a. IV. CAROLI VI. Procem. a. I. & III. CAROLI VII. Procem. a. I. §. 2. & a III. §. 22.

XXII. v. *Capitul.* JOS. art. 4. CAROLI VI. art. III. CAROLI VII. art. III. §. 21. & *Receſſ. Elect.* de a. 1671.

gus fere, quoad curialia, titulum, ſcil. Excellentiæ, primam viſitationem, jus præcedentiæ in ædibus viſitati, jus tegendi caput, &c. æquiparentur, & non ſolum Legatis Regum p. in aula Cæſarea, ſed etiam Principibus in perſona præferantur, aliasque ſibi præ Principum legatis prærogativas vindicent, de quibus infra.

XXIII. De *ordine* & ſeſſione multa olim controverſia inter Electores, variaque ab iis loca occupata. tandem vero ordo in A. B. definitus, ac poſtea ſpeciali transactione inter Electores a. 1653. inita confirmatus fuit. Eſtque vel *ſuffragandi*, vel *ſedendi*, vel *procedendi*.

XXIV. *Ordo ſuffragandi* hodie hic ſervatur, ut *Moguntinus* primo *Trevirenſem*, deinde *Colonienſem*, porro *Regem Bohemiæ*, & ſic reliquos Electores Seculares ſuo ordine ſententiam roget, ultimo vero loco ipſe a Saxone roga-

a 1671. ap. FECIAL. EVROP. p. 191. it. p. 186. 192. FVRSTENER. de *Suprem.* C. XXXVI. ſqq. SCHWED. P. Sp. Sect. 1. C. II, §. 7. HORN. J. P. C. XXV. §. 11. 12. CRVGER. Diſc. VII. p. 112.

XXIII. v. A. B. Tit. IV. LONDORP. T. VII. L. 6. C. CIX. THVLEMAR. de *Octov.* C. XXVI. STRVV. l. c. §. 18.

XXIV. v. Ill. COCCEJ. *J. P.* Cap. VIII. §. 9. ibique cit. A. B. Tit. IV. §. 3. *Spec. Sax.* L. 3. art. 57. WIPP. in *Conrad. Sal.* ap. PIST. fol. 436. GVNTH. *Ligur.* L. 6.

[illegible] ſuffragium ferat: quamvis olim *prima vox Moguntino* competiiſſe, qua & hodie uti poſſit, ſi velit; nec per A. B. quidquam mutatum, quippe quæ primam Trevirenſi intuitu Colonienſis, non vero Moguntini, tribuat, nonnullis videatur.

XXV. *Ordo ſedendi* varius eſt, prout, vel in continua ſerie ſedent, vel latera ſervant, Imperatore, vel ejus Commiſſario, præſente vel abſente.

XXVI. Si in *continua ſerie*, prout in Electionis conclavi fieri ſolet, ſedeant Electores, talem inter ſe ordinem hactenus ſervarunt, ut *primum* locum Moguntinus, *ſecundum & tertium* Trevirenſis atque Colonienſis, vicibus alternis, *quartum* Bohemus, *quintum* Palatinus, *ſextum* Saxo, *ſeptimum* Brandenburgicus, *octavum* (reſtituto nondum Bavaro) Brunſvico-Luneburgenſis, occuparint: Jam vero Bavarus haud dubie *quintum* iterum, Palatinus vero *octavum*, & Hannoveranus *nonum* occupabit.

XXVII.

[illegible]. 6. conf. LIMN. de J. P. L. II. C. III. n. 64. [illegible] de L. Reg. C. XI. Sect. 8. STRUV. Cap. VII. §. 17.

XXVI. v. A. B. Tit. IV. & *Tranſactio Elect.* de a. 1653. ap. LUNDORP. l. c. quibus hic ordo nititur, niſi quatenus ratione Palatini, Bavari, Bohemi, & Brunſvico-Luneburgenſis mutatio poſtea accidit. STRUV. Cap. XVI. 14.

XXVII. Ubi vero *latera* ſervantur, in Comitiis, *præſente* Imperatore vel Commiſſario, e regione ipſius ſedere Elector *Trevirenſis*, a latere *dextro Mogu* nunc etiam *Bohemus*, *Bavarus*, *Brande cus*, a latere *ſiniſtro Colonienſis*, *Saxonic latinus*, & nunc *Brunſvico-Luneburgenſ*

XXVIII. *Abſente* vero Imperatore, Commiſſario, Moguntinus medium pat, a latere Trevirenſis & Colonienſi nant, illo vices inchoante, deinde a ſedent Bohemus & reliqui, ut antea.

XXIX. Quodſi vero quidam adſin ctores, aliorum abſentium Legati, dec ut in una ſerie ſedentes, præſentes abſ Legatis ſingulis præferantur: ubi verc obſervantur, legati in quovis latere pali ſuo debito ultimum locum occ ſalvo tamen manente Directorio Mog atque ordine ſuffragandi, prout in A. definitus.

XXX. In *Proceſſione*, ubi inſignia runtur, non A. B. ſolum, ſed etiam transactio hunc ordinem præſcribit:

XXVII. V. STRUV. l. c. §. 5. CRUGER. l. c. D p. 95.

XXVIII. V. COCCEJ. C. XIV. §. 16. STRU

XXIX. V. COCCEJ. C. XIV. §. 16. STRU §. 15. CRUGER. Diſc. VI. p. 95. & VII.

a dextra Trevirenſis. *a ſiniſtra*
Brandenburg. Palatinus Brunſvico-Luneb.
cum ſceptro. cum pomo aureo. cum corona.
Moguntinus. Saxo Colonienſis.
cum enſe.
IMPERATOR.
Bohemus.

XXXI. Quod ſi vero ſolus enſem præferat Saxo, tale ſchema obſervatur:

Brandenburg. Palatinus. Brunſvico-Luneb.
Trevirenſis.
Saxo *cum enſe.*
IMPERATOR.
Moguntinus. Rex Bohemiæ. Colonienſis.

Hac quidem ratione, ut, abſentibus Electoribus, horum Subofficiales inſignia eodem ordine præferant.

XXXII. Dum vero inſignia non præferuntur, tale ſchema locum habet:

Brandenb. Brunſvico-Luneb.
Palatinus Saxo
Trevirenſis
IMPERATOR.
Moguntinus. Rex Bohemiæ. Colonienſis.

XXXIII. Atque hic ordo procedendi hactenus obſervatus fuit pro mutatione noviſſima,

XXXI. v. LIMN. *Enucl.* L. 2. C. IV. COCCEJ. *J. P.* Cap. XIV. §. 17. STRUV. l. c. §. 15.
XXXIII. v. STRUV. l. c.

qua Palatinus in priſtinum reſtitutus, Brunſvico-Luneburgenſis vero in Palatini locum ceſſit: ſed in poſterum haud dubie iterum mutabitur, poſtquam Bavarus reſtitutus acceſſit. Denique & hoc obſervandum, Legatos ſemper loco cedere Electoribus præſentibus.

XXXIV. Ceterum quod *Eccleſiaſtici* Seculares præcedant, haud dubie ab antiqua Eccleſiaſticæ qualitatis veneratione reperendum.

XXXV. *Officia* Electorum duplicis generis ſunt: *Archi-Cancellariatus* nempe, qui ad Eccleſiaſticos, & *Archi-Officia Palatina*, quæ ad Seculares Electores ſpectant. Sed de his omnibus & in Capite præcedenti & in ſequentibus fuſius.

XXXVI. Illud hic advertendum, *Seculares* quidem *Subofficiales* ſuos ſeu *Vicarios hereditarios* habere, *Eccleſiaſticos* vero *hereditariis* ejusmodi *Subofficialibus* carere: unde licet hi legatos ad electionem mittere poſſint, ea tamen, quæ ſunt ordinis, item typariorum geſtationem, aliis committere nequeunt, ſed uno abſente, præſens qui eſt, alterius vices ſuſtinet.

XXXVII.

XXXIV. v. *Gloſſa* ad *Land. R.* Lib. I. art. 3. lit. B. THULEMAR. de *Octov.* Cap. IX.

XXXV. v. CRUGER. l. c. M. II. Diſc. IV. p. 108.

XXXVI. v. HORN. J. P. C. XXVI. §. 5. CRUGER. l. c. M. II. Diſc. IV. §. 7. 8. p. 119. 120.

XXXVII. Conſtitutio Electorum eſt diverſa: Eccleſiaſtici fiunt *electione*, Seculares *ſucceſſione*: ſed hi, niſi XVIII. ætatis annum attigerint, ad jura electoralia exercenda non ſunt idonei. Ceterum de utraque Electoratum acquirendi ratione inferius commodiori loco agetur.

XXXVIII. Illud tamen hic non immerito quæritur: an Elector duos Electoratus poſſidere poſſit? quod licet expreſſa lege definitum non ſit, ex obſervantia tamen negandum videtur; cum nullum extet exemplum, niſi HENRICI Leonis, Ducatus Saxoniæ & Bavariæ poſſidentis, nec non ALBERTI Marchionis, Saxoniæ quoque Ducatum ſibi vindicantis: quod utrumque tamen contradictioni fuit obnoxium.

XXXVII. v. CRUGER de *Novemvir*. P. Gen. D. II. §. 14. ſq. & P. Spec. M. I. Diſc. X. p. 145.

XXXVIII. * Contrarium defenditur in ſcripto, cui titulus: *Aufrechte Unterſuch- und Darthuung, daß ein Churfürſt des H. R. Reichs zu Ihro ſchon habenden Churfürſtenthum noch ein, deroſelben als nachſten Stamms Agnaten, entweder* jure ſucceſſionis *zufallendes, oder* ex pacto *oder auch ſonſt gebührendes anderwärtiges Churfürſtenthum an- und einnehmen, folglich zwey Churfürſtenthümer zugleich beſitzen könne.* v. *Sammlung einiger Staats Schriften, XXIII. Stück.* p. 1007. v. LIMN. *Addit.* ad L. III. C. VII. p. 349. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. XVII. §. 29.

XXXIX. An vero pater & filius duorum Electoratuum poſſeſſores eſſe queant? minus dubitandum videtur: cum neque lex repugnet, neque forte ratio adduci queat, quæ non in duobus fratribus quoque locum habere poſſit, quos tamen Electores ſimul eſſe haud prohiberi, exemplum *Bavari* & *Colonienſis* docet.

XL. Pro tuendis Electorum juribus ac prærogativis initum eſt inter ipſos *Pactum unionis* ſive fœdus, vulgo dictum *die Churfürſten-Verein*: idque duplex, alterum *univerſale*, *die gemeine Rheiniſche Verein*, alterum *particulare*, *die ſonderbare Rheiniſche Verein*, dictum.

XLI. *Prius* iſtud, quod ad omnes ſpectat Electores, excepto Bohemo, diverſa complectitur pacta, diverſis occaſionibus inita & repetita vel declarata.

XLII. Scil. primum pactum Francofurti A. 1338.

XXXIX. v. LIMN. l. c. p. 352. STRUV. J. P. Cap. XVII. § 31.

XL. v. *Meditat.* ad *Capit.* JOSEPHI art. VI. not. c) *Verein. Capit.* CAROLI VI. art. II. CAROLI VIII. a. III. §. 6. 7. GUNDLING. de *Cauſa & orig. unionis* ſ. *Fœderis Electoral.*

XLII. v. LUNIG. *Reichs-Archiv.* P. Spec. I. p. 218. OBRECHTI *Appar. J. Publ. princ.* THULEMAR. Cap. XIX. p. 294. FELTZ. de *Jurib. prærog. Elect.* p. 28. ſqq. Ill. Dn. GLAFEY *Hiſtoria Imp. Polem.* L. 2. Cap. VI. Th. 4. p. 394.

A. 1338. adverſus attentata Benedicti XII. Papæ jus eligendi Imp. ſibi vindicantis; alterum A. 1399. occaſione cauſſæ Huſſiticæ & Wenceslai negligentiæ; tertium Francofurti iterum A. 1438. occaſione Concilii Baſileenſis de Schiſmate tollendo & unitate ſervanda, initum eſt.

XLIII. Hæc ita ſtabilita Unio poſtea a. 1446. ſub FRIDERICO III. Imp. confirmata, a. 1502. ſub MAXIMILIANO I. Geilhuſæ repetita, porro a. 1521. in Comitiis Wormatienſibus ſub CAROLO V. plenius declarata, ac demum a. 1652. Pragæ ſub FERDINANDO III. per juramentum, quod *JO. GEORGIUS* Saxo a ceteris exegit, renovata eſt: ſicuti & confirmatio ejus Capitulationi a tempore MATTHIÆ inſerta eſt.

XLIV. Spectat autem hæc Unio inprimis ad conſervandam Imperii Majeſtatem, atque Collegii Electoralis præeminentiam, nec non ad procurandam Succeſſoribus ſecuritatem.

XLV. Altera Unio *particularis* eſt *quatuor* tantum *Electorum Rhenanorum*, Moguntini ſcil. Trevirenſis, Colonienſis & Palatini, Veſaliæ

XLIII. v. WILDVOGEL. Diſſ. de *Unione Elect.* THULEMAR. §. 35. STRUV. l. c. §. 17. PUFEND. Rer. Brand. L. III. §. 64.

XLIV. v. *Meditat.* ad *Capitul.* JOSEPHI l. c. p. 102. 103. ubi potiora hujus Unionis Capita.

XLV. v. *Medit.* ad *Capit.* JOSEPH. l. c. p. 104. THULEMAR. C. XXIX. §. 15.

ſaliæ ad Rhenum *zu Oberweſel* A. 1519. in Interregno poſt MAXIMILIANI I. mortem, ad præcavendas turbas & ſeditiones, mutuamque defenſionem, ac totius Imperii conſervationem, ad tempus primum inita, poſtea vero in Capitulationibus itidem confirmata, atque ſic perpetua reddita.

CAP. VII.

DE ELECTORE MOGVNTINO.

§. I.

PRimus in ordine Electorum eſt MOGVNTINVS Archi-Epiſcopus, *PRIMAS* Germaniæ & *Pontifex Maximus* (a), *Elector Primarius* (b) & *Electorum Decanus* (c), nec non S. R. I. per ***GERMANIAM ARCHI-CANCEL-***

§. I. (a) Quam *Primatus* & *S. Pontificatus* dignitatem vel a PIPINI, vel ſaltem OTTONIS M. ævo obtinuit. v. CONRING. *Aſſert. Jur. Mog. in Coron. R. Rom.* p. IO MALLINKROT de *Archi-Cancellariis* p. 198. IO. IAC. MASCOV. Diſſert. de *Primatibus, Metropolitanis* &c. in *Germania* §. 20. ubi de Primatus Moguntini origine & Eminentia. add. IO. FERD. ANDR. LAMMERTZ de *Praeminentia Sedis Mogunt.* Cap. I. §. 9.

(b) v. Dipl. MAXIMIL. I. d. a. 1498. ibi: *Obriſter Churfürſt.* LAMMERTZ Cap. V. §. 6. 7.

(c) v. HENRICI AE. *Epiſt. ad Bened. P.* ap. EBERH. T. I.

CELLARIVS (d), dudum appellatus: Cujus *Jura* ſunt vel *Metropolitana*, vel *Electoratus*, vel *Archi-Cancellariatus*, vel *Territorialia* ac *Circularia*.

II. Inter *METROPOLITANA* eminet *Jus coronandi*, ſeu per conſecrationem & unctionem inaugurandi, Imperatorem, quod jure *Primatus* (a) exercet in ſua diœceſi; extra diœceſin vel Moguntinam vel Colonienſem, ex pacto, verſa vice cum Colonienſi eodem munere defungitur (b): Coronam vero ipſe

 ſimul

T. I. p. 427. ibi: *Electorum Principum Decanus.* SIGISMVNDI Imp. *Ep. ad Conrad.* AE. ap. LONDORP. T. II. L. I Tr. II. n. 22. ibi: *der Churfürſten Dechand.* Conf. COCCEJ. J. P. C. X. §. 11. qui improbat hunc titulum. SCHWED. *J. Publ.* P. Spec. S. II. C IV. §. 1.

(d) v. A. B. Cap. I. §. 2. R. I. a. 1555. §. 65. LAMMERTZ. l. c. §. 8. ſqq.

II. (a) v. LAMB. SCHAFN. a. 1073. ibi: *His aſſenſus AE. Mogunt. cui potiſſimum propter* PRIMATVM *Moguntinæ ſedis*, ELIGENDI *&* CONSECRANDI *Regis auctoritas deferebatur.* WITECHIND. *Annal. L. I.* BOECLER. *Not. Imp.* L. VI. C. V. p. m. 174. LAMMERTZ. Diſſ. laud. Cap. I. §. 12. ſeqq.

(b) v. Supra L. III. C. II. §. 12. conf. *Capit.* LEOP. art. XXXVII. JOS. a. XXXVIII.

* Olim & *Bohemiæ* Regem coronabat, quod munus dein IOHANNIS R. & CLEMENTIS V. P. auſpi-

ſimul cum ceteris Eccleſiaſticis Imperatori imponit.

III. *ELECTORATVS* dignitatem eamque primariam haud dubie ejusdem Primatus, vel, ſi mavis, etiam Archi-Cancellariatus, occaſione obtinuit: vi cujus non ſolum paribus cum ceteris Electoribus juribus ac privilegiis fruitur, ſed etiam ut Elector Primarius *Jus dirigendi* in Collegio Electorali exercet.

IV. Hinc ſolus Electores ad *diætas* Electorales convocat, & litteras credentiales a Legatis ipſorum, per Secretarium oblatas, ſuſcipit, diemque curiis Electoralibus edicit, atque omnia facit, quæ Præſidi in Collegio conveniunt: *Electionem* inprimis ad præſcriptum A. B. dirigit, jusjurandum reliquorum excipit, proponit, ſententias rogat, ſuamque a Saxone rogatus, ultimus dicit; atque ex plu-

auſpiciis Æpiſcopo Pragenſi tributum eſt, a CAROLO IV. in odium Furſtenbergii firmatum. v. THVLEMAR. de *Octov.* C. X. §. 10. STRUV. *Corp. J. Publ.* Cap. XVIII. §. 4.

III. v. LAMB. SCHAFN. l. c. BOECLER. l. c. LAMMERTZ. Cap. II. §. 6, 7.

* Not. Imp. JOSEPHVM etiam circa renovatam admiſſionem Regis Bohemiæ ad Comitia hanc fidem Moguntino feciſſe, ſe prærogativæ ac directorii cauſa litem ipſi haud moturum. FABRI *Staats-Cantz.* Tom. XIII. C. 9. p. 410.

IV. v. BOECLER. l. c. p. 174. ſqq. ubi jura Moguntini ex ſchedis *Boineburgicis recenſet*.

plurium dein voto non ſolum decretum Electionis format & pronunciat, ſed etiam Capitulationem conficit atque præſcribit: denique finem imponit Comitiis Electoralibus, atque Electores, eorumve Legatos dimittit.

V. *ARCHI-CANCELLARIATVS* officium per *Germaniam* ab exitu jam Carolingorum exercuit, & perpetuo jure acquiſivit, per A. B. firmatum: vi cujus hodieque magna in Imperio auctoritate gaudet, ac non ſolum triplicem Imperii *Cancellariam* dirigit, ſed etiam in tractandis expediendisque negotiis Imp. in *Comitiis* pariter ac extra Comitia præcipuas partes habet: quod & ita in Capitulationibus noviſſimis ita ei confirmatum eſt, ut exercitio ipſius ab Imperatore nec obex ponendus, nec modus præſcribendus ſit.

VI. Fungitur autem hoc munere per Germaniam ita, ut non ſolum res *Germanicas*, ſed

V. v. MALLINCKROT. l. c. p. 30. MASCOV. de *Orig. Offic. Aulic.* §. 13. BOECLER. l. c. LAMMERTZ. Diſſ. laud. Cap. II. §. 8. - 13. Cap. CAROLI VI. art. VIII. CAROLI VII. art. XIII. §. 3. 6. 8.

VI. v. *Capit.* LEOP. & JOS. a. XII. CAROLI VI. a. X. CAROLI VII. a. X. §. 6. ibi: *Herrſchaften und Leben in Italien &c. zu Churfl. Maynziſcher Cantzeley.* MALLINKR. p. 33. 38. LIMN. ad A. B. C. I. §. 2. Obſ. 7. COCCEJ. J. P. C. §. 7. LYNCKER. de *Arch. I.* p. 16. ad SCHWED. P. Sp. S. I. C. VIII. §. 1. HORN. J. P. C. XVII. §. 2.

Digitized by Google

ſed etiam *Italicas*, *Belgicas*, *Lotharingicas* & *Arelatenſes*, expediat; ejusdemque adeo Archi-Cancellariatui Trevirenſis quoque & Colonienſis Archi-Epiſcopatus, non Archi-Cancellariatus, ſubſit: eo quod hodie non genere negotii, quod expeditur, ſed *loco*, ubi expeditur, Archi-Cancellariatuum functiones diſtingvuntur; unde, ſi Cæſar extra Germaniam verſetur, etiam negotia Germanica per *Trevirum*, vel *Ubium*, expedienda eſſe, exiſtimatur: vel quod ex tacito ceterorum conſenſu Moguntino omnia relicta ſunt.

VII. Ut *ARCHI-CANCELLARIVS* igitur vel ipſe, vel per ſuum Imperii Cancellarium Decreta litterasque Imperatoris & Imperii, aliaque, ſive in Comitiis, ſive extra, Imperii nomine, in cauſſis Germanicis æque ac Italicis, publicanda *ſubſcribit* & *ſubſignat* *: extra Conventus etiam ſolus litteras ab Imperatore,

VII. * Flagitare rationem, ut Moguntinus tanquam Archi-Cancellarius litteras & diplomata Imperatoria ſubſcriptione ſua, conciliandæ majoris fidei cauſa, muniret, quod vulgo *Recognitio* dici ſolet, non dubitandum. At obſervavit MALLINCKROT libro de Archi-Cancellario Imp. p. III. rarum & infrequens apud nos fuiſſe, ut ipſi Archi-Cancellarii ſubſcriptionis officio fungerentur, atque inde a primæva eorundem inſtitutione ad CAROLUM V. usque Imperatorem vix quatuor aut quinque ſeſe offerre exempla Recognitionum ab ipſis Archi-

ratore, quibus ſententia Electorum requiritur, accipit.

VIII. In *Comitiis* Imperii univerſalibus & particularibus, univerſum Imperium concernentibus, *Directoria* * gaudet, omni tempore locoque ſecundus ab Imperatore: adeoque & Conventus Circulorum univerſales, ac Deputationum, convocat & dirigit.

IX. Ipſe Propoſitionem Cæſaream, ad quam ſolus reſpondet, Credentiales Legatorum, Memo-

---

Archi-Cancellariis præſtitarum. Etſi vero ſub hoc Imperatore ALBERTUS Brandenburgicus, Archi-Cancellarius Moguntinus idem Cardinalis, crebro nomen ſuum diplomatibus Cæſareis more inſolito ſubjecit, cujus rei exempla paſſim, nominatim apud GEWOLDUM de Septemvir. reperiuntur; invaluit tamen deinde priſca rurſum conſuetudo, ipſique Archi-Cancellarii, utut in Dietis univerſalibus aut particularibus, vel ceteroquin in Aula Cæſarea præſentes, a ſubſcriptionibus ſe temperarunt. Interim hac facultate eos uti, ut ſi ſingulari gratiæ ac amori alicujus id tribuere velint, ipſi ſubſcribere queant, nemo dubitabit. Quæ obſervatio eſt JO. CH. WAGENSEILII in Comm. *de S. R. I. ſummis Officialibus Cap. III.* §. 1. LAMMERTZ. l. c. §. 15.

VIII. * v. Gravamina contra illud ap. PFEFFING. *V. III.* L. III. T. X. §. 7. *Capit.* CAROLI VI. a. XIII. CAROLI VII. a. XIII. §. 3-6. 8. LAMMERTZ. l. c. §. 14. 15. 20. 21.

Memorialia, aliaque ſcripta publica, ipſi vel Cancellariæ ipſius primum exhibenda, ſuſcipit, & cum Statibus per dictaturam communicat: Protocollum quoque Imp. avthenticum per Cancellarium ſuum & Secretarium, menſæ directoriali aſſidentes, gerit.

X. Ipſe deliberanda non in Electorali ſolum, ſed & Principum Collegio proponit, diesque ad deliberationes per Pappenhemium indicit, * Concluſum Trium Collegiorum, ac Decretum Imp. format, ſingulaque adeo negotia comitialia dirigit.

XI. In *Cancellaria* Imperii, quæ eſt in aula Cæſarea, *Vice-Cancellarium* & Miniſtros reliquos ſolus conſtituit, non Cæſari tantum, ſed ſibi quoque ſacramenti religione devinctos: Taxas quoque Cancellariæ, quibus illi ſuſtentantur, ſolus moderatur.

XII. Idem *Cameræ* Imperialis *Cancellariam* regit, & Officialibus Miniſtriſque inſtruit, ac jure jurando ſibi obſtringit: *Cameram* quoque & reliqua Imperii *judicia*, jure perpetuo viſitat,

X. * v. Pacta de eo cum Electore Sax. inita ap. LUNIG. *Reichs-Arch.* P Spec. p. 195.

XI. LAMMERTZ §. 19. v. *Capit.* LEOP. a. XL. XLV. Cap. CAROLI VII. a. XXV. §. 1. LAMMERTZ. §. 26.

XII. v. *Ordin. Cam.* P. I. T. 26. ENETR. *P. Ofn* a. V. LVI. *Capit.* LEOP. a. XLII. REC. I. *nov.* §. 115. LAMMERTZ. C. II. §. 27.

viſitat, ac defectus corrigit: Reviſiones actorum Camerales ſuſcipit ac dirigit.

XIII. Idem *Sigilla* & *Archivum* Imperii, cum Matricula ceterisque Actis publicis, adſervat & cuſtodit: Protector etiam & Director eſt *Poſtarum* Imperialium, unde Miniſtri ejus vectigal litterarum non ſolvunt: Denique in Interregno una cum Vicariis Imp. curam ejusdem gerit.

XIV. Intuitu *Territorii* ac *Circuli* quoque, cujus Membrum eſt, inſignia jura ipſi tribuuntur: ſcil. Directorium Circuli Rhenani inferioris, jus de non appellando, conducendi per ſtradam montanam, nundinarum ſuper Mœno, primariarum precum in ſuo Archi-Epiſcopatu, percipiendi decimam a Judæis, reluendi pignora Imp. privilegiaque alia.

XV.

XIII. LAMMERTZ. §. 25. 32.

VII.-XIV. v. BOECLER. N. J. L. VI. C. V. p. 174. ſqq. THULEMAR. de *Octov.* C. X. BUR. HER. P. I. p. 199. ſqq. RHET. *J. Publ.* L. I. T. VII. STRUV. l c. §. 3. 4. 5. LAMMERTZ. C. I. §. 16. ubi formula *primariarum precum* a FRANCISCO LUDOVICO Æ. Moguntino A. 1729. datarum it. §. 32. ubi de aliis quibusdam privilegiis.

* Pactum ratione *des Marckt-Schiffes* & juris conducendi a. 1584. cum Francofurto initum v. ap. LUNIG. *Reichs-Arch.* P. Spec. p. 396.

XV. Ceterum de *Suffraganeis* Moguntini ac ceteris, nec non *Archi-Officialibus* ipſius & *Officialibus* hereditariis, non attinet h. l. prolixius agere.

Cap. VIII.
DE
ELECTORE TREVIRENSI ET COLONIENSI.

§. I.

TREVIRENSIS Archi-Epiſcopus ſecundus eſt inter Electores, & *ARCHI-CANCELLARIVS* Imperii per *Galliam*, Belgicam nempe, & Regnum *Arelatenſe*, qui & *Belgicæ provinciæ Primas* dicitur, atque primus inter Germaniæ Epiſcopatus cenſetur.

II. *ARCHI-CANCELLARIATVS Galliæ* ab *Arelatenſi* olim diſtinctus fuit; & quamvis

XV. v. EVR. HER. p. 198.-202. THVLEMAR. l. c. STRVV. l. c. §. 6. ubi recenſentur.

§. I. v. A. B. Cap. I. §. 12. LIMN. Addit. ad L. III. C. VI. n. 8. MALLINK. p. 193. BROWER. *Annal. Trev.* L. IV. REINKING. de *Regim. ſecul.* & L. *I. Cl. 4. C. III. n. 70.* STRVV. Cap. XVII. §. 7. J. L. WIEDERHOLDT de *Prærogat. S. R. I. Elect. Trevirenſ. Sect. V.* §. 2.

II. v. MART. POLON. *Chronol. R. Imp.* p. 367 HAHN. de *R. Burg.* C. III. §. 6. MASCOV. de *Orig. Offic. aul.* §. 18. 19. NITSCH. ad *Capit.* Joſ. a. III. C. V. §. 3.

vis illius origo, & acceſſio ad Treviren- ſem Præſulatum perpetua, incerta ſit, antiquiorem tamen Interregno eſſe, certum eſt; *conjunctio* vero *utriusque* a RUDOLPHI Habſp. tempore haud dubie arceſſenda: ceterum quid hodie, præter titulum, ex utroque ſuperſit, vix conſtat.

III. Huic Electori ſemper primum in Electione competit votum: idem in Comitiis, præſente Imperatore vel ejus Commiſſario, e regione throni Cæſarei, in choro ante electionem ex oppoſito altaris ſedet; in proceſſionibus, ubi inſignia non præferuntur, Imperatorem immediate præcedit; quamvis ordo ſedendi & procedendi hodie interdum variet: ceterum cum Colonienſi alternet.

IV. Idem in cauſſis, quæ Moguntinum tangunt, in Camera expedit, quæ alias Moguntini

§. 3. RHET l. c. §. 2. qui ex documentis ap. LIMN. *Addit.* T. V. L. III. C. V. colligit, Moguntinum quoque olim Archi-Cancellariatus jus in Galliam exercuiſſe, partes tamen ſæpius Trevirenſi crediditſſe. WIEDERHOLDT l. c. §. 8.

III. v. A. B. Cap. IV. §. 3. III. §. 2. XXI. XXII. XXIII. §. 4. XXVIII. §. 5. ibique LIMN. RHET. l. c. §. 5. ubi diſquirit, cur Trevirenſi primus ante Colonienſem locus ſit tributus. RACHEL. de *Comit. Elect.* th. 7. KITSCH. l. c. §. 2. STRUV. HER. P. I. p. 207. WIEDERHOLDT. l. c. §. 11.

itemque *redimendi* quælibet Imperii feuda alienata vel obligata, quod ex Privilegio Caroli IV. obtinuit, hodie forte inane eſt (b).

VII. Privilegium ſingulare, a FRIDERICO Imperatore impetratum, quod quarumcunque Literarum, de feudis hypothecis, & aliis juribus Eccleſiæ Trevirenſis, exempla, quæ in Codicibus feudalibus, *ac in Mon-Bacbea*, conſignata deprehenduntur, parem ipſis autographis auctoritatem & fidem habere debeant.

VIII. Ceterum Jus *Metropolitanum* adhuc in Epiſcopatus *Metenſem*, *Tulenſem* & *Verdunenſem* ei competit, licet territoria cum jure ſupremo in Gallos translata ſint.

IX. Tertius Elector eſt COLONIENSIS Archi-Epiſcopus, *ARCHI CANCELLARIUS* Imp per *ITALIAM* (a), vel *trans Alpes*,

(b) v. SPRENGER. *Luc. mod. Stat Imp.* p. 105. SCHWED. P. Sp. II. C. IV §. 4. WIEDERHOLDT. l. c. §. 15.

VII. WIEDERHOLDT. l. c. §. 16.

VIII. v. INSTR. *P. Monaſt.* §. 70. NITSCH l. c.

* De reliquis ejus juribus, terris ac officialibus hereditariis. v. KYRIAND. de *Aug. Trev.* P. XV. p. 99. BROWER *Annal. Trev.* p. 972. LIMN. J. P. L. III. C. V n. 21. EVB. HER. P. I. p. 206. ſq.

IX. (a) v. A. B. C. I §. II. FREHER. ad P. de ANDLO. L. II. C. I. ubi, in diplomate d. a. 1275. *den Bergh von Over-Berg Ertz-Cantzler* dicitur.

(b)

pes, & inter Eccleſiaſticos Electores potentiſſimus, qui etiam *Ducis Weſtphaliæ atque Angariæ*, nec non *Comitis Arenbergi*, titulo utitur (b).

X. *ARCHI* CANCELLARIATVM* per Italiam ab HENRICORVM temporibus jam obtinuiſſe videtur, ſed hodie hoc munere, niſi Imperator commoretur in Italia, non fungitur.

XI. *Jus coronandi* Imperatorem hodie exercet in ſua diœceſi, extra eam per alternationem cum Moguntino (a) in Electione Cæſaris *ſecundam* fere ſuffragium, & in ſeſſionibus ordinariis cum Trevirenſi *alternat;* ſed in ſolenni Curia in ſua diœceſi, nec non Italia & Gallia, *dextrum* Cæſaris latus claudit (b).

XII.

(b) v. Dipl. FRIDERICI I. ap. LVNIG. *Reichs-Arch.* P. Sp. p. 434. EVR. H. p. 211. ubi de Marchionatu Francimontano & Comitatu Arensbergenſi acquiſito. THVLEM. C. XII. §. 8. n. 6.

X. v. MASCOV l. c. §. 16. AHET §. 3.

* *De Cancellariatu Rom. Eccleſiæ*, quem a LEONE IX. tempore HENRICI III. obtinuit *Hermannus* AE. cum Succeſſoribus v. MALLINKR. C. V. & GVNDLINGIANA P. XVII. n. II. §. 13.

XI. (a) v. Supra L. III. C. II. §. 11.

(b) v. A. B. C. IV. §. 3. III. §. 2. XXI. XXII. XXVI. §. 4. XXVIII. §. 3.

XII. Privilegio de *non appellando* quidem gaudet, quod etiam a. 1653 renovatum eſſe dicitur: ſed, ex pacto cum Statibus provincialibus, eo non utitur, niſi in poſſeſſorio; in petitorio vero, ubi ſumma mille florenos non attingit.

Cap. IX.

DE REGE BOHEMIÆ.

§. I.

INter Seculares Electores REX BOHEMIÆ hodie primum occupat locum, ex A. B. decreto, ob Regiæ dignitatis faſtigium, eidem ita aſſertum, ut in ſolenni Curia in quali-libet ſeſſione a dextro Imperatoris latere, immediate poſt AE. Moguntinum vel Colonienſem, (prout alterutri proëdria competit) ſedeat, in proceſſionibus vero Imperato-

XII. v. *Lud.* HUGO de Statu Reg. Germ. C. III. n. 40. THULEMAR. C. XII. §. 18. KITSCH. l. c. §. 4.

* De ceteris ejus privilegiis, ſuffraganeis, terris, & officialibus hereditariis v. THULEM. l. c. RUE-HER. p. 211. ſqq.

§. I. v. A. B. C. IV. § 1. & XX. LIMN. J. P. L. III. C. VIII n. 15.

* Olim *ultimum inter Officiales* locum habuiſſe ſide CRANZII adſtruit MULZ. *Repraſ. Maj. Cæſ.* P. III. C. X. n. 96.

rem vel Regem Rom. nullo interveniente ſequatur, ſententiam denique tertio loco dicat.

II *Jus Status* ipſius perperam antehac in dubium vocatum (a), cum tot Comitiis non interfuerit ſolum, ſed etiam ſuffragium tulerit (b) & quamvis Bohemia a Slavis occupata Slavici iuris initio fuerit, dudum tamen civitate Germanica fuit donata, licet non plene Regni Germanici corpori inſerta.

III Subiicere ſe tamen iterum Comitiis cœperunt Bohemi, cumprimis ex quo privilegi-

(a) v. COCCEI. J. Publ. C. XIX. §. 10.
(b) v. WIPPO in *Vita Conr.* p. 424. ubi inter Principes, *quorum conſilio conſuevit Francia Regem eligere*, memoratur VDALRICVS DVX BOHEMIAE & Reſcriptum HENRICI IV. ubi inter eos, qui ad *negotium* aliquod Imp. *valde neceſſarii* cenſentur, etiam DVCEM BOHEMICVM nominat. GOLDAST de *R. Boh.* L. IV. C. III. ſeqq. HERT. de *Renov. R. G. I. & R. Boh. nexu* S. II. LVDEWIG de *Jure ſuffr. R. Boh.* §. 8. conf. ſup. L. I. C. XIV. §. 15.
(c) v. Diploma ap. GOLDAST. *App. Docum.* p. 21. HERT. l. c. Sect. II. § 13. & LVDEWIG l. c. C. II. p. 63. conf. STRUV. S. J. P. Diſſ. XVII. §. 14. ubi, usque ad CAROLI IV. tempora vocatos ſemper ad Comitia fuiſſe Bohemos, imo & WENZESLAVM adhuc Comitiis Germ. a. 1459. intereſſe voluiſſe Legatos ſuos, obſervat.

legium a FRIDERICO II. obtinuit OTTOCARUS, quod nec ipſe nec Succeſſores ad ullam Curiam venire teneantur, niſi quæ Bambergæ, Norimbergæ vel Merſeburgi fuerit indicta: certe a CAROLI IV. ævo rarius in Comitiis comparuerunt; imo, adnexa Auſtriacæ Domui Bohemia, Auſtriacum votum plane abſorpſiſſe videtur Bohemicum, quod olim ſuffragia per provincias haud multiplicata fuere, ſolo jure Electionis Bohemiæ reſervato.

IV. Sed hodie ceſſat omne dubium, poſtquam a. 1708. Bohemiæ Rex, auſpiciis JOSEPHI, communi Trium Collegiorum conſenſu, in Comitiis denuo in Collegium Electorale introductus eſt, ita, ut in omnibus Imp. conventibus, ſive ordinariis, ſive extraordinariis, ſeſſionem & votum habeat, atque ad quantum Electorale, etiam ratione Cameræ, ſalvis tamen privilegiis in A.B. firmatis, ſeſe obligaverit, licet nec Circulo ulli adſcriptus ſit.

V. Nec de *Electoratus* Bohemici jure recte dubitatum: quippe quod *Archipincernatus* occaſione cum ceteris Archi-Officialibus obtinuit Bohemus, atque ab origine Electorum, in GUILIELMI & ALPHONSI electioni-

 bus,

IV. v. HERT. l. c. S. IV. LUDEWIG l. c. III. FABRI *Staats-Cantzeley* T. XIII. C. IX. ubi Acta & ſolennia.

bus, jam exercuit (a); licet aliquando in dubium vocatum, quod non eſſet Teutonicus, & *Bavaro* tributum (b), tamen a RVDOLPHO

V. (a) v CHRON. AVG. a. 1257. Supra C. V §. 9. LVBBERTI *Acta Wilhelmi*. HERT. l. c. S. II. §. 8. 9.

(b) v. *Spec. Sax.* L. III. a. 57. ibi: *der Kænig in Bœheim hat keine Wahl, dieweil er nicht Teutſch iſt.* ALBERT. STAD a. 1240. ibi: *Rex Bohemiæ, qui Pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus* Hinc in *Spec. Suev.* C. 155 & quibusdam Codicibus *Juris F Alem.* C. VIII. Bohemiæ Regis loco ponitur Dux *Bavariæ*, v. SCHILT. ad h. l. §. 3. In aliis uterque omittitur. v. A. de *Beneſic.* T. I. §. 12. ubi *Sex* tantum *Principes* nominantur. Sed obſervavit LAMBECIVS *Bibl Vind.* C. VIII. dubium tolli poſſe ex editione Argent. *Spec. Suev.* ubi: *daß der Küníg von Bœheim kein Kur hat, wan er nit ein Teutſcher Mann iſt. Dan die vier Leyen-Fürſten ſollen Teutſche Mann ſeyn von Vater und Mutter, oder von entwederm.* Unde, cum LAMBECIO, colligit HERT. l. c. §. 9. uſu receptum olim fuiſſe, ut *Rex Boh. pro Electore & Archipincerna non haberetur, ſi illi deeſſet vel tota vel dimidia natalis Germanica.* Eodem HERTIO æque ac LAMBECIO notante, caſus accidit ſub FRIDERICO II. cui *Wenceslaus* Boh. adhærebat: ſed cum INNOCENTIVS IV. ad Electores reſcriberet, ut alium eligerent, in iisque *Bavarum* nominaret: WENCESLAO quæſtionem cenſent

PHO Habſp. peculiari diplomate confirmatum (c).

Xx 5 V.

cenſent motam, tanquam nec per patrem nec per matrem Germano; quo tamen non obſtante hic jus eligendi mox exercuit, æque ac Bavarus: ſicut & idem Pincernæ titulo inſignitus fuit, uti ex infra dicendis patebit.

(c) v. Diploma *Erfford.* d. a. 1290. ap. LAMBEC. ad §. VIII. l. c. & HERT. §. 9. in quo teſtatur, ſe adhibita diligenti inquiſitione omnium Procerum & Senum teſtimonio comperiſſe, *eligendi plenarium jus & vocem*, ſive *Electoratus & Pincernatus jus* etiam *Progenitoribus* ejus, *Atavis*, *Abavis*, *Proavis*, *Avis* competiiſſe.

* Notari hic meretur Regi Bohemiæ neque de eligendi jure, neque de Pincernatus officio litem unquam a Bavaro motam fuiſſe, ſed illum potius huic vocem in electione negaſſe, veritus, ne Bavarus aliquando cum eligendi jure, Pincernatum quoque ſibi vindicaturus ſit: id quod haud obſcure ex OTTOCARI proteſtatione adverſus *Bavari* ad RUDOLPHI I. electionem colligitur. Imperator igitur duplici Diplomate ſenſim edito hanc cauſam definivit: altero *Ægre* a. 1289. dato, Bavarum Ducem vocem quidem in electione Imperatoris habere debere, pronunciavit, ita tamen, ut ejus, Electorisque Palatini votum pro uno in ſeptem Principum, jus in electione Regis Rom. habentium, numero computaretur; adeoque nihil Bohemo, ſive de jure eligendi, ſive de Pincernatu,

VI. Quamvis autem jus iſtud Electorale cum Archi-Pincernæ Officio CAROLVS IV. etiam in A. B. ei confirmaſſet, & peculiaribus litteris Electorum ſigillatim confirmandum curaſſet (a): tamen poſtea plus vice ſimplici factum, ut Bohemiæ Rex ad Electionem non vocaretur, ſive quod ei cum Imperio non ſatis conveniret, ſive quod ſchiſmate Huſſitico infectus eſſet (b): unde tandem MAXIMILIANI I. tempore pactum cum ceteris Electoribus a. 1489. initum; *ne ſub pœna*

tu, ademit; alter *Erfordiæ* a. 1290. dato, poſſeſſionem utriusque juris eidem firmavit. v. Anon. Tr. de *Archi-Pincernatu Bohem.* l. c. §. 40. ſqq.

VI. (a) v. A. B T. I IV. §. 3. T. VI. XXVII. §. 5. BALBIN. *Hiſt. Boh.* P. I. Ep. 57. 58. HERT. l. c. S. III. §. 1.

(b) CRANZ. *Metrop.* L. VIII. C. V. LEHMANN. *Chron. Spir.* L. VII. C. LXXIV. LXXXI. XLIII. HERT. l. c.

* Hinc forte obtentui ſumtum, ei tum demum eſſe locum, ſi Electores ceteri inter ſe diſſentirent, & ob ſuffragiorum paritatem exitus inveniri non poſſet. v. P. de ANDLO de *Rom. Imp.* L. II. C. II. ibi: *De conſuetudine Rex Bohem. ad electionem non vocatur, niſi cum vota aliorum æqualia ſunt numero, & ſic hodie practicatur.* Cui traditioni anſam dediſſe videtur Sec. XIII. *Card.* HOSTIENS. ad Cap. *Venerabilem X. de Elect. & electi poteſt.* Ubi, cum Sex Electores nominaſſet, in gratiam forte

pœna D. Marcarum auri a jure eligendi excluderetur (c).

VII. Ab eo tempore igitur jus eligendi ſemper exercuit, licet necdum ad condendam Capitulationem, nec ad ceteros Collegii Electoralis actus & conventus, admitteretur: ad quos tamen hodie, vi Concluſi Imperialis, haud dubie admittendus erit.

VIII. *ARCHI-PINCERNÆ* officium, quod hodie gerit Bohemus, jam FRIDERICI I. auſpiciis (a), ut videtur, occaſione duplicis Ducatus ab HENRICIS, Superbi & Leonis,

---

forte *Innocentii IV.* addit: *Septimus eſt Dux Bohemiæ, qui modo eſt Rex, ſed iſte ſecundum quosdam non eſt neceſſarius, niſi quando alii diſcordant, nec iſtud jus habet ab antiquo, ſed de facto tenet hodie.* conf. HERT. l. c.

(c) v. GOLDAST. *Reichs-Saezung.* P. II. p. 178. LIMN. ad A. B. C. XII. §. 2. Obſ. 2. & *Addit. ad P. Publ.* Tom. I. L. III. C. VIII. p. 358. THULEM. de *Octov.* C. XIV. §. 19. KITSCH. ad *Cap.* JOS. A. III. C. V. §. 5.

VII. v. COCCEI. C. XII. §. 13. HERT. l. c. S. III. §. 1. 4.

VIII. (a) v. ARNOLD. LUBEC. L. III. C. IX. a. 1182. ibi: Tempore illo Fridericus Imp. edixit curiam famoſiſſ. – *Officium Dapiferi ſeu* PINCERNAE, *Camerarii ſeu Mareſchalli, nonniſi* REGES, *vel Duces, vel Marchiones adminiſtrabant.* Ubi per *Regem* intelligi VLADISLAUM, cui *Regia digni-*

tas

nis, poſſeſſi, quorum intuitu bina officia ab una perſona præſtari non poterant, ad eum translatum, a RVDOLPHO I. peculiari Diplo-

tas a FRIDERICO I., collata, veroſimile eſt. Saſchſ. Land-Recht. L. III. Art. 57. ibi: *der vierte (an der Wahl) iſt der Schenck des Reichs, das iſt der Kunich von Behem.* conf. AEN. SYLV. *Hiſt. Boh.* C. XXIV. COCCEI. C. XII. §. 14. DITMAR. de *Orig. Elect.* S. II. §. 6. MASCOV. de *Orig. Offic. Aul.* §. 27. 28 qui dubitat.

* Refragari textui ex *Specul. Sax.* allegato videtur textus, a LAMBECIO in *Bibl. Vindob.* L. II. C. VIII. p. 826. ex *Codice Ambraſiano, das Landrecht* inſcripto, adductus, ita ſonans: *der Hertzog von Bayern hat die vierdte Stimme an der Chur und iſt des Reichs Schencke.* Quos duos textus ita conciliare conatur *Lambecius* ut exiſtimet, Regem *Bohemiæ* olim pro Archi-Pincerna & S. R Electore habitum non fuiſſe, niſi vel ratione utriusque, vel ſaltem alterius parentis Germanus eſſet, atque ſic ad Ducem *Bavariæ* Pincernatus officium cum eligendi jure pertinuiſſe. Quem & HERTIVS l. c. §. 9. & TOLLNERVS *Hiſt. Palat.* c. IV. p. 118. 119. ſequuntur. At non ſolum certum eſt, WENCESLAVM Monoculum tempore FRIDERICI II. & WILHELMI Hollandici Pincernæ titulo inſignitum fuiſſe, licet plane Germanicæ originis non fuerit. v. ALBERT. Stad. ad a. 1240. *Magn. Chron. Belg.* ap Piſtor. p. 245. Sed etiam in editione impreſſa *des Land und Lehn-Rechtes* Argentora-

plomate, atque a CAROLO IV. dein Aurea Sanctione confirmatum eſt (b).

IX. Hujus muneris virtute Imperatori in ſolenni Curia primum poculum porrigit, non tamen, niſi velit, ſub corona; idque poſt reliquos demum Archi-Officiales, ordine naturæ ita exigente: & hodie quidem plerumque per *Subofficialem* ſuum, qui ante hac fuit *Baro* ſive Semper-*Frey* de *LIMPVRG*; ſed, familia ejus nuper extincta, ex beneficio CAROLI VI. a. 1714. *Comes* ab *ALTHEIM* iſtud munus obtinuit.

X. Simili Officio eundem apud *BAMBERGENSEM* fungi per *Subofficialem* ab *Auffſäſs*, & eo nomine Pragam ab Epiſcopo feudi loco recognoſcere, ſuperius traditum eſt.

XI.

toratenſi d. a. 1505. diſerte Regi Bohemiæ Pincernatus officium his adſcribitur verbis: *der vierdte iſt der Kœnig von Bohem, des Reichs Schencke.* Adeoque illa conciliandi ratio concidit; probabile potius eſt, tempore litis inter Bohemum & Bavarum enatæ Codicem Ambraſiatum conſcriptum fuiſſe ab aliquo Bavari partibus addicto. v. An. de *Orig. & Progreſſu Archi-Pincernatus Bohemiæ in S. R. I. Sect. II.* §. 23. *ſqq.*

(b) v. *Dipl. Erfford.* ap. HERT. l. c. §. 9. ſupra §. V. c) allegatum.

IX. v. A. B. C. IV. §. 4. XXVII. §. 5. 6. WAGENSEIL. de *Summ. Official.* C. XIV. §. 4. & XV.

XI. Variis quoque & egregiis gaudet privilegiis, qualia ſunt: Jus de *non apellando* & *non evocando*; quod tamen ad Vaſallos extra Regnum, contra verba & ſenſum A. B., non eſt extendendum.

XII. Neque etiam ipſe Rex Bohemiæ, ceu immediatus Imperii Princeps, prorſus ab Imperii Judiciis exemtus eſt cenſendus (a), cum privilegium exemtionis non extet: ſicut nec ab obligatione pacis publicæ immunis erit, inprimis poſtquam denuo admiſſus ad omnes Imperii leges ſancte obſervandas ſeſe obſtrinxit (b).

XIII. Porro inveſtituram de feudis & regalibus ab Imperatore non niſi in Regno ſuo, vel finitimis locis intra 10. vel 15. milliaria a Regno

XI. v. A. B. C. VIII. ibi: *ad quodcunque tribunal extra règnum ipſum.* NEUMANN de PUCHHOLTZ Diſſ. de *Prærogat. Feud. Bohem.* Diſſ. I. §. 4. 6. 7. 8. Concl. 4. III. §. 2. Concl. 2. 3. VII. §. 4. Concl. 4. qui juſto latius hæc privilegia extendit; refutatus ab Illuſtriſſ. A. *Exam. Diſſ. ex J. P. & F. de Juriſd. feud & Super. Terr.* C. V. & VI.

XII. (a) v. GOLDAST. de *R. Boh.* L. IV. C. XIII. n. 10. ſqq.

(b) PUCHHOLTZ l. c. qui jus armandiæ illuminatum ei adſcribit. & contra eum G. Dn. AUT. *Examinis.* l. c. §. 5.

XIII. v. GOLDAST. L. III. C. XIV. n. 31. THULEM. l. c. §. 28.

Regno ſuſcipere tenetur; neque vexilla in populum projiciuntur, ſed Regi integra redduntur.

XIV. Idem Vaſallos Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones & Nobiles extra Regni territorium habet plurimos: in quos tamen Superioritas territorialis neutiquam ei competit, quippe quæ a Domino directo & jurisdictione feudali probe ſecernenda eſt.

XV. Ab oneribus & contributionibus Imp. ordinariis olim immunis erat, non vero ab extraordinariis, præſertim Turcicis collectis: ſed hodie etiam ad ordinaria Imp. onera ſe obſtrinxit.

XVI. Regnum hoc, quod a FERDINANDI I. tempore Auſtriacæ domui hereditario jure innexum eſt, extincta linea Regia, non Imperii diſpoſitioni ſubjicitur, ſed Status Regni de novo Rege ſibi proſpiciunt; ſicut & tutelam Regis minorennis ſibi vindicant.

CAP.

XIV. v. GOLDAST. L. I. C. XVII. HERT. S. II. §. 12. PUCHHOLTZ l. c. Diſſ. VII. §. 3. 5. 6. AUT. *Examinis* cit. C. VI. §. 3.

XV. v. Dipl. FRIDERICI II. d. a. 1212. REG. I. e. 1921. §. *darauff haben wir &c.* LIMN. L. III. C. VIII. §. 28. HORN. *J. P.* C. XXX. §. 6.

XVI. v. A. B. Tit. VII. §. 5. LIMN. l. c. n. 30. ſqq. STRUV. l. c. §. 19.

CAP. X.

DE ELECTORE BAVARIÆ.

§. I.

QUintus inter Electores, inter Seculares ſecundus, eſt ELECTOR BAVARIÆ S. R. I. *ARCHI-DAPIFER:* qui licet ex magnis Germaniæ Ducibus, atque adeo inter præcipuos Eligentes haud dubie olim fuerit; tamen poſtea ei, ab origine Electorum, de Archi-Officio æque ac Electoratus jure varie diſceptandum fuit.

II. Prima controverſia cum *Bohemo* enata: quippe qui Archi-Pincernæ officium nactus, jus eligendi quoque ſibi aſſeruit, ab aliis tamen in dubium vocatum, & *Bavaro* tributum, ut ſuperius dictum eſt. ſed uterque iſtud exercuit, ille in WILHELMI & ALPHONSI, hic in RICHARDI electione.

III. Cum vero poſtea, diviſo iterum Palatinatu a Bavaria, cui modo FRIDERICI II. auſpiciis conjunctus fuerat, ad Electionem RVDOLPHI Habsp. uterque frater, LVDOVICVS Palatinus, & HENRICVS Bavarus, admiſſus eſſet, fruſtra contra Bavarum proteſtante Bohemiæ Legato: cauſſa coram RVDOLPHO I. in Comitiis Auguſt. a. 1275. aſſiſtente fratri Palatino, diſceptata fuit, qui *Bohemo* quidem nihil abjudicavit, ſed ſaltem quaſi poſſeſſionem Bavari hactenus agnovit, ut

ut *voces* fratrum pro *una* tantum reputandas decreverit (a), ſicut & diuturnam Bohemi poſſeſſionem Pincernatus & juris eligendi mox confirmavit (b).

IV. Deinde terris LVDOVICI Severi inter filios LVDOVICVM & RVDOLPHVM denuo diviſis, lites *Bavaris* cum ipſis *Palatinis* exortæ ſunt, quæ primum quidem per transactionem inter LVDOVICVM Bavarum & RVDOLPHI filios a. 1319. ita ſopitæ, ut alternatio placeret: ſed a CAROLO IV. dein Palatinis ſolis jus Electoratus aſſertum, & in A. B. demum firmatum eſt.

V. Licet autem tunc tacite conſentirent Bavari, adſpirabat tamen Sec. XVI. ad Electora-

III. v. (a) GOLDAST. Conſt. T. I. ad a. 1275. Rubr. *De jure* eligendi inter Regem Bohem. & Ducem Bav. controverſo, & HERT. l. c. §. 9. ubi Diploma. COCCEJ. C. XII. §. 16. GIOV. *G. Princ.* L. IV. C. I. §. 10. STRUV. C. J. P. Cap. XVIII. §. 16. Anon. de *Orig. & Progr. Archi-Pincern. Bohem.* Sect. II. §. 40. ſeqq. Conf. ſupra ad §. 5. not. *

(b) v. LIMN. J. P. L. III. C. VIII. n. 3. COCCEJ. §. 17. HERT. §. 10. ubi Diploma *Erfford.* d. a. 1290. THOMAS. *Select. feud.* §. 49. lit. g. conf. ſupra §. V. c).

IV. v. GEWOLD. p. 760. ubi formula transact. FREHER. de *Tut. Elect. Pal.* cui dipl. Caroli IV. præmiſſa. A. B. Tit. IV. §. 4. VII. §. 2.

V. v. GEWOLD. de *Septemv.* C. X. f. STRUV. l. c. §. 20.

ctoratum GVILIELMVS, qui, cum FRIDERICVS Palatinus a. 1544. in Comitiis Spirenſibus a CAROLO V. de Electoratu inveſtiretur, proteſtabatur, atque Reſcriptum ab Imperatore obtinebat, hanc infeudationem juribus ipſius non obfuturam.

VI. Seculo demum ſuperiori, proſcripto occaſione motuum Bohemicorum Palatino, Electoratus FERDINANDI II. auctoritate in *BAVARVM* translatus eſt: & licet Saxo & Brandenburgicus initio contradicerent, tamen, cum poſtea Saxo conſentiret, MAXIMILIANVS a. 1624. Norimbergæ in Collegium Electorale receptus eſt, adſtipulante tandem & Brandenburgico: quod jus etiam, poſt varias diſceptationes, per pacem Weſtphalicam ei confirmatum eſt; ita tamen, ut, extincta linea Wilhelmina apud Bavaros, Palatinus in priſtinum ſit reſtituendus, ceſſante plane Bavaro Electoratu.

VII. *ARCHI-DAPIFERI* officium, quod tempore FRIDERICI Ænob. penes Svevos fuit, an primum ad Bavaros, & ab his demum

VI. v. ADLZREITER *Annal. Boi.* P. III. L. VIII. §. 14. IX. §. 35. LVDOLPH. *Schaubühne* L. XXIII. C. II. *Theatr. Europ.* T. I. p. 11. 21. LIMN. L. III. C. IX. §. 15. STRUV. §. 20. INSTR. *P. Weſt.* a. IV.

VII. v. GEWOLD. de *Sept.* C. X. GVNDLINGIANA P. XVII. n. II. §. 28. MASCOV. de *Orig. Offic. Aul.* §. 22. A. B. C. V. §. I.

* Per-

mum familiæ jure ad Palatinos devolutum ſit, incertum: hoc vero certum eſt, in coronatione WILHELMI Bavariæ Ducem Comitem Palatinum eodem functum, idemque RVPERTO tandem a CAROLO IV. conſenſu Collegii Electoralis & in A. B. confirmatum eſſe.

VIII. Sed translato in Bavarum Electoratu, ille ſibi *Archi-Dapiferi* quoque officium vindicavit, quippe in litteris inveſtituræ expreſſe in ſe collatum, contranitente tamen Palatino, cum nulla ejus in Inſtrumento P. mentio facta fuiſſet: at ceſſit tandem CAROLVS LVDOVICVS, & per transactionem munus Bavaro conceſſit, novo Archi-Theſaurarii munere ornatus.

IX. Vi hujus muneris *Pomum Imperiale* ante Cæſarem geſtat, eaque munia in ſolenni Curia ſubit, quæ Palatino in A. B. tribuuntur. Yy 2 *Sub-*

* Perperam, vocem *Truchſeß* idem quod *Drodſeb* i. e. judicem regium eſſe, aſſeritur. v. WAGENSEIL de *S. Offical.* C. XII. §. 2. ſqq Diſſentiunt TOLNER *H. Pal.* C. VI. p. 109. BVRGOLD. P. I. Diſc. XIX. NITSCH. ad *Capit.* IOS. A. III. C. V. §. 6. aliique.

VIII. v. LONDORP. T. IV. p. 675. *Theatr. Eur.* T. VII. a. 1651. p. 10.

IX. v. A. B. C. XXII. XXVII. ubi *Northergius* Magiſter Coquinæ nominatur. WAGENSEIL. C. XIII. §. 5. GVNDLING. l. c. ubi litteræ Epiſcopi Bamberg.

Subofficialem hodie habet *TRVCHSESSIVM* de *WALDBVRG*, *Comitem de ZEIL*, apud Epiſcopum Bambergenſem vero Nob. a *Pommersfelde.*

X. Intuitu Electoratus alia quoque Palatini jura ſibi aſſeruit, cumprimis *Vicariatum* Imperii, quem & exercuit: ſed acerrima inde lis ipſi cum Palatino exorta eſt, per transactionem nuper, usque ad Imperatoris & Imperii conſenſum, compoſita, uti ſuperius traditum.

XI. Ceterum privilegio de *non appellando* illimitate utitur, ad Palatinatum quoque Superiorem ex privilegio Ferdinandi III. extenſum (a). *Director* etiam *Circuli Bavarici*, cum Archi-Epiſcopo Salisburgenſi eſt, æque ac *Dux* (b).

XII. A FERDINANDO Duce deſcendunt *Comites* de *Wartenberg*, ex matrimonio Morganatico geniti, quibus ex pactis a RVDOLPHO II. confirmatis jus eſt, ſuccedendi,

---

berg. quibus jam olim Bavarum de Dapiferatu inveſtivit.

X. v. Supra L. III. C. VIII. §. 26. conf. RHET. L. I. T. XI. §. 8. NITSCH. l. c. p. 220.

XI. (a) v. BLVM. *Pr. Cam.* T. XLVII. HORN. J. P. C. XXXI. §. 3. NITSCH. l. c.

(b) EVR. HER. T. I. p. 231.

XII. v. EVR. HER. p. 228.

di, extincta *linea Wilhelmina*, in Ducatum Bavariæ, non vero Electoratum, fruſtra hoc quoque petente Electore.

CAP. XI.

DE ELECTORE SAXONIÆ.

§. I.

SExtus inter Electores, inter Seculares tertius, eſt ELECTOR SAXONIÆ, *S.R.I. ARCHI-MARESCHALLVS*, quinto in Electione gaudens voto, graviſſimisque fulgens in Imperio officiis, atque juribus.

II. Eminet inter hæc *ARCHI-MARESCHALLI* officium (a), quo jam OTTONIS III. tempore Dux Saxoniæ functus eſt (b).

§. I. * Not. *Archimareſchallatus* dignitatem *Electorali*, uſu ſcribendi pragmatico, ſemper præponi: haud dubie, quod Archimareſchallatus officium Electorali honore eſt antiquius. WAGENSEIL. Cap. VIII. §. 36.

II. (a) De *Mareſchalli* nomine, quod ſine dubio Supremum rei equeſtris Præfectum, vel Stabuli Magiſtrum ſeu Comitem ſignificat, v. HAVGWIZ de *Mareſchallis* C. I. THVLEM. de *Octov*. C. XVI. REINHARD. de *Offic. Imp. Saxon.* S. II. §. 6. n. 1.)

(b) v. DITMAR. *Merſ.* Chron. L. IV. p. 349. ibi: *Bernhardus equis præfuit.* SCHILT. ad J. F. *Alem.* C. XLII.

FRIDERICI I. autem ævo iſtud a *Welſis* ad *Aſcanios* translatum, atque ab eo tempore hereditario jure penes Saxoniæ Duces manſiſſe videtur (c), cum *ELECTORATVS* etiam jure, quod ex eo natum eſt, a Sec. XIII. arctiſſime conjunctum (d), & cum eodem ad *Mifnenſes* tandem SIGISMVNDI Imp. beneficio per FRIDERICVM BELLICOSVM, denique ab *ERNESTINA* linea ad *ALBERTINAM*, CAROLI V. auctoritate, devolutum (e).

III. Habet vero ſibi ſubordinatum *Vice-Mareſchallum* Imp. *hereditarium* e familia *Comitum* de *PAPPENHEIM*, quorum Senior ſemper

C. XLII. §. 17. COCCEI. *J. Publ.* C. XII. §. 5. 6.

(c) V. ARNOLD. LVB. Lib. III. C. IX. ſupra cit. REINHARD. l. c. §. 5. not. (3) & §. 7. MASCOV. de *Orig. Offic. aul* § 39.

(d) v. Supra C. V. § 9.

(e) v Supra L. I. C. VIII. §. 25. conf. HORN. l. c. §. I. REINH. l. c §. 8.

III. v. A. B. T. IV. & XXVII. LIMN. ad A. B. C. XXVII. § 6. Obſ. 14. SIXT. SOMMER. Syndici olim oppidi Pappenhemii *von des H. Reichs Erb-Marſchall Amts Verwaltung*. ap. CARPZ. de *Lege R. Germ. C. X. Sect. 6.* & LIMN. J P. Tom. V. Addit. ad L. III. C. VII. n. 75. p. 177. WAGENSEIL. l. c. *Cap. IX.* §. 1. 4. *ſqq.* EUR. HER. p. 254. REINHARD. §. 10.

Digitized by Google

ſemper in ſolenni Curia Archi-Mareſchalli vices gerit, aut præſenti aſſiſtit, plurimaque negotia in Comitiis aut Electionibus loco & auctoritate ejus peragit.

IV. Sed & hic ſuum habet Subofficialem, *Metatorem* ſcil. Imp. *des Reichs Quartiermeiſter*, qui ipſi quoque vicariam præſtat operam, in rebus præſertim minoris momenti; cui officialis Latrunculator *des Reichs*-Profos iterum adjunctus eſt.

V. Denique ſicut ipſe etiam Eccleſiæ Bambergenſis ratione *Supremi Mareſchalli* officium gerit, ita ejusdem intuitu ſuum habet Subofficialem, Mareſchallum ab *Ebner*: a quo iterum differt Mareſchallus Electoratus hereditarius e nobili familia *Læſerorum*.

VI. Varia autem *ARCHI-MARESCHALLATUS* virtute *jura* Electori competunt, varia-

IV. v. WAGENSEIL l. c. IX. §. 3. CRUGER de Novemvir. P. Sp. M. II. Diſc. IV. §. 11. 12.

VI. * 1.) Cum celebranda eſt, ſive Electionis, ſive Coronationis, ſive Comitiorum, publica aliqua in Imperio ſolennitas, mature ea de re monet Pappenheimium Archimareſchallus, hortaturque, ut ſe itineri paret, ac ad locum panegyri deſtinatum ſe conferat, omniaque ibi convenienter disponat. WAGENSEIL l. c. §. 6.

2.) Poſtquam mandatum iſtud ad Vicemareſchallum perlatum eſt, niſi ipſe itineri ſe committere velit, *Metatorem* ſuum ad locum illum *ablegat*, jubetque,

variaque munia in Electione, in Coronatione,

que, ut is in anteceſſum totam urbis conditionem exploret: an nimirum omnia ſatis tuta ſint, & nullum ab hoſte aliquo, nullum a contagio morbi periculum immineat: An rerum edulium æquo pretio parabilium ſufficiens ibi ſit copia: num habitationes commodæ, & publica ædificia ad ſolennia peragenda non deficiant. Atque de his omnibus, poſtquam a Metatore renunciatum eſt, monet deinde Vicemareſchallus Archimareſchallum, quin & Imperatorem quoque, quomodo res ſeſe habeant.

3.) Circa jus hoc *Viſitationis*, non minus ac circa alia, crebræ inter *Vicemareſchallum* & *Senatum Urbium Imperialium*, enatæ controverſiæ, illo operam dante, ut id ſibi aſſereret, extenderetque, hoc vero reſiſtente in contrarium: Tandem A. 1614. lites hæ, ope delegatorum Cæſaris, Ducis nimirum Bavariæ Ducisque Wurtenbergici, Auguſtæ Vindelicorum compoſitæ; agentibus tam communem Civitatum cauſam Norimberga, Ratisbona, Auguſta Vindelicorum & Ulma, Urbibus Imperialibus, omniumque loco transactionem ratam habentibus. v. WAGENSEIL l. c. §. 7.

4.) Domiciliorum explorationem conſequitur eorundem *in* certas *Claſſes Diſtributio*. Principibus adventantibus ipſe Pappenheimius ſuas cuique ædes adſignat: Legatis eorundem hoc præſtat ejus ſubſtitutus, ſive Metator. Præterea Vicemareſchal-

ne, in Comitiis, in Expeditione Rom. vel ab ipſo, vel per Vice-Mareſchallum, obeunda,
Yy 5

ſchallus Latrunculatori, *dem Reichs*-Profos, tradit *Tabulam*, quæ ceruſſa ſive creta alba nomen ædes incolentis inſcriptum habet, ut illam ad fores earum ſuſpendat. Atque Principum quidem Nomina ſola comparent: Legatorum vero Nominibus Nomen inſuper mittentis Superioris ſolet addi. WAGENSEIL l. c. §. 8.

5.) Hanc curam alia excipit circa *Annonam & res edules*. Atque ſolebat quondam Vicemareſchallus una cum Senatu urbano conſilia capere, qua ratione omnis generis commeatu civitas referta ſemper reddi queat, ſimul & æſtimationem illarum rerum accurate definire. Multæ civibus transgreſſoribus erogatæ dimidium ſibi vindicabat Vicemareſchallus, altera pars Senatui cedebat: quodſi vero peregrinus aliquis peccaſſet, ſolus Vicemareſchallus pœnam capiebat pecuniariam. Sed poſtea in hoc negotio Mareſchallus Aulæ Imperialis ſuas habere partes voluit; quod idem alii quoque Electores & Principes ſibi ſumere cœperunt. Sed & Vicemareſchallo a Civitatibus gravis hinc controverſia mota fuit: cui RUDOLPHUS Imp. finem imponere conatus fuit. WAGENSEIL §. 12. Sed & in *Capitulationibus* Noviſſimis *Archimareſchallatus* Imp. juribus proſpectum, atque *Directorium* ipſi in hujusmodi cauſis ad politiam ſpectantibus formatum eſt, uti inferius §. 9. obſervatum. v. *Capit.* CAROLI VII. §. III. §. 25.

6.)

da, vel per Metatorem, aut Latrunculatorem, pro ratione negotiorum expedienda.

VII.

6.) Denique & circa *Excubias Militum*, *Nocturnas vigilias*, & ad *tumultus*, qui oriuntur, *compeſcendos*, jus aliquod Vicemareſchallo competere, merito aſſeritur; quamvis neque hoc Civitatum contradictione caruerit, quæ tamen, ſequuta mutuis pactis declaratione, ceſſavit. ib. §. 13.

7.) Ceterum illud quoque ad prærogativas Archimareſchalli pertinet, quod, dum urbem aliquam, ſive coronationis, ſive alterius negotii publici expediendi cauſa, intrare vult Imperator, ſi in comitatu ejus fuerit Archimareſchallus, aut alius hujus nomine, is agmen ducat, & primus urbem ingrediatur, atque ſic locum, qui Domino territorii, aut ſaltem jus ſalvi conductus habenti, cæteroqui convenire debebat, ſibi vindicat: quamvis A. 1520. in Introitu CAROLI V. in urbem Aquiſgranenſem *Dux Juliacenſis Legatum Saxonicum*, qui Princeps Anhaltinus erat, præcedere voluerit; hoc contra jus Archimareſchallatus urgente, ac nihilominus Regem Aquiſgranum introducente. WAGENS. l. c. Cap. VIII. §. 3.

8.) Poſtquam in urbem aliquam cum Imperatore delatus eſt Archimareſchallus, prima cura illum tenet, ut excubiæ diurnæ nocturnæque bene diſpoſitæ ſint, ne quid turbarum, ſeditionis aut motuum in civitate oriatur, & ut quieta & ſecura omnia exiſtant, ſuntque in tutela ejus milites præſidiarii, aliique quibus urbis cuſtodia commiſſa. ib. §. 3.

VII. Quæ in *Electione* Imperatoris Archi-Mareſchallo curanda veniunt, pleraque Vice-Mareſchallo, ipſius auctoritate peragenda, relinquuntur: quippe qui, Archi-Mareſchalli juſſu, cum Metatore mature in loco electionis adeſt, ad electionem omnia præparat, hoſpitiorum, alimentorum, vigiliarum, atque adeo ſecuritatis, tranquillitatis ac boni ordinis curam gerit, ac de portis civitatis, templo & conclavi probe cuſtodiendis eſt ſollicitus.

VIII. Idem cum ſuo Metatore Electores, ad conſultationes in Curia coëuntes, excipit, atque in conclave deducit, diſcedentesque comitatur: die Electionis appropinquante, de rebus, ad actum electionis rite adornandum neceſſariis, cum Electorum Mareſchallis conſilia confert: atque hanc curam ſuam usque ad finem Electionis, ac diſceſſum Electorum vel Legatorum continuat.

IX. In ſolenni Curia, inprimis *Coronationis* ſolennibus, Archi-Mareſchallus, ubi præſens eſt, *Gladium* Imperialem præfert evaginatum, vagina Vice-Mareſchalli manibus relicta, atque immediate præcedit Cæſarem (a); ante

VII. VIII. v. WAGENSEIL l. c. §. 14. ſeqq. REINHARD de *Offic. Imp. Sax.* S. II. §. 10.

IX. (a) De Controverſia deſuper a *Wenceslao* Brab. & Luxenb. Duce olim mota v. EVR. H. p. 250. THVLEM. C. XVI. §. 17. WAGENS. C. VIII. §. 5.

* Sicuti

ante convivium quoque eitato curſu in acervum avenæ fertur, in foro conſpicuum: ſed ſi abſens eſt, Vice-Mareſchallus hæc officia præſtat.

X. Idem Vice-Mareſchallus, præſente imperatore, diem ſolennibus Coronationis conſtitutum nunciat, Electores e curia ad aulam Cæſaris deducit, Cæſari perpetuo in proceſſionibus & in templo proximus cum ſtricto gladio adeſt, & miniſtrat: Menſam quoque ad ſolenne convivium ſterni & parari curat, & peractis ſolennibus officiis, cibos menſæ Imperatoris imponi jubet, & unicuique Principum convivantium locum ſuum aſſignat.

XI.

* Sicuti Archimareſchallus Imperii ubique Imperatori in publicum prodeunti *Gladium Imperialem* evaginatum ſtrictumque præfert: ita idem in ſcuto duos habet *Gladios rubentes* decuſſatim poſitos, Archimareſchallatus ſui ſymbola; in quorum tamen geminatione nullum myſterium quærendum; ſicut nec duo ſceptra decuſſatim poſita in ſcuto Camerarii Imperii Principis Hohenzollerani quidquam habent in receſſu, niſi ut unum Camerarii munus ſignificent. Ceterum & Mareſchallus Imp. Pappenheimius duos hujusmodi enſes decuſſatim poſitos, unius ejusdemque muneris ſui indices, habet ſcutum ſuum ornantes. v. PHIL. IAC. SPENERI *Proleg. Part. Spec. Op. Herald.* WAGENSEIL l. c. §. 37. 38.

IX. X. v. REINHARD. l. c. §. 10.

XI. In *Comitiis* æque ac in Electionum diebus *Directorium circa politiam ordinandam* Archi-Mareſchallo competit, ejusque auctoritate per Vice-Mareſchallum exercetur, licet Imperatoris nomine hujusmodi ordinatio promulgetur: ejusdem Vice-Mareſchalli cura circa conventus ſolennes aut curiales indicendos, Imperatorem & Status cum debito honore ad locum conventus conducendos, ſententias in Senatu Principum rogandas, novos Status introducendos, & his ſimilia, quæ ad ſolennia aut bonum ordinem ſpectant, verſatur.

XII. Cumprimis Archi-Mareſchallo in Comitiis ac diætis Electoribus *Jurisdictio* competit civilis & criminalis in Electorum & Statuum vel Legatorum familiam, imo & in advo-

XI. v. *Capit.* CAROLI VI. a. III. CAROLI VII. a. III. §. 25. ibi - *weil bey Auffrichtung der Policey- und Tax-Ordnung auff Reichs-und Wahl Tagen das* Directorium *zu führen, und ſolche Ordnung in unſern Nahmen zu publiciren, dem Ertz Marſchallen-Amt zukommt* THULEM. C. XVI. § 14. WAGENS. C. IX. § 5. REINHARD. l. c. §. 12. EVR. H. p. 154. Conf. Supra not. ad §.

XII. v. THULEM. C XXI EVR. H. p 254. & p. 837. ubi de lite, occaſione obligatorum per Pappenheimium defuncti in Comitiis Limbechui, Legati Hannoverani, bonorum, mota. REINHARD. §. 13. *Capit.* JOS. a. XLV. ibique *Medit.* b) *Capit.* CARO-

advenas & forenſes; quam vel per Legatos, vel per Vice-Mareſchallum exercet: non vero in Aulæ Cæſareæ miniſtros, quippe qui jurisdictioni Mareſchalli aulici ſubſunt; quamvis & hic ab Archi-Mareſchallo certa ratione dependeat, & in ſecundo quaſi gradu ei ſubordinatus ſit.

XIII. Ipſe *Directorium* quoque in *Comitiis*, ſede Moguntina vacante, vel Moguntino Legato abſente aut impedito, ſibi vindicat (a), contradicente licet Trevirenſi & Colonienſi: ſicut & inter *Evangelicos Directorium* a tempore Reformationis, ex tacito ceterorum, ut videtur, conſenſu, geſſit, & adhuc, religione licet mutata, gerit, quamvis nuper in controverſiam vocatum.

XIV.

CAROLI VI. a. III. CAROLI VII. a. III. §. 25. ibi: *dem Hoff-Marſchall in ſeinen zukommenden und von dem Ertz-Marſchall-Amt dependirenden Amts-Verrichtungen.*

XIII. (a) Idque vi pactorum veterum, quæ cum Moguntino ceterisque Electoribus pepigiſſe dicitur. v. WAGENSEIL de *S. R. I. Summis Officialibus Cap. VIII. §. 33.* ubi libellus a Legato Sax. Collegio Electorali A. 1675. exhibitus, quo Heri ſui juribus cautum voluit. v. REINH. l. c. Sect. IV. conf. Faſcic. *Verſchiedener Schrifften über die Frage: Ob das* Directorium inter Evangelicos *bey Chur-Sachſen zu laſſen.* PFEFFING. VITR. *Ill.* L. III. T. X. §. 12. STRUV. l. c. §. 30. v. Infra.

XIV. In Expeditione Rom. aliiſque bellicis, præſente Imperatore, jus *ducendi* agmen, & *Vexillum* Imp. majus *des Reichs Haupt-Fahne*, imo &, abſente Imperatore, alterum *die Renn-Fahne*, gerendi, ſemper ſibi aſſeruit, & per Pappenhemium exercuit.

XV. Jus Protectionis etiam in *Tubicines, Buccinatores & Tympaniſtas* in tantum ei competit, ut *Societas buccinatorum Electoralis Saxonica, die Chur-Sächſ. Cameradſchafft*, juriſdictionem habeat in cauſſis artem concernentibus: quod in conventibus Imp. & expeditionibus bellicis eſt indubitatum, ſed ratione buccinatorum aulicorum controverſum, quamvis & hoc ab Aula Electorali defendatur; ita, ut ſi lis a Societate iſta Dreſd. definiri non poſſit, eadem ad Supremum Aulæ Elect.

XIV. v. LIMN. T. I. Addit. ad L. I. C. XIV p. 181. & L. III. C. X n. 17. & OBRECHT Diatr. de *Vexillo Imper.* C. IV. p. 22. 24. qui in dubium hoc vocant. conf. THULEM. C. XVI §. 22. EVR. HER. T. I. p. 251. ubi hæc aliaque iis annexa jura adverſus *Obrechtum* vindicat. STRUV. C. J. P. Cap. XVIII. §. 29. REINHARD. S. II. § 14. ubi obſervat, in antiquis monumentis Electorem Sax. *des H. R. Reich-Marſchalch und Pannermeiſter* appellari.

XV. v. EVR. HER. p. 253. WAGENSEIL C. VIII. §. 34. p. 81. ſq. THULEM. C. XVI. §. 21. p. 202. REINHARD. l. c. §. 15.

Elect. Sax. Mareſchallum ejusque judicium pertineat.

XVI. In ſolennibus inveſtituris, ubi Princeps aliquis equo inſidens feuda ab Imperatore recipit, equum illum accipit Archi-Mareſchallus, ſi præſens eſt, ſi abſens Vice-Mareſchallus: utroque abſente, Aulæ Cæſareæ Mareſchallus illorum vice fungitur, ſed emolumenta Vice-Mareſchallo Imp. relinquenda ſunt.

XVII. Porro *COMITIS PALATINI SAXONIÆ* dignitate gaudent Electores, quæ, proſcripto HENRICO Leone, ad *Thuringos*, ab his ad *Miſnenſes* tranſiit, & poſtea, licet paulisper ablata, cum Electorali dignitate FRIDERICO BELLICOSO denuo collata eſt: de qua licet adhuc hodie inveſtiantur, ac inſigniis utantur, titulo tamen a *Bellicoſi* tempore uti deſierunt, Civitate etiam Palatina Altſtedtenſi *Erneſtinis* relicta.

XVIII. *BVRGGRAVIATVS MAGDEBVRGICVS*, itidem, poſt varia fata, SIGIS-

XVI. v. A. B. C. XXVII. §. 1. *Capit.* JOS. a. XLV. ibique *Meditat.* lit. g) h) *Capit.* CAROLI VI. a. III.

XVII. v. MVLLER. Annal. a. 1687. p. 562. HORN. de *Comit. Pal. Sax.* §. 7. ſqq. REINHARD. l. c. S. I. conf. ſupra L. I. C. VIII. §. 27. 28.

* Dicendum de *Palatinatu Thuringiæ*, an a Saxonico differat?

XVIII. v. EVR. HER. T. I. p. 256. ITTER. de *feud. Imp.*

GISMUNDI beneficio ab Aſcaniis in FRIDERICUM BELLICOSUM *mit dem Grafen-Geding zu Halle* translatus, hodie tam arcte Electoratui innexus eſt, ut præter Electorem, nullus Saxoniæ Dux, nec Princeps Electoralis illo axiomate & inſignibus utatur. Et licet juri, quibus olim *Burggravii* in urbe *Magdeburgenſi* & *Hallenſi* gaudebant, AUGUSTUS Elector a. 1579. ceſſerit JOACH. FRIDERICO Adminiſtratori, *terræ* tamen Burggraviatus * retentæ ſunt.

XIX. *ARCHI-VENATORIS* quoque Imp. munus, quod Sec. XIII. ſaltem firmo ſtabilique nexu ad Miſniæ Marchiones tranſiit, non ſolum CAROLI V. ſed etiam LEOPOLDI & JOSEPHI tabulis Electoribus Sax. firmatum ac renovatum eſt. XX.

Imp. C. X. §. 5. HORN. *J. Publ.* C. XXXII. §. 11. & Diſp. de *Burggraviis Magdeb.* conf. *Unpartheyiſche Erinnerungen über die* A. 1709. *publicirte ſo genannte Gründliche Nachricht, was es mit dem Burggrafthum Magdeburg in alten und ietzigen Zeiten vor Bewandniß gehabt und noch habe.*

* Quæ ſunt Præfecturæ *Gommern, Elbenau, Plœtzckau, und Rannis.* v. LIMN. J. C. L. III. C. X. n. 17.

XIX. v. REINHARD. S. T. p. 95. fin. ubi tabulæ Caroli IV. MULLER. *Annal.* a. 1661. LUNIG. *Reichs-Archiv* P. Spec. II. n. LXXXIX. p. 146. ubi *Kayſers* Joſephi Confirmation *über des Reichs Ober-Jägermeiſter-Amt*, EUR. HER. p. 257.

XX. Denique *VICARIATVS IMP.* jus & officium non ultimum, ſed facile primum inter cetera obtinet locum, quippe cum magna in Imperio auctoritate & dignitate conjunctum: ſed de eo jam ſuperius actum.

XXI. Ceterum *Director* & *Dux* eſt *Circuli Saxonici Superioris:* Privilegio etiam de *non appellando* & *non evocando* gaudet, quod beneficio SIGISMVNDI, MAXIMILIANI, CAROLI V. FERDINANDI I. & RVDOLPHI II. ad omnes *Duces Saxoniæ* eſt extenſum, & contra turbationes Cameræ a. 1670. novo robore firmatum.

CAP. XII.

DE ELECTORE BRANDENBVRGICO.

§. I.

SEptimus inter Electores, inter Seculares quartus, eſt ELECTOR BRANDENBVRGI-

XXI. v. A. B. C. XI. §. 3. LIMN. L. III. C. X. n. 73. KNICHEN de *Saxon. non provoc. jure.* RVRHER. p. 165. HORN. J. P. C. XXXII. §. 9.

* De Pacto Confraternitatis Sax. Brand. Haſſ. v. CARPZOV. & BODIN. pec. Diſpp.

** De Terris ac Votis earum nomine quæſitis, item Expectantiis, aliisque juribus. v. RVR. HER. p. 264. FABRI *Staats-Cantzeley* P. XVI. C. II. V. Dn. GRIBN. de *Sigillo Majeſtatis Saxon.*

BVRGICVS, *S. R. I. ARCHI-CAMERARIVS*, qui *ſextum* in Imperatoris Electione *votum habet*.

II. *ARCHI-CAMERARII* munus jam a FRIDERICI I. tempore penes *Marchiones Brandenburgicos* Aſcaniæ gentis, quæ multum ſplendoris & potentiæ intulit Marchiæ, fuiſſe, vix dubitandum (a): ſed poſtea, SIGISMVNDI beneficio, iſtud cum *Electoratu & Marchia* Brandenburgenſi in FRIDERICVM Hohenzolleranum *Burggravium* Norimbergenſem collatum eſt (b).

§. I. v. A. B. C. IV. §. 4. VII. §. 1.

* Primum inter Officiales Imperii locum Archi-Camerario, ſaltem ante Auream Bullam, competiiſſe, cum Ill. Dn. de LVDEWIG, tueri conatur JO. FRID. JOACHIM *in Commentat. de Archi-Camerario S. R. G. Imp. Cap. II. §. 17. 18.*

II. (a) v. ALEXANDRI III. *Ep. ad AEp. Ebborac.* ap. ROGER. de HOVEDEN. *Ann. Henr. II.* ibi: *filius* MARCHIONIS *Alberti, vir nobilis, magnus & potens, &* CAMERARIVS *ipſius Imp.* COCCEJ. J. P. C. XII. §. 7. LVDEWIG. de *Form. Duc Brand.* §. VIII. lit. e) f) p. 66. MASCOV. de *Orig. Off. aul.* §. 39.

(b) v. SAGITTAR. *Hiſt. March. & Elect. Brand.* GLOV. *G. Princ.* L. II. C. I. §. 12.

III. An vi Archi-Officii ſit Elector? negat Dn. de LVDEWIG l. c. p. 63. ſq. b. c. d.

Digitized by

III. Vi hujus muneris Cæſari vel Regi Rom. in ſolenni Curia *ſceptrum* præfert in proceſſionibus, ante convivium vero *pelvim* exhibet & *mantile*.

IV. *Sub-Camerarium* habet *HOHENZOLLERANUM* Principem, ad quam Familiam, poſt *Falckenſteinios* & *Sinsheimios* extinctos, iſtud munus pervenit: quamvis exercicium ejus Legatus Brandenburgicus a tempore FERDINANDI IV. ex pacto ſibi vindicaverit.

V. Ratione officii *des Oberſten Cammer-Amts*, quod Eccleſiæ *Bambergenſi* debetur, Vicarium habet Nobilem de *Rotenhahn*: ſed quænam ejus nomine feuda teneat, incertum eſt; ſaltem inveſtigatio eorum promittitur in inveſtitura, quæ non, niſi mutato Electore, renovatur.

VI.

III. v. A. B. C. XXII. XXVI. §. 3. XXVII. §. 3. LIMN. T. V. Addit. ad L. III. C. VII. ubi de lite a *Duce Juliacenſi* ipſi mota. WAGENSEIL. C. X. §. 4. ſqq. Conf. JOACHIM. de *Archicamer*. C. II. §. 21. 22. & 24.

IV. v. WAGENSEIL C. XI. LIMN. T. V. Addit. ad L. III. C. VII. §. 74. Add. A. B. *Cap. XXVII*. §. 4. *Obſ. 5. p. 534.* RHET. *J. Publ.* L. I. T. XIII. §. 2. Add. JOACHIM. l. c. §. 26.

V. v. THULEM. C. XX. §. 33. HORN. J. P. C. XXXIII. §. 3.

VI. Inter privilegia eminet jus de *non appellando*, vi A. B. ad Marchias Electorales, non ad reliquos Marchiones Brand. nec ad alias Electoris provincias pertinens: noviſſime tamen ad has quoque LEOPOLDI privilegio a. 1702. ita extenſum, ut in poſſeſſorio nulla, in petitorio, ſi ſumma ſit 2500. fl. aureorum (*Goldgülden*,) demum appellatio ad Judicia Imp. ſit permiſſa; unde & *Summum Provocationum Tribunal* Berolini eſt conſtitutum.

VII. Deinde a FRIDERICO III. habet privilegium *vectigalia* inſtituendi augendique in ſuo territorio: quod tamen in dubium nuper vocatum, cum renovatio ejus a Cæſare peteretur, & a Palatino ac Hannoverano ei contradictum.

VIII. Ab eodem Imperatore Domui Brandenburgicæ conceſſum privilegium de *feudis* ſuis æque ac de allodiis *diſponendi*; quod tamen non ſemper obſervatum: feuda etiam *Bohemica* non in perſona, nec per Principem, recognoſcere debet. Zz 3 IX.

VI. v. THVLEM. C. XVII. §. 22. CRVGER. de *Nov.* P. Sp. M. II. Diſc. XVI. §. 4. HORN. l. c. §. 4. LVNIG. *Reichs-Archiv* P. Spec. Sect. III. p. 281. ubi privilegium Leopoldi. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. XVIII.* §. 33.

VII. v. LIMN. T. IV. L. V. C. VII. n. 36. EVR. NER. p. 281.

VIII. v. LIMN. l. c. n. 139. 140. ITTER. de F. I. C. XXIII. §. 9.

IX. *Jus primariarum precum* in terris hereditariis Electores ex antiqua conſuetudine ſibi vindicant, & in Halberſtadienſibus ac Magdeburgenſibus Capitulis exercuerunt, excluſis Imperatoriis precibus, nec alternationem menſium attendentes: ſicut & Regina iſtud in cœnobiis virginalibus exercere ſolet.

X. Eſt etiam Elector *Ordinis Johannitici* per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam & Vendiam *Patronus & Protector*, cujus & *Magiſtrum* conſtituit.

XI. Sicut autem, præter Regnum Boruſſiæ, & terras Electorales Marchicas, complures alias poſſidet hereditarias: ita & in Comitiis, præter votum Electorale, in Principum Collegio *quinque* gaudet *votis*, pluribus in Scamnis Comitum; & in *Directorio Circuli* Saxoniæ Inferioris concurrit tanquam Dux Magdeburgenſis, atque in Weſtphalico, tanquam Dux Clivenſis.

CAP.

IX. v. CORTREJ. *Obſ. ad Concord. N. G.* d. 210. 219. THULEM. C. XVI. §. 11. STRYCK. de *J. Pap. Princ.* C. IV. §. 5. EUR. HER. P. I. p. 282. STRUV. C. J. P. Cap. XI. §. 29.

X. v. BECMANN. de *Ord. Joh.* C. IV. §. 9. Dn. de LUDEWIG. de *F. Duc. Br.* §. 10. r) p. 97. ſq.

XI. v. STRUV. l. c. Cap. XVIII. §. 42.

* De Terris & Expectantiis, Pactis confraternitatis, Officialibus hereditariis, aliisque juribus v. THULEM. C. XVII. EUR. HER. T. I. p. 285. GIOV. Germ. Pr. L. II. C. IV. Dn. de LUDEWIG. de *Form. Duc. Brand.* §. VII. ſqq.

CAP. XIII.

DE ELECTORE PALATINO.

§. I.

COMES PALATINUS Rheni, cujus magna jam olim in Imperio dignitas atque auctoritas fuit, poſtquam ſub Suevicis Impp. etiam *ARCHI-DAPIFERATUS* officio & *Ducatu Bavariæ* auctus eſſet, *ELECTORATUS* quoque jure obtinuit, poſt varias lites cum *Bavaris*, qui jus eligendi initio itidem exercebant, tandem per A. B. firmata.

II. Hinc inter Electores initio quintum, inter Seculares ſecundum habebat locum; ſed tranſlato in bello tricennali *Palatini* Electoratu in *Bavarum*, PALATINUS per pacem Weſtphalicam *Octavum* nactus eſt *Electoratum*, ita quidem, ut extincta Bavarica linea *Wilhelmina*, ſecundus Electoratus ad *Palatinos* lineæ *Rudolphinæ* poſteros, qui & hinc ſimultanee inveſtiuntur, redire debeat.

III. Et licet, viciſſim proſcripto Bavaro, Palatinus priſtinum receperit locum: tamen cum Bavarus per pacem Raſtadtenſem in integrum reſtitutus ſit, Palatino Octavus denuo occupandus fuit.

II. v. INSTR. *P. Weſtph.* a. IV. §. 3. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XI. §. 1. 2.

IV. Idem, tranſlato in Bavarum a. 1651. Archi Dapiferi officio, novo *ARCHI-THESAVRARII* munere ornatus, & ab Imperatore a. 1652. Pragæ inveſtitus eſt; quod licet, proſcripto Bavaro, in Hannoveranum collatum eſſet, tamen, illo reſtituto, nunc a Palatino repetitur.

V. Vi hujus muneris in proceſſionibus Imperatori *Coronam* præfert, & in Coronationis ſolemnibus nummos aureos & argenteos in populum projicit: in Coronatione FERDINANDI IV, etiam vi officii coronam capiti demere voluit, quod Brandenburgicus & Bohemus ſibi vindicabant.

VI. Idem conſenſu Imperatoris & Electorum de munere Subofficialis *des Reichs Erb-Schatzmeiſters*, a. 1653. inveſtivit Comites a SINZENDORFF.

VII. Sed de Juribus Palatini reliquis gravis controverſia cum Bavaro exorta eſt, quippe qui vi Electoratus non ſolum Vicariatum, ſed etiam Judicium in Cæſarem, Jus Wildfangiatus aliaque, ſibi vindicavit, quæ tamen Palatinus Comitatui Palatino cohærere aſſeruit.

VIII.

IV. v. *Theatr. Eur.* T. VII. a. 1651. p. 10.

V. v. WAGENS. C. XVI. CRUGER. Diſc. IV. §. 20. 22. RUR. H p. 298. RHET. Tit. XIV. §. 1. 2. MASCOV. de *Orig. Off. aul.* §. 41. 45.

VI. v. WAGENSEIL. C. XVI.

VII. v. RHET. Tit. XI. §. 4. 6. 7. 8.

VIII. Scil. vi A. B. Electori Palatino hoc tribuitur jus, quod ex conſvetudine ſit *Judex Imperatoris* ſeu Regis Rom. ſuper cauſſis, pro quibus impetitus fuerit, idque in Curia Imperiali, ubi Imperator vel Rex R. præſens eſt: quod judicium haud dubie, non niſi ad cauſſas fiſcales, aliasve civiles Cæſarem tangentes, pertinuit, quæ, ex conſenſu Cæſaris coram Comite Palatino tanquam judice aulico diſceptandæ fuerunt; ſed hodie forte iſtud exiguum habebit uſum.

IX. Tribuitur quoque illi Jus *Wildfangiatus*, i. e. illegitimos & fugitivos in ſuis vel vicinis quibusdam territoriis adventantes, tanquam homines proprios ſibi vindicandi, certaque emolumenta ab iis capiendi, quod per Præfectos ſuos *die Ausfauthe* exercet, ſed juxta Laudum Heilbrunnenſe, quo lis cum vicinis, Electoribus Eccleſiaſticis, Duce

VIII. v. A. B. C. V. fin. THULEM. C. XVIII. §. 18. *Spec. Suev.* L. II. C. XLIII. §. 6. *Spec. Sax.* L. III. a. 57. FREHER. *Orig. Palat.* P. I. C. XVI. SCHWEDER. P. Spec. C. V. §. 11. & Diſſ. de *Serenisſ. Comit. Palat. Rheni Singularib. Jurib. & Prærogat.* §. 21.-24. VITRIAR. L. III. C. XII. §. 14. 20. ibique PFEFFING. Not. TUR. HER. p. 309. ubi notabile *Caroli Ludov.* de hoc judicio dictum. HORN. C. XXXIV. §. 6. 7. 8.

IX. v. THULEM. C. XVIII. SCHWEDER. Diſſ. laud. §. 15. STRUV. l. c. §. 37.

Lotharingiæ, Ep. Spirenſi & Argentinenſi aliisque deſuper exorta, compoſita eſt.

X. Porro jus *conducendi* per vicina quædam territoria (a), ſed itidem nonniſi ex præſcripto Laudi Heilbrunnenſis, in tranſitu Principum & Illuſtrium perſonarum, copiarum equeſtrium vel pedeſtrium, mercatorum ad ſolennes nundinas proficiſcentium, Judæorum, Cingarorum & ſimilium perſonarum, quæ juxta Leges Imp. conducendæ ſunt, & quidem in viis regiis, exercendum (b).

XI. Item Jus nobilitandi & Comites creandi: bona Imp. alienata vel oppignorata reluendi: feuda Imp. in provinciis ſuis vacantia in liberos uſus accipiendi: inſulas in Rheno natas occupandi.

XII. Idem *Protector* eſt *fabrorum cuprariorum* in partibus Rheni Alſatiæ & certis Franconiæ

X. (a) *Durch die Ober-Graffſchafft Catzenellnbogen von der Bergſtraſſen an biß gen Franckfurt*, item *in der Marggraffſchafft Baden biß gen Pfortzheim.*

(b) BURGOLD. ad *Inſtr. Pac.* P. I. M. II. §. 13. p. 473. VITRIAR. L. III. T. XII. §. 29. STRUV. §. 36. SCHWEDER. l. c. §. 26.

XI. V. THULEMAR. C. XVIII. §. 35. 41. FREHER. *Orig. Pal.* P. I. C. XVI. SCHWEDER Diſſ. cit. §. 27. 28.

XII. V. THULEM. C. XVIII. §. 45. ſqq. SCHWEDER. l. c. §. 28.

comiæ locis: de quo jure illic Nob. de *Ratſambauſen*, hic vero *Zobelios* de *Gibelſtadt*, ſubinfeudat, cum emolumento ſupellectilem cupream ad uſus domeſticos inde capiendi.

XIII. Privilegio de non *appellando* per tempus non eſt uſus; ſed noviſſime uſum revocavit, & novo privilegio FERDINANDI III. a. 1652. iſtud æque ac jus de non evocando muniri curavit.

XIV. In Comitiis, præter votum Electorale, in Principum Collegio quatuor ipſi vota competunt: In *Directorio Circuli* Rhenani Superioris cum Epiſcopo Wormatienſi, in Circulo Weſtphalico vero cum Electore Brandenburgico & Epiſcopo Monaſterienſi concurrit.

CAP. XIV.

DE ELECTORE BRUNSVICO-LUNEBURGENSI.

§. I.

ELECTOR BRUNSVICO-LUNEBURGENSIS Lineæ *HANNOVERANÆ*, qui

XIII. THULEM. C. XVIII. §. 67. EUR. H. p. 300. HORN. §. 10.

XIV. v. EUR. HER. p. 301. ſq. ubi & de terris, Electorali & hereditariis, itemque Officialibus hereditariis. SCHWEDER l. c. p 29.

§. I. HIPPOL. a LAPIDE *Raiſonnement von der neun-*

qui hodie nonum inter Electores locum occupat, Dignitatem Electoralem a LEOPOLDO, certis pactis prævijs, per ſolennem inveſtituram obtinuit, ita tamen, ut ſecundum jus primogenituræ ſucceſſio in Electoratum ad deſcendentes tantum ERNESTI AVGVSTI primi acquirentis, minime vero, his extinctis, ad Agnatos devolvatur.

II. Sed contradixerunt non ſolum ex Electoribus *Trevirenſis*, *Colonienſis* & *Palatinus*, ſed etiam plures Principes tam *Evangelici*, quam *Catholici*, cauſſati, non ſolius hæc Cæſaris eſſe, A. B. & Paci Weſtph. contrariari, Proteſtantium numerum augeri, Principum Collegium infirmari, aliorum quoque Principum æqualia eſſe merita, aliaque, Gvelpherbytanis etiam Senioratum urgentibus: imo non-

---

menheim Chur-Würde. THVCEL. *Elect. J. Publ.* EVR. HER. p. 315. LVNIG *Reichs Archiv* P. Spec. S. I. p. 167. HORN. *J. Publ.* C. XXXVII. §. 1. ſqq. STRUV. C. J. P. Cap. XVIII. §. 39.

* De Conſiliis, quæ noviſſime de extendendo ad Lineam Gvelpherbytanam Electoratu agitata ſunt, v. *Staats-Cantzeley* T. XXXIII. Cap. X.

II. v. AVTORES laudati. *Staats-Cantzeley* T. V. C. VI. *Spec. Stat.* A. 1700 m. Febr. p. 37. Mart. p. 48. Jul. p. 6. Sept. p. 25. Oct. p. 15. Dec. p. 22. A. 1701. m. Mart. p. 46 Apr. p. 2. *Staats-Cantz.* T. V. C. XV. T. VI. C. IV. conf. L. B. de LYNCKER ad A. B. C. IV. p. 36. 40.

nonnulli *unione* adverſus nonum Electoratum inita, *Correſpondirende Fürſten* appellati, auxilia adeo Regis Galliæ, tanquam Sponſoris pacis Weſtph., vel Pontificis, implorarunt.

III. Tandem redintegratis, occaſione belli Gallico-Hiſpanici, conſultationibus publicis, & mitigatis contradicentium animis, ſenſim Hannoverano de Electoratu gratulati ſunt; inprimis cum & LEOPOLDUS & JOSEPHUS declararent, nemini collationem novæ dignitatis fraudi futuram, nec in poſterum ſine conſenſu Comitiali Electoratum cuiquam eſſe concedendum. *

IV. Hinc negotium, a Cæſare denuo commendatum, A. 1708. d. 30. Jun. per Concluſum Trium Collegiorum ita definitum eſt, ut *HANNOVERANO* Electoratus communi conſenſu confirmaretur, hac tamen lege, ut

III. v. *Spec. Stat.* A. 1702. m. Febr. p. 48. A. 1709. m. Jul. p. 64. *Staats-Cantz.* T. V. p. 252.

* *Daß was ſeithero in ermeldter Sache geſchehen, weder zum Nachtheil und præjuditz des denen Churfürſten und andern Standen zuſtehenden Rechts gemeynet, noch dahin jemahls angezogen, auch künfftighin keine neue Chur-Würde ohne des geſamten Reichs-Einwilligung eingeführet, und ſolches dem künftigen Reichs-Abſchied* in forma ſanctionis pragmaticæ *einverleibet werden ſoll.*

IV. v. *Staats-Cantzley* T. XIII. p. 410. STRUV. p. 43.

ut cum deſcendentibus maſculis ERNESTI AVGVSTI deſineret, &, ſi durante eo Palatinus Electoratus ad Familiam Proteſtantem devolveretur, Catholicis votum ſupernumerarium concederetur, a primo Electore Catholico præſtandum; quod ſolennis in Collegium Electorale d. 7. Sept. ejusd. a. inſecuta eſt.

V. Cum vero & de *Archi-Officio* ac *Inſigni* novo Electori proſpiciendum eſſet, converſum erat, munus *ARCHI-VEXILLIFERI* ſeu *ARCHI-BANDERESII*, cum inſigni *Vexilli Imp.* quod in ſolenni Curia præferendum ſit, ei impertiendum eſſe, ita tamen, ut ſi fortaſſe, extincta Familia Wilhelmina Bavarica, octavus Electoratus extingveretur, munus & inſignia *Archi-Theſaurarii* eidem cedere debeant.

VI. Sed cum & Elector *Saxoniæ*, & Dux *Wurtenbergicus*, contradicerent, quod uterque Vexillum Imp. ſibi aſſereret: erga *illum* quidem novus Elector declarabat, ſe non niſi aulicum petere officium, in ſolenni Curia præſtandum, quod bellico ipſius muneri non officeret; *huic* vero reponebat, Wurtenbergicum

V. v. CRVGER. de *Novemvir.* p. 238. *Raiſonnem.* p. 168. HORN. l. c. §. 4. STRUV. §. 42.

VI. v. Supra L. IV. C. IV. §. 46. ibique citati. conf. THVCELIUS *Electa J. Publ.* C. IV. HORN. l. c.

gicum Vexillum non eſſe Vexillum Imp. majus, ſed particulare *Sturm-Fahne*, vel Svevicum provinciale.

VII. Manſit interim res in ſuſpenſo; usque dum Palatinus, in locum Bavari reſtitutus, de Archi-Dapiferatus officio inveſtiretur; unde novo Electori *ARCHI-THESAURARII* officium ceſſit, Concluſo Comitiali a. 1710. ei firmatum (a): ſed & hoc jam, reſtituto Bavaro, a Palatino repetitur; unde de novo Archi-officio hactenus deliberatum (b).

VIII.

VII. (a) v. *Staats-Cantz.* T. XV. C. XII. STRUV. §. 44.

(b) Add. *Reichs*-Fama P. III. Cap. LVII. p. 571. ubi quæ d. 15. Sept. 1717. in Comitiis, occaſione tituli *Archi-Theſaurarii*, a Rege Angliæ, qua Electore Brunſvico-Luneb. interpoſita a Legato Electoral. Palatino proteſtatione, & oppoſita a Legato Electorali Brunſvicenſi reproteſtatione, acta ſunt, referuntur. It. P. IV. Cap. XLV. p. 595. ſeqq. ubi denuo ejusmodi Proteſtationes d. 29. Nov. 1728. utrinque interpoſitæ leguntur, v. *Staats-Cantzeley* T. XXXIII. C. IX. p. 675. ubi varia de officio *eines Ertz-Stallmeiſters*, item *eines Ertz-Poſtmeiſters*, conſilia.

Eidem Capiti *Famæ* modo laudatæ p. 600. ſeqq. *Conſilium* inſeritur de novo *Archiofficio*, nempe, *S. R. I. Archi-Præfecti Satellitum*; ſive, *ein Unmaſsgeblicher Vorſchlag zu einem convenablen neuen Ertz-Amt, nemlich, der Würde eines*

des

VIII. Terræ Electoratui innexæ ſunt Principatus *Calenbergenſis*, *Grubenhagenſis* & *Zellenſis*, cum Comitatibus *Hoya* & *Diepholden*; in quibus & privilegio de *non appellando* utitur, erecto Zellæ ſupremo Appellationum Tribunali: ſicut etiam jus *primogenituræ* introductum.

IX. In *Comitiis*, præter votum Electorale, in Collegio Principum duo adhuc vota ratione

des H. Rom. Reichs Ertz-Generals (*Obriſten oder Capitans*) *von der Leib-Guarde.* Et cum deinceps dubia quædam adverſus officium hoc, & cumprimis nomen *Generalis*, mota eſſent: mox *Appendix* comparuiſſe memoratur, quæ officium iſtud contra dubia obmota vindicatum.

** Prodiit quoque non ita pridem *Problema Hiſtorico-Criticum* de *S. R. I. Archi-Scutifero*, *des H. Rom. Reichs Ertz-Schild-Trager-Amt* (cujus ſymbolum eſſe poſſit *Clypeus*, Inſignia Imperialia, *Aquilam* nempe *Imperii*, repræſentans, in ſolennibus Inaugurationis Imperatori præferendus) ſub moderamine Viri Clariſſ. CHRIST. G. SCHWARTZII, Altorfii publicæ diſquiſitioni ſubmiſſum. Simile conſilium de novo S. R. I. Archiofficio, *Archilanciferatu*, ante ipſum in eadem Academia publica Diſſertatione propoſuit Clariſſ. KOHLERUS.

VIII. v. EVR. HER. p. 311. HORN. §. 5.

IX. v. STRUV. §. 45.

* De Juribus hujus Domus in Epiſcopatum *Oſnabrugenſem* v. INSTR. P. Oſn. a. XIII.

tione Zell & Calenberg gerere dicitur: Denique in *Directorio* Circuli Saxonici Inferioris concurrit, quod jam, poſtquam Ducatus Bremenſis & Verdenſis a Svecis ei ceſſus eſt, novo jure auctum.

CAP. XV.

DE PRINCIPIBUS ET STATIBUS ECCLESIASTICIS.

§. I.

INter STATUS *Non-Electores* eminent ECCLESIASTICI, qui cum Eccleſiaſtica dignitate ſimul ſeculari poteſtate in territoriis, & ſuffragio in Comitiis, gaudent.

II. *Origo* Statuum Eccleſiaſticorum ab origine *EPISCOPATUUM* & *MONASTERIORUM*, paſſim in Germania ad ſacra Chriſti perducta, (a) BONIFACII (b) inprimis, & CAROLI M. auſpiciis conditorum, atque deinceps a LUDOVICO P. (c) OTTONIBUS

II. (a) De Epiſcopatibus in Germania Cis Rhenana, cumprimis *Trevirenſi*, *Colon.* & *Mogunt.* v. CONRING. de *Conſtit. Epiſc.* §. 4.

(b) De Epiſcopatibus in Svevia, Bavaria, Franconia, Thuringia, & ante BONIFACIUM, & ab eo inſtitutis v. HERT. *Not. Vet. Franc. R.* C. V. §. 13.

(c) De Epiſcopatibus & Monaſteriis in Saxonia a CAROLO M. & LUDOVICO P. conditis v. ADAM. BREM.

BUS (d), HENRICOS (e) aliiſque Imperatoribus, varie quod ad numerum, dignitatem & potentiam auctorum atque amplificatorum, repetenda veniet. Siquidem EPISCOPI & ABBATES, illis præfecti, cum initio intuitu officii, & ob rerum divinarum humanarumque peritiam, ad conſultationes publicas vocarentur, ſenſimque terras acquirerent, tandem jura Statuum, æque ac Principes Seculares, obtinuerunt (f).

III. Horum alii, ut ſupra dictum, hodie ſunt in ordine *Principum*, ut *ARCHI-EPISCOPI, EPISCOPI, MAGISTER ORDINIS Teutonici & Johannitici*, nec non ex Præ-

BREM. *Hiſt, Eccleſ.* L. I. C. X. GRYPHIAND. de *Coloſſ. Weichbild.* C. XXIX. §. 5. ſqq.

(d) V. DITMAR. MERSEB. *Chron.* L. II. p. 337. ap. LEIBN. PAUL. LANG. *Chron. Citic.* pr. SAGITT. *Ant. Magd.*

(e) SIGEB. GEMBLAC. a. 1004.

(f) V. COCCEJ. *J. Publ.* C. XVIII. S. I. §. 33. VITRIAR. *Ill.* L. I. T. XV. §. 2. ſqq.

III. * Tempore CAROLI M. quidem jam Eccleſiaſticæ dignitatis Proceres ad Comitia vocati ſunt, & inter *Principes* quandoque primum locum occuparunt: ſed PRINCIPUM titulo non niſi a LUDOVICI P. tempore ſalutari cœperunt, quamvis nondum ſtylo curiæ; qui demum invaluiſſe videtur, ex quo Epiſcopi ſecularem poteſtatem nacti ſunt, inprimis ubi, ceſſa Pontifici inveſtitura Epiſco-

Digitized

Prælatis nonnulli *ABBATES* & *PRÆPOSITI:* alii in ordine *Comitum* vel *Dominorum*, ut *ABBATES, ABBATISSÆ* & *PRÆLATI* reliqui.

IV. EPISCOPI initio non niſi ſacro munere fungebantur, & primi erant inter Presbyteros, quorum communi conſilio Eccleſiæ adminiſtrabantur: ſed poſtea jurisdictionem quandam in Clericos ceteros parochiæ ſuæ nacti, mox etiam conſiliis publicis admoti, atque opibus aucti, non ſuffragium ſolum in Comitiis, ſed & ſecularem poteſtatem, ſenſimque omnia jura territorialia, obtinuerunt.

V. Epiſcoporum alii ſunt *ARCHI-EPISCOPI*, & inter hos nonnulli *PRIMATES*, alii *EPISCOPI* ſimpliciter dicti.

VI. ARCHI-EPISCOPI, quaſi Epiſcoporum

Epiſcopali, Epiſcopi tanquam Principes ab Imperatore inveſtiti ſunt. v. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. II. C. XV. HELMOLD L. I. C. IV. ibi: *qui propter animarum regimen, Principes ſunt cœli, ipſe eosdem effecerit* PRINCIPES REGNI. RHET. *J. Publ.* L. I. T. II. §. 96. 97. T. XV. §. 8.

IV. v. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. IV. C. III. L. V. C. XCV. XCVI. L. VII. C. III. CONRING. de *Conſt. Ep.* § 9. MONZAMB. C. III. §. 7. ibique KULPIS. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G Rer.* §. 16. VITRIAR. *Ill.* L. I. T. XV. §. 2. ſqq. ibique PFEFF.

VI. v. HERT. *Not. V. Fr. R.* C. V. §. 12. RHET. l. c. T. XVI. §. 25.

rum Principes, itemque METROPOLITANI, h. e. Metropolitanæ ſedis Epiſcopi, dicti ſunt, qui plures ſub ſe habent Epiſcopos, Diœceſi ſuæ ſuffraganeos ſeu adjunctos; & quatenus Principes ſunt Imperii, etiam Territorio AEpiſcopali ac Superioritate Territ. gaudent.

VII. Olim VIII. in Germania erant Archi-Epiſcopi; *Moguntinus*, *Trevirenſis*, *Colonienſis*, *Magdeburgenſis*, *Bremenſis*, *Rigenſis*, *Salisburgenſis*, & *Veſontinus*: ſed priores tres in numero Electorum habentur, ſequentes duo ſeculo ſunt addicti, Rigenſis vero exemtus; adeoque duo poſteriores tantum inter Principes Eccleſiaſticos reliqui ſunt.

VIII. Inter Archi-Epiſcopos nonnulli *PRIMATES* (a) olim ſalutati ſunt; ut (b), *Mo-*

VII. * De *Paſſavienſi* Epiſcopatu Archi-Epiſcopali dignitate ornando quid a. 1690. actum ſit, v. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. I. T. XV. §. 12.

VIII. (a) v. *Capitular. Franc.* L. VIII. C. 439. ibi: *Nulli alii Metropolitani appellabantur* PRIMATES, *niſi illi, qui primas ſedes tenent, & quos S. Patres ſynodali & epiſcopali auctoritate* PRIMATES *eſſe decreverunt.* HERT. l. c. COCCEJ. *J. Publ.* C. XVIII. S. I. §. 42. STRUV. Cap. XIX. §. 14.

(b) Uti tres *Metropoles* erant in terra Rhenenſi, Belgicæ primæ *Auguſta Trevirorum*, Germaniæ I. *Moguntiacum*, & Germaniæ II. *Colonia Agrippinenſis*: ita tres *Primates*. v. CONRING. de *Urb. Germ.* §. 32.

Moguntinus (c), *Trevirenſis* (d) & *Colonienſis* (e); quibus *Magdeburgenſis* (f) OTTONIS beneficio acceſſit: ſed *Primatus* dignitas non niſi in honore conſtitit.

IX. Salisburgenſis vero Archi-Epiſcopus, *Legatus natus* a Pontificé ſalutatus, hoc nomine de jure proëdrias potius contendit, quam de Primatus titulo, quem ſibi nunquam tribuit.

(c) Impetravit BONIFACIUS a PIPINO, ut *Moguntina* ſedes ſua non ſolum Archi-Epiſcopali ornaretur dignitate, ſed etiam Franciæ & Germaniæ *Primatus* ipſi tribueretur. v. ANNAL. FULD. a. 851. SPENER *Hiſt. Germ.* L. III. C. VIII. §. 3.

(d) Qui jam Sec. IV. a Sylveſtro P. Primatum obtinuiſſe dicitur. v. BROWER *Annal. Trev.* L. IV. pr. MALLINK. C. IV. p. 103. J. Can. C. XI. qu. III. C. 10. ibi: *Primas Belgicæ provinciæ.* Conſt. FRID. I. ap. GOLD. C. J. T. I. p. 265. ibi: *Primas eſtis cis Alpes.*

(e) v. MALLINK. p. 197.

(f) v. DIPLOMA in Dni de LUDEWIG Diſſ. de *Primatu Germ.* C. II. §. 7. ubi omnium Eccleſ. & AEpiſcoporum in Germania *Primatum* ei dat. *Eorum vero, qui ſunt in Gallia, itemque Moguntinenſi, Trevirenſi & Colonienſi Eccleſia in omnibus parem honorem confirmat.* conf. RHET. T. XVIII. §. 23. STRUV. §. 15.

IX. v. HERMES *Faſcic. Juris publ.* C. XXIX. n. 6. RHET. l. c. §. 23. 26. ZWANTZIG *Th. Præced.* P. II. T. III. STRUV. §. 1. 5. 16.

X. Acceſſit noviſſime, beneficio CAROLI VI. Imperatoris, *Archi-Epiſcopus Vienneñſis*: quippe cui non ſolum Pallium Archiepiſcopale a Papa conceſſum, ſed & Suffraganeo Epiſcopi tres ſubjuncti; idque annuente, ſub certis legibus Paſſavienſi Epiſcopo, contradicente vero adhuc Salisburgenſi Archiepiſcopo; licet votum & ſeſſionem in comitiis nondum obtinuerit.

XI. Inter Archi-Epiſcopos & Epiſcopos, locum occupat (contradicente tamen Bambergenſi) MAGISTER ORDINIS TEVTONICI, in Palæſtina Sec. XII occaſione peregrinationum in terram ſanctam exorti, ac poſt varia fata, in Germaniam translati; ubi Equites varia bona, ſub *Commendarum* & *Balliviarum* nomine, obtinuerunt, *Magiſter* vero, qui *Balliviam Mergenthemenſem* tenet, & ab Equitibus quibusdam, *Raths-gebiethigen* dictis, eligitur, a. 1530. inter Status Imp. receptus eſt.

XII. EPISCOPVS olim erat, qui Eccleſiæ urbis majoris, quæ *Cathedralis* dicta, ejusque *diœceſi*, præerat, pluresque ſub ſe Eccleſias Clericosque minores habebat: hodie, quatenus

X. V. STRUV. §. 18.

XI. V. RHET. l. c. T. XVI. §. 27. 28. COCCEJ. l. c. S. II. §. 48. ſqq. BECMANN. *von dem Ritterl. Joh. Orden* C. I. §. 14. BEEKING. *V. III.* l. c. §. 15.

nus Status Imp. eſt, qui, juxta cum Epiſcopali, etiam Principis dignitate, & Superioritate Territoriali, votoque in Comitiis, gaudet.

XIII. Epiſcoporum hujusmodi, qui ſunt Status Imp., hodie adhuc numerantur XXI. inter quos *Oſnabrugenſis* alternatim, *Lubecenſis* ſemper eſt *Evangelicus*, ceteri ſunt *Catholici*: quorum numerus ne amplius imminuatur, Proteſtantium vero augeatur, impedit *Reſervatum Eccleſiaſticum*, P. W. firmatum, atque ad Proteſtantes viciſſim extenſum.

XIV. Sunt igitur Epiſcopi inter Status Imp. hodie reliqui: *Bambergenſis*, *Wurceburgenſis*, *Wormatienſis*, *Aichſtedenſis*, *Spirenſis*, *Argentinenſis*, *Conſtantienſis*, *Auguſtanus*, *Hildeſienſis*, *Paderbornenſis*, *Friſingenſis*, *Ratisbonenſis*, *Leodienſis*, *Paſſavienſis*, *Tridentinus*, *Brixienſis*, *Baſileenſis*, *Monaſterienſis*, *Curienſis*, *Oſnabrugenſis*, *Lubecenſis*.

XV. Nonnulli autem Epiſcopatus Imperio plane ſunt exemti, ut *Metenſis*, *Tullenſis* & *Virodunenſis* in Lotharingia, *Ultrajectinus* & *Cameracenſis* in Belgio, *Lauſanenſis* in Helvetia, aliique: Alii ſeculi naturam induerunt, ut *Verdenſis*, *Halberſtadienſis*, *Mindenſis*, *Caminenſis*, *Suerinenſis*, *Ratzeburgenſis*.

XIII. v. CONRING. ad LAMP. P. III. C. VI. §. 4. VITR. *Ill.* l. c. §. 14. RHET. J. P. L. I. T. XVI. §. 19. 21.

XVI. Alii quoad immedietatem tantum certa ratione exemti ſunt, voto tamen adhuc in Comitiis gaudent, ut *Tridentinus* & *Brixienſis:* Alii dubii ſunt, an Comitiis olim ut Immediati interfuerint, ut *Miſnenſis*, *Merſeburgenſis* & *Naumburgenſis*, item *Brandenburgenſis*, *Havelbergenſis* & *Lebuſienſis;* ſaltem hodie mediatis accenſentur: ſicuti & Bohemiæ & Auſtriacarum ditionum Epiſcopatus haud dubie mediati ſunt.

XVII. Modus *conſtituendi* Epiſcopos hodie triplex eſt: *Electio*, *Poſtulatio* & *Collatio* ſeu *Proviſio* Papalis; de ſingulis infra fuſius agetur.

XVIII. Electus vel Poſtulatus inveſtituram Territorii ac Regalium petit a Cæſare, confirmationem a Papa, atque conſecrationem a Metropolitano conſequitur: Secularia tamen jura jam ante inveſtituram Cæſaream, epiſcopalia vero nonniſi poſt confirmationem Papalem exercere poteſt.

XIX. Sed in *Evangelicis* confirmatio Pontificis plane ceſſat; unde *Epiſcopi* nomen iis a Catholicis olim denegatum, quod tamen hodie cum addito *Poſtulatorum* admittitur; quamvis tales non niſi nominetenus Clerici ſint cenſendi.

XX.

XIV.-XVI. V. IMHOF. *Not. J. Proc.* L. III. COCCEJ. §. 34. PFEFFING. VITR. *Ill.* l. c. §. 13. STRAUCH. *J. Publ.* L. II. §. 19. HORN. J. P. C. XXXVII. §. 9.

XX. Archi-Epiſcopi inſuper *Pallium* a Papa intra trimeſtre ſpatium petere, & ingenti pretio redimere tenentur, non ſine Germanorum querela, nec antea paſtoralia exercere poſſunt; ex Epiſcopis vero non niſi *Bambergenſis* & hodie *Paſſavienſis*, illud luunt.

XXI. Sicut igitur duplicem Epiſcopi Germaniæ immediati, repræſentant perſonam; *Eccleſiaſticam*, quæ a Papa, & *ſecularem*, quæ ab Imperatore dependet: ita & *jura* eorum duplicia ſunt; *Secularia*, quæ iterum vel comitialia ſunt vel territorialia, & *Epiſcopalia*.

XXII. In *Comitiis* Archi-Epiſcopi & Epiſcopi æque ac Abbates, omni tempore inter ceteros Regni Germanici ordines comparuerunt,

XVII.-XX. v. RHET. Tit. XVI. §. 1.-17. STRUV. §. 5.-9.

* *Pallium* eſt faſcia ex lino & lana confecta, latitudinis trium digitorum, habens circulum humeros circumſtringentem, & duas lineas ſeu cordulas ante & retro pendentes, ut & quatuor cruces purpureas, quarum una ad pectus, altera retro in humeris jacet, reliquæ duæ in brachiis. v. ZIEGLER. ad LANCELLOT. L. I. T. XI. §. 1. STRAUCH. *Diſſ. Exot.* V. §. II. VITR. *Ill.* §. 30. STRUV. Cap. XIX. §. 10. 18.

XXI. v. COCCEJ. §. 37.

XXII. XXIII. v. VITRIAR. *Ill.* l. c. §. 2. 3. COCCEJ. l. c. §. 33. STRUV. l. c. §. 13. 14.

runt, atque ad negotia publica admiſſi fuerunt: unde hodieque plurimi eorum jure ſuffragii in Comitiis gaudent, quod legibus publicis iis confirmatum eſt.

XXIII. *Territorialia* jura ſenſim acquiſivere, ex quo a Jurisdictione Ducum & Comitum exemti, propriam jurisdictionem ac ſecularem poteſtatem una cum territorio nacti, vel ab Advocatis ſuis liberati fuere; quæ ipſis æque ac Secularibus Principibus per P. W. plenius firmata ſunt.

XXIV. *Epiſcopalia* jura in ordine, jurisdictione ac lege diœceſana conſiſtunt. Ceterum Epiſcopi *Archi-Epiſcopis* ſubſunt; atque illorum *Suffraganei* dicuntur, præter illos, qui exemti ſunt, ut *Bambergenſis*, *Ratisbonenſis* & hodie *Paſſavienſis*, olim etiam *Miſnenſis*, quorum Epiſcopatus *Ingenui* dicuntur.

XXV. Inter prærogativas Epiſcoporum, quin & Abbatum nonnullorum ac Præpoſitorum, nec non Abbatiſſarum, referendum, quod potentiores ſuos nacti ſunt *Officiales* hereditarios, certos Comites vel Nobiles, quos de feudo ſimul & officio inveſtiunt, defenſionis non minus ac ſplendoris cauſa.

XXVI. Habuere etiam olim Epiſcopatus, æque

XXIV. V. VITR. *Ill.* §. 29. COCCEJ. §. 37. HORN. l. c. §. 5. STRUV. §. 20.

XXV. XXVI. V. VITR. *Ill.* l. c. §. 18. ſqq. STRUV. l. c. §. 24.

æque ac Monaſteria, ſuos *Advocatos*, a Cæſare plerumque nonnumquam vero ab ipſis, Cæſaris auctoritate, conſtitutos, qui vel ab injuria eos defenderent, vel jurisdictionem in terris ipſorum exercerent, vel etiam bona eorum adminiſtrarent, certosque hoc nomine reditus perciperent: ex quibus adhuc hodie nonnulli ſuperſunt, ſed plerique ceſſarunt.

XXVII. Ceterum eminentiorem inter Proceres Germaniæ reliquos locum Clerici olim affe-

c. §. 24.-27. Dn. BVDER Diſſ. de *Feudis officialium Hereditariorum Procerum & Provinciarum Regni Germ.* ibique *Deſignatio Archi- & Officialium* Procerum Eccleſiaſticorum, *Salisburgenſis Archiepiſcopatus*, *Bambergenſis*, *Wirceburgenſis*, *Wormatienſis*, *Aychſtedtenſis*, *Argengentinenſis*, *Conſtantienſis*, *Auguſtani*, *Hildesheimenſis*, *Paderbornenſis*, *Friſingenſis*, *Ratisbonenſis*, *Paſſavienſis*, *Tridentini*, *Brixienſis*, *Baſileenſis*, *Oſnabrugenſis*, *Monaſterienſis*, & *Curienſis*, Epiſcopatuum, nec non Abbatiarum nonnullarum, nempe *Fuldenſis*, *Campidonenſis*, *Elwangenſis*, *Weiſſenburgenſis*, *Prumienſis*, *Quedlinburgenſis*, *Eſſenſis*, & *Gandersheimenſis*.

XXVII. v. *Diſcurſus* de *Comitiis* ap. SCHILT. *J. Publ.* p. 125. KVLPIS ad MONZ. C. II. §. 10. HORN. §. 9.

*. Nota, paucis abhinc annis in Comitiis, *Seculares* Principes cum *Eccleſiaſticis*, in publicis etiam ſcriptis, de præcedentia diſceptaſſe.

affectarunt, & hactenus obtinuerunt, ut Principes Eccleſiaſtici in collegio Principum dextrum latus occupent, atque omnes & ſinguli etiam præferri velint omnibus & ſingulis Principibus Secularibus, quod tamen non caret contradictione.

XXVIII. ABBATES & ABBATISSÆ, itemque PRÆPOSITI Monaſteriis, juxta intentionem primæ fundationis, præeſſe debuerunt: ſed ſucceſſu temporis quidam ex illis, ordinis inprimis Benedictini Prælati, eadem ratione ad Statuum Imp. dignitatem adſcenderunt.

XXIX. Et quidem nonnulli Abbatum ac Prælatorum ab Imp. in *Principum* numerum relati ſunt; quamvis Epiſcopis non aſſimilentur niſi in ſecularibus & ratione ordinis: reliqui *Comitum* jure utuntur.

XXX. Ad *illos* pertinent Abbas *Fuldenſis*, *Campidunenſis*, *Elvangenſis*, *Murbacenſis*, *Luderenſis*, Præpoſitus *Berchtolsgadenſis* & *Weiſſenburgenſis*, Abbas *Prumienſis*; *Stablöenſis* & *Corbejenſis*.

XXXI.

XXVIII. v. CONRING. ad LAMP. P. III. C. VI. §. 3. 6.

XXIX. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XVIII. S. I. §. 33. 41.

XXX. v. SPRENGER de *J. Publ.* L. III. C. XI. vitr. *III.* §. 16. ibique PFEFF.

XXXI. *Fuldenſis* inter Abbates *Primatis* per *Germaniam* & *Galliam* titulo utitur, & magnos ſibi hoc nomine honores tribuit (a). Eum excipiebat *Hirſchfeldenſis*, cujus Abbatia tamen in Principatum converſa eſt.

XXXII. Inter Prælatos Principes refertur etiam *MAGISTER ORDINIS JOHANNITICI per Germaniam*: qui ordo, itidem Hieroſolymis enatus, hodie in VIII. *Linguas* dividitur, ex quibus Germanica iterum in IV. *Prioratus* diviſa, *Germanicum*, *Bohemicum*, *Hungaricum* & *Danicum*; Germanicus Prior, qui quatuor Commendas poſſidet, idem eſt, qui *Supremus Magiſter per Germaniam* dicitur, Heidersheimii in Brisgovia reſidens, atque inter Principes Imp. cooptatus, poſt Luderenſem Abbatem in Comitiis locum, non tamen ſine contradictione, occupat.

XXXIII. Prælati non-Principes, ſecundum duplex ſcamnum, in *Svevicos* & *Rhenanos* diſpeſcuntur.

XXXIV.

XXXI. (a) v. COCCEJ. l. c. §. 42. f. PFEFF. *V. III.* §. 12. 16.

XXXII. v. BECMAN. *vom Ritterl. Johanniter-Orden.* COCCEJ. S. II. §. 47. IMHOF. *N. Proc.* L. III. C. XIX. HORN. §. 8.

* De *Ballivia Brandenburg.* cujus Magiſter *Herrenmeiſter* ab Electore Brandenburgico, tanquam ſummo Patrono, conſtituitur, & Melitenſem Magiſtrum ſuperiorem agnoſcit, alibi.

XXXIV. *Svevicorum* Prælatorum ſunt XV. nimirum *Reichenavienſis*, *Marchthalenſis*, *Elchingenſis*, *Salmansweilenſis*, *Weingartenſis*, *Ochſenbuſanus*, *Irſingenſis*, *Petersbuſenſis*, *Urspergenſis*, *Rodenſis*, *Rogginburgenſis*, *Weiſſenavienſis*, *Schuſſenriedenſis*, *Wettenbuſanus*, *Gengenbacenſis*; & V. Abbatiſſæ, ut *Lindavienſis*, *Rottenmunſterenſis*, *Heggenbacenſis*, *Guttenzellenſis*, *Baindtenſis*.

XXXV. *Rhenenſium* Prælatorum numero cenſentur *Keyſersheimenſis*, *Werdinenſis*, *S. Udalrici & Afræ*, *Monaſterienſis in Valle Gregoriana*, *S. Gregorii in Iſna*, *Monaſterii S. Cornelii ad Indam*, *S. Emerani in urbe Ratisbonenſi*: nec non XI. Abbatiſſæ, *Eſſenſis*, *Buchavienſis*, *Quedlinburgenſis*, *Andlavienſis*, *Hervordenſis*, *Gerendorenſis*, *Monaſterii inferioris & ſuperioris* Ratisbonæ, *Burſcheidenſis*, *Gandersheimenſis*, & *S. Johannis* Lubecæ.

XXXVI. Jura Prælatorum, æque ac Epiſcoporum, vel ſecularia ſunt, vel eccleſiaſtica, quamvis nonnulli territorio plane deſtituantur: in Comitiis ſoli Principes hodie gaudent voto virili, ceteri duobus tantum curiatis; Abbatiſſæ vero non niſi per Legatos in Comitiis comparent.

CAP.

XXXIV. XXXIV. v. IMHOF. *N. Proc.* L. III. C. XXI. XXI. EVR. HER. T. I. p. 593. ſqq.

CAP. XVI.
DE PRINCIPIBVS SECVLARIBVS.
§. I.

PRINCIPES SECVLARES, qui hoc nomine ab Electoribus, & Eccleſiaſticis Statibus, itemque Comitibus, differunt, variis titulis & nominibus, uti olim muneribus, diſtingvuntur, quorum origo e primævo Reip. Germanicæ ſtatu repetenda eſt.

II.

§. I. * PRINCIPIS nomen *dignitatis titulus* eſt, & generatim notat eum, qui primum obtinet locum, vel qui alios dignitate antecellit: ſicut *Fürſt* a *Forderſt* vel *Fürſtehen* derivatur. *Ducum* vero & *Comitum* tituli *officiorum* nomina ſunt. v. LIMN. J. P. L. VII. C. II. TITIVS *J. Publ.* L. I. C. IV. §. 6. 7.

Sed varia eſt vocis acceptio. In ſenſu eminentiori Principes appellantur, qui Superiorem non agnoſcunt, ut *Reges*, vel ſpem Regibus ſuccedendi habent, vel ſaltem Regii ſangvinis ſunt, ut *Principes Regii*, *Princes de ſang* in Gallia.

In Imperio *Cæſar* per excellentiam dicitur *Princeps* ſtylo non ſolum juris Rom. ſed etiam Germanorum curiali. Deinde in ſenſu generaliſſimo olim vox *Principis* & Clericos & Laicos Ordines, *Pfaffen- und Layen-Fürſten*, complectebatur ſine Ducum & Principum reliquorum differen-

II. Nimirum hoc ſenſu Principum nomine hodie veniunt *ARCHI- DVCES*, *DVCES*, *COMITES PALATINI*, *MARCHIONES*, *LANDGRAVII*, *BVRGGRAVII*, & *PRINCIPES* in ſpecie ita dicti, nec non *COMITES PRINCIPALI* dignitate gaudentes.

III. DVX olim dicebatur Princeps, qui exercitum ducebat, poſtea qui Provinciæ majori, cum ſumma inter Principes dignitate, ac

---

ferentia. Sed & hodie eadem vox in generaliori ſenſu vel notat Electores & Principes reliquos, qui hoc axiomate a Comitibus & Baronibus differunt; vel omnes Status, qui ad Collegium Principum ſpectant incluſis Comitibus & Prælatis: in ſenſu ſpecialiori, ſolos Principes, ab Electoribus æque ac a Comitibus diſtinctos: in ſenſu ſpecialiſſimo denique *Principes* ſolo hoc titulo conſpicuos, ut Anhaltinos & novos Principes. conf. BOECLER N. J. L. VII. C. I. STRUV. Cap. XX. §. 2. Dn. de LUDEWIG Diſſ. de *Form. Duc. Brand.* §. 4. lit. l) p. 42. qui ſolis *Ducibus* proprium fuiſſe Principis elogium, diſputat, ſimulque obſervat, etiam *Ducum* filios *Principes*, puta *juventutis*, ſalutatos eſſe.

III. V. v. CONRING. de *Ducib. & Com.* COCCEJ. *J. Publ.* C. XV. S. I. §. 14. C. XII. §. 4. HERT. *N. V. Franc.* R. C. V. §. 19. SCHILT. *ad J. F. Alem.* C. XLII. §. 19. 20. 21. SCHWED. *J. Publ. P. Spec.* S. II. C. VII. §. 8. ſq. VITR. *Ill.* L. I. T. XVI.

univerſali, ſed vicaria primum, ſenſim vero in propriam converſa, poteſtate, præerant: hodie, qui, provinciam Ducatus titulo inſignem, ab Imperatore & Imperio inſtar feudi recognitam, jure proprio poſſidet.

IV Extinctis Carolingis non niſi V numerabantur Duces, *Saxoniæ* nempe, *Lotharingiæ*, *Franconiæ*, *Sueviæ* & *Bavariæ*: ex quibus unus ſemper ad Interregnum usque Rex erat, reliqui una cum provinciis, Imperii quoque officia tenebant.

V Sed poſtea plures acceſſerunt Duces atque Principes, vel diviſis Provinciis ac Familiis, vel novis creatis, vel aliis civitate Germaniæ donatis, vel Epiſcopatibus in Ducatus aut Principatus converſis: ſed & plures emortui & extincti ſunt.

VI. Inter Duces eminent ARCHI-DVCES, quo titulo (a), ſaltim a FRIDERICI III. Imp. (b) ætā-

---

Tit. XVI. §. 10. ibique PFEFF. HORN *J. Publ.* C. XXXVIII. §. 2. STRUV. C. J. P. Cap. XX. §. 3.-11. conf Supra L. I. C. I. S. II. §. 39. 75 C. VIII. §. 106. L. IV. C. II. §. 23.

Duces titulo etiam utuntur Principes ex Ducibus orti, licet territorio deſtituantur. Idem in reliquis dignitatibus hereditariis uſu venit.

(a) Olim & alii eodem aliquando inſigniti ſunt: ſic *Bruno* AE. Colon. *Archi-Dux Lotharingiæ* dictus; & Duces majores *Archi-Duces Palatini* a FRIDERICO II. appellati, inque Auſtriaci

æqui-

(b) ætate, conſtanti uſu, ſoli fulgent *AVSTRIACI*, qui & omnes reliquos Imperii Principes, præter Electores, præcedunt, maximisque privilegiis ornati ſunt (c).

VII. Ex reliquis Ducibus hodie nonniſi Sex Familiæ in Germania ſuperſunt; *SAXONICA, BAVARICA, BRVNSVICO-LVNEBVRGENSIS, WVRTENBERGICA, MECKLENBVRGICA, HOLSATICA*, in diverſas iterum Lineas diviſæ: quibus tamen *LOTHARINGICA* & *SABAVDICA* certa ratione accenſeri merentur.

VIII.

æquiparati ſunt: ſed ſtylo magis oratorio, frequentior vero a FRIDERICI III. ævo invaluit, licet jam ante interdum ab Auſtriacis adhibitus fuerit. v. VITRIAR. *Ill.* L. I. T. XVI. §. 9. ibique PFEFFING. STRUV l. c. §. 14.

(b) Extat Privilegium d. a. 1435. ap. LUNIG. R. *Archiv. P. Spec. Contin. I.* Sect. 4. p. 33. & PFEFFING. l. c. aliosque.

(c) v. *R. Archiv.* l. c. p. 1. ſqq. ubi reliqua Privilegia. conf. MONZAMB. C. II. §. 3. 4. SCHWED. *J. P. P. Spec.* S. II. C. VIII. §. 3. ſqq.

VII. v. MONZAMB. l. c. §. 5. 6. 8. ibique KULPIS aliique. BOECLER. N. J. L. VII. C. VIII. SCHWED. l. c. §. 10. VITR. *Ill.* l. c. §. 10.

* De *Saxonum* jure præcedendi *Bavaros* & *C. Palatinos* v. KUR. HER. p. 434.

VIII. Sed & alii dantur Ducatus in Germania, peculiaribus quidem Familiis deſtituti, quos tamen Poſſeſſores eorum inter Status Imp. repræſentant, qui pe titulum ſimul ac jura cum ipſa terra nacti: quales ſunt Ducatus *Burgundiæ*, *Magdeburgenſis*, *Bremenſis*, *Verdenſis*, *Bipontinus*, *Juliæ*, *Cliviæ*, *Montium*, *Pomeraniæ*, *Lauenburgicus*, *Stiriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, aliique

IX Duces ſequuntur COMITES PALATINI* qualis olim ſub *MAJORIS COMITIS PALATII* ſeu *MAJORIS DOMUS* nomine jam ſub Merovingis cognitus, poſtea ſub Carolingis, ſublata licet *Majoris Domus* dignitate, ſub *COMITIS PALATII* titulo maxima adhuc auctoritate pollunt;

VIII. v. BOECLER l. c. SCHILTER *J. Publ.* L. II. T. XIX p. 122 ſqq. HORN § 6 VITR. *Ill.* l. c.

IX. v. MABILLON de *Re dipl* L. VI. p. 470. ſqq. HINCMAR. C. XIX XXI *Capit* CAROLI M. III. a. 812. L. III Cap. LXXVII LEHMANN. *Chr. Spir.* L. II C. IX. f CONRING. *Cenſur. Dipl. Lindav.* C. XI p. 198. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. I. T. XI. § 1 (b) SCHILT. J. P. L. I. T. XXI. §. 6. STRUV. S. J. P. Cap XXI. § 11. 12 13. REINHARD. *de Offic. Imp. Sax.* Sect. I § 6.

* Unus tunc erat *Comes Palatii Supremus*, cui tamen alii adjuncti erant, iidem *Comites Palatii*, vel *Scabini Palatii* dicti, qui in placito ſeu judicio ei aſſidebant, & quaſi Senatum Palatinum conſtituebant. v. STRUV. p. 12. 13.

quippe qui *Palatio Regio Præfectus* ejusque *Judex* fuit, atque res Cæſaris curavit; inſignibus hinc in toto Imperio, æque ac in Terra Rhenenſi, juribus, & proxima Ducibus dignitate, gaviſus.

X. Licet autem initio unus tantum Comes Palatii Primarius in Francia Rhenenſi conſtitutus fuerit (a): tamen poſtea Sec. XI. ad ejus exemplum in ſingulis provinciis *COMITES PALATINI* exorti ſunt, Ducibus velut a latere collocati, qui fiſcum Regis adminiſtrarunt, ejusque nomine jus in Pala-

X. (a) Qui ad differentiam reliquorum Sec. XI. *Comes Palatinus Rhenii* appellari cœpit. STRUV. §. 15.

* Not. 1. Territorium ejus originarium conſtitiſſe *Comitatu Nemoris* pago *Meyenfeld*, domino *Lacu*, *Tolpiaco*, caſtro *Thonberg*, *Capramontio*, qua *Palentia* nomine adhuc veniunt: quibus dein Comitatus *Stalecke & Baccharacum*, itemque caſtrum *Heidelberg* & Comecia *Stabubel*, acceſſere.

2. Jura ejusdem ſemper fuiſſe eximia: alia imperium ſpectaſſe, alia tractum Rhenenſem. STRUV. §. 17. 18.

(b) V. AVENTIN. L. VI. p 296. 297. ibi: *Hi vicem Cæſaris præſidendo Senatui principali fungebantur, fidem Imperatoris implorantibus, aderant, jusque reddebant, fiſcum, Auguſti prædia Salica, reditus Regios procurabant, Cæſareum cenſum exigebant. Nihil citra ejus auctoritatem Duci decer-*

Palatiis Regiis dixerunt (b); quales adeo in *Saxonia*, *Bavaria*, *Franconia* & *Suevia* memorantur (c).

decernere aut ſtatuere licebat. Si Reguli (i. e. Ducis) *SCtum diſplicebat, intercedebant ipſi, & ad Cæſarem referebant.* HERT. de *Conſult. Legg. & Judic. in Spec. G. I. Rebuſp.* §. 19. de *Orig. Spec. I. G. Rerump* §. 7.

(c) v. *Spec. Sax.* L. III. a. LIII. §. 1. *Spec. Suev.* L. I. a. XIX. ibi: *In Teutſchen Landen hat jedes Land ſeinen Pfaltzgrafen, Sachſen hat einen, Bayern hat einen, Francken hat einen, Schwaben hat einen.* conf. PFEFFING. l. c. STRUV. l. c. §. 14. REINHARD de *Offic. Imp. Sax.* S. I. §.

* In SAXONIA Comites Palatini fuerunt primo Comites *Gozecenſes*, dein *Summeſeburgenſes*: poſt *Henricus Leo* Comitatum Palatinum ſibi vindicavit, ſed mox ad *Thuringos*, ab his modo ad *Miſnenſes*, modo ad *Aſcanios*, modo iterum ad *Miſnenſes* translatus, & cum Electoratu iis perpetuo jure firmatus eſt. Unde hi hodieque de eo inveſtiuntur, licet titulo non amplius utantur. v. HORN. de *Comitib. Palat. Sax.* STRUV. §. 19.-25. REINHARD de *Offic. Imp. Sax* S. I. §. 9. ſqq. Ab hoc an *Palatinatus Thuringiæ* differat, obſcurum. Saltem inſignia ſufficiens indicium vix erunt. Forte olim aliquando diſtincti fuerunt. v. COCCEJ. C. XV. S. II. §. 18. STRUV. §. 25. HORN. l. c. §. 12. REINHARD l. c. §. 14.

** Not. Saxoniæ Palatinatus utrum Electoratui nexus

XI. Sed uti *COMES PALATINVS RHENI*, OTTONIS M. auſpiciis in Terra Rhe-

---

xus atque Electori proprius, an vero univerſæ Gentis Saxonicæ proprius ſit? diſceptatur: Pon CASP. HENR. HORNIVS in Progr. de *Comit. Palat. Sax.* & GRIBNERVS in Diſſ. de *Jurib. Palat. Sax. Duci Electori proprius*, hoc vero B. BVRCH. G. STRUV in Progr. de *Comitia Palatinatus Saxonicæ Gentis communi*, tuetur.

In BAVARIA C. Palatini fuere Dynaſtæ SCHYRENSES; orti ab *Arnulpho* Duce, & ab illis OTTO *illuſtris Wittelsbachius*, Comes Palatii adhuc dictus, pater Ducum Bavariæ & Palatinorum Rheni; in quo Palatinatus Bavariæ cum Ducatu coaluit, v. AVENT. L. IV. f. 294. COCCEJ. l. c. §. 17. STRUV. §. 26.

In SVEVIA Comites de *Tubingen & Calw* v. CRUS. *Ann. Suev.* P. II. L. VIII. C. 13. & L. X. C. 10. f. Sed vendita Wurtenbergenſibus arce Tubingenſi, ceſſavit Palatinorum titulus, & Comites Tubingenſes tandem extincti ſunt. v. LVCAE *Fürſten Saal* p. 192 ſqq. STRUV. §. 28.

In FRANCIA *orientali*, quæ, præter Franconiam, quoque tractum Rheni Superiorem ad Alſatiam usque, item Wetteraviam, Haſſiam & Thuringiam olim complectebatur, & cujus Duces poſtea in Palatio Wormatienſi reſidebant, an peculiares fuerint Comites Palatini, incertum eſt. BERNHARDVS Conradi I. frater quidem *Comes Palatinus* a ſequioris ævi Scriptoribus appellatur: ſed

Rhenenſi Lotharingica denuo conſtitutus, ob antiquam ejus dignitatem, inter ceteros ſemper eminuit, & poſtea ſub FRIDERICO I. imprimis auctoritate crevit: ita ad noſtra usque tempora idem perduravit, Palatinatu Rheni ad Bavaros translato, ex quibus LVDOVICI *Severi* filii terras *Palatinas* & *Bavaricas* inter ſe diviſerunt, atque duplicem Lineam fundarunt, *PALATINAM* ſcil. & *BAVARICAM*, quarum illa iterum in *Electora-*

ſed poſt hunc nulla amplius Comitis Palatini in Francia fit mentio, præter Rhenenſem. Probabile igitur, *Comitem Palatinum Rheni*, qui Ottonum tempore in inferiori Rheni ripa, Lotharingiæ parte denuo exſurgebat, non ſolum *Palatium Aquisgranenſe* CAROLI M. ſed etiam *Trevirenſe Palatium Pipini* ſibi vindicaſſe, atque adeo in utroque Ducatu, Lotharingiæ ſcil. & Franconiæ, Comitis Palatini officio functum fuiſſe. Unde patet ratio, cur nullus in *Lotharingia* Comes Palatinus a Speculatoribus memoretur. STRUV. §. 27.

XI. v. Supra L. I. C. V. conf. COCCEJ. C. XV. §. II. §. 19. 20. MONZAMB. l. c. §. 5.

* Utriusque Lineæ Principes, iique ſoli hodie, *Comitum Palatinorum* titulo utuntur, cum aliqua tamen, ratione ordinis, differentia. v. HORN. §. 7. Dubium, quod de collocatione titulorum Legatus Bavari aliquando movit. v. ap. SCHILT. l. c. §. 6.

Electoralem & *Principales* plures abiie, diverſis etiam ſuffragiis in Comitiis gaudentes.

XII Præter hunc etiam *COMITIS PALATINI SAXONIÆ* dignitas, quæ itidem FRIDERICI I. beneficio illuſtrior reddita fuiſſe videtur, adhuc in Electoribus Saxoniæ floret, qui, uti dictum, hodieque de ea inveſtiuntur, licet titulo abſtineant: ceteri vero extincti ſunt

XIII. Hos excipiunt LANDGRAVII ſive *COMITES PROVINCIALES*, quo nomine recentius appellati ſunt nonnulli Comites, Judicio provinciali præfecti, & jurisdictionem in certa provincia, vel majori provinciæ parte, exercentes.

XIV Eminent inter hos *LANDGRAVII THVRINGIÆ* & *HASSIÆ*, a communi Stipite LVDOVICO, quem LOTHARIVS Imp. non ſolum Principis & Landgravii dignitate, ſed etiam amplo territorio, Thuringia nempe Auſtrali, donavit, oriundi, inter quos unus olim Landgraviatus ita diviſus eſt, ut partem *Miſnenſes* ſub titulo *Landgraviorum Thuringiæ*, partem vero *Brabantini* ſub nomine *Landgraviorum Haſſiæ*, hodie poſſideant, atque *Haſſi* quidem voto in Comitiis utantur, *Thuringiæ* vero nomine idem REX POL. & ELECTOR SAX. ſibi vindicet.

XV.

XIV. v. Supra L. I. C. IX. & h. c. §. X. not. (c). conf. ECCHARDI *Origg. Landgrav. Thuring.* §. 16.

coc-

XV. Deinde & *Leuchtenbergenſis* Landgraviatus, in Bohemiæ finibus ſitus, qui a. 1646. Bavaris cum ſuffragio ceſſit, Principum jure utitur (a). ceteri vero, qui dantur Landgravii, Comitum numero adhuc cenſentur (b)

XVI. Porro MARCHIONES ſeu *MARCGRAVII* (a), quales jam CAROLI M ætate (b) cogniti fuere, ſed, qui hodie ſuperſunt, plerique ab HENRICO Aucupe inſtituti ſunt (c), Comites (d) erant, limitibus Provinciæ alicujus Imperii tuendis præfecti, Du-

COCCEJ. § 23 HORN. *J. Publ.* l. c. §. 8. & *Progr. de Suffrag. Thuring.*

XV. (a) v IMHOF. *N. Proc* L. II. C. VI. §. 12.

(b) v Cap. ſq.

XVI. (a) Dicti a *Marca*, i. e. limite, quaſi *Comites* vel *Duces limitanei*, quales apud Romanos etiam occurrebant. v LUDEWIG de *F. Duc Brandenb.* § 2. PFEFFING. V. I.l L. I T. XVII. §. 5.

(b) v. *Capit.* CAROLI M. *Aquisgr* d. a. 804. ap. LEHMANN. L. II. C. XV ibi: Ego CAROLUS - - *conſilium Principum regni noſtri, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum.* Dicti etiam *Cuſtodes limitum*, *Comites limitum*, *Comites Marcæ*. v. EGINH. *Annal.* a. 822. 826. HERT. de *Orig Sp. I. R.* §. 5.

(c) v. GUNDLING de *Henr Auc.* §. 22. ſqq. SCHURZFL. de *R. Badenſ* § 11. b).

(d) Ob militare tamen officium interdum *Duces* appellati. v. ANN. *Fuld.* 873. ibi: *Comes & DUX Sorabici limitis.*

cum tamen poteſtati initio obnoxii (e), ſed poſtea ſenſim exempti.

XVII. Ex his *MARCHIONES BRANDENBURGICI*, haud dubie ob potentiam, qua ab ALBERTI Urſi ætate crevere, tandem Ducibus æquiparati, ac *Ducatus Tranſalbini* HENRICI VI. ætate iis adſcriptus eſt, ſicut & inter Archi-Officiales Imp. atque Electores, non aliam forte ob cauſam, locum obtinuere.

XVIII. Deinceps & alii *Ducalem* dignitatem una cum titulo nacti ſunt, ut *AUSTRIACI* & *JULIACENSES* (a): alii vero in *Principum* claſſem absque novo titulo relati, ut *MISNENSES*, *BADENSES*, *HOCHBERGENSES*, *NOMENII* Lotharingiæ; poſteriores tres actu ſuffragio in Comitiis utuntur (b), ſed & *Miſ-*

(e) Ita Marchiones Brandenb. olim *Comites vel Marchiones Saxoniæ* appellabantur v. Supra L. I. C. XII §. 4. Auſtriæ Marchiones Bavariæ Ducibus parebant. v. TRITHEM. Chron. *Duc. Bav.* a. 1156. ibi *Marchiones Auſtriæ, quotieſcunque per Duces Bavariæ ad curiam eorum fuiſſent vocati, tanquam ſubjecti illis &c.* HEMB. STERO a. 1156. Sic & Miſniæ Marchiones ac Sleſvicenſes initio Saxoniæ fuiſſe videntur. v. STRUV. §. 36.

XVII. v. Supra L. I. C. XII. conf. Diſſ. de LUDOVICO *F. Duc. Brand.*

XVIII. (a) v. STRUV. §. 36.

(b) v. R. I. 1654. in ſubſcr. COCCEJ. §. 24. PFEFF. §. 13.

Miſnenſes eodem jure olim uſi ſunt, quod nec dum omiſſum (c): Alii denique in ordine *Comitum* manſiſſe videntur, ut *Antverpienſis* & *Burgovienſis* (d).

XIX. Denique BURGGRAVII a tempore Ottonum innotuere, qui erant Comites, Burgo cuidam ſeu caſtro Imperiali in urbe majori præfecti, ad urbem & loca finitima defendenda, judiciaque civilia & criminalia in Burgum & terras ſubjectas Imperatoris nomine exercenda, certos etiam hoc nomine

(c) v. D. GRIBN. de *Jure ſuffrag. Princ. l. uſu intermiſſo non pereunte.*

(d) v. LIMN. *Addit.* T. I. ad L. IV. C. IV. n. 24. COCCEJ. l. c.

XIX. v. Dipl. RUDOLPHI d. a. 1274. quo Frid. Zollerianum inveſtivit de *Comitia Burggravii de Nuremberg caſtro, quod tenet ibidem, cuſtodia portæ, ſita prope idem caſtrum, Judicio provinciali in Nurmb.* Spec. Sax. L. III. a. LII. §. f. ubi Burggravius dicitur *Caſtellanus perpetuus* & *Judex Marchionis.* LIMN. J. P. L. IV. C. IV. n. 8. ſqq. COCCEJ. §. 25. HORN. de *Burggrav. Magdeb.* §. 3. 4. 39. STRUV. §. 37. & ſeqq.

* In urbe plerumque Præfecti & Schulteti Imp. juriſdictionem adminiſtrabant; Burggravii non niſi in certis cauſſis. Horum juriſdictio extra urbem in certa caſtra, certosque miniſteriales ſe extendebat; cujus nomine certum *Judicium Provinciale* erat erectum.

ne reditus e terris, ſimul cum munere & regalibus in feudum conceſſis, percipientes.

XX. Nonnulli ſimul Advocati Epiſcopatuum & Monaſteriorum vicinorum erant, quos non ſolum protegebant, ſed etiam jurisdictionem civilem & criminalem in terris ipſorum adminiſtrabant; atque hi, licet initio ab Imperatoribus conſtituerentur, poſtea tamen, his conniventibus, quidam etiam ab Epiſcopis conſtituti ſunt.

XXI. Etſi autem non niſi *Comites* fuerunt Burggravii, nonnulli tamen in *Principum* Ordinem evecti ſunt, ut *Norimbergenſis*, &, uti aliis videtur, *Magdeburgenſis*, *Miſnenſis* & *Strombergenſis* (a): qui etiam hereditarii & ſui juris tandem facti ſunt, ſuffragii tamen jure, præter *Norimbergenſes* (b), hodie non gaudent, quamvis id a REGE POL. & ELECTORE SAX. (c) itemque *Monaſterienſi* Præſule (d)

XX. v. HORN. & STRUV. ll. cc.

XXI. (a) v. GOLDAST. *Conſt.* T. I. p. 18. LIMN. L. I. C. VIII. WAGENSEIL de *Rep. Norimb.* L. II. C. I. PFEFFING. *V. Ill.* l. c. §. 14. COCCEJ. l. c. HORN. de *Burggrav. Magd.* §. 43. ſqq. STRUV. §. 30. & ſeqq. STUBNER de *Burggrav. Norimb.*

(b) Quos repræſentant Marchiones Brandenb. *Baruthini* & *Onoldini*, poſt Duces Sax. ſuffragantes.

(c) v. *Unpartheyiſche Erinnerungen* ſupr. cit. HORN. l. c. §. 46. ſqq. COCCEJ. l. c. ubi & Burggravium

ſule (d) quæſitum fuerit. Reliqui Comitum ordinem ſervarunt.

XXII. Superſunt PRINCIPES in ſpecie dicti, qui terras ſuas cum Principali dignitate absque alio titulo poſſident.

XXIII. Horum alii *antiquiores* ſunt, ut: *Anhaltini*; quibus accenſendi, quorum Principatus ex antiquis Epiſcopatibus vel Abbatiis facti ſunt, ut: *Halberſtadienſis*, *Mindenſis*, *Sverinenſis*, *Caminenſis*, *Ratzeburgenſis*, *Hirſchfeldenſis* (a); itemque Comites Principum dignitate gaudentes (b), ut: *Hennebergenſes*, *Montbellegardenſes*, *Arnbergenſes* & *Gradiſchenſes* (c).

XXIV.

vium Miſnenſem inter Principes & Status Imp. fuiſſe, ex ſubſcriptionibus R. I. probat.

(d) v. PFEFF. l. c. lit. c) COCCEJ. l. c.

XXIII. (a) v. COCCEJ. §. 27. HORN. §. 11.

* Principes *Vandalorum ſ. Venedorum*, item Principes *Rugiæ* voto non utuntur.

(b) Scil. quorum Comitatus non ſunt in Principatum erecti, ſed ipſi Comites Principum jure donati; adeoque privilegium non terræ, ſed perſonis datum eſt, v. g. in inceſſu & egreſſu. v. Dipl. HENR. VII. ap. MEIBOM. *R. Germ.* T. III. f. 208. COCCEJ. l. c. §. 28.

(c) v. R. I. a. 1654. in *ſubſcr.* Alii ſuffragio inter Principes non utuntur, ut *Habspurgenſes*, *Tyrolenſes*, *Sternſteinenſes* &c. COCCEJ. l. c. PFEFF. VITR. *II.* §. 15.

XXIV. Alii recentiores, ut: *Hohenzollerani*, Eggenbergici, *Lobkowitzii*, *Salmenſes*, *Dietrichſteinenſes*, *Naſſovii*, *Auersbergii*, *Furſtenbergii*, *Friſiæ Orientalis*, *Schwartzenbergii*, *Mindelheimenſis*, *Lichtenſteinenſis*, aliique, qui ſuffragium in Comitiis nondum obtinuerunt.

XXV. Dantur vero & *Principes honorarii*, qui honoribus quidem ac titulis Principum Imp. fruuntur, ſed juribus Statuum deſtituti ſunt, ut Apanagiati, Principes ex Comitibus creati, qui adhuc inter Comites votum & ſeſſionem habent, itemque exteri in numerum Principum Imp. cooptati.

XXVI. *Jura* Principum ſunt vel *Comitialia*, quo ſpectat jus ſuffragii; vel *Territorialia*, quæ Superioritatis Territ. nomine veniunt; vel *Ceremonialia*, quæ in honoribus, titulis, inſignibus, præcedentia, aliisque ceremoniis conſiſtunt.

XXVII. Quod ad *titulum* inter Duces & Principes, hæc fere obtinet differentia, quod illi titulo *Sereniſſimi*, hi tantum *Illuſtriſſimi*, ab Imperatore ornentur, exceptis Anhaltinis: Principes etiam ipſi Ducibus titulum *Fürſtl. Durchl.* Duces vero Principibus tantum *Fürſtl. Gnaden* concedant: ceterum titulo: *Nos*

XXIV. v. MONZAMB. C. II. §. 9.

XXV. v. STRUV. §. 18.

XXVII. v. LIMN. L. IV. C. VI. STRUV. §. 19.

Nos DEI Gratia, omnes utuntur, non tamen ad ſuperiorem, vel æqualem.

XXVIII. *Præcedentia* Ducum & Principum inter ſe neque ex antiquitate, neque dignitate, neque potentia, ſed ſolo ordine ſedendi & ſuffragandi in Comitiis, per obſervantiam fere introducto, æſtimatur: ob varias tamen de jure proëdrias contentiones inter nonnullos alternationes placuerunt.

XXIX. Inter Electores etiam & Principes variæ de variis ceremoniis, veluti jure mittendi Legatos primi ordinis, titulo Excellentiæ, honoratiori loco, aliisque honoris ſignis, lites exortæ ſunt, de quibus inferius ſuo loco.

XXX. Ceterum Principes omnes *inſignia* ſua vel corona vel mitra Ducali aut Principali ornare ſveverunt: denique Duces etiam ad æmulationem Imperatoris, vel ex antiquo, ut creditur, inſtituto, ſuos habent *Officiales* hereditarios.

CAP.

XXVIII. v. LIMN. C. IX. ZWANZIG *Theatr. Præced.* p. 125.

XXX. v. LIMN. C. IV. n. 33. STRUV. §. 19. conf. Supr. L. IV. C. IV. §. 31.

CAP. XVII.

DE COMITIBVS ET BARONIBVS.

§. I.

PRoximum poſt *Principes* locum inter Status Seculares occupant COMITES & BARO-

§. I. v. J. F. *Alem.* C. I. §. 1. ubi inter Septem *Clypeos militares ſecundum* gerunt *die Pfaffen-Fürſten*, tertium *die Layen-Fürſten*; quartum *die Frigen-Herren.* conf. SCHILT. ad h. l. ubi ſub *Liberis Dominis* etiam *Comites* contineri docet; quod tunc temporis Comites maluerint *Liberi Domini* nuncupari, quam Comites ſimpliciter, cum hoc nomen tantum juris nondum continuit, quantum hodie. *Reform. Polit.* FRID. III. d. a. 1441. ibi: *Fürſten*, *Herren*, *Ritter und Knechte.* conf. COCCEJ. C. XV. S. III. §. 30.

* DOMINI in ſenſu generaliori olim dicti videntur omnes *Ingenui* ſeu *liberi* homines, peculiaris prædii poſſeſſores, qui *Servos* ſibi ſubjectos habebant. Ex his alii ad *officia* publica, cum dignitate ac poteſtate conjuncta, in aula vel provinciis, admovebantur, ut: *Palatini*, *Duces*, *Comites*: alii *miniſteria* aulica vel militaria cum ſola obſequii gloria ſubibant, Comitum, ut videtur, jurisdictioni ſimul ſubjecti. Illi *Nobiles* proprie, vel etiam *Illuſtres*, *Edle Mann*, *Hohe Mann*; ut apud

BARONES, qui in ordine DOMINORUM cenſentur.

II.

---

apud Romanos, qui Magiſtratus curules geſſerant: hi vero *Miniſteriales*, *Dienſt Manne*, vel *milites*, *Ritter und Knechte*, dicti. v. A. B. Cap. I. §. 2. 9. SCHILT. ad J. F. *Alem* §. 10. ſq. WITTICHIND. ibi: *agrariis militibus*, quamvis & hi tandem *Nobilis* titulum affectarint, increpati inde a CRANZIO *Metrop.* L. I. C. 2. qui, *Subinnius*, inquit, *nomen ex Miniſterialibus nunc aucupantes, Nobiles ſe dici volunt, cum ſit infimus Nobilium gradus in Baronibus.* Inter utrosque medii erant, qui *Domini* nomen retinebant vel abſolute, vel cum addito *liberi*, *nobilis*, *Semper*, *Barones* etiam dicti; ut adeo tum ab iis, qui ſimul ab officio titulum gerebant, ut Duces & Comites, tum ab iis, qui ſimul ſervi ſeu miniſteriales erant, ſe diſtingverent, quaſi tales, qui vere *Domini* erant, ab alienis ſervitiis, &, ut videtur, Comitum juriſdictione immunes.

** In ſpecialiori vero ſenſu *Domini* olim dicti *Dynaſtæ*; *Liberi* etiam *Domini*, itemque *Liberi Nobiles* appellati, ab *Ingenuis* ſive *Liberis Hominibus* diſtincti; quippe qui & natalium ſplendore, & dignitatis claritate, & opum potentia, ingenuos iſtis multum fuerunt ſuperiores. v. du FRESNE *Gloſſar. Tom. II. p. 297.* Voce, *Liberi.* Dn. KOPP de *Different. inter S. R. I. Comites & Nobiles* Sect. I. §. 3. 4.

*** Deinceps alia adhuc Ordinum differentia ena-

II. COMITES (a) ſeu *Graviones*, olim Præfecti erant Regii, Ducibus (b) plerumque ſubordinati, qui in Pagis (c) juriſdictionem, vel

ta. Initio *Principes* dicebantur omnes Proceres, a Populo diſtincti, adeoque non ſolum Duces, ſed etiam *Comites* & *Barones*. Poſtea vero *Principes* a *Comitibus* & *Baronibus* cœperunt ſecerni, atque ſoli Duces, & alii, qui more Ducum provinciæ cuidam præerant, cum propria poteſtate & regalibus, *Principes* ſalutari. *Comites* vero, quorum nec tanta fuerat poteſtas, & Ducibus aliquando ſubordinata, in claſſem *Dominorum*, qui terras cum propria & libera poteſtate poſſidebant, vel Vaſalli ſolius Imperatoris & Imperii erant, relati.

II. (a) Dicti Romanis, Longobardis & Francis, qui e Comitatu Regis ad regendas urbes & territoria Judices mittebantur. v. LL. *Ripuar.* T. 53. ibi: *Si quis judicem fiſcalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* SCHILT. L. I. T. XXII. § 1. a MOGN. C. XXXIX. § 3.

(b) Qui univerſam provinciam, in pluribus Comitatus diviſam, in civilibus & militaribus adminiſtrabant. Nonnulli tamen & ſine Ducibus erant, v. Supra.

(c) Seu certis diſtrictibus, qui *Comitatus*, medio ævo *Comitia*, appellabantur. Plerumque unus Comes uni Pago, interdum & pluribus præerat; interdum in uno Comitatu duo Comites erant: Interdum etiam Civitatibus majoribus Comites pro-

vel res fiſcales, adminiſtrabant (d), belli vero tempore miniſteriales ſuos convocabant (e), ſalarii loco certis prædiis aliisve reditibus fiſcalibus gaudentes (f).

III. Sed hi, exemplo Ducum, ſerius tamen, Comitatus ſuos cum regalibus tandem & hereditario & proprio jure ſibi vindicarunt: & licet nonnulli Ducum vaſalli manſerint (a), plurimi tamen e Ducum poteſtate exemti, & immediati facti, eadem fere jura, quæ Principes, adſecuti ſunt (b).

præerant. v. LEHM. L. II. C. XVIII. SAGITTAR. de *Duc. Thur.* L. IV. C. II. HERT. de *Orig. Sp. G. Rer.* §. 2. STRUV. Cap XXI. § 1. 2.

(d) Ut Judices ordinarii, qui alios habebant vicarios, *Scultetos*, *Centenarios* &c & Aſſeſſores *Scabinos*. v. LEHM. L. II C. X XVII. XVIII CONRING de *Duc & Com* §. 15 HERT *N. Vet. Franc. R.* C. V §. 22. 23. THOMAS. de *Juriſdict. & Magiſtrat. differ.* §. 67. 72. ſqq. STRUV. §. 3. 4.

(e) v. HERT. §. 24.

(f) v. STRUV. § 5.

III. (a) Qui adeo *mediati* & Principum Landſaſſii ſunt: quamvis & immediati quidam ab alio Principe terras recipiant, ut *Wirgenſteinenſes* ab Haſſia, *Bipacenſes* a Palatinatu. v COCCEJ. §. 35.

(b) v. CONRING. de *Duc. & Com.* §. 24. 30. COCCEJ. §. 40. HERT. de *Orig. Sp. G. Rer.* paſſim. HORNEMANN. C. II. §. 12.

IV. Senſim quoque varii Comitum ordines enati ſunt, olim officiis, hodie ſolis dignitatum nominibus, diſtincti, ut: *Comites Palatini*, *Marchiones*, *Landgravii*, *Burggravii*, quorum plerique inter Principes locum obti-

IV. v. COCCEJ. §. 16. ſqq. 26. STRUV. §. 6.-25 conf. Cap. præced.

* Dantur *Comites Sacri Palatii*, ſive *Aulæ*, *Curiæ*, *Conſiſtorii Imperialis*, *Kayſerl. und des H. Röm. Reichs Pfaltz-und Hoffgrafen:* quæ dignitas, *Comitiva* dicta, cum munere & poteſtate certa quædam reſervata Cæſaris, aliaque jura exercendi eſt conjuncta, atque vel ſingulis *Perſonis*, vel *Familiis*, vel *Collegiis*, eorumve *Rectoribus* confertur; ceterum temporarium & merum officium eſt. v. SCHWED. P. Sp. S. I. C. VII. §. 12. ubi de Origine ejus. CONRING. *Cenſur. Dipl. L.* C. XI. HORN. J. P. C. XLIV. §. 6.

** *Landgravii* Comites ſunt *Alſatiæ*, *Sauſenbergenſes*, *Nellenburgenſes*, *Baarenſes*, *Kletgovienſes*, *Stülingenſes*, *Briſgovienſes*, *Siſgovienſes*, *Turgovienſes*, *Steveningenſes*, aliique. v. COCCEJ. §. 23. STRUV. §. 24.

*** Inter *Burggravios Dhonavienſes*, *Fridbergenſes*, *Kirchbergenſes*, item *Rheineccenſes*, *Altenburgenſes*, *Landsbergenſes*, *Leiſnicenſes*, *Ratisbonenſes*, *Zorbicenſes*, *Altzeenſes*, *Starckenburgenſes*, *Rheinfeldenſes*, vel Comites, vel nudi & temporarii officiales ſunt, nonnulli etiam provinciales, a Ducibus aliisve Principibus conſtituti, v. g.

Digitized by Google

obtinuerunt, nonnulli Comites manſerunt, imo nonnulli hodieque nuda officiorum nomina ſunt.

V. Hodie igitur COMITES Imp. Germanici, quales hic in cenſum veniunt, ſunt Status Imp. qui territorium quoddam Imperii ſub nomine Comitatus plerumque, cum Superioritate Territoriali votoque curiato, dignitate vero Principali proxima, jure vel feudi vel allodii, poſſident.

VI. BARONES denique ſeu LIBERI DO-

v. g. in Miſnia, ubi 7. Burggraviatus numerati, it. in Thuringia Burggr. *Cappellendorffenſis*, v. COCCEJ. l. c. STRUV. §. 35. ALBIN. *Chr. Miſn.* L. VIII. f. 199.

* Comites *Sylveſtres* ac *Rheni die Wild- und Rhein-Grafen* a Comitibus *Pagi Rhenenſis*, *Rhein-Gow* & Comitibus *Nemoris*, ſylvæ Ardennæ olim præfectis, orti, hodie ſunt Vaſalli Imperii & Palatinatus, ac jure ſuffragii territoriique fruuntur. v. COCCEJ. §. 35. STRUV. p. 36.

** Nudi officiales ſunt & majorum Comitum Vicarii, vel ſub iis Judices, *die* Cent- *Gou- Ding- Frie- Here- Ho- Cammer- Saltz- Hans- Dyck- Rat-* vel *Rüge- Grafen.* v. COCCEJ. l. c. STRUV. §. 37. conf. GLAFEY de *Raugraviis* de *Miſcell. Lipſ.* T. I. p. 138.

VI. * Varia eſt vocis *Baro* & derivatio & acceptio. In genere vel *Virum* vel *liberum* ſignificat, & a *Baar.* i. e. *Frey*, vel *Tüchtig*, *Tapffer*, deriva-tur.

DOMINI *Frey-Herren* olim dicti Domini ſeu Dynaſtæ, qui terras cum hominibus ſibi ſubjectis

---

tur. v. LL. *Ripuar.* C. LVIII. §. 12. ibi: *tam baronem quam fœminam.* LL. *Longob.* L. I. T. IX. §. 3. ibi: *In barone vel ancilla.* Ut adeo *Baro* ſit & liber, & homo ſeu vaſallus, ſeu liber Baro, *Frey-Mann*, *Frey-Herr.* v. LIMN. L. IV. C. V & *Addit.* T. I. ad d. C. V. LINDENBROG. *Gloſſ.* v. Baro, p. 1165. BESOLD. v. *Frey-Herrn* EYBEN *Elect. Feud.* C. IX. §. 1. COCCEI. §. 36. Alii a *Baren*, quod Germanis notavit filium, vocem derivant, ac primum Nobilium vel Dominorum filios, poſtea omnes Proceres, Barones dictos, exiſtimant. v. HERT. de *Spec. Germ. Rebusp.* S. I. §. 2. & de *Hom. propr.* S. IV. §. 19. Cui fere conſonat RHETIUS in *J. Publ.* L. I. T. XVII. § 16. 17. ubi EGGUEN. de *Col. Weichbild.* C. LXI. n. 6. 7. refert, Ducum & Comitum filiis ſequioribus titulum *Liberorum*, vel *Dominorum* vel *Baronum*, cum poteſtate banni, datum fuiſſe. Speciatim Francis *Virum nobilem, vaſallum, & qui Remp. in parte ſibi concredita adminiſtrat*, denotaſſe, obſervat SCHILT. J. P. Tit. XXII. §. 4. Plerumque etiam Proceres, *qui in partem curarum veniebant*, *Barones* vocari. v. *Cap. Caroli Calv.* 6. & 15. FREDEGAR. *Chr.* C. XLI. XLIV. BOECLER. N. J. L. IX. C. I. GOEBEL. de *Statu Nobil. Germ.* §. 3. d) conf. STRYKII *Diſſ.* de *Jure Baronum* Cap. I. ubi variæ vocis ſignificationes in Germania & in exteris Regnis evolvuntur.

Ex

jectis poſſidebant proprias non ſolum, ſed etiam a ſervitiorum publicorum onere, & Comitum Jurisdictione, liberas.

Ccc 4 VII.

Ex quibus omnibus colligendum videtur, *Barones* communiori ſenſu olim dictos fuiſſe Nobiles vel Liberos Dominos, qui allodium, bonum avitum, *ein ables Obd*, *adeliches Guth*, libere poſſidebant, & officiorum publicorum capaces erant. conf. GUNDLING. de *Feud. Vex.* §. 23. & SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. I. §. 15. ubi obſervat, in vetuſtiſſimo textu Germ. A. B. vocem *Baronis* reddi *Lands-Herr.* Saltem originarie non videtur nomen *officii* fuiſſe, ut aliis placet, ſed *ordinis* ac *dignitatis*, licet poſtea etiam *poteſtas banni* in terris ſuis exercenda Baronibus conceſſa fuerit. Certe medio ævo *Barones* & *Miniſteriales* hoc inprimis nomine videntur diſtincti, quod hi Regno aliisque Proceribus ad miniſteria obligati, illi ab iis liberi eſſent. v. URSPERG. de PHILIPPO R: *Cuilibet* BARONI *ſive* MINISTERIALI *villas ſ. prædia ruſt. obligaret.* Veri igitur ſimillima videtur HERTII ſententia, *omnes Imp. Proceres* BARONES *fuiſſe dictos, cum adhuc regni officia oſſibus perſonarum inhærerent, poſtea vero cum hereditaria redderentur, & ad poſteros lege ſtabili transirent,* BARONUM *nomen penes eos manſiſſe, qui Ducatum, Marchionatum, Landgraviatum, Burggraviatum non haberent, ſed in caſtris atque allodiis ſuis reſidentes a regni aliorumque Procerum ſervitiis*

liberi

VII. Hodie vero BARONES Imp. quales inter Status Imp. numerantur, proprie illi, qui, ſpeciatim Baronis elogio ornati, territorium quoddam Imp. ſub titulo Baroniæ, cum jure territoriali ac voto curiato, dignitate vero Comitibus proxima, vel tantum non æquali, feudi vel allodii jure tenent.

VIII. Iidem, uti olim, ita hodie adhuc variis nominibus ac titulis, non vero juribus (a), inter ſe diſtingvuntur, & vel *Herren* (b), vel *Frey-*

liberi eſſent, nec equitum, nudorumque militum, aut miniſterialium jure cenſerentur - quam allegat, & approbat Dn. GUNDLING. in Diſſ. de *Feud. Vexill.* §. 13. p. 42.

VII. v. STRUV. Diſſ. de *Jure Baronum* C. I. n. 37.

VIII. (a) v. SCHILT. J. P. l. c. §. 4. STRUV de *J. Bar.* C. II. §. 79. SCHWED. J. P. *P. Spec.* C. VIII. §. 4. RHET. l. c. §. 19. TITIUS *J. Publ.* L. I. C. IV. §. 14. 16.

(b) Vox *Domini*, *Herren*, item *Liberi Domini*, *Freye Herren*, æque ac *Baronis*, aliquando latius accepta, ut etiam Comites, imo & Principes ac Duces, qui etiam *die hohen Freyen* appellati, complecteretur, ut ex SPELMANNO & DU FRESNIO notat SCHILTER ad *J. F. Alem.* C. I. §. 13. conf. *J. Prov. Alem.* ibi: *Hie ſoll man mercken dreyerley freye Leute? - Semper-Freyen, das ſind die Frey Herren, als Fürſten, und die andern Freyen zu Mann haben; - Mittelfreyen, die der hohen Freyen Mann ſind; Freygebohren. die*

Frey-Herren, (c), vel *Freyen*, vel *Semper-*
Ccc 5 *Frey-*

die heiſſen Frey Landſeſſen. Preſſius vero *Domini*, item *liberi Domini*, dicti intermedii inter Comites & Miniſteriales, qui hodieque *Barones* in ſpecie ſalutantur.

* Egregie hanc diſtinctionem medii ævi illuſtravit Dn. KOPP in laudato Tract. de *Different. S. R. I. Comit. & Nobil. Immed. Sect. I §. 21.* Scilicet per *Liberos Summos, die Semper-Freyen* intelligens, præter *Duces & Comites*, omnes etiam *Comites & Barones Immediatos*, ſive omnes e claſſe *Nobilium*, qui Immedietatem ſuam retinuerunt, ac Jugo increſcentis circa hæc tempora Ducum quorundam Dominatus ſeſe non ſubdiderunt; adeoque perinde eſſe cenſens, ſive vocabulum *Semper Frey* a *ſenden*, mittere, ſive a voce *Send*, Synodus, Placitum, Mallus; ſive a Latino, *Semper*, derivaveris, omnes enim ſententias iſtas docere, *Semper Liberos* fuiſſe tales, qui habiles erant ad *Miſſorum Regiorum* officium ſuſcipiendum, quippe *Jus Suffragii* in Comitiis Imp. & Immedietatem ſuam, contra omnes Status publici mutationes, ante recenſitas, retinentes. quo & collineare videantur verba Receſſus FRIDERICI II. Imp. de a. 1236. eundem ad finem applicata a SCHILTERO ad *Jus Feud. Alem.* Cap. I. §. 18. *An allen Sachen, die hievor geſchrieben ſind, mag ein jeglich Semper Frey Mann, der ſein Recht hat behalten, er ſey Fürſt oder ander Hochmann, helffen bezeugen, was er weiß:*

Freyen (d), vel *Edle Herren* (e), vel *Banner-Herren* (f), appellantur.

IX.

---

weiß: per *Liberos Medioxumos*, *die Mittelfreyen*, intelligens omnes e claſſe Nobilium maxime *Barones*, quin & *Comites*, qui Immedietatem ſuam penitus amiſerunt, aliorumque Statuum Potentiorum Landſaſſii ſint facti, vel etiam alterutro Parente Landſaſſio prognati; non autem Comites & Barones, qui hoc vel illud ſaltem feudum aliis Statibus vel obtulerunt, vel ab iis obtinuerunt: per *Liberos* denique *infimos*, *die Freye Landſaſſen*, intelligens omnes ex *ordine Equeſtri*, nativitate *Liberos*, qui tanquam Liberi homines vinculo Miniſterialium, utpote quorum conditio jam fuerit adſtrictiſſima, ſe non alligaverant.

Unde & patet ratio, quare *Dynaſtæ*, qui ab antiquiſſimis temporibus Immediati permanſerunt, ad differentiam non tantum Baronum mediatorum, ſed etiam noviter ad hanc dignitatem erectorum, vocari poſtea maluerint *Liberi Domini*, *Freye Herren*, quam *Barones*, *Freye Herren*; quin & cur ipſi *Comites* ſæpe *Domini* appellari maluerint, quam Comites, Dn. KOPP. l. c. §. 21. 22.

Placuit tamen nonnullis antiquum *Domini* vel *Dynaſtæ* nomen ſine addito retinere, eoque ſe ab aliis Baronibus diſtingvere. Ita *Rutheni*, *Arnſtadienſes*, *Sondershuſani*, *Plavienſes*, *Schœnburgii*, *Graitzenſes*, *Kranichfeldenſes*, *Ravenſteinii*, partim jam Comitum dignitate ornati, ab antiquo

gno *Domini* vel *Dynaſtæ Herren* dicti. Ita Megapolitani hodieque *der Lande Roſtock und Stargard Herren*, item Anhaltini *Herren zu Zerbſt und Bernburg* dicuntur, v. BOECLER. N. P. L. IX. C. I. STRYK de *J. B.* C. II. §. 38 RVE. HER. p. 643. STRUV. §. 38.

(c) Ita plerique dicuntur, & vel in ſolo *Rec. I.* d. a. 1654. fin. pluríma eorum occurrunt nomina, quorum alii ut Status, alii ut Legati, Comitiis illis adfuerunt. v. STRYK de *J. Bar.* C. II. n. 63.

(d) Uti *Truchſeſſii*, *Limburgii*, *Weſterburgenſes*. Quæ dignitas tamen non ſolis Baronibus eſt propria, ſed communis Comitibus, imo & Principibus. v. *Rec. Imp.* FRIDERICI II. Mogunt. d. a. 1236. C. I. ibi: *An allen Sachen, die hiebevor geſchrieben ſind, mag ein jeglich Semper-Freymann, der ſein Recht hat behalten, er ſey Fürſt oder ander Hohmann, helffen bezeugen was er weiß.* Dicti autem qs *Sendbar-Frey*, vel *Schoppenbar-Frey*, qui jure ſuffragii in ſynodis & placitis, gaudebant: ſiquidem non omnes erant capaces Synodis & Placitis adſidere, ſed ſangvine & virtute clari. Atque hi fuerunt Nobiles vaſalli immediati tempore Carolino. Mutata deinde rerum forma, nihilominus retinuerunt veteris nobilitatis & immediatæ Familiæ nonnullæ, quibus placuit antiquis ſtare moribus, hunc titulum *Sendbar*-vel *Semper-Frey*, ad deſignandam immedietatem jus ſuffragii in Comitiis Imp., atque ad differentiam non tantum Comitum & Baronum & Nobilium Immediatorum & Landſaſſiorum, ſed etiam novitiorum, & quorum majores im-

IX Hi omnes igitur a *Comitibus* ſolis di-
gnita-

immediati non fuerunt, nec ſuffragium in Curiis & Placitis non tulerunt. v. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. I § 18. COCCEJ J. P. C. XV S. III §. 31. STRYK. Diſſ. cit. C. II. n. 56. HORCHER. l. c. C. II. ubi peculiares de *Lempurgiis* obſervationes. GUNDLING de *Feud. Vexill.* §. 15. p 43.

(e) Qui a Saxonum Satrapis, ſive Dynaſtis, quos *Adelingos* vocarunt, orti videntur, cum non niſi in Saxonia tales inveniantur. Dicti forte illi *Nobiles viri* ad differentiam Comitum, qui *Illuſtres* appellati ſunt. Iidem ſola allodia poſſidebant, quæ vel talia manſerunt, vel in feudum oblata in Comitatus converſa ſunt. Tales ſunt *Edle Herren von der Lippe, Edle Herren von Spiegelberg, Edle Herren von Heldrungen, Edle Herren von Querfurt, Edle Herren von Aſcanien.* Quales ob gentis antiquitatem Comitibus æquiparantur. Hinc, *Grafen und Edle Herren von der Lippe.* v. STRUV §. 28. STRYK. l. c. n. 67. 76.

(f) A Vexillo *Fan*, *Bann*, *Band*, *Panner*, ita dicti, ſive quod vexillum geſtandi officio, ſive poteſtate banni ſeu jurisdictione criminali, cujus ſignum erat vexillum, in certo diſtrictu gauderent. v. RHET. *J. Publ.* l. c. §. 17. COCCEJ. l. c. §. 38. STRYK. l. c. n. 72. ſqq. ibique notabilis obſervatio *Nobilis* a LYNCH de *Ord. Equ.* p. 16. GUNDLING. l. c. p. 45.

IX. v. *Frid.* SCHENCK Baro a TAUTENBERG Comm. ad 2. F. 10. qui Comitibus Barones prorſus
equi-

gnitatum nominibus ac titulis, plerumque & ordine, dignitate vero ipſa, ac juribus privilegiisque parum aut nihil differunt.

X. Præcipua autem *jura*, Comitibus & Baronibus, qui Status Imp. ſunt, communia in Superioritate Territoriali ac jure Comitiorum, nec non honoribus quibusdam, privilegiisque aliis conſiſtunt.

XI. Scil. inſigne jus eſt Comitum & Baronum, quod in Comitiis ad *Collegium Principum* referantur, & votis ſuis concluſum Imp. promovere poſſint: quamvis intuitu totius Collegii non niſi IV *Votis Curiatis* gaudeant, quæ in quatuor ſcamnis ex ſingulorum votis virilibus colliguntur.

XII. Iidem *jus Collegii* & corporis peculiaris habent, quo, ſiquidem e re ſua viſum fue-

æquiparat. Quem ſequuntur VULTEJ. REINKING. COCCEJ J. P. C. XV. § 37 & inpr. STRYKIUS in Diſſ. laud. C. IV n. 1. ſqq Contrarium tuentur LIMN. J P. L. IV. C. V. f. *Add.* T L. HRIG. P. I. Qu. 2. SCHILT. ad *J F. Alem.* C. I. §. 19. & de *Prærogat. Comit.* SCHWED. *J Publ. P. Sp.* C. VIII. §. 3.

X. v. STRYK. de *J. Bar.* C. IV. COCCEJ. l. c. DANKOPP Sect. II. § 5. 6. 7.

XI. XII. v. *Cap.* JOS. art. III. v. *Prælaten Grafen und Herren,* ibique HITSCH. C. VI. §. 5. *Cap.* CAR. VI. a. XIII. CAR. VII. a. XIII. §. 10. FRITSCH. de *Conventu Comit.*

fuerit, vel junctim cum Prælatis, vel ſeparatim, ſalvo tamen jure Cæſaris & Imp. *convenire* & de utilitate ſua ſtatuere poſſint.

XIII. Sed & illud præclarum, quod Comitibus & Baronibus, qui ſunt Status Imp. in ſolenni Curia æque ac in Aula Cæſarea, & ubique locorum proximus a Principibus locus tributus, atque adeo jus præcedendi non ſolum omnes reliquos Comites & Barones, ſed & Conſiliarios & Cubicularios Cæſareos, nedum Nobiles Imp. immediatos, & Civitatum Imp. deputatos, firmatum eſt.

XIV. Quod ad *Titulos* attinet, originarius & fere coævus huic Ordini fuit Titulus, *Nobilis*, *Nobilis Vir*, quo *Comites* ac *Dynaſtæ* ad ſeculum usque XV. ab Imperatoribus, Principibus, ceterisque Statibus, ac Ordine Equeſtri, ornati fuere.

XV. In Judiciis Imperii hæc obſervatur diffe-

XIII. v. *Capit.* CAROLI VI. a. III. & CAROLI VII. §. 23. & *Specil. Obſerv.* ad h. l. it. *Append. Proj. Capit. Perpet.* p. 79. KOPP Sect. III.

v. Dn. KOPP. l. c. Sect. III. §. 2.

A Seculo autem XV. ad finem XVI. titulo *Wohlgebohrn*, a Sec. XVII. denique titulo *Hochwohlgebohrn*, ac tandem *Hochgebohren*, uti cœperunt; ſicut & titulus *Hoch-und Wohlgebohren* ab Imp. CAROLO VI. tandem A. 1715. iisdem confirmatus eſt.

XV. v. Dn. MOSER *in der Nachleſe zu ſeinem* Compendio Juris Publ. L. 4. Cap. XII. §. 8. p. 407. ſq.

differentia, ut in Judicio quidem Imp. Aulico, in Concluſis ſuis, Comitibus non titulus *Herr*, nec Comitiſſis titulus *Frau*, ſed tantum *der Graff, und, die Græffin:* In Judicio vero Imp. Camerali, illis utique titulus *Herr*, atque his titulus *Frau*, attribuatur.

XVI. Iidem Comites & Barones nec titulo, *Dei Gratia*, amplius utuntur; præter nonnullos forte, qui eundem ab antiquo retinuerunt: quamvis & in plurali, *Nos*, adhuc ſcribere ſoleant.

XVII. Denique ad prærogativas Comitum atque Baronum pertinet, quod in *Judicio* Imp. *Aulico* pariter ac *Camerali*, *Præſidis*, *Vice-Præſidis*, itemque in poſteriori, *Judicis*, munere, non niſi Comes aut Baro fungi queat.

XVIII. Licet autem Barones regulariter Comitibus loco cedant, tamen ex illis, qui Status

XVI. v. LYNCKER de Libert. Statuum Sec. I. §. p. 20. STRYK. de *Jure-Baron.* C. IV. n. 88. NITSCH. ad *Cap.* JOS. p. 41. KOPP. l. c. §. 2.

XVII. *Ord. Camer.* d. A. 1555. *P. I. Tit. 3.* §. *2. R. Hoff-R.* v. FERD. III. *Tit. I. pr. Capit.* CAR. VII. a. XIV. §. 11.

XVIII. v. STRYK. l. c. C. IV. n. 9. 11. 110. ſqq. BRVNNEM. *Juriſpr. Publ.* Diſſ. VIII. §. 32. SCHWED. l. c. conf. *Capit.* CAR. VI. a. III. CAR. VII. l. c. §. 23. ibi; Immediat-*Reichs Grafen*

Status Imp. ſunt, antiquiores novis Comitibus, ſeriusve in Collegium receptis, imo & Comitibus, qui non ſunt Status Imp. præferuntur.

XIX. Quemadmodum vero non omnes Comitatuum & Baronatuum poſſeſſores ſunt Comites & Barones; ita nec omnia territoria Comitum & Baronum Comitatus vel Baronatus ſunt cenſendi, niſi in illo caſu, perſonæ Comitum vel Baronum; in hoc vero, territoria Comitatuum vel Baronatuum, titulo ab Imperatore fuerint inſignita.

XX. Et quemadmodum dantur Comites & Barones, qui Status Imp. non ſunt, dignitate tamen *der Reichs-Grafen, Reichs-Frey-Herren*, gaudent, iique vel *immediati* vel *mediati*: ita inter utrosque dantur, qui nec Comitatus vel Baronias habent, ſed titulum tantum & inſignia; quod vel e Comitum familia orti, vel ab Imperatore honoris cauſſa Comitum vel Baronum Imp. titulo, ſine Comitatu vel Baronia, ſunt ornati.

XXI.

ſen und Herren, die im Reich ſeſſionem & votum *haben &c.*

XIX. v. STRYK. Diſſ. cit. C. I. n. 38. ſqq. & C. V. n. 7. ſqq.

XX. v. LIMN. *Add.* T. I. ad L. IV. C. III. n. 11. & C. IV. n. 19. COCCEJ. §. 37.

XXI. Sunt autem Comitatus & Baronatus vel *allodia* in Comitatus aut Baronatus erecta (a), vel *feuda*, eaque vel ab Imperatore, ſub hoc titulo conceſſa, vel a poſſeſſoribus oblata ſive Imperatori & Imperio (b), ſive aliis Principibus, ſalvo tamen Status Imp. jure (c). Feuda autem iſta ab Imp recognita, *regalia* & *vexilli* feuda merito cenſentur (d).

XXII. Ceterum Comites & Barones antehac in *duas* tantum *Curias* ſive *Scamna*, *Wetteravicum* nempe & *Svevicum*, diviſi, adeoque duplici tantum voto gaviſi fuere: ſed ab an. 1641. in IV. Scamna, *Wetteravicum*, *Svevicum*, *Franconicum*, & *Weſtphalicum* digeſti, quatuor etiam in Concilio Principum votis gaudent.

XXIII. Qui cujusque Scamni Comites aut Barones in Comitiis repræſentant, atque adeo cujuslibet Collegii eodem pertinentis votum curiatum gerunt, Comites vel Legati, in Scamno principum ſecularium, poſt hosce

---

XXI. (a) Ut Comitatus *Moers*, *Saarwerden*, *Zollerenſis* &c. v. STRYK. de *Allod. Imp.* T. III. §. 38. ſqq.

(b) Ut *Friſia Orientalis* v. RUR. HER. p. 578.

(c) Ut *Waldeccius* v. HORN. *Jprud. Feud.* C. II. §. 5.

(d) v. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. XLII. p. 239. GYLMANN. de *Feud. Vexilli* §. 22. 23.

XXIII. MOSER *Comp. J. Publ.* l. 4. c. 12. §. 2.

ce omnes, ſedent; ita quidem, ut *Wetteravicus* & *Svevicus* in ordine alternent.

XXIV. Ad *WETTERAVICUM* Scamnum qui pertinent, ſequenti ordine ſe excipiunt. 1 *Hanovienſes*, quos jam emortuos repræſentat Princeps *Haſſo-Caſſellanus*; 2. *Naſſovii*; 3 *Solmenſes*, Lineæ *Laubacenſis*, *Rædelheimenſis*, *Braunfelſenſis*, quae Principalem nacta eſt dignitatem, & *Hohen-Solmenſis*, 4. *Stollbergenſes*, horumque lineæ *Gedernenſis*, quae Principalem obtinuit dignitatem, *Stollbergenſis* & *Ortenbergenſis*, quæ duæ ad Saxonicum referuntur circulum; 5. *Yſenburgenſes*, lineæ *Birſteinenſis*, *Büdingenſis*, *Wachtersbacenſis* & *Meerholzenſis*; 6 *Witgenſteinenſes*, horumque lineæ *Witgenſteinenſis*, *Berlenburgenſis*, & *Homburgenſis*, *Saynenſi* antea his juncta jam extincta; 7. *Leiningo-Dacsburgici*, horumque lineæ *Hartenbergenſis*, *Heidesheimenſis* & *Bockenheimenſis*; 8. *Sylveſtres* & *Rhenani*, ſive *Rheingravii* in *Stein*, *Dhaun* & *Grunbach*.

XXV. 9. Comites de *Leiningen-Weſterburg*; 10. *Mansfeldenſes*, qui tamen ratione terræ Electorem Saxoniæ & Ducem Magdeburgicum

XXIV. XXV. * *Solmenſes*, *Stolbergenſes*, *Yſenburgenſes*, *Witgenſteinenſes*, Leiningo-*Daxburgici* & *Rheingravii*, de primo loco inter ſe diſceptant. *Stolbergenſibus* & *Yſenburgicis* alternatio placuit. DN. MOSER l. c. §. 3. DN. KOEHLER *Index Comitum*

eum Dominos feudales ac territoriales agnoſcunt; 11. Domini *Rutheni*, nunc Comites de *Plauen* dicti, in plures iterum Lineas diviſi, qui Circulo Saxonico Superiori accenſentur; 12. *Schœnburgenſes*, Domini in *Glauche* & *Waldenburg*, quorum par eſt ratio; 13. *Ortenburgici* & 14. *Wartenbergenſes*.

XXVI. Antehac & *Naſſavienſes* lin. *Saarbrucken*, *Uſingen* & *Weilburg*, itemque *Waldeckenſes* & *Schwartzburgenſes* diverſarum Linearum, qui omnes jam principali dignitate ornati

ventum S. R. I. ſecundum ordinem in ſedendo & ſuffragando, & quidem in Colleg. Wetterav. ad *Imhof. Notit. Procer.* Tom. II.

** Spectarunt quoque huc olim Comites de Königſtein, quorum Comitatum poſſidet Elector *Moguntinus*, jus tamen in eum ſibi aſſerunt Comites *Stolbergenſes*; Comites de *Pyrmont*, quorum Comitatum poſſident Comites *Waldeccenſes*; Comites de *Gleichen*, quorum ditiones partim ad feudi dominos redierunt, partim ab *Hohenloicis* & *Hazfeldiis* Comitibus poſſidentur. Comites de *Stauff-Ehrenfels*, quorum Comitatus per emtionem venit ad *Palatinum Neoburgicum*; Comites ab *Hohenſtein*, quorum Comitatus, quatenus conſiſtit in *Lohr* & *Klettenberg*, per Inſtrum. P. O. tranſlatus eſt ad Electorem *Brandenburgicum*, reliqua Comites, nunc Principes de *Schwartzburg* & *Stolberg* poſſident; Comites de *[illegible]*, quorum Comitatum jam poſſident Domini

ornati ſunt, huc pertinebant, ſed deinceps ſeſe ſepararunt, & tamen rurſus acceſſuri ſperentur.

XXVII. *Directorium* quolibet quidem triennio mutandum erat, ſed nonnunquam ad dies vitæ alicujus Directoris prorogatur. Idem quatuor inſtructus eſt *Adjunctis*; itidem non niſi per triennium manentibus. Horum unus ſemper ex adſcititiis Saxoniæ Superioris Familiis, ſcilicet *Schwarzburgicus*, *Ruthenicus* & *Schœnburgicus*.

XXVIII. In Scamno *SVEVICO* ſequenti ſedent & ſuffragantur ordine: 1. Principes *Furſtenbergii* lin. *Blomberg* & *Mœſkirchen*, ceu Comites in *Heiligenberg* & *Werdenberg*; 2. Comites de *Oettingen-Wallerſtein-Spielberg*; 3. Comites *Furſtenbergii*; 4. Comites *Ottingenſes*; 5. ratione Comitatus *Helffenſtein*, Dux & Elector *Bavariæ*; 6. Comites de *Montfort*;

XXIX. 7. Ratione Landgraviatus *Klettgau* Principes *Schwartzenbergii*; 8. ratione Comitatus *Sultz* iidem; 9. Comites de *Kœnigsegg*; 10. *Truchſeſſii* S. R. I. de *Waldburg* lineæ

Domini de *Werther*, ſed extraxit Saxo; Barones de *Plaß*, quem Baronatum hodie poſſident *Haſſo-Caſſellani*; Comites de *Hag*, quos extraxit *Bavarus*.

XXVI. XXVII. SCHWEDER *J. Publ. P.* ſp. S. II. C. VIII. §. 5. MOSER l. c. KOHLER l. c.

lineæ *Scheer* & *Zeils*; 11 ratione Comitatus *Eberſtein* Marchiones de *Baden Baden*; 12. ratione *Geroldseck* Comites de *Cronberg*, vel, ſecundum alios, de *Leyen*; 13 Comites *Fugger-Kirchheim*; 14. *Fugger-Glott*.

XXX. 15 Comites de *Königsegg*; 16. Comites de *Hohenems*; 17. ratione Comitatus *Vaduz* Principes *Lichtenſteinenses*; 18 Comites de *Rechberg*, 19 ratione *Illeraichheim* Comites de *Limburg Styrum*; 20 ratione *Juſtingen* Barones de *Freyberg*; 21 ratione *Egloff* Comites de *Traun*; 22 ratione *Bondorff* Abbates S. *Blaſii*; 23 ratione *Thannhauſen* Comites de *Stadion*.

* Ab aliis quoque huc referuntur Comites de *Zimmern*, quos pro parte repraeſentare dicuntur *Fürſtenbergii*, *Mareſchalli* Imp. Hereditarii de *Pappenheim*, *Schlickii* in *Paſſau* & *Weitzkirchen*, *Trautmannsdorffii*, de *Waldſtein* & *Wolckenſtein*, de *Wolffſtein*, de *Coloredo* & *Waldſee*, de *Auersberg* & *Traun*, de *Tylli* & *Breiteneck*, de *Sintzendorff*, de *Ungnad* in *Weiſſenwolff*, Principalis fundatio fœminea *Buchau*, itemque Commendator Alſatiæ & Burgundiæ, ſeu Commendator in *Altſchhauſen*. An & Princeps *Taxius* ratione *Graffenegg*, & *Bavarus* ratione *Maxelrein*, huc referri velint? incertum. Conf. SCHWEDER *J. Publ. P. Spec Sect III Cap. VIII.* §. 5. Dn. MOSER *Comp. J. Publ. L. 4. C. XII.* §. 4. Sed a Dn. IO. DAV. KOELERO in *Indice Comitum Suev. Tom.*

XXXI. Collegium hoc duos habet *Directores*, alterum Primarium *Furſtenberg-Mœſkirchen*; alterum *Condirectorem*, *Oettingen-Wallerſtein*, nec non quatuor *Adjunctos*: omnes eliguntur atque ad dies vitæ tales manent.

XXXII. In *FRANCONICO* Scamno Comites in ſedendo & ſuffragando hunc ſervant ordinem: 1. Comites *Hohenloici*, qui ſuffragia habent VI. 2. Comites de *Caſtell*, qui II. 3. Princeps & Comites de *Lowenſtein-Wertheim*, qui II. quamvis Princeps jam a Collegio ſe ſeparare velit. 4. Comites *Erpacenſes*, qui II. 5. *Limburgici* Heredes allodiales cum II. votis, quamvis non ſine contradictione Regis Boruſſiæ. 6. Ob *Seinsheimium* Princeps de *Schwartzenberg* cum uno voto, qui tamen cum Collegio amplius facere non vult. 7. Ob Comitatus *Rhyneck* partem Comites de *Noſtitz*, cum uno voto.

XXXIII. 8. *Wolffſteinii* Heredes, ratione ſuperioris Sulzburgii & Pyrbaumii, cum uno voto. 9. Comites *Schœnbornii*, ratione *Reichelsberg* & *Wieſenheidt* cum II. votis. 10. *C. Windiſchgrætzii* cum I. voto. 11. *C. Urſini de Roſenberg* cum I. voto. 12. *C.* de *Stahrenberg* cum I. voto. 13. *C.* de *Wurmbrand* cum I. voto. 14. *C.* de *Giech* cum I. voto.

XXXIV.

Tom. II. Notit. Proc. Imbof. hi omnes omittuntur.

XXXIV. In hoc Scamno *Directorium* ſecundum ſeniorem ætatem alternat, idemque per triennium ab uno retinetur. Directore deſiderante *Adjunctus* ei additur.

XXXV. In Scamno denique *WESTPHALICO*, *Saxoniæ* quoque *Inferioris* Comites complexo, ſequentes ſedent & ſuffragantur Comites: 1 ratione Dynaſtiæ *Wittem*, Comites de *Plettenberg*; 2 ratione *Detmoldt*, Comites de *Lippe*; 3 ratione *Sayn-Altenkirchen*, Marchio *Onolzbacenſis*, & ratione *Sayn Hachenburg*, Burggravii de *Kirchberg*; 4. ratione *Wiedt* Comites de *Wiedt* in *Neuwiedt*, & Comites de *Kirchberg*; 5. ratione Comitatus *Schaumburg*, Landgravius *Caſſellanus*, & Comes *Lippienſis-Bückeburgicus*; 6. & 7 ratione Comitatuum *Oldenburg* & *Delmenhorſt*, Rex Daniæ 8 Ratione *Bentheim* Comites de *Bentheim*: 9 ratione *Tecklenburg*, Rex Boruſſiæ, 10. ratione *Steinfurt*, Comes de *Bentheim*.

XXXVI. 11 Ratione Comitatus *Hoya*, Rex Magnæ Britanniæ, qua Dux & Elector *Brunſuico-Luneburgicus*; 12. ratione *Virneburg*, Comes de *Lœwenſtein*. 13.&14. ratione *Comitatuum Diepholt* & *Spiegelberg*, Rex Magnæ Britanniæ; 15. ratione Comitatus *Rietberg*, Comes de *Caunitz* 16. ratione Comitatus *Pyrmont*, Princeps de *Waldeck*; 17 Comites de *Gronsfeld*.

XXXII.-XXXIV * v. KOEHLERVS l. c. n. III. De MOSER l. c. § 5.

feld. 18 ratione Comitatus *Reckheim* Comes ab *Aſpermonte;* 19. ratione Dynaſti *Anhold* Princeps de Salm.

XXXVII. 20. Ratione Comitatus *Winneburg*, Comes de *Metternich*. 21. ratione Comitatus *Holtzapffel* Princeps Anhaltinus *Schaumburgicus;* 22. ratione *Gehmen* Comes de *Styrum;* 23 ratione *Gimborn* Princeps de *Schwartzenberg*, 24 ratione *Wickeradt*, Liber Baro de *Quadt;* 25. ratione *Milendonck* Comes de *Berlepſch.* Vidua, 26. ratione *Schleiden*, Comes de *Marck;* 27. ratione *Reichenſtein*, Comes de *Neſſelroth*, 28. ratione *Reiferſcheidt*, Comes de *Salm;* 29. ratione *Kerpen-Lommerſum*, Comes de *Schaesberg;* 30. ratione *Schaffenburg*, Comes de *Marck;* 31. ratione *Hallermundt*, Comes de *Platen;* 32. ratione *Bretzenheim* Comes de *Veblen;* 33. ratione *Rheineck*, Comes de *Sintzendorff;* 34. ratione Comitatus *Rheinſtein* de voto inter ſe diſceptant Electores Brandenburgicus & Brunſvigo-Luneburgicus.

XXXVIII. Major Collegii hujus pars paucis abhinc annis duos elegit *Directores*, alterum *Catholicum*, alterum *Evangelicum*. Cum

XXXIV.-XXXVII. * Not. Addi a nonnullis ratione Comitatus *Barby-Muhlingen* Electorem Saxoniæ: ratione Comitatus *Lingen* Regem Boruſſiæ quoque votum petere. SCHWEDER l. c. §. 5. MOSER l. c. §. 6. Dn. KOHLER l. c. n. IV.

Cum autem Principes, qui votis in hoc Collegio gaudent, Directorium iſtud agnoſcere hactenus noluerint, res manſit incerta. Interim votum in Comitiis per ſingulos menſes alternatim exercetur.

Cap. XVIII.

DE CIVITATIBVS IMPERII.

§. I.

CIVITAS h. l. eſt ſocietas major ex pluribus familiis, majoris ſecuritatis & commoditatis, cumprimis victus per commercia opificiaque quærendi, cauſſa, congregata. VRBS vero eſt domicilium civitatis, ex pluribus coadunatis domibus enata, mœnibus plerumque cincta, vel ſaltem jure muniendi prædita.

II. *GERMANIA* olim nullas *Urbes* habuit, quod vitam ſegregem Germani priſci amarent, atque a luxu metuque armorum alieni

 eſſent:

§. I. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XVII. §. 1. CONRING. *de Urb. Germ.* §. 1. ſqq. de voc. *Stadt* v. BESOLD. *Theſ.* p. 869. HORN. Diſſ. de *Confirm. Statut. municip.* 5. & 7.

II. v. TACIT. de *Morib. Germ.* C. XVI. & *Hiſtor.* L. IV. CLUVER. *Germ. antiqu.* L. I. C. XIII. CONRING. l. c. §. 16.--28. & 78. p. 77. ſeqq.

VITRI-

eſſent: ſaltem in *Germania magna* ante CAROLI M. tempora non niſi *Vici* & *Villæ*, quæ etiam *Civitates* interdum dictæ, nec non pauca quædam caſtella ſeu *burga* * reperti fuerunt.

III. At provinciæ *Rheno* & *Iſtro* vicinæ urbibus a *Romanis* victoribus ornatæ, præſidioque adverſus Germanos firmatæ; & quæ poſtea ad Iſtrum vaſtatæ fuerant, ſub Carolingis denuo a Germanis adverſus Hunnos munitæ ſunt: ſicut & in terris a *Venedis* trans Albim occupatis jam ante CAROLUM M. urbes & caſtella quædam ſunt extructæ.

IV. Cum Germania Chriſtiana fieret, & mollior vita placeret, jam ſub CAROLINGIS urbes etiam in meditullio ejus, in gratiam Epiſcoporum inprimis & Monaſteriorum, conditæ ſunt. *Palatia* quoque varia Germaniæ Reges extruxerunt, quibus ædes junxerunt privatas homines palatini, ut nomen

VITRIAR. *Inſt. J. Publ.* L. I. T. XVIII. §. 3. STRUV. C. J. *Publ.* Cap. XXII. §. 3. BRUNNEM *Jprud. Publ.* Diſſ. IX. §. 2. 3. p. 167. Dn. de LUDEWIG de *Diſpari Civit. Nexu* C. II. §. 1. 2.

* Ut *Schidinga* in Thuringia, *Heresburg* & *Sigiburg* in Weſtphalia.

III. v. CONRING. l. c. 29. 31. - 38. & VITR. l. c.

IV. v. CONRING. §. 79. THOMAS. de *Jure Statuum dandæ Civit.* §. 9. 10. ſeqq. STRUV. l. c. §. 4. LUDEWIG. l. c. §. 4. BRUNNEM. l. c. §. 5.

mentis earum in juſtæ urbis magnitudinem excreſceret.

V. Cumprimis ſub SAXONVM Imperio frequentiores in Germania, imprimis Saxonia, urbes extructæ, atque adverſus Barbarorum irruptiones munitæ ſunt, HENRICO I. potiſſimum auctore, qui nonum quemque virum ex agrariis militibus, cum tertia parte frugum in urbes tranſtulit ac neceſſariis privilegiis ad politiam, mercimonia & annonæ commoditatem easdem ornavit.

VI. Crevit poſtea urbium numerus, creſcente luxu, atque commerciorum opificiorumque ſtudio, creſcente etiam Epiſcoporum ac Ducum, aliorumve Principum vel numero, vel poteſtate; unde plures paſſim in ipſorum territoriis urbes extructæ, atque ad eas inhabitandas populus multis propoſitis immunitatibus invitatus eſt, quod jam ſub OTTONIBVS fieri cœpit.

VII. Sed *varius* fuit Civitatum Germanicarum *ſtatus*, & notabilis earum differentia ſenſim

V. v. WITICHIND. *Annal.* L. I. p. 639. SIGEB. GEMBL. a. 925. CONRING. §. 82. ſqq. VITRIAR. l. c. §. 3. GVNDLING. de *Henr. Auc.* §. 20. p. 118. ſqq.

VI. v. CONRING. § 79. 80. STRUV. §. 5. BRVNNEM. *Jprud. P.* l. c. §. 3. de *Increm. Urb.* §. 9.

VIII. [a] In *Ulmam* CAROLVS M. vocat ſuam *Villam Regalem*. Sic *Franckfurth*, *Ingelheim*, *Northauſen* &c. villæ Regiæ vocatæ. v. Du

ſenſim enata eſt dum *Regales* a *Præfectoriis*, *Imperiales* a *provincialibus* ſeu *municipalibus*, *Immediatæ* a *mediatis*, ſucceſſu temporis diſtingui cœperunt.

VIII. Equidem ſub CAROLINGIS quotquot fuerunt, *immediatæ* Regni ſeu *Imperii* Civitates haud dubie fuerunt, fiſco Regio adſcriptæ, & per Comites vel Miſſos Regios, in ſacris per Epiſcopos, adminiſtratæ, quamvis nonnullæ ſpeciatim *Villæ Regiæ** ſeu *Regales*, item *Curtes Regiæ*, jam tum dictæ fuerunt, Regum ſcil. Palatiis condecoratæ, ac celebratis ibi curiis Regiis, vel comitiis Regni, inſignes; quales cum in *Terra Rhenenſi* inprimis extiterint, hic prima *Civitatum Imperialium* fundamenta merito quærenda ſunt.

IX.

v. DU FRESNE v. *Curtis*. BALUZ. ad *Vit. Pap. Aven.* p. 803. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XXIII. §. 2. LEHMANN *Chr. Spir.* L. II. C. XVIII. L. VI. C. XVI. VITRIAR. l. c. §. 3.

IV. v. DU FRESNE *Gloſſar.* v. *Præfectoria Civitates.* Dipl. OTTONIS M. d. a. 966. ubi *Regalium urbium* fit mentio *Dipl.* OTTONIS II. ap. HYLLARES. *Defenſ. Abbat. S. Maxim.* p. 27. ibi: *in ſingulis Civitatibus* IMPERIALIBUS vel PRAEFECTORIIS *liberam poteſtatem habeant* &c. LAMB. SCHAFN. a. 1070. ibi? *Villa Regalis ſiſci.* HERT de *Spec. G. Rebuſp.* S. I. §. 7. & de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 11. GUNDLING. de *Henr. Auc.* §. 20. not. y. p. 116.

IX. At ſub OTTONIBUS differentia magis invaluit. ſiquidem Imperatores hoc tempore in ſingulis Provinciis aliquas urbes ſine intermedio ſibi ſubditas retinuiſſe, easque *Regales* ſeu *Regalis fiſci*, imo & *Imperiales* appellatas, alias vero *Præfectis*, h. e. Ducibus & Comitibus, permiſſas, & *Præfectorias* inde dictas fuiſſe, multorum diplomatum teſtimonio conſtat.

X. Præter Civitates fiſci Regalis, *Epiſcoporum* quoque *Metropoles* hoc ævo adhuc Imperiales fuerunt, nec niſi Imperatores, eorumque miſſos agnoverunt, quousque ſeculari poteſtate Epiſcopi deſtituebantur.

XI. Licet autem poſtea ſub FRANCONICIS & SVEVICIS Impp. cum Duces Ducatus ſuos non ſolum proprios, ſed & hereditarios ſibi aſſererent, omnes fere Civitates in provinciis ipſorum ſitæ, vel ab ipſis extructæ, *Ducales* ſeu *Provinciales* reputari cœperint. (*a*) tamen adhuc quædam *Imperiales* manſerunt, ſcilicet quæ vel ab initio *Regales* fuerant, vel poſtea *exemtæ*, quarum numerus ſucceſſu temporis varie auctus eſt.

XII.

X. v. Bericht von Reichs-Vogtheyen p. 87. conring. §. 107.

XI. (*a*) v. conring. S. 119. ludewig. l. c. Cap. V. hörn. *J. Publ.* C. XL. §. 3.

XII. Prima iſtæ exemtionis occaſio extiterunt nimiæ oppreſſiones, quas a Ducibus & Comitibus patiebantur Civitates: unde ab horum jugo liberatæ, & Epiſcopis vel Monaſteriis ſubditæ fuerunt, id quod *libertatis* loco habitum eſt, & jam OTTONVM tempore fieri cœpit.

XIII. Cum vero deinceps & *Epiſcopi* in Civitates, ipſorum adminiſtrationi tantum concreditas, tanquam in patrimoniales dominari vellent, Imperatores iis adminiſtrationem rurſus ademerunt, & Civitates etiam hoc intuitu *libertate* donarunt: quod ſub FRANCONICIS & SVEVICIS Impp. ſæpius factum.

XIV. Crevit porro Civitatum Imperialium numerus, diſtractis paſſim provinciis, & ceſſante in iisdem, ſpeciatim in *Thuringia* poſt OTTONES, in *Saxonia* & *Bavaria*, exem-

ctione

XII. v. ADAM. BREM. L. II. C. I. ubi exemplum *Bremæ*. LEHMANN. L. IV. C. III. ibique Dipl. OTTONIS III. ubi exemplum *Spiræ*. CONRING. §. 107. 110. 113. 115. 116. 126. LAMBEC. *Rer. Hamb.* L. I. p. 31. HERT. de *Spec. R. G. I. Rebuſp.* S. I. § 7. p. 94.

XIII. v. LEHMANN. L. IV. C. I. & C. III. MONZAMB. C. III. §. 10. VITR. l. c. §. 7. SCHWEDER. Diſſ. de *Pari Nexu Civit.* C. I. §. 9.

XIV. v. CONRING. §. 124. 125. LUDEWIG. Diſſ. Lud. C. VI. de *Orig. Civit. Imp.* §. 8. - 15.

ſummis HENRICIS, in *Suevia*, denique & *Franconia*, extinctis HOHENSTAUFFIIS, univerſali Ducis poteſtate, Statibusque adeo provincialibus in libertatem ſeſe aſſerentibus.

XV. Ulteriora incrementa dedit Civitatum nonnullarum provincialium opulentia ac potentia, per commercia & fœdera, *Rhenanum* nempe, *Hanſeaticum* & *Suevicum*, maxime aucta: quæ elatæ, ſpreta Dominorum impotentia, libertatem vi aut pretio, ſæpe & Cæſarum favore, ſibi quæſivere, faventibus etiam interregni aliisque turbidis temporibus.

XVI. Sed nonnullæ harum Civitatum libertate ſua ſeu immedietate iterum exciderunt, ſive per affectatum Epiſcoporum dominatum, ſive per Principum vicinorum potentiam ac violentiam, ſive per Cæſarum oppignorationes, proſcriptiones, aut ceſſiones: nonnullæ quidem eximia privilegia, non tamen omnimodam libertatem, nec immediata Imp. jura, ſervarunt.

XVII. *Immediatæ* hoc pacto enatæ Imperii Civi-

XV. v. LEHMANN. *Chr. Sp.* L. IV. C. IV. CONRING. §. 26. MONZ. l. c. STRUV. Cap. XXII. §. 8.-14. SCHWEDER. d. l. C. I. § 9. p. 19.

XVI. v. KNIPSCHILD. de *Jur. Civ. Imp.* L. II. III. IV. CONRING. §. 110. ſqq. STRUV. Cap. XXI. §. 7.

XVII. v. CONRING. §. 110. ſqq. MONZ. l. c. VITR. l. c.

Civitates iisdem fere modis ac gradibus ad *jura Statuum* ſucceſſu temporis adſcenderunt; dum non ſolum ſuffragium in Comitiis, ſed etiam inſignia privilegia ab Imperatoribus impetrarunt, á Præfectis quoque Imperialibus, qui jurisdictionem in iis Imperatoris & Imp. nomine exercebant, ſenſim ſeſe liberarunt, ac tandem omnia jura territorialia, LL. publicis firmata, obtinuerunt.

XVIII. Uti vero non uno tempore ad immedietatem & libertatem, nec non Superioritatis Territ. jura; ita nec ad qualitatem *Status* Imp. eodem tempore omnes pervenere: quamvis jam OTTONVM ætate miſſi ex urbibus ſub Populo in Comitiis locum habuiſſe videantur.

XIX. Sunt igitur hodie CIVITATES IMPERIALES, *quæ Imperatori & Imperio immediate*, h. e. *absque intermedio Domino, ſubſunt non ſolum, ſed etiam voto & ſeſſione in Comitiis, & Superioritate Territoriali in territoriis gaudent.*

XX.

---

l. c. §. 7. 8. RHET. de *Statuis Roland.* C. IV. §. 10. ſqq. SCHILT. l. c. §. 2. TITIVS *J. Publ.* L. I. C. IV. §. 42. ſqq. HORN. l. c. §. 3. 4.

XVIII. v. LEHM. L. II. C. XIX. XXXVII. L. IV. C. III. p. 282. L. V. C. XVII. SCHWED. Diſſ. cit. C. II. §. 4. SCHILT. J. P. l. c. §. 3. VITR. *Ill.* l. c. §. 15. lit. k.

XX. A quibus adeo differunt Civitates *Provinciales* ſeu *Municipales*, quæ aliis Imperii Statibus ac Dominis Territorialibus, nec, niſi mediantibus his, Imperio ſunt ſubjectæ.

XXI. *Illarum* aliæ in documentis publicis cum addito *Liberæ Imperii Civitates*, *Freye Reichs-Stædte*, aliæ ſine hoc addito, *Civitates Imperii* ſeu *Imperiales Reichs Stædte* tantum vocantur: cujus diſtinctionis forte plures potuerunt eſſe cauſæ, quamvis hodie fere nullus ejus ſit effectus.

XXII. Scil. ab initio Civitates pleræque omnes Imperatori aut Regno immediate ſubjectæ fuerunt, fiſco, vel cameræ Imperatoris adſcriptæ, & per Epiſcopos & Comites in ſacris & civilibus gubernatæ: Et hæ proprie dictæ olim *Imperiales*, *Reichs-Stædte*; inter quas ſi quæ privilegiis & immunitate præ ceteris ornatæ, *Liberæ Frey Reichs-Stædte* appellatæ ſunt.

XXIII.

XX. v. LEHMANN. L. IV C. IV REC. *Imp. Spir.* d. a. 1544. § 39 ib. *Die Frey- und Reichs Stædte, auch andere Stædte, ſo den Fürſten oder andern Herrſchafften zugehören.*

XXII. v. REC. *Imp. Spir.* d. a. 1544 §. 39. LEHMANN l. c. de LUDEWIG. Diſſ. cit. Cap. VI. ubi *apologia Differen. inter Civit. Lib. & Imp.* SCHWEDER. de *Part. mixt.* Civ. I. C. I. §. 16

XXIII. * Vox enim *Imperialis* uno editatem denotat: vox *Libera* immunitatem a muneribus Cameræ. v. SCHILT. ad *Kœnigshoven* Obſ. XII. & *J. Publ.* l. c.

XXIII. Sed cum deinceps Duces & Comites multas civitates ſubjugaſſent, atque inſolentius tractaſſent: peculiare libertatis genus enatum, dum *Lib. ræ* vocatæ ſunt, quæ Imperatorum beneficio ab hoc jugo liberatæ, atque Epiſcoporum ſceptro ſubjectæ fuerunt.

XXIV. Cum vero poſtea plures Civitates immediatæ fierent, quæ tamen & *cenſum* Imperatori præſtare, & *jurisdictionem* Præfectorum Regiorum agnoſcere tenebantur: illæ inprimis *Liberæ Freye Stædte*, cognominatæ videntur, quæ vel a præſtationibus iſtis fiſcalibus ac cenſu annuo, vel a Magiſtratu Regio immunes erant factæ.

XXV. At poſtquam Civitates Imperiales tantum non omnes jura hæc fiſcalia ſibi acquiſi-

XXIII. * Hinc, uti videtur, *Colonia Agrippina*, *Moguntia*, *Argentoratum*, *Ratisbona*, *Wormatia*, *Spira*, *Baſilea*, Civitatibus Imperialibus *liberis* fuere accenſitæ. Reliquæ autem, ut *Francofurtum*, quod ab antiquiſſimis temporibus Imperatori ἀμέσως ſubfuit, *Noriberga*, & aliæ antiquo vocabulo, h. e. ſimpliciter *Imperiales* dictæ.

v. HERT. de *Spec. G. Rebuſp.* §. 7. conf. ſupra §. 12.

XXIV. v. COCCEJ. C. XVII. §. 7. 8. SCHILT. l. c. de LUDEWIG. C. VI. §. 6. ſqq.

XXV. * Unde & in Legibus Imp. ſæpius promiſcue *Frey Stadte* & *Reichs-Stadte* ſalutantur.

v. COCCEJ. l. c. SCHWEDER. Diſſ. laud. & *J. Publ.* S. II. C. IX. §. 4. 8. 9.

quiſiverunt, atque a Præfectis Imperialibus, paucis forte exceptis, liberatæ ſunt, ceſſat hæc diſtinctio, nec reipſa ullum inter Civitates Imp. *Liberas* & *Imperiales* intercedit diſcrimen: ſed uti omnes æque ſunt Status Imperii, ita æqualis hactenus omnium cum Imperatore & Imperio hodie nexus eſt, quamvis forte nonnullæ pleniori gaudeant libertate.

XXVI. Addunt alii *Mixtas*, quo nomine vel illas cenſent, quæ immediatæ quidem ſunt, ſed ſuffragio carent, vel ratione jurisdictionis criminalis aliarumve præſtationum vicino ſunt obnoxiæ: vel quæ Statibus quidem ſubjectæ ſunt, ſed eximiis gaudent privilegiis.

XXVII. Sed uti priores *Imperialibus*, ita poſteriores *Municipalibus* Civitatibus recte accenſentur, licet utrumque genus irregulare quid contineat, & gradu quodam a ceteris differat.

XXVIII. Ab utriſque differunt Civitates *Hanſeaticæ*, quæ ex numero Imperialium pa-

 riter

XXVI. v. KNIPSCHILD. de *Jur. Civ. Imp.* L. I. C. III. SCHILT. *J. Publ.* l. c. §. 4.

XXVII. v. RHET. de *Stat. Rol.* C. IV. n. 52. & de *Stat. Imp.* C. III. n. 261. THOMAS. ad MONZ. p. 136. de LVDEWIG. de *Diſp. Civ. I. nexu* C. VIII. ſub tit. *Nenia JCtorum de mixtis Civit.*

XXVIII. v. J. A. WERDENHAGEN de *Rebuſp. Hanſeat.* CONRING. de *Urb. I.* §. 95. ſqq. de LVDEWIG. l. c. C. VIII.

riter ac Municipalium erant, a fœdere commerciorum cauſſa inito, denominatæ: quod nomen hodie, diſſoluto fœdere, *Lubeca, Brema* & *Hamburgum* adhuc ſibi tribuunt.

XXIX. Quemadmodum igitur omnes Civitates Imperiales hodie peræque ſunt *Status Imp.*: ita non ſolum *Superioritate Territoriali*, ſed etiam *Suffragio* in Comitiis, eoque *deciſivo*, æque gaudent.

XXX. Nonnullis tamen inter Imperiales hactenus relatis ſtatus quæſtio mota: ſcil. *Bremæ* a Rege Sveciæ, unde & ſuffragium ejus aliquantiſper ſuſpenſum eſt; *Hamburgo* a Rege Daniæ, unde nec hodie ſuffragio gaudet; ac *Herfordiæ* a Rege Boruſſiæ & Abbatiſſa.

XXXI. Et quemadmodum jura peculiaris Collegii habent, quæ a SIGISMUNDI tempore nonnulli deducunt; ita & jus inſtituendi *Diætas*, *Stædte-Tage*, ipſis competit.

XXXII. Nonnullæ quoque peculiaribus gaudent

XXIX. v. INSTR. P. Art. VIII. §. 4. SCHWED. Diſſ. cit. C. II. BOECLER. *Not. I.* L. XI. C. III. ubi de voto deciſivo Civitatum prolixe.

XXX. v. GASTEL. de *Statu Publ.* Cap. 32. p. 1051. 1088. 1092. OLDENBURG. *Limn. Enucl.* L. IV. C. 25. LIMN. T. V. L. VIII. C. 25. EUROP. HEROLD. P. I. p. 746.

XXXI. v. *Capit.* JOS. a. VI. SCHWED. J. P. l. c. HORN. §. 4.

XXXII. v. A. B. Tit. XXVIII. §. 5.

gaudent juribus; *Francofurtum* ad Mœnum Electioni, *Aquisgranum* Coronationi, & *Norimberga* primis Comitiis ſunt deſtinatæ, etiam hæc una cum præcedenti cleinodia Imp. adſervat.

XXXIII. Quæ hodie ſuperſunt, Civitates Imperiales, in Comitiis in duo Scamna, *Rhenanum* & *Suevicum*, dividuntur.

XXXIV. Ad Scamnum *Rhenanum* alias ſpectarunt *Cœlln, Aachen, Straſsburg, Lubeck, Worms, Speyer, Franckfurth, Hagenau, Colmar, Schletſtadt, Muhlhauſen, Nordhauſen, Weiſſenburg am Rhein, Landau, Ober Ebenheim, Keyſersheim, Münſter in S. Gregorien Thal, Roſsheim, Turckheim, Dortmund, Friedberg, Wetzlar, Geelhauſen:* quibus accenſeri cupiunt *Bremen, Hamburg* & *Herforden.*

XXXV. Sed Galli huic Scamno non tantum decem *Alſatiæ* Civitates, quæ olim ſuberant Landvogtiæ Hagenovienſi, *Hagenau, Collmar, Schletſtadt, Weiſſenburg, Landau, Oberehenheim, Keiſersberg, Münſter in S. Gregorien Thal, Roſsheim, Turckheim*, ſed etiam *Argentoratum* ſubtraxerunt.

XXXVI. Scamnum *Suevicum* occupant *Regenſpurg, Augſpurg, Nurenberg, Ulm, Eſſlingen, Reutlingen, Nordlingen, Rotenburg*

XXXIV. -- XXXVI. V. BOECLER. *Not. Imp.* L. XI. C. V. SCHWED. *J Publ. P. Spec.* S. II. C. IX. §. 12. ſqq. HORN. l. c. §. 5. ſqq.

an der Tauber, Schwæbiſchhall, Rothweil, Uberlingen, Heilbronn, Schwæbiſchgemund, Memmingen, Lindau, Dunckelſpiel, Biberach, Ravenſpurg, Schweinfurt, Kempten, Winsheim, Kaufbeuren, Weil, Wangen, Iſny, Pfullendorf, Offenburg, Leutkirchen, Winſſen, Weiſſenburg in Nordgau, Gingen, Gengenbach, Zell am Hammerbach, Buchhorn, Aalen, Buchau am Federſee, Bopfingen.

CAP. XIX.

DE NOBILIBVS IMP. CETERISQVE MEMBRIS IMP. IMMEDIATIS.

§. I.

PRæter *Status* Imperii proprie ſic dictos, dantur etiam alia quædam Imperii *Membra, immediata*, uti *NOBILES* Imp. *IMMEDIATI, COMMENDATORES* nonnulli *ORDINIS TEVTONICI, COLLEGIA* quædam *CANONICORVM*, ac denique *PAGI* quidam Imp. *IMMEDIATI*.

II. *NOBILES* hodie in Germania dicti originem haud dubie trahunt ab ingenuis ſeu liberis hominibus, prædiorum avitorum Dominis, qui partem in Republica faciebant, ac in bello militabant: ex quibus illi inprimis,

§. II. V. BACHENE. *Germ. Med.* Diſſ. II. de *Generib. ſ. Ord. Vet. Germ.* §. 2. 3. HERT. de *Feudo Nobili* S. III. BEYER *Specim. I Germ.* C. II. STRVBE Diſſ. de *Orig. Nobilit. Germ.* C. II. §. 2.

mis, qui vel ipſi, vel quorum Majores rerum fortiter geſtarum gloria florebant, *Nobiles*, *Edle*, videntur ſalutati.

III. Cum vero deinceps nonnulli ex his officiis Reip. cum poteſtate & dignitate conjunctis, admoverentur, vel ſaltem peculiari libertate fruerentur, nonnulli vero ſervitia vel miniſteria in bello vel aula, cum ſola obſequii gloria, ſubirent, hinc nata videtur diſtinctio inter *NOBILITATEM SUPERIOREM & INFERIOREM*: quarum illa *Reges*, *Duces*, *Principes*, *Comites* & *Barones*; hæc vero *Milites*, *Equites*, *Miniſteriales*, qui omnes hodie *Nobiles* & *Equites* ſimpliciter dicuntur, complexa.

IV. *NOBILES* ſimpliciter dicti ſunt vel *Immediati*, qui Imperatori & Imperio, ſine intermedio Domino Territoriali, ratione perſonæ, ſunt ſubjecti, licet ratione bonorum alium quoque Dominum agnoſcere queant: vel *Mediati*, qui Principibus & Statibus, ceu Dominis territorialibus tantum ſubjecti ſunt. Sed de *Nobilibus* Imp. *Immediatis* infra L. VII. ex inſtituto.

III. v. *Ant.* MATTHAEI de *Nobilit.* L. IV. C. VII. RYDER de *Tit. Nobilit. & Elect. J. Feud.* C. IX. §. 10. 11. COCCEJ. *J. Publ.* C. XV. S. III §. 30. 31. 32. BOECLER *Not. Imp.* L. X. C. I. SCHILT. *J. Publ.* L. I T. V §. 4. BEYER l. c. C. III. GOEBEL. de *Statu Nobilit. Germ.* §. 2. 3. STRUVE l. c. §. 4.

IV. v. *Inſtrum. Pac.* Art. V. §. 17. & 20.

V. Inter immediata Imp. membra porro referuntur *COMMENDATORES* quidam *ORDINIS TEUTONICI*, nempe *der Land-Commenthur der Balley Elſaſs, der Land-Commenthur der Balley Coblentz.*

VI. Eodem ſpectant *GANERBINATUS* immediati, qui ſunt ſocietates nobilium ac illuſtrium familiarum, in caſtro quodam ſimul habitantium, mutuæ defenſionis & ſucceſſionis cauſſa, initæ.

VII. Primaria Ganerbinatus ſedes eſt caſtrum quoddam ſeu *burgum*, in quo Ganerbii plerumque cohabitant, & a quo reliqua ipſorum bona ex pacto dependent.

VIII. Præſes dicitur *Burggravius*, qui in burgo iſto reſidet, & coram quo in prima inſtan-

V. v. EUROP. HEROLD. P. p. 334. GRYPHIUS *von Ritter Orden* pag. 68. SCHWEDER. l. c. Cap. XVIII. §. 14.

VI. - - X. v. KYLLINGER de *Ganerbiis Caſtrorum* Diſc. I. III. XIV. XX. WEHNER voc. *Ganerben.* ORD. CAM. P. II. T. 13. LINCK. de *Ganerb.* §. 7. ss. JOH. LEIB. *von den Gan. Erben, Dero Rechten, und von Gan Erben Hauſern, dabey in ſpecie die Reformation des Burg-Friedens der Gan-Erben zu Haun*; qui ex Latina *Synopſi de Jure Ganerbinatus, Ganerbiorum, & Domibus Ganerbiciis* A. 1667. in Germanicum converſus. JAC. LESCHNER. Diſſ. de *Ganerbinatu*, Lipſiæ ſub Præſidio M. Z. CRAMERI A. 1677. B. F. ROCH. Diſp. de

inſtantiis Ganerbii conveniuntur. Senatores dicuntur *Burgmenner*, reliqui ſocii *die Beyſaſſen*, pacta vero, quibus inter ſe colligantur, *der Burgfriede*

IX. *Originem* Ganerbinatus e *bellis crociferis* Germaniæ traxerunt, ubi mutuæ defenſionis cauſſa primum coiverunt, ſed deinceps arcibus ſuis freti, vel alios oppreſſerunt, vel facinoroſos receptarunt: unde variæ adverſus iſtos conſtitutiones proditæ, & pleraque vel extincti, vel Statibus Imp. ſubjecti.

X. Exempla Ganerbinatuum variis recenſentur. nimirum *Rothenbergenſis*, qui Norimbergenſibus ceſſit, *Saltzburgenſis* ad Salam, *Reiffenbergenſis*, *Bimingheimenſis*, *Gelnhuſanus*.

XI. Inprimis *Friedbergenſis* huc pertinet, qui adhuc ſuum habet Burggravium, leges, privilegia & condominos, quin etiam ad Comitia vocatur, licet non compareat, ceterum ad

de Pace Burgorum, vom Burgfrieden. Arg. A. 1781. NIC. APPOLDI Diſp. de *Signo Pacis von dem Burgfrieden*. Gieſſæ A. 1604. edita. G. L. de FLOERKE Sched. de *Ganerbinatu Saxoniæ Inferioris*, *Sadelhand* dicto, *Ganerblichen Urkunden des Hauſes und Schloſſes Rotenberg*: quæ Scripta a Dn. JO. GE. ESTOR in Selectis ipſius Minoribus P. VII. exhibentur. EVR. HEROLD. P. I. p. 770. MOSER. l. c. C. XLIX. §. 5.

XI. V. LIMN. *J. P. T. I. Addit.* 6. §. 31. TEXTOR. J. P. Th. XV. n. 73. SCHWEDER. l. c. §. 6.

ad Nobilitatem Rhenenſem, quam Wetteraviæ Comites, referri mavult.

XII. Ad Ganerbinatus Immediatos quoque referri volunt Nobiles des Buſſecker Thals, quos tamen ſuperioritati ſuæ ſubjicere voluerunt Landgravii Haſſo Darmſtadtini, ob feuda Haſſiaca pacto ipſorum comprehenſa: unde controverſia enata, ad Judicium aulicum primo, deinceps ad Comitia delata.

XIII. Porro dantur *COLLEGIA CANONICORUM*, quæ immediate Cæſari & Imperio in civilibus ſubſunt, & in Camera poſſunt conveniri: quale eſt Collegium *Creutzalenſe* in *Bruckheim* prope Spiram, *Burgſcheidenſe* prope Aquisgranum, *Arenfeldenſe* prope Saræpontum, Monaſterium *Erpacenſe auff dem Steigerwalde*, Monaſt. S. Michaelis *auff dem Münchs-Berg bey Bamberg*.

XIV. Denique dantur *Pagi* quidam *immediati*, videlicet *Suffelheim*, *Goldramſtein*, *Gaub*, *Althein*, itemque liberi homines *auff der Leut-Kirch Heyde und zu Meglaſs*.

Cap.

XII. v. EUROP. HEROLD. l. c. *Electr. J. Publ.* T. I. p. I. p. 31. STRUV. l. c. § 13.

XIII. v. EUROP. HEROLD. l. c. p. 770. REINKING. de *Reg. Sec. & Eccl.* L. I. Claſſ. 5. Cap. X. n. 13. SCHWEDER. l. c. § 15.

XIV. v. INSTR. PAC. art. V. § 2. GOLDAST. *Epiſt. dedic. Der Reichs Händl.* HUGO de *Statu Reg. Germ.* C. I. § 3. & C. V. § 6. ZEILLER. *Chron. Suev.* p. 302. HERT. de *Spec. I. R. G. Rebuſp.* S. I. § 10.

CAP. XX.

DE

VASALLIS ET SVBDITIS IMP.

§ I

MEmbra Imp. Rom. Germ. latiori ſenſu ita dicta præterea etiam in *Vaſallos* & *Subditos* recte diſpeſcantur: utrique iterum vel ſunt Regni *Germanici*, vel *Italici*, utrique vel *Immediati* vel *Mediati*.

II. VASALLI Imp. ſunt, *qui feuda Imperii tenent, atque hoc nomine Imperatori & Imperio peculiari fidelitatis nexu obſtricti ſunt.*

III. In Regno *Germanico* non ſolum omnes Imperii *Status* hucusque recenſiti, tam Eccleſiaſtici quam Seculares, (præter Civitates Imp. quæ Vaſallorum numero proprie non cenſentur,) ſed etiam reliqua Imp. *Membra immediata*, ratione territoriorum ac regalium, quæ ab Imp. & Imperio recognoſcunt, *Vaſalli* quoque ſunt *Imperii*: licet vulgaria feudorum placita caute ad eosdem applicanda ſint.

IV. Atque iſti quidem ſunt *immediati* Regni Germanici *Vaſalli*: *Mediati* vero ſive, *Subvaſalli*, ſunt omnes, qui terras ab aliis Statibus tanquam *Subdominis* ſub feudi lege recognoſcunt.

V.

§. III. v. TITIVS *J. Publ.* L. VII. C. VIII. §. 17.

V. Et horum alii quidem ratione *perſonæ* manent *immediati*, licet bona ſua *immediata* in *mediata* converterint, atque adeo Imperialia feuda vel allodia aliis Subdominis ſubmiſerint; id quod per leges Imp. facere haud prohibentur.

VI. Qui adeo hoc intuitu *Landſaſſiorum* quoque numero cenſentur, ac primum ſubfeudorum ſuorum *forum Subdomini curiam* ſortiuntur, a qua demum ad ſumma Imperii judicia provocatio datur.

VII. Alii vero ratione *perſonæ* etiam ſunt *mediati*, qui adeo *Landſaſſii* ſunt vere proprieque dicti, non ſolum Vaſalli, ſed etiam ſubditi Imp. exiſtimandi, de quibus deinceps.

VIII. Porro *Italici* regni *Vaſalli* conſiderandi ſunt; qui neque ſunt *Status Imp.* excepto Sabaudo, quod ad Comitia Imp. non vocantur, nec *ſubditi Imp.* quod Legibus Imp. Germ. non ſunt ſubjecti, ſed meri *Vaſalli*, quos Leges ſaltem obligant feudales.

IX. Sunt autem iſti vel *Duces*, ut Mediolanenſis, Florentinus, Mantuanus, Mutinenſis, Parmenſis: vel *Principes*, ut Pedemontanus

V. VI. v. Do. de LUDWIG. de *Primò foro Subfeudorum Imp.* Cap. III. & V.

IX. v. ITTER. de *feud. Imp.* C. VI. p. 163. EUROP. HEROLD. T. I. p. 769. STRUV. *C. J. Publ.* Cap. XXIX. §. 26. 27.

nus & Mirandulanus; vel *Marchiones*, ut Montisferratenſis, Anconitanus & Pignaroliꝰ vel *Comites*, *Barones* & *Nobiles*, quorum ingens eſt numerus.

X. Sunt quoque Italiæ Vaſalli, æque ac Germaniæ, vel *Immediati* vel *Mediati*: ſed huic diſtinctioni non opus eſt hic immorari.

XI. SVBDITI ergo Imperii jam contemplandi, qui itidem ſunt vel *immediati*, qui absque intermedio Domino ſummæ poteſtati Imperatoris & Imp. parent: vel *mediati*, qui Statibus Imp. aliisve immediatis Imp. Membris ſunt ſubjecti.

XII. Inter *immediatos* Imp. ſubditos a nonnullis referuntur ipſi *Status Imp.* non quidem *collective*, ſed ut *ſinguli* ſpectati, eo quod non ſolum Imperatorem in Caput ſuum eligant, ejus reſervata in ſuis territoriis admittant, jurisdictionem ſupremam, conceſſionem privilegiorum, executionem ſententiarum &c. agnoſcant, ſed & præter vaſallagium Imperatori & Imperio homagium præſtent, atque *ſubditi* in Receſſibus Imp. vocentur.

XIII.

XII. ITTER. de F. I. C. XIX §. 9. HORN. *J. Publ. Prud.* Cap. XIII. §. 7. Cap. XLIX. §. 3. L. B. a LYNCKER de *Libertate Stat. Imp.* C. I. §. 2.

XIII. v. RHET. *Inſt. J. Publ.* L. I. Tit. III. §. 2. TITIUS *J. Publ.* L. VII. C. VIII. §. 16. 26.

XIII. Sed tamen *improprie* ſubditi vocari videntur, quod non ſolum ut ſinguli coimperantes ſint in Imperio, ſed & omnia ſummæ poteſtatis jura in ſuis territoriis exercent, quae in ſubditum vix cadunt, licet reliquiæ quædam priſtinæ ſubjectionis ſuperſint: unde & homagium & Receſſus Imp. ex præſenti rerum ſtatu ſunt interpretandi.

XIV. Igitur *ſubditi* Imp. *proprie* ſic dicti, iique *immediati*, ſunt omnes reliqui, qui non ſunt *Status* Imp. quales vel *ſinguli* ſunt, vel univerſitates.

XV. Ad *illos* an etiam pertineant, qui ex Familia Statuum Imp. ſunt, uti *Uxores*, *Liberi*, *Agnati*, qui *Apanagiati* dicuntur, dubium: imo rectius & Superioritati territoriali convenientibus videtur, ut mediatis accenſeantur, ac Domino territoriali ſubjiciantur.

XVI. Haud dubie vero ad immediatos Imp. ſubditos pertinent *Principes* Imp. item *Comites* & *Barones* Imp. immediati, qui qualitate Status Imp. deſtituuntur.

XVII.

XV. v. SCHILTER. *I. J. Publ.* L. I. Tit. VIII. §. 6. HORN Cap. XLIX. §. 4. RHET. *I. J. Publ.* L. I. T. XXII. §. 13. 14. HOFFMANN. ad *Capit.* JOS. a. XLIII. §. 8. qui diſſ. Conf. Infra L. 7. C. XVI. §. 20.

XVI. v. *Capit.* JOS. a. XLIII. ibique HOFFMANN. l. c. LYNCKER. de *Grav. extraj.* C. IX. P. II. §. 56. p. 868. HORN. l. c.

XVII. Eodem referendi *Officiales* aulæ Cæſareæ vel Imperii, atque adeo etiam *Præſides & Aſſeſſores* Judicii *Aulici & Cameralis*: itemque *Commendatores* ex ordine Teutonico immediati.

XVIII. *Univerſitates* Imperio immediate ſubjectæ ſunt *Collegia Canonicorum* immediata, *Ganerbinatus* immediati, nec non *Pagi* immediati ſuperius memorati.

XIX. Denique *Nobiles* Imp. *immediati*, non ſolum ut univerſitas, ſed etiam ut ſinguli ratione perſonæ immediatis Imp. ſubditis annumerandi.

XX. *Mediati* Imp. ſubditi ſunt omnes reliqui, qui immediate quidem Statibus Imp. aliisve immediatis Imp. Membris parent, ſed ultimo tamen Majeſtatem totius Imperii agnoſcunt, atque hinc etiam *fideles Imperatoris & Imperii* vocantur: ſed varia eorum genera inferius conſideranda venient.

CAP.

XVII. v. STRAUCH. *Inſt. J. Publ.* l. 11. HORN. C. XLIV §. 3. C. XLIX. §. 4. SCHWEDER. C. XVIII. §. 14.

XVIII. XIX. v. HORN. l. c. C. XLIX. §. 5. 6.

XX. v. RECESS. IMP. d. a. 1654. §. 6. HORN. l. c. §. 8.

CAP. XXI.

DE
JURIBUS MEMBRORUM IMP. COMMUNIBUS.

§. I.

Sicuti diverſi ſunt membrorum Imp. Ordines, ita diverſa quidem ſunt ſingulorum Ordinum jura; ſed dantur tamen quædam etiam jura, vel omnibus Imperii Membris eorumque Ordinibus, vel ſaltem omnibus Imp. Statibus communia, nunc porro conſideranda.

II. Jura omnibus Imperii Membris communia ad duo ſumma capita referri poſſunt: jura *Libertatis*, & jura *Civitatis*; utraque vel intuitu *ſtatus publici* vel *privati* ſpectata.

III. *LIBERTAS* omnibus Imp. Membris, mediatis & immediatis, Statibus & non Statibus communis, in *genere* partim *immunitatem* quandam involvit a certa obligatione, vel *poteſtate* alterius, vel ſaltem certis ejus effectibus, partim *facultatem* omnia *agendi*, quæ ſtatui vel utilitati ſuæ conveniunt,

---

§. II. * Not. Per Jura *Libertatis* generatim certos intelligi gradus exemtionis ab Imperio civili.

III. * 1.) *Libertatem* hic intelligi omnibus communem; 2.) non plenam, ſed certos ejusdem gradus; 3.) comparative tantum ſpectatam, intuitu ſcilicet aliorum populorum, qui tanta libertate non gaudent.

jus, eamque nec *legibus* nec *pactis* nimium reſtrictam.

IV. Intuitu *ſtatus publici* antiqua *Libertas Germanica*, quæ omni tempore ab Imperio abſoluto vel deſpotico abhorruit, adhuc in immediatis Imperii membris cumprimis *Statibus* Imp. conſpicua. In *mediatis* autem fere extincta eſt, niſi ubi vel regimen monarchicum, Statuum provincialium poteſtate temperatum, vel ariſtocraticum, & democraticum, vel mixtum, obtinet.

V. Specialius quoque hæc Libertatis ſpecies ita determinatur, ut nec Judiciis Imp. nec alii cuicunque liceat, in Territoriis Statuum, vel in cauſis religionis, vel politicis, vel juſtitiæ, ſub quocunque prætextu, contra Pacem religioſam, aut alia Pacta legitime inita ac valida, quidquam attentare.

VI. Cumprimis *Libertas Religionis* huc ſpectat, quæ partim *ſummam poteſtatem circa ſacra* complectitur, apud Catholicos ex ſuæ religionis principiis ſuſpenſam vel reſtrictam, apud Proteſtantes contra majori libertate & fere independenti ratione exerceri ſolitam.

VII.

IV. HORN. *J. Publ.* Cap. I. §. 1. NITSCH. ad *Capit.* JOS. Art. III. C. II. §. 3. RHODEN. Diſſ. de *Libert. Germ.*

V. v. Cap. CAROLI VII. Art. I. §. 8.

VI. v. SENCKEB. l. c. §. 3.

VII. Partim *libertatem amplectendi & profitendi religionem* aliquam ex probatis in Imperio religionibus; quod quidem Principes & Status Imp. *ſeculares* aliique immediati ſine omni jactura facere poſſunt, niſi ex conventione forte exceptio probari poſſit.

VIII. *Epiſcopi* autem aliique *Clerici*, tam *mediati*, quam *immediati*, religionem mutantes, ob Reſervatum Eccleſiaſticum, Epiſcopatus, Abbatias & beneficia amittunt.

IX. Alias *Mediati* eadem religionis libertate gaudent, ita ut nec deſpicatui haberi, nec ab ullo jure excludi debeant ob religionem, ubi diverſæ religiones tolerantur, ubi non tolerantur, ſaltem beneficium emigrandi habeant, quamvis & interdum emigrare cogantur.

X. Ad liberum juris territorialis exercitium quoque refertur, quod Status non ſolum

VII. v. REC. I. d. a. 1555. §. 5. & 16. HORN. l. c. §. 2. LYNCKER. de *His, quæ Princ. Statuumve libertati perp. accenſ.* S. I. §. 2.

VIII. v. I. P. W. a. V. §. 14. 15. STRYK. de *Viſ ſalli* C. III. §. 19.

IX. v. I. P. a. V. §. 35. 36. HORN. l. c. §. 2. Add. Autoris *Meditatio Jurid.* qua *Diſcurſus* J. Publ. de *Jure Hereditario aut Feudi Succeſſorio in Acad. Wirceb.* in lucem editus, *ſub examen revocatur.*

X. v. THOMAS. de *Poteſt. Stat. Legislat. contra jus comm.* LYNCKER. de *Libert. Stat.* S. I. §. 2.

tum leges ferre queant *contra jus commune*, ſed etiam, quod *Cæſar* cum Statibus in ipſorum juriſdictione *non concurrat*, quodque hæc, illo præſente, non quieſcat, nec *avocare* poſſit Cæſar ſubditos a Statuum judiciis, nec in *criminalibus* a Statibus *appellari*, quin & *crimen læſæ Majeſtatis* in Status committi.

XI. Omnibus autem Germaniæ ſubditis hoc jus eſt, ut neque a *Cæſare*, neque a *Pontifice*, ejusve *Nuncio*, ad forum aliquod extraneum evocari poſſint, niſi inter Catholicos res eo pertineat.

XII. Cum etiam libertas quædam in foro primæ inſtantiæ poſita videatur, neque *Immediati* qui jus Auſtrægarum habent, neque *Mediati*, hoc beneficio privandi ſunt, adeo, ut hi ne volentes quidem ad judicia Imperii immediate tanquam ad primam inſtantiam vocari queant; idque hodie etiam citra privilegium a Cæſare impetratum: licet jus provocandi & querelas ad Cæſarem deferendi mediatis integrum ſit.

XI. v. R. I. d. a. 1512. T. III. §. 14. *Noviſſ. Capit.* LEOP. a. XVIII. XIX. JOS. a. XVII. XVIII. MEHILT de *Jure peregr.* §. 19. LYNCKER de *Iis, quæ Princip. lib. perp.* S. I. §. 20. HORN. C. V. §. 3.

XII. v. *Capit.* LEOP. a. XVIII. JOS. a. III. VI. XVII. CAROLI VII. a. XVIII. §. 4. LYNCKER de *Relig. Obſeq.* §. 24. HORN. l. c.

XIII. Ex libertate Statuum porro naſcitur inſignis illa *exiſtimationis* ac *honoris prærogativa*, qua non ſolum Electores, ſed & Principes Imp. vel quaſi intuitu Cæſaris pariter ac exterorum Regum atque Rerump. gaudent.

XIV. Hinc eſt, quod non ſolum Electores Regibus æquiparentur, ſaltem immediate eos ſequantur, ſed etiam Principes Imp. eodem jure Liberis Rebusp. vel præferri, vel ſaltem æquiparari, prætereaque legatos primi ordines mittere cupiant, quamvis hoc non ſit extra controverſiam.

XV. Huc refertur etiam *jus tegendi caput* coram Cæſare pariter ac Regibus exteris, quo Principes Imp. etiam Apanagiati aliquando uſi ſunt.

XVI. Ejusdem libertatis argumentum cenſetur Titulus: *Nos Dei gratia;* quo licet interdum etiam non Status, etiam Principiſſæ & Principum liberi uſi legantur, hodie tamen non niſi *Principes* & nonnulli *Comites*, qui hoc elogium retinuerunt, utuntur.

XVII. Ejusdem fere generis eſt *uſus ceræ rubræ*, quo hodie non ſolum Principes Imp. & Comites, etiam Apanagiati, ſed & Civitates Imp. Ceteri vero Immediati, æque ac *mediati* ſeu *Landſaſſii* non citra privilegium Cæſa-

XIV. v. *Diar. Europ.* T. XX.V p. 214. LYNCKER. Diſſ. cit. Sect. II. § 1.

XV. - - XVII. v. LYNCKER. Diſſ. all. S. I. §. 3. 4. 5.

Cæſaris vel Principis ſui, gaudent; licet *Nobilibus* & *Doctoribus* etiam in conſequentiam dignitatis tribuatur.

XVIII. Denique omnibus Imperii ſubditis communis eſt *Libertas emigrandi*, ſeu *civitatem mutandi*, ita ut nec Imperatori, nec Domino territoriali, jus ſit eos revocandi.

XIX. Intuitu Status *privati* varia etiam libertatis genera, varie tamen, ob ſalutem publicam vel alias rationes, ſæpe limitata, Statibus competunt, qualia ſunt libertas *matrimoniorum*, *tutelarum*, *ſucceſſionum*, *teſtamentorum*, *commerciorum*, *contractuum*, *delictorum* &c.

XX. Huc ſpectat, quod a conſtitutionibus Territorii ſui immunes ſint, matrimonia absque conſenſu Imperatoris libere ineant, teſtamenta absque ſolennitatibus juris civilis valide condant, de mutua ſucceſſione paciſcantur, Judicem delictorum adverſus Imperium admiſſorum nonniſi Cæſarem & Status ſortiantur, aliaque.

XXI. Sequuntur *jura CIVITATIS*, quæ certa continent beneficia, Statibus vel ſubditis

XVIII. v. GAIL. L. II. Obſ. 36. n. 6. LYNCKER. de *His, quæ Princ. Stat. liber. perp. accenſ.* S. I. §. 2. HORN. l. c. §. n. 41.

XX. v. LYNCKER. de *Libert. Stat.* S. I. §. 1. & §. II. §. 5.

ditis Imp. competentia, quatenus membra Imperii, tanquam unius civitatis, ſunt.

XXII. Quæ in ſpecie *jura Teutonicæ nationis* vocantur, quatenus nonniſi iis provinciis competunt, quæ vel originaria Germaniæ membra, vel in jus civitatis Germanicæ publica auctoritate ita receptæ atque unitæ ſunt, ut Comitiorum omniumque jurium publicorum mediate vel immediate, participes fiant.

XXIII. Unde his juribus deſtituuntur provinciæ, quæ ſubjectæ quidem Regno Germaniæ, ſed non incorporatæ, eoque nec Comitiorum & dignitatum Reip. capaces ſunt: uti olim terræ juris Slavici ſeu Vendici, Arelatenſis, Gallici, Hungarici, Illyrici, hodieque Italici &c.

XXIV. Siquidem *jus Albinagii*, quod vocant, licet in jure privato & inter privatos in Imperio non adeo obtineant, tamen in juribus publicis Imp. ejusque officiis, dignitatibus, comitiis &c. religioſe ſemper obſervatum fuit.

XXV. Cum vero jus Teutonicæ Civitatis vel *Provinciæ* vel *Perſonæ* competere poſſit: Princeps quidem & Cives Provinciæ jura ſequuntur.

XXVI.

XXII. - XXV. v. COCCEJ. *J. Publ.* Cap. I. §. 12. 13. 14. it. C. VII. & XXXI. fin.

XXVI. Principem vero inter jura Civitatis locum occupat *Jus ſuffragii*, Statibus Imp. in Comitiis Imp. Statibus vero provincialibus in conventibus provincialibus competens: quod licet ad jura libertatis ſupra relatum ſit, tamen ad jura civitatis quoque pertinet, quatenus nonniſi Membris unius civitatis univerſalis vel particularis convenit.

XXVII. Deinde huc ſpectat *jus*, *protectionem* non ſolum generalem, ſed etiam ſpecialem, adverſus injuſtam vim, nec non *æqualem adminiſtrationem juſtitiæ* ſecundum LL. Imp. itemque *conſervationem* cujusque *jurium* & *privilegiorum*, a Cæſare & Imperio expetendi, omnibus Imp. Statibus & ſubditis commune.

XXVIII. Porro quod *Dignitates*, majores præſertim, *munera* & *officia*, togata & ſagata, Germanis potius, qui in Germania nati & educati, nec non poſſeſſionati ſunt, potius, quam exteris conferantur, præter

 officis

XXVII. v. R. I. R. l. d. a. 1548. §. 67. CAPIT. LEOP. & JOS. a. VIII. verb. *zu unſern und des H. R. Reichs allgemeinen Schutz und Vertheidigung* usque *allerſeits angehoerige Unterthanen*, & Art. III. XIV. Cap. CAROLI VII. a. XV. XVI. §. 1.

XXVIII. v. *Capitul.* LEOP. a. 40. 44. JOS. 39. 43. R. I. O. l. d. a. 1532. §. 31. 1641. §. 44. conf. SCHILTER. de *Jure peregr.* §. 15. STRUV. de *Militia Imp.* C. III. §. 7. ſqq. MOSER. l. c. §. 3. n. 9.) 10.)

officia bellica minora, quæ etiam exteris concredi poſſunt.

XXIX. Denique jus *præcedentiæ*, vi cujus juſtas ob cauſſas & bonum ordinem in Rep. ac ne ſolennia conventuum & pomparum turbentur, ille qui majori dignitate pollet, reliquis præfertur. id quod non ſolum circa Status & immediatos, ſed & mediatos Imp. cives locum habet.

CAP. XXII.

DE OBLIGATIONE MEMBRORVM IMP.

§. I.

QUemadmodum CAESAR, tanquam *CAPVT* Imp. ita non minus *MEMBRA* Imp. ſive ſint *Status*, ſive *ſubditi*, ad *ſalutem Imperii*, ex præſcripto Legum Imp. fundamentalium, promovendam, *obligantur*.

II. Conſiſtit vero *Salus imperii* in eo, ut Imperatori ſua auctoritas & præeminentia conſtet, & Membris Imp. ſua Libertas illibata maneat, cumprimis Statibus Imp. ſua jura comitialia ac territorialia ſalva & integre ſerventur, atque univerſum Imperium pace &

XXIX. v. LIMN. L. IV. C. 9. MYLER. de *Princip. & Stat. Imp.* C. 13 CRVSIVS de *Praecd.* HORN. l. c. Cap. XLIV. §. 30. C. L. §. 4.

& tranquillitate interna, atque adverſus externam vim ſecuritate, fruatur.

III. Speciatim igitur *STATUUM Imp.* qua Coimperantium officium eſt, ut non ſolum IMPERATORI ut Capiti *fidem*, *honorem* & *auxilia* tribuant, ſed etiam una cum ipſo Imperii totius commoda promoveant, damna avertant, & ſingulorum Imperii Statuum, aliorumque Imperii ſubditorum, jura tueantur.

IV Hinc tenentur iidem, hodie *ſaltem* per Legatos, *Comitiis* adeſſe, idque propriis ſumtibus, atque deliberando, decernendo, adminiſtrandoque negotia Imperii diligenter curare· Deputationes etiam Imp. ſuſcipere, interdum in perſona propria, & ſub certa pœna, a qua tamen juſta cauſſa excuſat.

V. Omnia vero & ſingula Imp. Membra IMPERATORI & IMPERIO, h. e. Statibus collective ſumtis, & *reverentiam* & *fidem*

§. III. v. *Apolog.* JOH. FRIDERICI El. S. ap. HORTLED. L. IV. C. IX. §. 171. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XIX. §. 3. HORN. *J. Publ.* C. XLVII. §. 2.

IV. v. REC. I. d. a. 1512. §. 26. a. 1576. §. 111. *Noviſſ.* §. 118. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXX. §. 6. HORN. l. c.

V. v. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XIX. §. 10. 11. ubi Homagii & *Vaſallitii* & *Subjectionis* antiquæ formulæ. HORN. C. XLIX. §. 3. & C. LI. §. 1. ubi formula homagii vaſallitici hodierna.

dem & obſequium debent: idque vi *Homagii* vel *Vaſallagii*, quod utrumque Principes & Status eadem formula præſtant.

VI. Cumprimis ad *obſervantiam Legum Imp.* tam *publicarum* ſeu fundamentalium, quam *privatarum*, obſtringuntur Status æque ac ſubditi, immediati & mediati, ſed non ſine diſcrimine. *Status* quidem ex *pacto* utrasque obſervant, niſi quatenus priſtinæ ſubjectionis reliquiæ ſuperſunt, nec Bohemo hodie excepto; * *Subditi* vero vi *ſubjectionis*, & Immediati quidem indiſtincte, Mediati vero, quatenus publicæ eos tangunt, privatis autem per leges territoriales vel conſuetudines cujusque loci non derogatum eſt.

VII. Sed & juſſibus ac mandatis *Imperatoris* ſolius in iis, ubi ei jus eſt jubere, itemque judicii Aulici & Cameralis ſententiis, ubi

* Homagium ſubjectionis an hodie ab omnibus Immediatis, itemque a Mediatis etiam actu præſtetur?

VI. v. *Conſtit.* MAXIMIL. I. d. a. 1495. *vom Gemeinen Pfenning* pr. *Ord. Cam.* P. I. T. 57. REC. I. *Nov.* §. 6. ibi: *ohn-und mittelbare, ſie ſeyn Stände des Reichs oder nicht.* HORN. C. LI. §. 2.

* v. HERT. de *Renov. R. G. I. & R. Boh. nexu* S. IV. § 2. 3. A. *Exam. Diſſ. de Jurisd. ſ. & Super. T.* C. V. §. 3.

VII. (a) v. Ord. *Des Landfried.* 1525. T. XVII. §. 2. ibi. *Bey denen Eyden und Pflichten, die Ihr uns von*

ubi fundatam habent intentionem, omnes obtemperare debent: (*a*) niſi *manifeſte* appareat, vel Cæſarem limites poteſtatis, vel Judicia Imp. juriſdictionis, migrare, adeoque mandata vel judicata eorum nullitate laborare (*b*); quod tamen in dubio non præſumendum.

VIII. Difficilior eſt quæſtio: *Cæſaris, an Domini Territorialis, aliusve Immediati, juſſus, ſi ſibi contrarientur, ſit præferendus?* Videtur tamen *Cæſaris* juſſus præferendus, ſi jubeat, quæ ad Reſervata ejus ſpectant, quæ-

---

von des Reichs wegen inſonderheit zugethan, und bey der Gehorſamb, die Ihr uns als Röm. Kayſer ſchuldig ſeyd. INSTR. P. a. XVII. §. 7. *Capit.* JOS. a. XXV. REC. I. 1548. §. 24. ibi: *Und ſollen Churfürſten &c. Gehorſamb leiſten. Ord. Cam.* P. II. T. XI. RHET. J. P. L. I. T. III. §. 4. LYNCK. de *relig. obſeq.* §. 24.

(*b*) *Cap.* LEOP. a. XVIII. JOS. a. XVII. ibi: *ſolchen* Mandatis *keine* parition *zu leiſten.* CAROLI VII. a. XVI. §. 9. 10. 11. STRYK. *de Via facti* C. I. §. 34. HORN. l. c. §. 3.

* An citationibus vel mandatis in Territoriis Statuum immediate inſinuatis, obſequium poſſit denegari?

** An vis poſſit opponi Cæſari de facto procedenti? v. ſupr. C. XXI. §. 7.

VIII. v. LYNCKER. de *Relig. obſeq.* §. 24. ſ. HORN. *Jprud. F. ad.* C. XVIII. §. 11. *J. Publ.* l. c. §. 3. ſ.

quæve Territorialis poteſtas, aut alia inferior, juxta LL. Imp. impedire nequit: *Domini* vero Territ aut alius immediati, ſi ea, quæ, jure Territorialis Superioritatis & juriſdictionis ſuæ, jubere poteſt.

IX. Uti ad obſervantiam Legum, ita ad *Onera* quoque Imperii ferenda, qualia ſunt, *Expeditio Romana* olim frequentata, hodie *Coptæ* & *Collectæ* Imp. nec non *Suſtentatio Cameræ*, Membra Imp. obſtringuntur. cum omnino Civium ac ſubditorum fidelium ſit, fortunas quoque in ſalutem Reip. belli & pacis tempore impendere.

X. *Expeditio Romana* olim dicta, quam Rex Rom. ſuſcipiebat, coronationem Romanam petiturus, in qua eum omnes Vaſalli & Status Imp. cum certo militum numero, qui ad 20000. peditum & 4000. equitum tandem excrevit, comitari tenebantur.

XI Quæ licet a *Caroli V.* tempore in deſuetudinem abierit, tamen hodieque Membra Imp ad Expeditiones bellicas Imp. certum *Militum* numerum, *Reichs-Contingent*, æque ac *Collectas*, juxta modum Expeditionis Romanæ, computatis in peditem 4. in equi-

IX. v. HORN. §. 5.

X. v. *Conſtit.* de *Expedit. Rom.* ap. GOLDAST. *Stat. Imp* p. 28. SCHWARZEL. Diſſ. de *Exped. R.* & *Dipl. Conradi II.* OTTO FRIS. L. II. C. XII. STRUV. *J. Publ.* D. XXIII. §. 4. 5.

equitem 12. aureis Rhenanis, menſibus etiam ſæpius geminatis, conferre tenentur

XII. Primario quidem *Statibus* Imp. & in his etiam hodie Bohemo, hoc onus incumbit, qui tamen non ex ſuis domaniis, ſed collectis ſubditorum, collectas ſolvunt, ſed nec Nobiles Imp. ceterique immediati ſubditi, nec Detentores, *Inhabere*, bonorum immediatorum, nec Vaſalli etſi non ſubditi, imo nec mediati, prorſus ab eo immunes ſunt, niſi exemtio doceatur: quamvis modus obligationis diverſus ſit.

XIII. Scil. *Status* quidem ex conſenſu & decreto comitiali; *Nobiles immediati* ex peculiari tractatione; *Vaſalli* meri ex lege feudi & fidelitatis; ceteri vero ſive Immediati ſive mediati *ſubditi* ex imperio & vi ſubjectionis, auxilia iſta vel ſervitia Imperatori & Imperio præſtant. *Judæi* vero *coronarium* Imperatori recens electo offerunt.

XIV. Eadem obligatio efficit, ut cives Imp. operam militarem patriæ potius, quam exteris

XI. -- XIII. v. LIMN. J. P. L. IV. C. VII. n. 67. COCCEJ. J. P. C. XXX. §. 7. ſqq. MYLER. de *Pr. & Stat.* C. LXI. §. 11. TITIVS *J. Publ.* L. VI. C. II. §. 28. STRUV. l. c. §. 15. STRYK. de *Auro Coronario.* REC. I. 1581. §. 30. R. I. 1529. §. 24. R. I. 1582. §. 10. ſqq. R. I. 1500. T. 46. R. I. *Nov.* 1654. §. 180. *Capit.* JOS. a. III.

XIV. v. HORN. de *Lib. ext. milit.* th. 30. R. I. 1599. §. 11.

tenus [illegible] aſtare, atque adeo avocatoriis mandatis [illegible] hoſtem quoque publicum, & turbatores pacis perſequi, non vero recipere, juvare, aut fovere debent.

XV. Porro & *Suſtentatio Cameræ* onus Imp. eſt, quod itidem non modo ad *Status*, nec Bohemo hodie excepto, ſed & ceteros *immediatos*, adeoque & *Nobiles* Imp., non vero ad meros *Vaſallos*, pertinet. Status tamen interim, donec de certo modo conveniatur, iſtud in ſe recepere.

XVI. Denique *Imperatori* & *Imperio*, & juxta *Imperatorem Regemque Rom.* tanquam Caput Imp. præcipue *Electoribus*, tanquam præcipuis ejus Membris, *Reverentia* debetur. (*a*) neque etiam jura ipſorum, Legibus Imp. clare definita, vel præſentem Imp. formam, docendo, diſputando, ſcribendo, concionando, impugnare licet. (*b*)

XVII.

XV. v. R. I. 1544. § 91. R. I. 1645. § 21. ſqq. *Ord. Cam.* P. I. T. XL. XLI. ſqq. BLUM. *Proc. Cam.* C. X. COCCEJ. l. c. § 4. 12.

XVI. (*a*) v. A. B. C. XXIV. pr. HORN. J. P. C. XV. §. 4. & C. LI. § 1.

(*b*) INSTR. P. a. V. §. *utriusque* 50.

* An officio boni civis repugnet, morbos Reip. indicare?
v. THOMAS. *Jprud. Div.* L. III. C. VI. §. 41. ſqq.

XVII. Inter ſe Membra Imp. pacifice & tranquille vivere oportet, nemoque Civium Imp. ne Statuum quidem, adverſus Conſtatum jus ſuum vi vel armis proſequi, & via facti procedere, ſed jure in controverſiis obortis quilibet experiri debet, quod bella privata, diffidationes, expeditiones &c. per Conſtitutiones Pacis Publicæ, ceteriſque Imp. LL. in Imperio ſublata ſunt: defenſio tamen adverſus vim injuſtam non eſt prohibita.

XVIII. Pertinet huc etiam illud officium, ut nemo alteri ſe difficilem, ſed commodum præbeat, ſubditos alterius per territorium ſuum libere commeare & navigare patiatur, alterius ſubditos non abſtrahat, vel contra Dominos concitet, aut profugos ob delicta foveat.

XIX.

XVII. v. INSTR. P. a. II. §. 5. 7. & a. XVII. R. I. Noviſſ. §. 6. 193. BLUM. Proc. Cam. T. XXIX. SCHOTTEL. de Jure antiq. Germ. C. XXVIII. BESOLD. Theſaur. v. Fauſtrecht HORN l. c. §. 5.

* An adverſus Statum Imp. aliis militare, fœdus inire, repreſſaliis, pignorationibus, arreſtis, uti liceat?

XVIII. v. Conſt. P. Publ. 1548. præf. §. 1. T. XVI. R. I. 1555. §. 14. Cap. JOS. a. XXII. BLUM. l. c. n. 17. HORN. l. c.

XIX. Quisquis autem contra hæc agit, graviſſime peccat, &, pro re nata, *fractæ pacis*, vel *læſæ Majeſtatis*, vel in ſpecie *perduellionis*, vel etiam *feloniæ* reus fit: quod poſterius inprimis omnes, & immediati & mediati, incurrunt, ſi adverſus *Cæſarem* vel *Regem Rom.* vel totum *Imperium*, quin & *Electores*, hoſtile quid machinantur.

XIX. v. A. B. C. XXIV. *Conſt. Crim.* a. CXVIII. INSTR. P. a. XVII. §. 7. R. I. 1541. §. 69. R. I. 1544. §. 72. 73. *Cap.* IOS. a. XV. HORN. l. c. §. 6.

FINIS.

DIETER. HERM. KEMMERICHII
INTRODVCTIO
AD
JVS PVBLICVM
IMPERII
ROMANO-GERMANICI
TOMVS II.

LIB. V.

DE

MAIESTATE IMPERII R. G.

SIVE

SVMMA POTESTATE IMPERATORIS ET STATVVM INTVITV VNIVERSI IMPERII

CAP. I.

DE

FORMA IMPERII R. G.

§. I.

CONſideratum eſt *CORPVS* Imperii, quod partim ex *Territoriis*, partim ex *Perſonis*, CAPITE ſcil. & MEMBRIS, conſtat. Jam & FORMA IMP. conſideranda, quæ, dum ex certa Capitis & Membrorum *unione* & *nexu* enaſcitur, velut *ANIMAM* hujus Corporis conſtituit, ex cujus indole adeo varia Majeſtatis Imp. ejusque jurium adminiſtratio derivanda.

II. Hæc de Forma Imp. diſquiſitio a CAROLI V. potiſſimum tempore orta, uti *utiliſſima* eſt, & ad vim Legum Germanicarum, juriumque hinc dependentium naturam, accuratius ſolidiusque intelligendam non pa- *

rum

§. II. v. SCHILTER. *J. Publ.* L. IV. T. XII. §. 6. ubi de origine hujus diſquiſitionis. BOECLER. N. J. L. XXII. C. I. LYNCKER. Diſp. de *Forma Imp.* C. I. KULPIS ad MONZ. C. VI. §. 1. 3. TITIUS *J. Publ.* L. VII. C. VII. § 2. 3. STRUV. C. *J. Publ.* Cap. VI. § 81.

* Hanc de Forma Imperii R. G. diſquiſitionem nonnulli inter otioſas referunt, rati, controverſias juris publici occurrentes non ex Forma Imp. *Monarchica* & *Ariſtocratica* vel *Mixta*, ſed ex LL. Imp. fundamentalibus decidendas eſſe. Quam ſententiam imprimis tuetur B. SAM. STRYKIUS in Not. MStis ad SCHWEDER. *J. Publ. P. Gen. Cap. IV.* § *49.* cujus verba hæc ſunt: *Hæc quæſtio* (quænam hodie Imperio noſtro R. G. aſſignanda ſit forma?) *inter maxime controverſas, ſed revera inter maxime otioſas referenda. quando enim controverſia juris publici decidenda occurrit nemo illam affirmabit vel negabit, quod ſtatus ſit Monarchicus, vel Ariſtocraticus, vel mixtus, ſed deciſio petenda ex fundamentalibus Imperii legibus, ubi ſatis determinatum, quid Imperator poſſit, quid non poſſit?* Eandem ſententiam allegat & approbat Auctor, *des Reichs-Staats P. II. Cap. I. §. 9.* ** Aliter ſentiunt reliqui Juris Pu-

blici

rum facit, ita nec difficultate caret, de univerſo Imperii ſtatu, ac diverſo Capitis & Membrorum nexu, accuratum judicium politicum

Ggg 2 for-

blici Interpretes tamen non omnes, qui operæ pretium eſſe duxerunt, curatius in formam & ſtructuram Imperii noſtri inquirere: quos inter præ ceteris laudare licet GAB. SCHWEDERUM, qui l. c. § 46-52. IOH. BOECLERUM qui in *Not. Imp.* integro Libro XXII nec non NICOLAUM CHRIST. LYNCKERUM, qui non ſolum im *Bedencken über die Grundveſte des H. Röm. Reichs*, ſed etiam in Commentatione in laudatum BOECLERI Librum XXII ſub titulo Diſſert. de *Forma* ſive *Statu S. R. Imperii* edita copioſe & erudite hoc argumentum ediſſeruerunt. Cum STRYKIO forte faciunt nonnulli ex recentioribus, & inter hos imprimis Dn. MOSER, qui in *Compendio* ſuo *Juris Publici Moderni* Caput de *Forma Imperii* plane omiſit. At enim vero ego diſquiſitionem de Forma Imperii neutiquam otioſam eſſe, ſed in definiendis etiam quæſtionibus in praxi occurrentibus inſignem habere uſum cenſeo, cum non omnia in Legibus Imperii definita ſint. Equidem hæc ſola quæſtio, *Monarchica*, an *Ariſtocratica*, an vero *Mixta* ſit Imperii *Forma?* omne haud feret punctum: Id maxime ſpectandum erit, qualis Statibus Imp. cum Imperatore, vel, ſi mavis, Specialibus Imperii Rebuspublicis cum univerſo Imperii Corpore intercedat nexus? *Socialis?* an *Feudalis?* an vero &

Sub-

formare, tum propter accuratam, quam requirit, & rerum Germanicarum, & Juris publici univerſalis peritiam, tum ob diverſas Doctorum de hac materia ſententias, ex variis cauſſis enatas.

III. Scilicet alii *Monarchiam* eamque *abſolutam*, alii *limitatam* vel *temperatam* ſaltem, alii *Ariſtocratiam*, alii Statum ex *Populari*, *Optimatum* & *Regio*, alii ex *Monarchia* & *Ariſtocratia* mixtum, alii Formam *irregularem* & *monſtroſam* inter *Monarchiam* & *Syſtema Civitatum* fluctuantem, alii denique ſimpliciter plurium *Corporum ſociorum Syſtema* ſed irregulare, in Imperio R. G. ſibi obſervare videntur.

IV. Qui *abſolutam* Imperii *Monarchiam* ſibi finxere, (*a*) horum ſententia, ſive falſis de quarta Monarchia in Imperio Germ. continuata hypotheſibus, ſive effatis Juris Romani

Subjectionis. Id quod in decidendis quæſtionibus variis: v. g. utrum Crimen læſæ Majeſtatis a Statibus Imp. adverſus Imperatorem committi, ejusdemque pœna in eis locum habere queat? Itemque, an Princeps Imp. propter homicidium patratum pœna capitali ab Imperatore affici queat? uſum ſuum utique demonſtrabit.

IV. (*a*) REINKING de Reg. *S. & Eccl.* L. I. cl. II. C. II. STAMLER. de *Reſervat.* §. 5. 6. 15. SCHÜTZ Vol. I. Diſſ. I. th. 25 lit. D. WINTZERDORFF in *Diſſ. de Statu & Adminiſtr. S. R. I. forma hod.*

ni de Principe, ſive terminis & formulis monarchicis ſtylo curiæ Germanorum receptis, innixa, dudum expoſita eſt, ceu Legibus Imp. manifeſte contraria, nec ipſi Cæſari, ob nimium adulandi ſtudium, probata. *(b)*

V. Probabilior omnino ſententia de *limitata Monarchia*, quod Imperator quidem ſit Caput Imp. indicat Comitia, Receſſus Imp. & mandata ſuo ſub nomine promulget, jurisdictionem in Status eorumque ſubditos exerceat, ſed tamen poteſtas ejus per Capitulationem circumſcripta atque in multis ad conſenſum Statuum adſtricta ſit.

VI. Sed in Monarchia etiam limitata ſumma poteſtas penes unum eſt, ab eoque quoad omnes partes, in omnes & ſingulos ſubditos, per veram poteſtatum ſubordinationem, exercetur, niſi quod in ſui exercitio ad certum modum alligata ſit: in Imperio autem Status non ſolum ſummæ poteſtatis participes ſunt in Comitiis, ſed etiam omnia fere jura ejus

 in

(b) v. LEMNÆI qui in Diſcurſu apologetico de Statu Imp. R. G. Witzendorffio reſpondit. & J. P. L. l. C. X. § 11. MONZ. C. VI. § 6. ibique KULPIS. TITIUS l. c. C. IX. §. 10.

V. v. RUMELIN. ad A. B. Diſſ. III. §. 18. p. 72. LYNCKER. Diſſ. cit. C. III. p. 47. 48. SCHILT. J. Publ. L. IV. Tit. ult. §. 12. 24.

VI. v. MONZ. l. c. §. 7. ibique KULP. TITIUS l. c. §. 11. 12. HORN. J. Publ. C. XIV. §. 9. STRUV. §. 83.

in ſuis Territoriis proprio nomine exercent, ita ut a Cæſare nonniſi pauca reſervata in iis exerceri poſſint.

VII. Huic contraria eſt ſententia, quæ Imperium in *Ariſtocratiam*, Monarchice tantum adminiſtratam, convertere allaboravit, ſed paucos invenit Patronos, (*a*) lubrico nimis fundamento, atque ex ſola Comitiorum indole ſtatum Imperii metita, imo ex affectu & partium ſtudio enata, & in Cæſaris Majeſtatem injuria, tum quod ſine Cæſaris decreto nihil valeant Statuum concluſa, tum quod nonnulla Majeſtatis jura Cæſar ſolus exerceat (*b*).

VIII.

VII. * Dicendum de Moguntini effato: *nobis inprimis Ariſtocratia retinenda eſt*, ap. SLEID. H. L. II. p. 40.

(*a*) v. BODIN. de *Rep.* L. II. C. VI. *Method. Hiſt.* C. VI. HIPPOL. a LAPIDE de *Forma & Rat. Stat. R. G.* P. I. C. XVII. BELLENDEN de *Summa Præ-poteſt.*

(*b*) MONZ. l. c. § 4. & 7. & ibi KVLP. BOECLER. l. c. C. II. & LYNCKER ad h. l. in Diſſ. de S. I. not. d. e. f. g. h. ubi cum BOECLERO ex inſtituto hanc HIPPOLITHI ſententiam impugnat. SCHWEDER. l. c. § 40. TITIVS § 23. ſeq. ADAM. § 10. STRVV. § 54. *I. P. L. I. C. X. n.* 12. 78. ubi Ariſtocratiam præponderare putat.

VIII. Pleriſque placuit Forma *Mixta* ex *Monarchia* inprimis & *Ariſtocratia*, (*a*) nonnullis etiam ex *Populari*, *Optimatum* & *Regia* Statu, (*b*) ita tamen, ut Monarchia præponderet: quod nec penes Cæſarem ſolum, nec penes ſolos Status ſint jura Majeſtatis, ſed inter utroſque conſortium eorum intercedat, atque nonnulla quidem Cæſari ſoli, nonnulla Cæſari & Statibus omnibus, nonnulla vero Cæſari & Electoribus competant, ita tamen, ut in his etiam Cæſar eminenti ratione agat.

VIII. (*a*) v. LIMN. l. c. n. 12. G. SCHWEDER. *J. Publ. P. Gen. Cap. IV.* § 49. *ſqq.* BOECLER. N. I. L. XXI. LYNCKER. l. c. p. 50 ſqq. KULPIS ad MONZ. C. VI. § 7. p. 224. HORN § 5.

Add. Præf. edit. d. A. 1722. ibique obſervatio ex Actis Erud. Lipſ. d. A. 1686. qua aſſeritur, ſententiam, de forma Regiminis ex Monarchia & Ariſtocratia mixta, in Scholis magno conſenſu receptam, neque Cæſareæ hactenus Aulæ, vel Imperii Principibus Statibusque, quod conſtet, improbatam eſſe.

(*b*) v. COCCEJ. *J. Publ.* C. VII. § 8. ſqq. add. STRUV. ubi ſi mixturam quandam atque temperamentum admittere velimus, potius dicendum putat, eſſe Statum, ex *Monarchia*, ob reſervata Imperatoris, *Oligarchia*, ob prærogativas Electorum, *Ariſtocratia*, ob jura Principum, & *Democratia*, ob privilegia Civitatum Imperialium, mixtam.

in ſuis Territoriis proprio nomine exercent, ita ut a Cæſare nonniſi pauca reſervata in iis exerceri poſſint.

VII. Huic contraria eſt ſententia, quæ Imperium in *Ariſtocratiam*, Monarchice tantum adminiſtratam, convertere allaboravit, ſed paucos invenit Patronos, (*a*) lubrico innixa fundamento, atque ex ſola Comitiorum indole ſtatuum Imperii merita, imo ex affectu & partium ſtudio enata, & in Cæſaris Majeſtatem injuria, tum quod ſine Cæſaris decreto nihil valeant Statuum concluſa, tum quod nonnulla Majeſtatis jura Cæſar ſolus exerceat. (*b*).

VIII.

VII. * Dicendum de Moguntini effato: *nobis imprimis Ariſtocratia retinenda eſt.* ap. SLEID. H. L. II. p. 10.

(*a*) v. BODIN. de *Rep.* L. II. C. VI. *Method. Hiſt.* C. VI. HIPPOL. A LAPIDE de *Forma & Rat. Stat. R. G.* P. I. C. XVII. SELFENDSO de *Summa Princ. poteſt.*

(*b*) MONZ. l. c. § 4. & 7. & ibi KULP. BOECLER. l. c. C. II. & LYNCKER. ad h. l. in Diſſ. de F. I. not. d, e, f, g, h. ubi cum BOECLERO ex inſtituto hanc HIPPOLITHI ſententiam impugnat. SCHWEDER. l. c. §. 49. TITIUS §. 23. ſeq. HORN. §. 10. STRUV. §. 54. *J. P. L. I. C. X. n. 12, 38* ubi Ariſtocratiam præponderare putat.

VIII. Pleriſque placuit Forma *Mixta* ex *Monarchia* inprimis & *Ariſtocratia*, (*a*) nonnullis etiam ex *Populari*, *Optimatum* & *Regio* Statu, (*b*) ita tamen, ut Monarchia præponderet: quod nec penes Cæſarem ſolum, nec penes ſolos Status ſint jura Majeſtatis, ſed inter utroſque conſortium eorum intercedat, atque nonnulla quidem Cæſari ſoli, nonnulla Cæſari & Statibus omnibus, nonnulla vero Cæſari & Electoribus competant, ita tamen, ut in his etiam Cæſar eminenti ratione agat.

 IX.

VIII. (*a*) v. LIMN. l. c. n. 18. o. SCHWEDER. *J. Publ. P. Gen. Cap. IV.* §. 49. *ſqq.* BOECLER. N. I. L. XXII. LYNCKER. l. c. p. 50. ſqq. KULPIS ad MONZ. C. VI. §. 7. p. 114. HORN. §. 5.

Add. Præf. edit. d. A. 1722. ibique obſervatio ex Actis Erud. Lipſ. d. A. 1686. qua aſſeritur, ſententiam, de forma Regiminis ex Monarchia & Ariſtocratia mixta, in Scholis magno conſenſu receptam, neque Cæſareæ hactenus Aulæ, vel Imperii Principibus Statibusque, quod conſtet, improbatam eſſe.

(*b*) v. COCCEJ. *J. Publ.* C. VII. §. 9. ſqq. add. STRUV. ubi ſi mixturam quandam atque temperamentum admittere velimus, potius dicendum putat, eſſe Statum, ex *Monarchia*, ob reſervata Imperatoris, *Oligarchia*, ob prærogativas Electorum, *Ariſtocratia*, ob jura Principum, & *Democratia*, ob privilegia Civitatum Imperialium, mixtum.

IX. Verum licet negari nequeat, *Monarchici* quid Imperium R. G. adhuc habere, atque regimen univerſi in Comitiis etiam *Ariſtocratiæ* imaginem quandam referre: tamen *Ariſtocratica* hæc mixtura ad hodiernum Imp. ſtatum non prorſus quadrat, nec eum exhaurit; quod Optimates Ariſtocratici ſinguli extra Senatum non niſi privati ſint, nec domi imperio civili gaudeant, cum Status contra ut ſinguli etiam extra Comitia imperantes in ſuis territoriis maneant.

X. Recentior eſt ſententia, quæ *Imperium R. G.* non *unam Remp.* eſſe, ſed *Syſtema Rerumpubl.* inæquali fœdere nexarum, *irregulare* tamen & *monſtro ſimile*, inter Regnum & Syſtema hujusmodi fluctuans, vel ſaltem *extraordinarium*, ex conſvetis regulis Syſtematicis, per omnia, non æſtimandum, non ſine veritatis ſpecie aſſerit, (*a*) a pleriſque tamen, ſed impari ſucceſſu, impugnata. (*b*).

XI.

IX. V. MONZ. §. 5. TITIUS §. 14. 29. STRUV. §. 26.

X. (*a*) V. MONZAMB. l. c. §. 9. PUFEND. de *Rep. Irreg.* RACHEL. *Introd. ad J. Publ.* C. ult. *Inſt. Jprud.* L. I. T. XL. §. 4. *Otto Nic.* LINDHOLZ. Diſſ. de *Capitulat.* C. VI n. 15. TITIUS C. IX. §. 4. ſqq. Diſſ. de *Habitu Territ. Germ.* C. II. §. 76. ſqq. Add. STRUV. *Biblioth. Jur.* Cap. XIX. §. 42. ubi de MONZAMBANO ejusque Adverſariis pluribus agit.

XI. Sed ut verum juſtumque de Forma Imp. judicium fieri poſſit, primum ſtatus *antiquus* a *moderno* probe ſecernendus, atque variæ, quæ per vices temporum ab origine ad noſtram usque ætatem acciderunt, *Status publici mutationes* attendendæ, deinde non ex titulis, formulis & ſchematibus externis, e ſtatu priſtino reliquis, ſed ex genuino *Majeſtatis ſubjecto*, ex quo tanquam ex fonte omnia jura ſummæ poteſtatis profluunt, & in quod omnia negotia publica ultimo reſolvuntur, habitus Reip. æſtimandus; porro diverſus *nexus* mutuorum jurium mutuarumque obligationum, quo Caput & Membra Imp. inter ſe colligantur, ex LL. Imp. recte dijudicandus; denique animo indifferenti, & a præjudiciis, ſive Philoſophiæ Ariſtotelicæ, ſive affectuum, vacuo, veritas libere indaganda.

XII. Cum autem *IMPERIUM R. G.* non ſolum Regnum *Germaniæ*, ſed etiam *Italiæ*, nec non Regni *Arelatenſis* & *Imperii Romani* reliquias quaſdam, ſub ambitu ſuo complectatur: ante omnia fundamenti loco collocandum, *MAJESTATEM* Imp. non niſi RE-

(b) v. BOECLER. l. c. C. II. LYNCKER. Diſſ. cit. ad h. l. p. 28. lit. m.) KULPIS ad MONZ. §. 9. & Diſſ. de Unit. Reip. in S. R. I. C. XIX. th. 7. ſqq. SCHWEDER. l. c. §. 49. HORN. C. XIII. §. 2. ſqq.

XII. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. VII. §. 4.

GNO GERMANICO inhærere, quod Germanica gens ſit victrix & dominatrix ceterarum, & Germaniæ Territorium principale, cetera acceſſoria.

XIII In Germania olim ſumma *Libertas* regnabat; quot Populi, tot fere Civitates erant: Plerique *Populari* regimine gaudebant, ſed fere *Ariſtocratice*, interdum & *Regie* temperato, nam de communi ſalute Principes cum Populo in Comitiis conſultabant: nonnullis & Reges erant, ſed ſuadendi magis auctoritate, quam jubendi poteſtate; neque enim unquam Germani infinitam & liberam poteſtatem, aut totam ſervitutem pati potuerunt.

XIV. Poſtquam vero a FRANCIS Regnum fuit conditum, *Monarchicum* quidem *Imperium* invaluit, ſed Procerum & Populi *libertate* temperatum: quippe qua ſe prorſus exuere voluiſſe, Regem ſponte eligentes, haud cenſendi ſunt populi, qui a libertatis ſtudio nomen adſumſerant.

XV. CAROLVS M. quidem, potentia fulfultus, liberius magisque Monarchice imperas-

XIII. v. TACIT. de *Morib. Germ.* C. XI. MONT. C. I. §. 1. COCCEJ. C. VII. § 10.

XIV. v. COCCEJ. l. c. §. 11. RACHEL. *Inſt. Jprud.* L. I. T. XL. § 2. p. 118.

XV. v. BOECLER. de Reb. Sec. IX. ſub Carolo M. MEAT. de *Orig. Spec. Imp. R. G. Rerump.* §. 5.

peraſſe videtur: Comitia inſtituta ad conſultandum, non ad decidendum. Summa poteſtas penes Regem fuit, qui ſententiam, quam voluit, elegit, atque ſuis auſpiciis ſuoque arbitrio omnia moderatus eſt: Duces vero & Comites ſub Francis non niſi Magiſtratus fuerunt.

XVI. Sed ſub LVDOVICO *Germ.* denuo in ordinem redacta eſt Regia poteſtas, atque per pactionem Confluentinam, velut Capitulationem perpetuam, ad commune conſilium & conſenſum Ordinum Eccleſiaſticorum & Secularium reſtricta, magisque Ariſtocratice temperata.

XVII. Extinctis *Carolingis* Duces majorem quidem libertatem ac poteſtatem in ſuis provinciis ſibi arrogarunt, Domini tamen Territoriales nondum facti ſunt, multo minus inæqualiter fœderati Regis electi, cujus poteſtas novis pactionibus imminuta nuſpiam legitur.

XVIII.

XVI. v. SCHILT. *J. Publ.* L. IV. T. ult. §. 10. 11. ibique Pact. Conf. verba: *Ut noſtri* FIDELES, *unusquisque in ſuo ordine & ſtatu, veraciter ſint de nobis ſecuri. - - - Fidelium* COMMVNI CONSILIO ASSENSVM *præbebimus.*

XVII. v. ITTER. de F. I. C. I. §. 17. p. 40. GVNDLING. de *Statu Reip. G. ſub Conradó I.* §. 8. lit. g.

XVIII. Priſtina igitur forma adhuc duravit; imo OTTONUM poteſtas tantum non abſolute *Monarchica* fuit. ſed poſt OTTONES ab HENRICI IV. & V. inprimis tempeſtate, Imperatoria poteſtas non parum decrevit, vel per Imperatorum ſocordiam, vel per Principum ac Epiſcoporum ambitionem, nec non Pontificum artes; unde tantum poteſtatis Statibus vel Pontifici acceſſit, quantum Imperatori deceſſit, cujus rei documentum eſt ſtylus curiæ poſt hæc tempora introductus: *IMPERATOR & IMPERIUM.*

XIX. Concidit fere cum FRIDERICO II. *IMPERATORIA MAJESTAS*, nec poſt interregnum penitus inſtaurari potuit, creſcente indies Statuum poteſtate: donec tandem per Capitulationes arctiſſimis limitibus ita circumſcriberetur, ut pauciſſima ſummæ poteſtatis jura hodie, ſine conſenſu Statuum vel Electorum, ab Imperatore exerceri queant.

XX. *STATUS* contra poteſtatem, quam una cum territoriis proprio jure ſibi aſſeruerant, in Interregno iſto magis firmarunt, pluribusque regalibus ſenſim auxerunt, donec tandem omnia *jura territorialia* acquiſivere, atque in conſortium ſummæ poteſtatis intuitu univerſi Imperii pleniori jure admiſſi fuere,

XVIII. v. HERT. l. c. §. 7. STRUV. *C. J. Publ.* Cap. I. §. 4. 5. Cap. VI. §. 87. SCHILT. l. c. §. 17. 18.

re, ita, ut expreſſa Pacis Weſtphalicæ ſanctione omnia hæc jura iis confirmarentur: unde tot *Reſpublicæ* ſpeciales, quot Status in Imperio enatæ ſunt, certa tamen ratione adhuc Imperatori & Imperio unitæ.

XXI. Ex dictis liquet, *Monarchiam* quidem olim in Germania fuiſſe, ſed juxta regulas Monarchicas nunquam exacte ſatis compoſitam, imo ſucceſſu temporum, turbis frequenter exortis, nexum Monarchicum magis magisque laxatum, atque adeo *unam* Rempublicam in *plures* quaſi reſolutam fuiſſe, interque diverſas formas perpetuo veluti fluctuaſſe, donec in eam, quæ hodie conſpicitur, & in quam fere ſemper propendit, Formam tandem ſubſederit, Legibus fundamentalibus demum approbatam atque firmatam.

XXII. Sed & illud liquet, licet Status, dum jus territoriale ſibi comparare ſtuduerunt, ſatis teſtati ſint, quantopere ſibi placeat peculiare ac proprium Territorii regimen, nunquam tamen eos in plenam libertatem evadere vel voluiſſe, vel conſultum duxiſſe: adeoque adhuc cum ſuo Capite *unum Corpus civile* quodammodo conſtituere.

XXIII.

XXI. XXII. v. TEXTUS L. VI. C. II. §. 2. 3. & C. I. §. 2.

XXIII. *Unio* hæc Statuum cum Imperatore, vel ſi mavis, ſpecialium Imp. Rerumpublicarum cum univerſo Imperii Corpore, *triplici* potiſſimum *Nexu* abſolvitur: nexu *Subjectionis*, nexu *Feudali*, & nexu *Sociali*.

XXIV. Triplex iſte nexus, ſive ex priſtino Imperii ſtatu reliquus, ſive ex ſubſequentis ejus mutationibus enatus, *conſenſu* Imperatoris & Statuum, olim tacito, hodie expreſſo, in Legibus fundamentalibus generatim declarato, nititur, ſpeciatim vero tum per *Electionem* Imperatoris, ejusque juratam ſervandæ Capitulationis *promiſſionem*, tum per *homagium* vel *vaſallagium* a Statibus ſubditisve Imperatori præſtandum, producitur.

XXV. *Subjectionis* nexus e priſtino ſtatu Monarchico reſiduus, partim in exercitio *Reſervatorum* Cæſareorum in Territoriis Statuum admittendo cernitur, partim in *Juriſdictione*, Imperatori & Imperio in Status alioqui Immediatos eorumque ſubditos certa ratione competente, cujus effectus eſt, quod & Status ipſi, ob neglectum officium, Imperio ejusque judiciis ſubſint, & cauſſæ ipſorum civiles vel feudales in Judiciis Imp. agantur, appellationes ad eadem Judicia Imp. nonnunquam locum

XXIII. conf. VITRIAR. l. c. C. II. & Diſp. de *Habitu Terræ Germ.* §. 15. ſqq. ubi ex inſtituto de hac materia agit, ſed paulo aliter eam explicat, & ad ſua Capita revocat.

cum habeant: qui nexus *verus* quidem, ſed ſæpe non ſatis *validus* aut *efficax* eſt.

XXVI. Nexus *feudalis*, itidem ex priſtino ſtatu Monarchico remanſit, ubi terræ ac regalia primum Ducibus & Comitibus, deinde & Epiſcopis & Abbatibus, beneficii vel ſalarii loco, ſub lege fidelitatis concedebantur: unde hodieque Status Eccleſiaſtici æque ac Seculares Territoria ac jura territorialia per modum feudi ab Imperatore & Imp. recognoſcunt, quamvis priſtinus nexus feudalis valde mutatus ſit.

XXVII. *Socialis* denique nexus, ex priſtino ſtatus Monarchici temperamento, & variis ejus mutationibus, exortus, in *communibus* Imp. *negotiis*, *Salutem universi Imperii* concernentibus, & *communi conſilio auxilioque* expediendis, conſpicuus eſt, atque *fœderis* fere, intuitu Imperatoris & Statuum, *inæqualis*, intuitu vero Statuum inter ſe, *æqualis*, ſed utrinque *perpetui*, rationem habet.

XXVIII. Eſt vero nexus hic vel *univerſalis*, qui partim in communi Capitis & Membrorum *amicitia* & obligatione ad *pacem* internam & externam tuendam, partim in *conſociatione comitiali* circa negotia totius Imp. communi Imperatoris & Statuum conſilio expedienda, partim in *neceſſitate onerum* Imp. ferendorum, conſiſtit.

XXIX.

XXVI. v. Diſſ. III. De *Statu Reip. Germ. Feudali*.

XXIX. Vel *particularis*, qui partim *conſociatione Circulari* Statuum cujusvis Circuli, partim *Collegiali* vel Electorum, vel Principum, vel Comitum, vel Civitatum, peculiaria corpora formantium, partim *Religioſa*, ſive Proteſtantium, ſive Catholicorum, peculiari Religionis vinculo unitorum; partim *Fœderibus* vel Electorum, vel reliquorum Statuum, peculiaribus, abſolvitur.

XXX. Ex his omnibus, probe ſubductis rationibus, colligendam videtur, *Formam* Imp. R. G. neque Monarchicam, neque Ariſtocraticam, neque ex Monarchia & Ariſtocratia mixtam, neque Syſtema civitatum fœderatorum eſſe, ſed *ſingularem*, cujus exemplum ſimile in toto terrarum orbe non invenitur, ſcilicet *Mixtam* ex *MONARCHIA* limitata & *SYSTEMATE Rerump.* non uno nexus genere unitarum.

XXXI. Nimirum convenit quidem hæc forma cum Syſtematicis aliis in eo, quod hic *plures Reſpubl. ſpeciales*, peculiari ſuo regimine gaudentes, & res ſuas, ſeparatis rationibus expedientes, occurrant, quæ tamen quod ad negotia, univerſum Imperium concernentia, in commune deliberare & decernere, nec non onera communia conjunctim ferre debent.

XXXII. Sed differt ab iis (1) ratione *originis*, dum Syſtemata *ordinaria*, deliberato conſilio, a *Corporibus liberis* ſeparatisque, iniri ſolent; ſed in Germania, Corporum Socio-

rum

rum Syſtema, ex *Monarchia*, nunquam ſatis valde adſtricta, ac temporis ſucceſſu magis magisque laxata, membris ejus, mutationem fere non ſentientibus, exortum, adeoque velut fortuitum eſt

XXXIII (2) Ratione *conſtitutionis* dum in Syſtematibus ordinariis, diverſa Corpora libera, expreſſo fœdere, ad defenſionem communem, coaleſcunt: ſed in Germania, & libertas ſingulorum corporum, & communis eorum conjunctio, per Electiones Imperatorum, iisque ſurrogatas Capitulationes, nec non juratas Statuum promiſſiones, producitur.

XXXIV (3) Ratione *Libertatis ſingulorum Corporum:* dum in ordinariis Syſtematibus, ſingula Membra Syſtematica pleno Imperio, ad regimen territorii neceſſario, gaudere, præterea toti Syſtemati nullo in caſu ſubiecta eſſe ſolent; ſed in Germania Status non omnes ſummæ poteſtatis partes plene perfecteque exercere poſſunt, quidam etiam una alterave plane deſtituuntur, præterea in caſibus certis ſingula Membra toti Corpori, vel ſaltem Capiti, ſubſunt, adeoque poteſtatem ſuperiorem agnoſcere tenentur.

XXXV. (4) Ratione *Nexus communis:* dum ordinaria Syſtemata *nexu ſociali* exacte conjungi, ac ſingulorum Membrorum officia expreſſo pacto, accurate & adæquate determinari ſolent, ſed commune Imperii Germ. vinculum, uti nonnullis priſtinæ Reip. Mo-

narchicæ reliquias adhuc continet, quod Reſervata Cæſarea & ſumma Imperii judicia demonſtrant, ita maximam partem ſociale quidem eſt, ſed nec adæquate ſatis efformatum, nec arcte ſatis adſtrictum.

XXXVI. Denique (ſ) *Membrorum conjunctorum* ratione. dum Syſtemata ordinaria ex Membris non adeo multis, quoad vires ac conditionem civilem, fere æqualibus conſtare ſolent, ſed in Germania magnus incertusque fere Statuum numerus eſt, vires maxime diſpares, conditio civilis, & hinc orta exiſtimatio, plane diverſa, præterea omnibus, cum quadam prærogative, Caput præeſt.

XXXVII. Hæc Forma Imp. uti *Legibus* fundamentalibus conſtituta & firmata eſt, adeoque nec irregularis eatenus dicenda, nec mutatio ejus facile ſvadenda: ita *morbis* tamen ſuis omnino laborat, ob defectum unionis debitæ & ad promovendam Imp. ſalutem, omniaque negotia ad hunc finem commode expedienda, ſufficientis. cujus rei cauſſa in univerſum a peculiari conſtituendi ratione, Corporum conjunctorum conditione, intuitu religionis, potentiæ, dignitatis, diverſa, diverſisque,

XXXI. -- XXXVI. v. TITIUS *J. Publ.* L. VII. C. IX. § 7. ſqq. Diſp. *de Habitu Terr.* G. C. II. § 77.
XXXVII. v. MONZ. C. VII. TIT. J. P. L. VI. C. II. § 75. & L. VII. C. X. § 44. ſqq. Diſſ. cit. § 77.

ſisque, quæ hic dominari ſolent, ſtudiis & affectibus, dependere videtur.

XXXVIII. Ceterum qualis nexus *Pontifici Romano*, nec non *Regni Italici & Arelatenſis* Statibus cum *Imperio R G* intercedat, ſuperius ſuis locis expoſitum eſt certe *Majeſtas* horum Regnorum cum *Regni Germanici Majeſtate* prorſus coaluiſſe videtur, reliquus *nexus* maximam partem *feudalis* eſt, cum obligatione quadam ad certa *tributorum* genera, & agnoſcendam Imperatoris *jurisdictionem*, conjunctus, niſi quod *Regni Arelatenſis* Status nonnulli & *jus civitatis Germ* obtinuerint, adeoque arctiori quodam nexu Imperio obſtricti ſint.

XXXIX. Quemadmodum igitur MAJESTAS I. R. G. *Imperatori & Statibus* inhæret: ita *JURA MAJESTATIS*, univerſum Imperium concernentia, quæ vel circa *Sacra*, vel circa *Secularia* verſantur, partim *Cæſari* cum *Statibus* omnibus, partim cum *Electoribus* ſunt communia, partim denique a *ſolo Cæſare* exercentur, ſingula jam ſuo ordine conſideranda ſunt.

XXXVIII. v. ſupra L. I. C. XV. §. 6. ſqq. & §. 25. ſqq. it. C. XVI.

CAP. II.

DE

SVMMA POTESTATE IMPERATORIS ET STATVVM CIRCA SACRA CVM PRIMIS ORIGINE ET PROGRESSV EIVSDEM.

§. I.

JVS SACRORVM, quod partim circa *externum Religionis exercitium dirigendum*, partim *circa tranquillitatem Reip*, religionis intuitu, *conſervandam*, occupatur, cuilibet Imperanti, vi ſummæ Poteſtatis, cui omnes ſubditorum actiones ſubſunt, merito aſſeritur, ita tamen, ut non ulterius, quam vel religionis indoles admittit, vel ſalus Reip. exigit, ſit extendendum.

II. Hinc non ſolum *IMPERATORES* *Roma-*

§. I. v. PVFENDORFF. *Enucl.* in *Append.* C. XXII. conf. HENNIGES de *Summa Imp. Rom. poteſtate circa Sacra* C. II. & III.

II. v. SOCRAT. *Hiſt. Eccl.* L. V. ibi: *Res Eccleſiæ ab ipſis pependerunt* *J. Can.* c. 27 c. 28. c. 41. c. 45. *Cauſ.* XI. qu. 1 COCCEJ *J. Publ.* C. XVIII. S. I. § 6. 7 8 HENNIG. l. c. C. VI. § 9 10. HORN. *J. Publ.* C. XLI. §. 21. 22. 23. STRUV. *S. J. P.* Diſſ. X. §. 18. 19. THOMAS. *Caut. circa Præcogn. Jprud. Eccleſ.* C. XXI. §. 14. 19. HERT *Not. Vet. Franc. R.* C. IV. §. 2. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* § 10.

Romani veteres, tam *gentiles*, quam *Chriſtiani*, a CONSTANTINO M. usque curam religionis & jura ſacrorum ſibi vindicarunt; ſed etiam *Francici Germanicique* Reges & Imperatores, a CAROLO M. ad HENRICVM IV. usque, omni *poteſtate Regia* in *ſacris*, nemine contradicente, uſi ſunt, atque *ſacrum ordinem*, inque hoc *Pontificem* quoque *Rom.* ſibi ſubjectum habuerunt, quamvis nonnulli jam in eundem ordinem indulgentiores fuerunt.

III. Speciatim Imperatores veteres de *Religione Chriſtiana* per totum Imperium Rom. *introducenda*, paganiſmo tollendo, & hæreſibus extirpandis, laborarunt: nec minus CAROLVS M. & Succeſſores de eadem Religione per Germaniam, inprimis Saxoniam propaganda, ſolliciti fuerunt, variisque in hunc finem Eccleſias ac Scholas fundarunt.

IV. Eadem de cauſſa *Concilia*, & inter hæc *œcumenica*, ſæpe convocarunt *Imperatores*

 Rom.,

k) v. HENNIG. l. c. HORN. l. c. WERLHOF. *Not.* l. C. li §. 108. conf Supr. L. IV. C. XV. §. 1.

l) v. RADEVIC. L. II. C 64. ibi FRIDERICVS I. *Quamvis noverim, officio ac dignitate Imperii penes nos eſſe poteſtatem congregandorum Conciliorum: (hoc enim & CONSTANTINVS & THEODOSIVS, nec non recentioris memoriæ CAROLVS M. & OTTO Imperatores feciſſe memorantur.)* *Synod. Francof.* can. VI. ibi: *Statutum eſt a Domino*

Rom., inque iis omnia Imperantis jura exercuerunt, eodem jure eademque auctoritate *Franci & Germani*, CAROLVS M., HENRICVS I., OTTO M., HENRICVS II. & III. imo & LOTHARIVS, FRIDERICVS I. & SIGISMVNDVS, in celebratis variis Conciliis, in quibus multa adverſus diſſentientes in fide, de ritibus & diſciplina Eccleſiaſtica definita, uſi ſunt.

V. Porro *Legislatoriam poteſtatem* circa ſacra exercuerunt *Romani* æque ac *Francici Germanicique* Imperatores, quorum *Leges* de rebus *ſacris & eccleſiaſticis* tum in Codice & Novellis, tum in Capitularibus Francorum, aliisque Conſtitutionum Imperialium collectionibus, paſſim extant.

VI. *Judiciaria* quoque *poteſtas* in ſacris penes Imperatores *Rom.* fuit, dum & ipſi adverſus

no Rege & ſancta Synodo HENNIG. C. VIII. CONRING de *Concil.* §. 9 ſqq. LEHMANN *Chron. Spir.* L. II. C. XLI. ZIEGLER de *Epiſc.* L. III. c. XXX. § 98. HARDT *Acta Concil. Conſt.* HORN. l. c. STRUV. l. c. §. 20. HERT *Not. Vet. Franc. R.* C. V. § 8. 9. 10.

V. v. JUSTIN. *Cod.* L. I. Tit. I. - - XII. *Novell.* CXXXIII. c. 1. *Nov.* CXLVI. c. 3. *Nov.* CXXXVII. c. 6. HENNIG. C. V. COCCEJ. §. 7. HERT. l. c. §. 27.

VI. v. JUSTIN. C. de *Epiſc. audient.* THEOD. C. L. 12. de *Epiſc.* HENNIG. C. VI. §. 31. ſqq. ZIEGLER. de

verſus diſſentientes, aut delinquentes Clericos, ſtatuerunt, & *Judicia Eccleſiaſtica* conſtituerunt, *Epiſcopis* jurisdictionem quandam, ſub *Epiſcopalis audientiæ* nomine, concedendo, atque adeo *clericis* peculiare forum aſſignando, certos etiam *provocationum gradus* ordinando, ita tamen, ut ſuo judicio Epiſcopos & Clericos non prorſus exemerint.

VII. Apud *Francos* & *Germanos* eadem fere Judiciorum Eccleſiaſticorum ratio erat: *Epiſcopi* in clericos & Monachos jurisdictionem exercebant, de Epiſcoporum vero, aliorumque provocantium, cauſſis in *ſynodo*, quam *Metropolitanus* convocabat, judicatum; ſed utrumque nonniſi auctoritate Regia. *Miſſis* etiam Regiis judicium quoddam in Epiſcopos & Abbates competebat, ſuprema vero provocatio ubique *Regi* reſervata erat, qui vel in conventibus populi, vel ſolus, vel Apocriſiarium, cauſſas eccleſiaſticas terminabat: quamvis regnante *Carolo M.* jam *Pontificis Rom.* judicium, Epiſcopis dejectis, aut inter ſe litigantibus, patefactum ſit; quo tamen non obſtante ipſe Pontifex Imperatorum Judicio obnoxius manſit.

de *Epiſc.* L. III. C. XXX. §. 47. COCCEJ. §. 15. HORN §. 31.

VIII. v. LEHMANN. L. II. C. XLI p. 170. HENNIG. l. c. COCCEJ §. 9. HERT. *N. V. Fr. R.* C. V. §. 36. -- 40.

VIII. Jus *conſtituendi per electionem Miniſtros Eccleſiæ* & *Epiſcopos* initio penes totam *Eccleſiam*, h. e. *Clerum* & *Populum*, fuit: ſed a CONSTANTINI M. tempore *Imperatores Romani* jus, quod ſummum Imperium ipſis hac in parte tribuebat, ſibi vindicarunt, & circa *electiones* tum *Pontificis Rom*, tum ceterorum *Epiſcoporum*, auctoritatem ſuam ita interpoſuerunt, ut non prius ordinarentur, quam ab Imperatoribus eſſent confirmati, interdum etiam citra electionem eos ipſi conſtituebant.

IX. Idem exemplum ſequuti ſunt *Francici Germanicique* Reges & Impp., qui præſertim a CAROLI M. ætate haud paſſi ſunt, quemquam in *Epiſcopum* aut *Abbatem*, ſub quorum cura etiam *Scholæ* erant, ſine ſua auctoritate & confirmatione promoveri. nonnunquam & ſine cleri populique ſuffragio, Epiſcopos æque conſtituerunt.

X. Hoc jus uti Imperatoribus in Eccleſiis terrarum ſuarum vi ſummi Imperii competebat:

VIII. v. ZIEGLER. de *Epiſc*. L. II. C. II, HENNIG. C. VII. §. 4. 8. 9.

IX. v. LEHMAN L. II. C. XXIII L. III. C. XIII. & XXI, HENNIG. l. c. §. 10. ſqq. HORN. l. c.

X. v. *Can*. XXII diſt. 63. ibi: HADRIANUS *Papa cum univerſa ſynodo tradiderunt* CAROLO *jus & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Inſuper AEpiſcopos & Epiſcopos per*

bat: ita ſpeciatim jus conſtituendi *Pontificem Rom.* & *Epiſcopos* ditionis Romanæ CAROLO M. ab *HADRIANO* & OTTONEM & Succeſſoribus a *LEONE* per peculiaria pacta firmatum eſt; quod & Imperatores poſtea ad HENRICUM IV. usque ſemper exercuere.

XI. Cum vero conſtitutio Epiſcoporum tribus fere actibus abſolvatur *Electione*, *Inveſtitura*, & *Conſecratione*, circa duos priores quidem Imperatores ſemper ad HENRICUM IV. usque jure ſuo uſi ſunt; poſtremus vero a Clericis tantum exerceri ſolitus eſt.

Hhh 5 XII.

per ſingulas provincias ab eo inveſtituram accipere definivit, & ut, niſi a Rege laudetur & inveſtiatur Epiſcopus, a nemine conſecretur; & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit. Ibid. *Leo* ad exemplum *Hadriani: Ego quoque* LEO *Epiſcopus Serv. Servor. Dei cum toto Clero ac Rom. Populo conſtituimus & confirmamus -- Dn.* OTTONI I. Regi *Teut., ejusque Succeſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiſcopos ſeu Epiſcopos, ut ipſi ab eo inveſtituram accipiant & conſecrationem &c.* conf. CONRING. de *Conſtit. Epiſc. Germ.* §. 10. ſqq. SCHILT. J. P. Tom. II. Tit. I. HERRIG. l. c. §. 13. 18.

XII. Circa *Electionem* Impp. jus ſuum duplici modo exercuerunt: aut enim ipſimet absque aliorum ſuffragio eam immediate perfecerunt, aut jus eligendi aliis conceſſerunt, ſed ſalvo iterum duplici jure, uno, ut electuris facultas eligendi a Rege impetranda eſſet, altero, ut Regi liceret electum prævio examine vel probare, vel rejicere, aliumque vel immediate, vel per alios eligere, probatumque per inveſtituram confirmare, atque ſolenni jure jurando ſibi obſtringere.

XIII. *Inveſtitura* per traditionem annuli & baculi peracta, eademque ſimul ipſa Eccleſiæ & ſacri muneris collatio facta & ſignificata eſt, atque hoc jus Impp. ad HENRICVM IV. usque ſemper ſibi aſſeruerunt, ſcil. tum electum certæ Eccleſiæ addicere & *annulo* velut deſponſare, tum poteſtatem paſtoralem, ſeu jurisdictionem eccleſiaſticam, per *baculum* ei conferre.

XIV. Cum jure conſtituendi Epiſcopos conjunctum fuit jus indignos *removendi*, quod itidem

XII. XIII. v. HENNIG §. 14. MEIBOM. de *Jure Inveſt.* T. III. p. 171. ZIEGLER. L. II. C. I. §. 15. LEHM. L. II. C. XLI. p. 166. D. Dn. de LVDEWIG de *Jure Annatar.* C. I. §. 5. ubi ſigna baculi & annuli aliter explicare conatur, lit. (u). Ad fundos quoque feudales *virgam* ſive *baculum* Epiſcopi aut Abbatis reſpexiſſe, non ad ſacri tantum muneris rationes, exiſtimans: quod clientes olim

dem penes Imperatores *Romanos Germanicos-*
que

---

olim vel ceſpite ex agro effoſſo, vel etiam, quod plurimum contigerit, fronde ſive virga de arbore decerpta a domino feudi inaugurationem ſuſceperint. Antiquiorem quidem hunc ritum eſſe, fatetur, illo tempore, quo fundi & territoria clericis adſignata ſint. fundos tamen regna chriſtiana, imo antea viros probos, EUSEBIO teſte, agros adſignaſſe quibusdam ſacerdotiis, obſervat, illud vero ſatis eſſe, ad ſuſtinendam *virgam epiſcopalem*, putat. De annuli vero ſignificatione nihil novi affert. Add. Dn. J. H. BOEHMER *J. Eccl. L. II. T. VI.* §. *61.* qui, ex ſuprema quidem inſpectione in rem eccleſiaſticam Cæſares & Reges conſtitutiones Epiſcoporum, *conſenſu* ſuo *confirmaſſe*, notat, ſed novam tamen rationem acceſſiſſe, putat, quod CAROLUS M. ejusque proſapia, inprimis vero OTTONES pleroſque Epiſcopatus & Prælaturas per Germaniam & Galliam erexerint, eisque bona ingentia contulerint, adeoque hæc beneficia ſui Juris eſſe crediderint. Inde forſan *Inveſtituram* per *baculum* & *annulum* primordia repetenda, exiſtimat: cum ex jure feudali conſtet, quod per *Inveſtituram* ſolennem ab antiquo bona in eos collata ſint, quibus officia quævis, tum *militaria*, tum *aulica*, demandabantur, ad inſtar ſalarii. Non ergo mirandum, quod Cæſares illas Præpoſituras, quas ipſimet conſtituerant, mediante quadam inveſtitura, ut *feuda* quædam *eccleſiaſtica*, Prælatis con-

quæ fuit, quamvis non ſine Epiſcoporum aliorum conſenſu facile iſtud exercerent.

XV.

conferrent; quæ conſvetudo imprimis ſub Carolingis invaluerit. Porrecta hæc conſvetudo poſtea ad quæcunque Prælaturas, jam antiquitus conſtitutas, BOEHMERO videtur, cum etiam in harum collationibus Regum conſenſus eſſet neceſſarius. *Inveſtituram* vero hanc § 32. putat ſolennem fuiſſe traditionem eorum bonorum, quorum utilitates & commoda alicui conceduntur ob officium vel ſervitium: adeoque nec mirum, quod Reges beneficia hæc majora, a ſuis Prædeceſſoribus in perpetuum Prælatorum uſum erecta, per ſolennem inveſtituram conferrent, quorum ipſimet Domini feudi erant. Ita BOEHMERUS.

Ego, genuinum hujus rei fundamentum in ſumma Poteſtate circa ſacra ſitum eſſe cenſeo, vi cujus *conſtitutio* vel *confirmatio* Epiſcoporum penes Reges & Imperatores fuit. Utriuſque effectus fuit *Collatio* ipſius Officii ſacri in Epiſcopum electum: quæ per ſymbola externa, traditionem nempe *baculi & annuli* facta, *Inveſtitura* appellata. Vocabula enim, *Veſtire & Inveſtire* originis Germanicæ ſunt, qualiscunque *juris collationem* ſignificantia; unde apud antiquos ſcriptores tam ad civilia, quam eccleſiaſtica munia reperiuntur translata; & inter alia plura illi etiam adhibi aptata, per quem Epiſcopatus novis Præſulibus conferebantur: ut egregie obſervat HERTIUS *Lib. cit. Cap. VII* §. 24. Veriorem igitur

XV. Præterea hac etiam in parte curam ſacrorum geſſerunt Impp. & *Romani* & *Francici Germanicique*, quod non ſolum *Eccleſias* & *Monaſteria Scholasque* fundarint nec non *templa*, *oratoria*, atque ædificia ſacra extruxerunt, ſed etiam *rebus* ac *bonis* neceſſariis, ſæpe etiam ſuperfluis, dotarunt, ac immunitatibus ornarunt, de adminiſtrandis quoque illis ſolliciti fuerunt, atque *Advocatos* & *Vice Dominos* iis conſtituerunt, denique ex ſummæ poteſtatis arbitrio de rebus ſacris & eccleſiaſticis diſpoſuerunt.

XVI. Cumprimis jus iſtud, quod vulgo *Regalia* dicitur, Imperatoribus Germanicis antiqua conſuetudine competit, vi cujus, ſede

tur adhuc arbitror ſententiam, quæ Inveſtituram hanc nil niſi publicam & ſolennem ab Imperatoribus ac Regibus, ceu Summis Imperantibus, vi *Summæ Poteſtatis*, circa *ſacra*, ipſis competentis, factam, *muneris publici*, in Eccleſia quadam ſuarum ditionum obeundi, *collationem*, ſtatuit. v. Programma meum de Inveſtitura per *Baculum* & *Annulum*. d. A. 1733. ubi hoc latius ediſſerui.

XIV. v. HENNIG. l. c. §. 22.

XV. v. LEHMANN. L. II. C. 35. 36. 41. HENNIG. C. IX.

XVI. v. ARNOLD. LVB. *Chron. Slav.* L. III. C. XVII. MEIBOM. Diſſ. de *Jure antiquo Imp. circa bona defuncti Epiſcop.* T. III. *Rer. Germ.* p. 185. CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 72. COCCEJ. J. P. C.

ſede vacante, & *fructus* beneficiorum, & *mobilia* deſuncti Prælati occupabant: *illos* jure dominii directi, *hos* jure bonorum vacantium:

P. C. XXII. §. 5. Conf. B. Dn. de LUDEWIG, de *J. Annat.* Cap. I. §. 8. ubi, ad jura territorialia id referre videtur, dum, *ad Dominos quondam territoriorum* mortui Præſulis cum hereditatem veniſſe; cum ſacri patrimonii, quam diu id ſuo poſſeſſore, antiſtite, vacuum fuerat, omnes reditus, plerumque totius etiam anni proventus, eosdem ſibi aſſeruiſſe, obſervat. it. Dn. BOEHMERI *J. Eccl. L. I T. VI* §. 66. ubi ex inveſtitura feudali deducit *jus* iſtud *Regaliarum*, vi cujus *vacantis Prælaturæ fructus Imperator, tanquam dominus feudi, perceperit.* Feuda enim antiquitus non fuiſſe hereditaria, notat & ita, mortuo vaſallo, bona feudalia ad dominum feudi reverſa ſint; quæ rurſus novo vaſallo conferre potuerit, adeoque domino feudi integrum fuiſſe, aliis ad tempus fruendi. Id ipſum in inveſtitura Prælaturarum eo magis contingere potuiſſe, quod quamvis alia feuda deinceps hereditaria fierent, ex diſpoſitione tamen ipſius juris eccleſiaſtici beneficia hæc in heredes defuncti Prælati redire non poſſent, ſed ad manus Domini reverti deberent. Quamdiu ergo aliis collata fuerint, putat, Dominum feudi illorum reditus *jure* percepiſſe, quandoque ad annum & ultra, cum per abuſum ſæpe inveſtituræ ſuſpenſæ fuerint, in quo vera ratio *juris regaliarum* conſiſtat.

dum: quod & ad OTTONEM IV. usque exercuerunt.

XVII. Denique *Protectionem* ac defenſionem Eccleſiæ ſuſceperunt Imperatores, atque hoc nomine *ſummi Advocati* totius *Eccleſiæ Chriſtianæ*, uti in ſpecie Romanæ, a tempore CAROLI M. ſalutati ſunt.

XVIII. Ex dictis liquet, ſummam poteſtatem circa ſacra usque adhuc penes *Imperatores* fuiſſe, & quamvis nonnulla eius jura non ſine conſenſu Statuum vel ſaltem Epiſcoporum in Comitiis vel Conciliis Synodisve exercuerint, ſummum tamen arbitrium ſtatuendi ac decernendi penes ipſos manſiſſe.

XIX. Sed ab HENRICI IV & V tempeſtate hæc Cæſarum poteſtas maximam mutationem jacturamque paſſa eſt, dum *Epiſcopi*, opibus & ſeculari poteſtate aucti, *Imperatoris poteſtati* ſe ſubducere conati ſunt, & inprimis *Pontifex Romanus* magnam poteſtatis circa ſacra partem ſibi arrogare auſus eſt, initio ab *inveſtitura* Epiſcopali facta, cui dein *alia jura* acceſſerunt.

XX. Licet autem nonnulla jura *Cæſari* fuerint relicta, tamen *Status*, quorum poteſtas iisdem ab HENRICORVM tempore magis magis-

XVII. v. *Can.* XXII. diſt. 63. LEHM. L. II. C. XL. HENNIG. C. X. HORN. §. 21. 22.

XIX. v. Cap. ſeq. ubi hæc fuſius exponentur.

magisque creverat, in conſortium quorundam ita admiſſi fuerunt, ut ea non ſine ipſorum conſenſu comitiali exerceri poſſint.

XXI. Imo poſtquam *Status Proteſtantes* jugum papale per reformationem excuſſerunt, iidem *Jura Sacrorum*, ſive a Cæſare derelicta, ſive ab injuſto poſſeſſore vindicata, in ſuis Territoriis cum ceteris juribus territorialibus, ſibi integra aſſeruerunt, varie deinceps per LL. fundamentales definita atque firmata.

XXII. Hinc factum, ut hodie *Jura ſacrorum* in Imperio R. G. partim Imperatori & Statibus ſint communia, partim inter Papam, Imperatorem & Status diviſa: unde adeo commode in *Papalia*, *Cæſareo-Comitialia*, & *Reſervata Cæſarea*, diſpeſci poſſunt, ſuo ordine jam ſpecialius conſideranda.

CAP. III.

DE JURIBUS PAPALIBUS IN IMPERIO ROM. GERM. CIRCA SACRA.

§. I.

PAPA ſeu PONTIFEX ROMANUS ab initio quidem, cum nil niſi Epiſcopus eſſet,

§. I. * De Origine & Progreſſu Papatus, variisque ejus adminiculis, mediis & gradibus v. PUFEND, Ein-

eſſet, æque ac reliqui Epiſcopi, ſummæ Imperatorum poteſtati ſubjectus, ab iisque conſtitutus fuit: ſed poſtea, ſacri faſtus ſtimulis agitatus, non ſolum Imperio civili ſe, cum Epiſcopis & clericis ceteris, ſubtrahere, ſed etiam ſucceſſu temporis *univerſalem dominatum* in univerſam Eccleſiam ſibi arrogare, atque adeo *Hierarchiam Papalem*, uti in Italia ceterisque Regnis, ita & in Germania inprimis, ſtabilire auſus eſt.

II. Equidem primis temporibus ad HENRICUM IV. usque *Hierotyrannis* & *Libertas Germanica* inter ſe velut luctatæ ſunt, illa nonnulla commoda ſibi acquirente, hac tamen adhuc prævalente.

III. Quamvis enim nonnulli ex primis Germaniæ Regibus & Imperatoribus jam erga Pontificem ceterosque Epiſcopos indulgentiores fuerint, vel opibus vel auctoritate eos cumulando, imo integra territoria ac ſecula-

Einleit. zur Hiſtorie C. XII. *vom Pabſt.* GIBELLINI ſeu GOEBELLI *Cæſareo-Papia.* TITII *J. Publ.* L. I. C. VII.

II. v. SCHELTER de *Lib. Eccleſ. Germ.* L. I. C. X. §. 15. L. II. III. CONRING. de *Conſtit. Epiſcop.* §. 10. ſqq. TITIUS *J. Publ.* L. VI. C. I. §. 15.

III. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XVIII. S. I. §. 11. 12. HERT de *orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 10. THOMAS. *Caut. circa Præcogn. Jprud. Eccleſ.* C. XXI. §. 16. ſeqq.

cularem poteſtatem nonnullis largiendo, unde hi elatiores facti nonnunquam plus juſto ſibi ſumſerunt, & erga ipſos Imperatores reverentiam exuere cœperunt. tamen plerique Impp. ad HENRICVM IV. usque Majeſtatem Imperii libertatemque Germaniæ adverſus Pontifices ſartam tectam adhuc ſervarunt.

IV. At ſub HENRICO IV. infauſtum disſidium inter *IMPERIVM* & *SACERDOTIVM* efficacius ſeſe exeruit & in apertum bellum tandem erupit, quod non niſi cum ſummo detrimento poteſtatis auctoritatisque Cæſareæ, ac libertatis Germanicæ, augmento contra Hierarchiæ Papalis, finitum eſt.

V. Nimirum GREGORIVS VII. ſeu HILDEBRANDVS, callidiſſimus æque ac ambitioſiſſimus homo, a Cæſare primum, modeſtiam ſimulans, confirmatus, mox, occaſione a turbis inteſtinis, ac moribus non optimis Henrici, captata, cum *jurisdictionem* in ipſum *Cæſarem*, quem Romam citatum, & aliquoties excommunicatum, indigniſſime habuit,

IV. V. VRSPERG. *Chron.* a. 1102. fol. 184. ibi: *Inter Regnum & Sacerdotium unitas tot annis ſciſſa.* COCCEI. § 10.

V. LEHMANN. *Chr. Sp.* L. V. C. XXV. ſqq. CONRING. de *Judic. Imp.* §. 45. & de *Conſtit. Epiſc.* §. 51. 55. COCCEI. §. 16. HENNIG. de *Pot. Imp. circa ſacra* C. VIII. §. 16.

habuit, cum *Inveſtituram Epiſcoporum*, ſibi arrogavit, eoque & Eccleſiam Seculari Poteſtati eximere, & Hierarchiam papalem ſuper univerſam Eccleſiam non ſolum, ſed & Secularem Poteſtatem, evehere allaboravit.

VI. Cumprimis *Vice-Deatum* ſuum in Synodo Romana a. 1076 ſtabilire conatus eſt, dum publicatis ſub *Dictatuum* nomine, canonibus, univerſalem poteſtatem in ſacris & ſecularibus ſibi aſſeruit: (*a*) quibus paulo poſt a. 1078 decreta, de *inveſtitura* Epiſcoporum & Abbatum, e manibus Imperatorum & Regum extorquenda, adjecit. (*b*)

VII. Licet autem HENRICI IV. & V. aliquamdiu fortiter pro juribus Imperii pugnarint,

VI. (*a*) v. BARON. ad h. a. ZIEGLER. *præf. ad Lancell.* §. 37. ubi Dictatus recenſentur. RECHENB. D. de *Tozat Hildebr* §. 50. ſqq.

(*b*) v. BARON. ad a. 1078. ibi: *decernimus, ut nullus clericorum inveſtituram Epiſcopatus vel Abbatia vel Eccleſia de manu Imperatoris vel Regis, vel alicujus Laica perſona viri vel fœmina, ſuſcipiat. Quod ſi præſumſerit, cognoſcat, inveſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe usque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubjacere.* & ad an. 1080. ubi ſimilia. CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 51. HENNIG. l. c. p. 597.

VII. (*a*) *Primum* inter HENRICUM & PASCHALEM II. tranſactum: *ut ille huic inveſtituras, hic illi omnia*

rint, tamen poſt varias concertationes, & tentatas aliquoties transactiones, (a) HENRICVS V. tandem cum CALIXTO II in Comitiis Wormatienſibus a. 1122 ita tranſigere coactus fuit, ut *Imperator Pontifici cederet inveſtituram Epiſcoporum per baculum & annulum*, atque *canonicam* eorum *electionem & liberam conſecrationem* admitteret; *Pontifex* vero viciſſim, *electiones in præſentia Imperatoris fieri, ab eoque in caſu diſſenſus judicium interponi, electum* denique *ab eodem regalia per ſceptrum recipere, nec prius ordinari*, concederet. (b)

VIII.

omnia Regalia & jura ſecularia Epiſcoporum cederet Sed hoc Pactum retractarunt Epiſcopi Italiæ. *Altera* transactio inter eosdem, a XIV. Epiſcopis ac Principibus jurejurando firmata & anathemate munita, fuit: *ut Regni eſſet, inveſtituras Epiſcoporum abſque Simonia & ambitu facere, cum hactenus feciſſet, & nemo electus conſecraretur, niſi a Rege inveſtitus.* Sed mox ipſe Papa & Epiſcopi hoc quoque pactum damnarunt. v. FRISING. *Chr.* L. VII. C. XIV. GOLD. *Conſt.* T. I. a. 1110. fol. 252. 253. & a. 1111. 254. - - 256. MEIBOM. de *Inveſt. Epiſc.* T. III. *Rer. Germ.* f. 157. CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 54. ſqq. COCCEJ. §. 21. *Tertia* tandem conventione res ita confecta, ut Imperator ſuccumberet.

(b) v. Diploma ap. *Arn.* BVCHEL. in Not. ad HEDAE *Hiſt. Ultraj.* P. 154. & GOLD. *Conſt.* f. 55. ubi

VIII. Hoc pacto *Majeſtas Imperii* non parum labefactata, ac tantum non *dimidia poteſtatis Cæſareæ pars* amiſſa, non niſi exiguis ejusdem reliquiis ſervatis; *Sacerdotii* contra *Majeſtas* erecta, atque *Hierarchia*

 Papa-

ubi Cæſar: *Ego* HENRICVS *D. G Rom Imp. Aug. pro amore Dei & S. R. Eccleſiæ & Dni Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & SS Dei Apoſtolis Petro & Paulo, Sanctæque Cath. Eccleſiæ omnem* INVESTITVRAM *per annulum & baculum, concedo in omnibus Eccleſiis, quæ in Regno vel Imperio meo ſunt, canonicam fieri electionem, & liberam conſecrationem.* Et Papa *Concedo, electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici Regni, qui ad Regnum pertinent, in præſentia tua,* Imperatoris, *fieri absque ſimonia & aliqua violentia, ut ſi aliqua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Provincialium conſilio vel judicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas, Electus autem Regalia per ſceptrum a te recipiat.* Addit FRISING L. VII. C. XVI cautum quoque fuiſſe, *ut electi, tam Ciſalpini quam Transalpini, prius ordinentur Epiſcopi, quam Regalia de manu ejus per ſceptrum ſuſcipiant* Conf CONRING. de *Conſt Ep* §. 56. 57 ZIEGLER. de *Epiſc.* L. II. C. II. §. 13. HENNIG §. 28. 29. p 615.

VIII. v ONVPHR. PANV. in *Vita Gregor.* VII MEIBOM. l. c. f 180. COCCEJ. §. 17. 23. ZIEGLER. C. l. l. §. 16

Papalis fere ad ſummum faſtigium evecta; imo *nova* quædam *Poteſtas* ſumma, præter Cæſarem, in Germaniam, inaudito exemplo, invecta, quæ, cum omnem clerum ſua ſub ditione complecteretur, Imperii clericalis fines amplificandi occaſionem nullam neglexit.

IX. Equidem Imperatores nonnulli, LOTHARVS, CONRADVS III., FRIDERICVS I, OTTO IV, HENRICVS VII, & LVDOVICVS IV. Imperii jura ſubinde vindicare conati ſunt: unde bellum inter *Imperium* & *Sacerdotium* & ante & poſt Interregnum ſæpius recruduit, *Guelfis* etiam & *Gibellinis* hinc pro Papa, illinc pro Cæſare, ſtrenue decertantibus, ſed irrito plerumque, ob varias cauſſas, ſucceſſu.

X. Crevit igitur in immenſum potentia Papalis: Nimirum arrogarunt ſibi Pontifices non ſolum jus ferendi leges eccleſiaſticas, ac diſpenſandi circa divinas, cum univerſa juriſdictione in omnes clericos, & res eccleſiaſticas, quin & nonnullas laicorum cauſſas, ſed etiam ſupremum dominium in bona eccleſiaſtica, dum & jus capiendi mobilia Epiſcoporum & Prælatorum, ac proventus

IX. v. COCCEJ. §. 23. 24. THOMAS. l. c. § 75. ſqq. AVENT. L. VII.

X. v. MEIBOM. l. c. p. 185. CONRING. de *Conſ. Ep.* §. 70. ſq. HORN. *J. Publ.* C. XLI. §. 114.

rus anni emortualis, quod Imperatoribus ſub *Regaliæ* nomine competebat, iis eripere, & Germaniam per ſumtus confirmationum, & palliorum, item annatas, aliaque, pecunia emungere, non dubitarunt

XI Quamvis etiam *Electio canonica* per transactionem Calixtinam *Clero & Populo* reſtituta videretur tamen mox *Clerici*, cumprimis Canonici, connivente Papa, electiones Epiſcoporum, uti Cardinales Pontificis, ad ſe ſolos, excluſo populo, pertraxerunt. & ipſi viciſſim a *Pontifice*, inventis proviſionibus, gratiis, expectativis, reſervationibus, varie eluſi, ac eligendi jure fraudati.

XII Imo Imperatores interdum ipſi improvida indulgentia incrementa Imperii Papalis promoverunt: documento eſt *Aurea Bulla* FRIDERICI II. de Libertate Eccleſiaſtica, a præcipuis Principibus Secularibus & Eccleſiaſticis ſubſcripta, INNOCENTIO III. tuſſa, quo electio Prælatorum Capitulo, & appellatio in cauſſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam, itemque reſtitutio bonorum, permittitur, ac Regaliæ renunciatur.

XI. v. CONRING. de *Conſ. Ep.* § 65. ſqq. HENNIG. § 30. 31. COCCEI. § 17. 18. ZIEGLER. l. c. C. VII.
XII. v. CONRING. l. c. § 65. p. 439. 440. SCHILT. de *Lib. E.* G. L. V C. XII. § 12. 14. 15. THOMAS. l. c. § 30.

XIII. Nec poſtea imminuta, ſed per fatale interregnum potius aucta eſt potentia Papalis, ſub cujus jugo tunc miſere ingemuit Germania, ad deſperationem fere redacta. quin & poſt Interregnum faſtigium ſuum retinuit fere ad SIGISMVNDI, vel, ſi mavis, MAXIMILIANI I. tempora: ab hoc vero tempore non amplius eam creviſſe, ſed potius decreviſſe, animadverſum eſt.

XIV. Scilicet cum indies ingraveſcere jugum papale ſentiret Germania, excutere tandem iſtud connata eſt, ac varia adverſus Papam gravamina edidit, qualia erant, *Aviſamenta Conſtantienſia* in Concilio Conſtantienſi, & *Moguntina* in Baſileenſi SIGISMVNDO exhibita. Sed nec per tentatam ab Imperatore *Reformationem* nec per Concilii Baſileenſis decreta, quibus reſervationibus papalibus obex ponebatur, exoptatum tantis malis remedium eſt paratum.

XV. Parum quoque libertati Germanicæ conſultum per *Concordata Nationis Germanicæ*,

XIII. v. THOMAS. § 34. 35. 37.

XIV. v. GOLD. T. I p. 151. 155 170. T. II. p. 146. CONRING. de *Conſtit. Ep.* §. 81. STRAUCH. *Diſſ. Exot.* V. § 6. RHET. *J. Publ.* L. I. T. II § 122. ſq. COCCEJ. § 25. THOMAS. § 39. STRUV. *C. J. Publ.* C. XI. § 13.

XV. v. LIMN. ad *Capit.* CAROL. V. a. XVI. ZIEGLER. ad SARCELL. L. I. T. XXVII. § 10. v. Reſerv.

nicæ, inter FRIDERICVM III. & NICOLAVM V. ann. 1447. inita: quippe quibus *Poteſtas Papalis* in Germania, usque adhuc impugnata, nonnihil quidem, ob juſtas Germanorum querelas, intuitu Reſervationum & Annatarum inprimis, reſtricta, ſed in ceteris magis firmata fuit.

XVI. Licet autem pauciſſimi Status in ea conſentirent, & plerique potius, ut Germaniæ, exemplo Franciæ, pragmatica ſanctione proſpiceretur, flagitarent: tamen ÆNEAS SYLVIVS, ad CALISTVM ab Imperatore miſſus, abſolutam Pontifici obedientiam Germanicæ nationis nomine promiſit.

XVII. Imo licet poſtea, ob non ſervata ab ipſo Pontifice Concordata, nova orirentur

Iii 5 grava-

ſeq. CONRING. l. c. §. 84 ſqq. RHET §. 126. HENNIG l. c § 32. 33. NITSCH. ad *Cap.* IOS. I. XVIII. §. 2. 3. LVNIG. *Reichs-Archiv* P. Gen. n. II. p. 53. LINCK. ubi, hæc Concordata, quibus Libertas Germanica novis vinculis conſtricta eſt, nimiæ facilitati Imp. FRIDERICI III. & NICOLAI V. aſtutiæ ac violentiæ originem debere, notat. Diſſ. de *Concord. Nat. Germ.* Spicil. Obſerv. ad Capit. CAROLI VI. a. X.V. p. 213.

XVI. v. STRAVCH. l. c. RHET. § 124. ſq.

XVII. (a) v. GOLD. T I. p. 119. & IAC FRID. GEORGII *Nat. Germ. Grav. Lib I. Cap VII* § 6. *ſqq* ubi X. *Gravamina*, MAXIMILIANO I. ab Ordinibus Germ. exhibita, *cum remediis & aviſa-*

gravamina, partim MAXIMILIANO I. a. 1510. partim *Pontificis Nuncio* a 1522. exhibita (a) tamen invaluerunt Concordata, & per Capitulationes Cæſareas certa ratione approbata fuerunt, ita quidem, ut & gravamina olim contra ea mota tollantur, & ne fraudi ſint Evangelicis, qui per pacem Weſtphalicam eorum abrogationem in ſuis terris obtinuerunt (b).

XVIII. Quamvis autem, tum ob deficientem ab initio Statuum conſenſum, tum ob frequentes ipſorum Pontificum contraventiones, haud injuſte a Concordatis recedere poſſent Germani, quod & per pacem Religioſam & Weſtphalicam ex parte factum eſt, tamen cum Catholici partes Pontificis prorſus deſerere noluerint, ipſorum intereſt, a Pontifice Concordata ſervari.

XIX. Quamvis etiam Evangelici nec ullam

---

aufſamentes. & HORTLED. de *Conſ.* C. B G. L. I C. I. & GOLD. I. a. *Carolo V.* §. 36. & GEORGII l. c. Sect. II. p. 365. ſqq. ubi *C. Gravamina*, quibus obique neceſſariæ adjectæ ſunt Annotationes.

(b) v. *Capit.* JOS. a. XVIII. ibique *Medit.* & WITSCH. §. 15. in. CAROLI VI. & Car. VII. a. V. §. 1. 3. 6. a. XIX. PUTTR. P. a. V. §. 19. STRUV. §. 16.

XVIII. v. RHET. §. 128 119. HORN. §. 24.

XIX. v. RHET. §. 130. HORN. l. c. LUNIG. *Reichs-Archiv.* l. c. n. III. p. 56. ibique *alleruntertha͏̈nigſte*

lam Pontificis auctoritatem, nec Concordatorum vim, in ſuis terris agnoſcant, adeoque quoad ſe nec Cæſarem obſtringere, nec ſibi præjudicium fieri, per Capitulationes velint: tamen ipſorum quoque intereſt, ne Conſtatus Catholici contra Concordata graventur, atque per contraventiones Pontificum libertati Germanorum vis inferatur; ni, ut prorſus aboleantur, obtinere queant, quod utique ſemper præoptarunt.

XX. *Jura* igitur, quæ a PAPA in Germania hodie exercentur vel uſurpantur, & per Concordata vel admittuntur vel reſtringuntur, vel per Capitulationes, propter abuſus coercentur, vel per alias LL. fundamentales certa ratione abolentur, partim ad *conſtitutionem Epiſcoporum* vel *collationem beneficiorum* eccleſiaſticorum, partim ad *Annatas*, partim ad *Jurisdictionem*, pertinent.

XXI. Circa *Conſtitutionem* Epiſcoporum & Prælatorum, beneficiorumque eccleſiaſticorum

ſe Vorſtellung an den Keyſer Leopoldum *von dem Evangeliſchen* Corpore &c. verb: *Daß die alſo genandte* Concordata *bey ſo geſtalten Sachen, da der Römiſche Hof denenſelben immerhin zuwider handelt, und daran ohnedem nicht verbunden ſeyn will, gäntzlich auffgehoben werden mögen, mithin die teutſche Freyheit, gleichwie ſelbige vorhin geweſen, und in* Concilio Baſileenſi ſtabiliret, *zu erſetzen.*

rum *collationem* varie concurrit Pontifex: quippe qui & *Proviſiones*, & *Poſtulationum* gratias, & *controverſiarum* deciſiones, & *confirmationes*, & jura *Pallii*, ſuæ curiæ aſſeruit.

XXII. *PROVISIONES* dicuntur *Collationes* Pontificis extraordinariæ, quarum vi ipſe, neglecta Capitulorum electione, vel collatione ordinarii Collatoris, Eccleſiæ dat Epiſcopum, vel beneficia concedit. ſed hæ cum a Sec. XIV. inprimis adverſus priſtinæ Eccleſiæ inſtituta invaluerint, inconſulto clero & populo exerceri ſolitæ, adeoque variæ querelæ ortæ ſunt, modus per Concordata eis poſitus eſt.

XXIII. Servavet primum reſervata modo Sedi Apoſtolicæ *beneficia* in *curia Romana vacantia*, qualia ſunt eorum, qui ratione officii, vel ex cauſſa legitima, in curia Romana morantur, ibique, vel in locis vicinis intra duas a curia diætas decedunt, *aliaque* nonnulla in Concordatis memorata.

XXIV. Deinde *Menſes Papales* eidem reſervati, ita, ut *alternativa menſium* obtineat, &

XXII. v. CONRING. l. c. §. 71. 77 ſqq. ZIEGLER. ad LANCELL. L. I. T. XV §. 5. HORN C. XLI. §. 19.

XXIII. v. *Concord.* c. I §. I. LINCK. de *Conc.* n. 9. ſqq STRYK. de *Jure Pap. Princ. Evang.* C. III. §. 3. CORVIN *J. Can.* L. II. T XXIX. §. 37.

XXIV. v *Concord.* C. 2. LINCK. C. II. §. 39. INSTR. P. O. A. V. §. 10.

& quæ *Januario*, *Martio*, *Majo*, *Julio*, *Septembri*, *Novembri*, vacant, a Pontifice conferantur, modo intra tres menſes collatio fiat. Cetera Capitulis, vel ordinariis collatoribus, conferenda relinquantur.

XXV. Denique in Metropolitanis & Cathedralibus etiam mediatis Eccleſiis, nec non Monaſteriis immediatis, in quibus electio canonica obtinet, ſi vel electio canonice facta non fuerit, vel intra legitimum tempus Sedi Apoſtolicæ non præſentata, vel ſi eadem ex rationabili & evidenti cauſſa de digniori & utiliori perſona providendum duxerit, Proviſio itidem locum habere debet.

XXVI. Porro & *POSTULATIONES*, initio ad Imperatores, poſtea ad Pontifices novo plane ſenſu directæ, in fraudem legis invaluerunt, hodieque obtinent, pro impetranda a Pontifice diſpenſationis gratia ad admittendum eum, qui ob defectum ſecundum canones eligi non poteſt.

XXVII. Invaluit & *CONFIRMATIO*, quæ

XXV. CONCORD. & LINCK. l. c. BOEHMER. l. c. §. 69.

XXVI. * An Poſtulatio intuitu Proteſtantium obtineat? v. I. P. a V. §. 22. cur hi dicantur *Poſtulati Epiſcopi*?

* CONRING. l. c. §. 86. BOEHMER. l. c. Tit. V. §. 2.

XXVII. * Not. 1. Confirmationem *Cæſaream* diverſam fuiſſe

quæ conſenſu Superioris, electionem, prævia cauſſæ cognitione, approbantis, inprimis abſolvitur, ex decreto Concilii Nicæni Metropolitanis tributa, poſtea vero etiam ab Imperatoribus impetranda, cui deinceps *Inveſtitura* pleniori jure acceſſit.

XXVIII. Sed Pontifex, ſublatis & inveſtituris Cæſareis, & Metropolitanorum confirmationibus, jus *confirmandi* Epiſcopos tandem ſibi ſoli arrogavit, hodieque in omnibus Cathedralibus Catholicis, non vero A. C. addictis, exercet, *Conſecratione* eorum fere ſola Metropolitanis relicta.

XXIX. Invecta inſuper *PALLII* redemtio.

---

fuiſſe a *Metropolitana*: 2. *Illam* cum Inveſtitura jam Sec. XII. Imperatoribus, *hanc* Sec. XIV. demum Metropolitanis ereptam. 3. *Inveſtituras* niti Summa Poteſtate circa Sacra, & cumprimis Conſtitutionem Epiſcoporum, ſuperius obſervatum eſt: Cui forte acceſſit novum fundamentum ex fundationibus Eccleſiarum, a Cæſaribus profectis: 4. A *Confirmatione* differre *Conſecrationem* ſeu Ordinationem Epiſcoporum, quæ olim per manuum impoſitionem fiebat, hodie per unctionem.

v. CONRING. §. 74. 86. ZIEGLER. de *Ep.* L. II. C. VI. §. 8. BOEHMER. J. E. L. I. T. VI. §. 60. 61. 62. 69. 70. 76. CORVIN. *J. Can.* L. I. T. VI. VII. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XVI. §. 17.

XXIX. v. §. 76. STRAUCH. *Diſſ. Exot.* V. §. 11.-15. MULZ. *Repraeſ. Maj. Caeſ.* P. II. C. XXXIII. n. 131. ſqq.

tio. Quod, cum olim eſſet Imperatorium Indumentum, Patriarchis & Archiepiſcopis etiam ex gratia concedi ſolitum, poſtea *Papa* Vicarus ſuis conferre cœpit, ac tandem in inſtrumentum non ſolum Germaniam pecunia emungendi, ſed etiam Archiepiſcopos ſibi penitus ſubjiciendi, convertit; ita, ut antequam ab ipſo, tanquam Vicario Chriſti, vicariam paſtoralis officii poteſtatem acceperint, Metropolitano munere fungi nequeant.

XXX Sequuta hinc plenior AEpiſcoporum & Epiſcoporum *Subjectio*, ac a Sede Papali *dependentia* dum non ſolum omnes ligio, ceu vocant, *ſacramento* eidem ſeſe obſtringunt, ſed & titulo *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia*, utuntur, atque adeo, ſe non propria, ſed *vicaria* Pontificis poteſtate gaudere, confitentur

XXXI. Porro ANNATÆ huc ſpectant, quod antiquiſſimum tributi genus, olim pro *ordi-*

ſqq. BOEHMER. l. c. L. I. T VIII. tot. ubi arcana papatus circa introductum pallium.

XXX. v. CONRING. §. 70. 73. 75. BOEHMER. l. c. §. 13.

XXXI. * Not. 1. *originem* Annatarum non a ſtipendiis anni emortualis vel primi, ſeu jure Regaliæ, quod Imperatori competebat, uti quidem B. Dn. de LUDEWIG. Diſſ. de *J. Annat.* C. I. §. 8. ſeqq. & STRUVIO. l. c. §. 26. viſum, ſed a more antiquo, JUSTI-

ordinatione ſeu *collatione* beneficii eccleſiaſtici pendi ſolitum, & ſucceſſu temporis varie determinatum, hodie in certa pecuniæ ſumma conſiſtit, quem beneficii vacantis ſucceſ-

JUSTINIANO jam *Nov.* LVI. C. I. & CXXIII. C. 3. Campianus Nov. hujus C. 16. ubi probato, Ordinatori lucrum aliquod offerendi. Ordinationes clericorum quidem gratis faciendas eſſe jubet Imperator, ut tamen conſvetudinem probet, dandi aliquid officialibus Epiſcopi, addens: *ſolas autem præbere eum conſvetudines iis, qui ordinantium miniſtrantes ſunt ex conſvetudine accipientibus* UNIUS ANNI EMOLUMENTA *non tranſcendentem*, ex quo loco *Annatarum originem* manifeſte deduci poſſe cenſet GOTHOFREDUS in not. add. *Nov.* & THOMASSIN. de *V. & N. Eccl. Diſcipl. P. III. L. I.* §. 4. probato, ordinatori lucrum aliquod offerendi, derivandam. 2. Eaſdem differre a reſervationibus fructuum vacantium beneficiorum. 3. A BONIFACIO IX. circa a. 1392. in novam ac perpetuam formam redactas eſſe, v. ODERIC. RAYNALD. ad a. 1329. *Ingraveſcentibus rei pecuniariæ difficultatibus, ob continuos armorum fragores ſanxit, ut redigendorum ex omnibus ſacerdotiis, quæ* A SEDE APOSTOLICA CONFERENTUR, *vectigalibus, quæ* PRIMO *labente* ANNO *obvenirent, dimidia pars in fiſcum Pontificium inferretur*

** Deinde piæ cauſſæ acceſſit color, cum nova Annatas

ſucceſſor, pro rata fructuum unius anni, taxæ loco, quaſi in ſubſidia expeditionis ſacræ, Papæ ſolvere tenetur XXXII.

natas exigendi cauſa, nempe vel ſubſidium *expeditionum cruciatarum*, unde nonnulli originem earum repetunt, vel *ſubſidium belli Turcici*; quod & innuit R. I. Auguſt. de A. 500 Tit. XLIII. *Wie man mit dem Pabſt handeln ſolle.* §. 1. ibi: *Seine Heiligkeit zu bitten, daß Er, als der H. Vater, ſeine Treue, Hülff und Rath mittheile, ſonderlich, daß er die Annaten Teutſcher Nation, ſo dazu ſonderlich zugeben verordnet ſind, dazu gebe.* In Comitiis quoque Norinbergenſibus A. 1522. Ordines Imperii graviter coram Nuncio Apoſtolico conqueſti ſunt, *daß die Annaten zu nichts anders, denn zu Wiederſtand der Türcken gebraucht werden ſollen, welches aber nicht geſchehen.* Add. Grav. Norimb. C. 19. *Quantum ad Annatas (ut vocant) attinet, quas eccleſiaſtici Prælati Romano Pontifici quotannis pendunt, quasque ante aliquot annos Germaniæ Principes Sedi Rom. ſub certis annorum metis, ut perſolverentur, conſenſerunt, quo pecunia hac ad nihil aliud, quam contra Turcas parandam defenſionem, Romæ tanquam depoſita aſſervarentur &c.* Sed & Imperator CAROLUS V. hac de cauſa ad ADRIANUM VI. literas dedit, Valliſoleti ult. Oct. 1527. exaratas; ibi: *itaque inter cetera cum meminiſſent, annatas, quas novi Antiſtites Rom. Pontifici ſolvere conſueverunt, ab origine ea maxime ratione conceſſas eſſe, ut hujusmodi pecuniis Chriſti fidei hoſtes arcerentur.*

XXXII. Sunt tamen Annatæ per Concordata ita temperatæ, ut nec nimiæ, Eccleſiasque gravantes, nec de minoribus beneficiis, nec plus quam ſemel intra annum ſint ſolvendæ (*a*): imo in bonis A. C. eccleſiaſticis immediatis per P. W. plane ſunt abolitæ, ita, ut ſi quid exigatur, id validitate & executione, a brachio ſeculari impertienda, careat (*b*).

XXXIII. *JURISDICTIO* quoque *ECCLESIASTICA* tantum non omnis, tam quoad *perſonas*, quam quoad *cauſſas eccleſiaſticas*, PONTIFICI, &, qui ab ipſo dependet, *Epiſcopis*, a Cæſare relinquitur, adeo, ut etiam ipſe & Catholici Principes, ſi cauſſa eos tangat, eandem agnoſcant (*a*): at quoad

---

v. SLEIDAN. L. IV. a. 15. p. 87 HORTLEDER. *Tom. I. C. I. n.* 15 MARC. ANT. de DOMINIS de *Rep. Eccleſ.* L. IX. C. 9. GEORGII *Nat. G. Grav. Lib. II. P. II. Sect. I. p.* 358 *Concord.* c. 4. STRAUCH. l. c. §. 6. BOEHMER. T. XI. §. 13.--44. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXII. §. 10. NITSCH. ad Cap. JOS. a XVIII. §. 4.

XXXII. (*a*) v. *Concord.* c. 4. (*b*) INSTR. P. a. V. § 19 v. *ſiquid Annatar.* NITSCH. l. c.

XXXIII (*a*) v. C. 1. ſeqq X. de *Translat. Ep. Spec. Sax.* L. I A. 1 ibi: *Zwey Schwerdt ließ GOtt auff Erden zu beſchirmen die Chriſtenheit: dem Pabſt das Geiſtliche, dem Keyſer das Weltliche* BOEHMER. L. II T. II §. 1. ſqq. BLUM. *Pr. Cam.* T. XXXVI. §. 43. NITSCH. §. 14. HORN. §. 17. 18.

ad *Proteſtantes* Jurisdictio Papalis *ſuſpenſa*, vel, ſi mavis, ſublata eſt (b

XXXIV. Sed cum quoad ſingula hæc capita a Pontifice Concordatis, primum per *inordinatas gratias*, *reſcripta*, *proviſiones*, *annatas*, *multiplicationes* & *augmenta officiorum*, *diſpenſationes*, *reſervationes*, *collationes incompetentes*, *coadjutorias Præbendarum Electivarum*, *judicium ſuper nobilitate*, varie contraventum fuerit Cæſares per Capitulationes obligantur, ut obicem hac in parte Pontificum attentatis ponant

XXXV. Et cum inprimis jurisdictione ſæpius abuti ſoleat Pontifex Cæſaribus providendum, ne Epiſcopi & AEpiſcopi Imp. a ſede Rom. ante ſufficientem cauſſæ cognitionem & inauditi *monitoriis*, *interdictis* & *comminationibus* ſeu *declarationibus cenſurarum* graventur; inprimis quando contra pravos diſpenſatores & œconomos, ex auctoritate paſtorali, de cultus divini incremento, & Eccleſiæ conſervatione aliquid ſtatuant.

XXXVI. Denique cavendum, ne *cauſſæ civiles* a Judice ordinario ad Nuncios Apoſtolicos & Curiam Rom perperam trahantur ac devolvantur, idque per annullationes,

(b) v. P. Relig. §. 20: I. P. W. a. V §. 16.
XXXIV. -- XXXVI. v Cap. CAROLI VI. & CAR. VII. a. XIV. NITSCH l. c. ad art. XVIII. Diſſ. m. de Judic. Nunc. Apoſt. C. II. §. 4 ſq.

actiones fiſcales, & cauſſarum civilium ab eccleſiaſticis ſollicitam diſtinctionem, impediendum.

XXXVII. Ceterum ſicut ex parte Pontificis ſtat ſententia, poſſe ipſum ob cauſſas ſonticas, ſalutem nimirum Eccleſiæ, Concordatis derogare & contravenire (*a*): ita non poterit vicaſſim Imperatori & Statibus vitio verti, ſi & ipſi reciproce iſtis ulterius ſe adſtrictos non reputent, quam donec ſalus Imperii aliud exigat (*b*).

CAP. IV.

DE JVRIBVS MAJESTATIS IMPERIALIS CIRCA SACRA IN SPECIE.

§. I.

MAjeſtas Imperii circa Sacra licet per artes Pontificum non parum imminuta & labefactata videatur: forte tamen nihil impedit, quo minus *SVPREMAM POTESTATEM* circa *Jus Sacrorum*, non ſolum quoad reliquias, ſed etiam quoad ea, quorum exercitium Pontifici & Epiſcopis eſt conceſſum, adhuc IMPERATORI & IMPERIO aſſeramus; cum regulariter jura Majeſtatis *ſubordinate* conceſſa intelligantur.

II.

XXXVII. (*a*) v. CHORIER. in *Scholiis ad Prim. Prec.* Sect. V. pr.

(*b*) MVLZ. *Repraeſ. Maj. Caeſ.* P. II. C. XXXIII.

II. Quin ipſi Catholici Status, non Seculares tantum, ſed etiam Eccleſiaſtici, *jus aliquod & poteſtatem* Imperatoris & Imperii in *Jura Papalia* agnoſcere videntur, dum *Pontificem, officium non facientem*, ab Imperatore & Statibus in ordinem redigi poſſe, admittunt, nec tantum hodie, quantum olim, eidem amplius tribuunt.

III. Quæ vero quoad exercitium quoque Majeſtati Imperii adhuc reliqua ſunt Jura circa Sacra, vel CÆSARI & STATIBVS ſunt *communia*, vel CÆSARI ſoli *reſervata*.

IV. Non autem dubitandum, quin & *VICARII* Imp. eadem poſſint in cauſſis religionis, quæ ipſe Cæſar, cujus vice & poteſtate funguntur, ut adeo ipſi quoque *alia* hujus generis jura non niſi *conſenſu* Statuum *comitiali*, alia vero *ſoli* exercere queant.

V. Jura Sacrorum Cæſari vel Vicariis Imp. cum Statibus *communia* uno verbo conſi-

§. II. v. *Capit.* JOS. a. XVIII. & CAROLI VI. & CAR. VII. a. XIV. §. ibi: *wollen ſolches alles mit der Churfürſten, Fürſten und anderer Standen Rath kräfftigſt abwenden und vorkommen, wollen auch darob und daran ſeyn, daß die vorgemeldte* Concordata &c. NITSCH ad *Capit.* JOS. d. a. §. 14. STRUV. *C. J. Publ.* C. XI. § 34.

V. * Hinc juſtiſſimæ Proteſtantium querelæ de Art. IV. P. Ryſv. citra ſuum conſenſum inſerto.

V. INSTR. P. W. a. V. §. 52. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. XI.

ſtunt in *JURE DECERNENDI* in *cauſſis religionis*, vel per modum *legis*, vel per modum *ſententiæ*: quod P. W. firmatum, & inſuper cautum eſt, non vota majora, ſed unanimem conſenſum, in cauſſis religionis valere.

VI. Speciatim igitur *Poteſtatem* aliquam *Legislatoriam* in cauſſis religionis Imperatori & Statibus adhuc competere, nullum eſt dubium: eo quod nuſquam eadem ſe abdicaſſe leguntur, & varie iſtud usque adhuc exercuerunt.

VII. Et licet Imperator & Catholici Status, dum juris Pontificii auctoritatem agnoſcunt, Pontifici poteſtatem leges eccleſiaſticas ferendi tribuere videantur: tamen leges vel decreta Pontificum non niſi ex Cæſaris & Statuum conſenſu & auctoritate in Imperio R. G. valere, merito aſſerendum.

VIII. Hinc adeo patet, quotiescunque vel de jure reformandi ac tolerandi religionem, vel de conſtitutionibus Epiſcoporum, vel de colla-

C. XI. §. 17. 18. HORN. *J. Publ.* C. XLI. §. 15. Autoris AMOENITAT. *J. Publ. de Jure Principis circa Dogmata Fidei* Amœn. II. §. III.

VI. - VIII. * Exempla in *Pace Relig. & Weſtphal.* variisque *Receſſibus* I. extant.

v. P. REL. §. 20. R. I. a. 1542. §. 63. 64. 65. d. a. 1582. §. 61. INSTR. P. W. a. X. XI. MULZ. P. II. C. XXXIII. Membr. I. §. 2. n. 83. ſqq. n. 161. ſqq. Membr. II. §. 2. n. 201. HORN. l. c.

collationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel de bonis Eccleſiaſticis eorumque ſeculariſatione, alienatione aut collectatione, ſive de ritibus aliisve rebus eccleſiaſticis, *Leges univerſales* condendæ ſint, eas non ſolum condi poſſe, ſed & communi Imperatoris & Statuum conſenſu comitiali condi debere.

IX. Cumprimis huc ſpectat jus *conſtituendi ferias*, & *reformandi Calendarium*, quod ſine conſenſu Comitiali exerceri non poteſt (*a*): unde Calendarium *Gregorianum*, a Papa obtruſum, a Proteſtantibus neutiquam admiſſum, *Emendatum* vero nuper in Comitiis communi eorundem conſenſu receptum eſt (*b*)

X. Patet etiam, nec *interpretationem* authenticam Pacis Religioſæ & Weſtphalicæ, etiam quoad cauſſas religionis, nec *mutationem*, absque conſenſu Statuum fieri poſſe.

IX. (*a*) v. *R. I. Noviſſ.* §. 158. ibi, in puncto Calendarii *eine gemeine Reichs-Vergleichung hoch nöthig*. *Decr.* l. d. a. 1664. d. 4. Apr. ap. FRITSCH. *Eiſ.* *I.* P. P. l. C. XV.

(*b*) v. *Spec. Stat.* a. 1699. m. *Oct.* p. 98. & a. 1700. m. *Jun.* p. 62. MULZ. l. c. M. I. § 2. n. 154. ſqq. §. 3. n. 190. HORN l. c. STRAUV. C. XI §. 18.

X. v. MULZ. l. c. M. I. §. 3. n. 175. M. II. §. 3. n. 119. *Disquiſ. J. P. de Bonis Eccleſ.* C. II. S. I. §. 11. Medit. ad I. P. adjecta. p. 1915.

XI. Vi Summæ Poteſtatis Imperialis, quoque Imperatori & Statibus competit Jus *cognoſcendi* & *judicandi* de *religione* in Imperio R. G. exercenda; & hinc *Confeſſionem fidei*, ab Eccleſiis Imperio ſubjectis edendam, exigendi.

XII. Hujus igitur Summæ Poteſtatis virtute quemadmodum Jus *reformandi*, ex indole quidem religionis & imperii civilis, nec non legum Imp. fundamentalium præſcripto metiendum, atque adeo *jus definiendi*, quænam religio *toleranda* vel *non toleranda* ſit, penes Imperatorem & Status ſimul eſt: ita ſine Statuum conſenſu nec pro *hæretico* quisquam in Imperio declarandus, nec *leges pœnales* adverſus hæreticos, vel ſectas, quæ non tolerantur, decernendæ.

XIII. *Imperium* vero in *religionem* ipſam, & quæ ſunt *fidei*, nec Imperator nec Status ſibi tribuent: eo quod in conſcientias & fidem hominum dominari, ad divinæ Majeſtatis reſervata pertinet.

XIV.

XI. *Amanus* J. P. cit. Am. VI.

XII. v. INSTR. P. W. a. V. §. 17. a. VII. 60. R. I. a. 1529 §. 6. & eid. inſ. *Mand. adverſ. Anabapt.* R. I. 1535. pr. MULZ. l. c. M. I. § 2. n. 103. ſqq. HORN. l. c. *Amanus.* J. P. Am. VII. § III. VIII.

XIII. v. MULZ. M. I. § 1. n. 6. & §. 2. n. 95. 152. HORN. l. c. § 8. *Aman.* l. c. § 3. 8.

XIV. Hinc nec *controverſias Theologicas* pro imperio decidere, nec quemquam ad ſententiam, de cujus veritate haud convictus eſt, amplectendam, aut in doctrina ipſa, iisve, quæ ex cujusque religionis hypotheſi, & opinione diſſentientium ad articulos fidei aut eſſentiam religionis pertinent, quidquam mutandum, cogere Imp. & Status poterant, ſicut nec Pontifici & clero Romano, utpote parti, deciſio hujusmodi controverſiarum cum effectu ulla permitti poteſt.

XV. Quamvis autem ex diſputationibus Theologorum, quibus altera pars alteram convincere ſtudet, nihil imputandum ſive in Imperatorem, ſive in diſſentientes Status aut doctores redundet (a), poteſt tamen Imperator vel ex conſenſu Ordinum, vel, pro re nata, ſolus, ut Protector Religionum in Imperio receptarum, Edictis publicis cavere, ne diverſæ religionis aſſeclæ injuriis ſe invicem afficiant (b).

XVI. Quodſi *CONCILIA* celebranda fuerint, Imperator utique, prævia conſultatione

XIV. MULZ l. c. §. 1. n. 43. 46. *Amœnit.* l. c.

XV. (a) v. MULZ l. c. n. 97. 101. (b) v. Auguſt. Imp. CAROLI VI Edict. d. 18 Jul. 1718. in FABRI *Staats-Cantz.* T. XVI. p. 728.

XVI. v. R. I. 1542. §. 32. in quo optima Concilii forma deſcripta. R. I. 1524. §. 28. ibi: *eines gemeinen freyen* Univerſal-Concilii *der Chriſtenheit*,

ne cum Statibus, vel ſaltem Electoribus, inſtituta, eadem *convocandi* ac *dirigendi* jus habebit, *Nationalia* quidem vi Imperii, *Univerſalia* vero ut primus Chriſtiani Orbis Princeps & Caput: quamvis & ſæpe *Pontificis* miniſterio in Conciliis indicendis uſus fuerit, eique partes quasdam in illis conceſſerit, nec etiam *Status* a Conciliis & judicio circa Religionem ferendo excludendi ſint.

XVII. Eadem Imperatoris auctoritate & *Colloquia* inſtituuntur, quippe qui & ad ea convocat, & perſonas colloquentium æque ac Præſidum & Auditorum nominat: quamvis nec Status ab hoc negotio excludantur, quip-

ſo durch Päbſtl. Heil. mit unſer Bewilligung verkündiget und ausgeſchrieben werde. R. I. 1519. §. 2. ibi: *Ihro Maj. als das Haupt bey ſolcher Verſammlung.* R. I. 1512. T. I. §. 5. MVLZ. M. I. n. 114. ſqq. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXII. §. 2. HORN. l. c. §. 25. 26. STRUV. C. XI. §. 32. NITSCH. ad *Cap.* JOS. a. I. C. V. §. 3. Amœnit. J. P. X. §. 5.

XVII. v. R. I. a. 1557. §. 11. & 1541. §. 8. 9. 10. 18. & 1545. §. 7. 10. 18. ibi: *daß wir als Haubt, und den unſerer althergebrachten Religion* 4. *Colloquenten, und* 4. Auditores *verordnen, desgleichen die Stand der Augſpurgiſchen Confeſſion auch ſoviel, nemlich* 4. Colloquenten *und* 4. *zu* Auditoren *erkieſen.* MVLZ. l. c. n. 132. ſqq. ZIEGLER. *de J. Maj.* L. I. C. XV. §. 40. *Amœnit.* J. P. IX.

quippe cum quibus & de inſtituendis iis, & de modo colloquendi, & de actis in iis conſultatum fuit.

XVIII. Porro nec *POTESTAS JUDICIARIA* Imperatoris & Statuum in cauſſis religionis prorſus ceſſat: quippe qui indies adhuc jus de *gravaminibus* ob turbatam pacem Religioſam vel *Weſtphalicam* exortis cognoſcendi, turbatosque reſtituendi, itemque jus *motus*, turbas & *diffidia*, quæ religionis cauſſa enaſci poſſunt, vel præcavendi vel componendi, in Comitiis exercent.

XIX. Imo & *ſummorum* Imp. *Tribunalium* Jurisdictio in cauſſis, *religionem* publice approbatam ſpectantibus, fundata eſt, quoties contra *P. Religioſam* vel *Weſtphalicam* injuria alicui infertur: idque non ſolum, ubi inter *A. C. addictos* ſolos, ſed etiam, ubi inter *A. C. addictos* & *Catholicos* res agitur, ita tamen, ut paritas votorum Catholicorum & Evangelicorum tunc obſervanda ſit.

XX.

XVIII. v. Fabri *Staats-Cantzeley* & *Electa J. P.* quorum ſinguli Tomi gravaminibus religionis cauſſa ad Comitia delatis repleti ſunt. conf. STRUV. C. XXIV. § 2.

XIX. v. INSTR. P. a. § 54. ubi 4. caſus. ibique *Meditat.* p. 770. *Ordin. Jud. Aul.* T. I. § *wir wollen auch.* ibi: *So wohl geiſt als weltlichen Sachen mit Zuziehung beyderſeits* Aſſeſſorum *in gleicher Anzahl.* MYLR. l. c. M. III. §. 3. n. 119. BOEHMERI *J. Eccleſ.* L. I. T. V. § 17. & L. II. T. II. §. 17.

XX. Imo Capitulatione Noviſſima CAROLI VII. cautum, in cauſis religionis proceſſus haud admittendos, ſed ſoli Legum Imp. fundamentalium præſcripto easdem attemperandas eſſe.

XXI. Integrum vero videtur, hujusmodi cauſſas ſtatim vel ad *Comitia*, vel ad *Cæſarem*, ut ſummum Judicem, & Protectorem Evangelicæ æque ac Catholicæ religionis, deferre, ejusque arbitrio terminandas relinquere.

XXII. Quodſi ergo Electores, Principes & Status Imp. A. C. addicti (incluſa Nobilitate Immediata) contra Inſtrumentum Pacis, Receſſum Executionis Norimbergenſem, arctiorem modum exequendi, aliasve Imperii Conſtitutiones, gravatos ſe ſentiant, atque gravamina ſua ad Imperatorem deferant: Imperator citra moram, dictis Imp. Legibus funda-

XX. Capit. CAROLI VII. a. I. §. 11.

XXI. v. MULZ. l. c. M. III §. 2. n 15. LONDORP. C. LX. p. 143. ſqq. ubi in Mandato inhibit. ad R. Dan. ut D. Holſat. *Krafft tragenden hochſten Kayſerl. Amts, und als erwehnten* I. P. Protector *und* Executor.

* Etiam Catholici Cæſaris vel Comitiorum Protectionem & auxilium adverſus Papæ proviſiones implorare ſolent, v. *Staats-Cantzeley* T. II. p. 49. 59.

XXII. Cap. CAROLI VII a. I. §. 11.

fundamentalibus conformiter decernere, decreta quoque iſta ſtatim illis aperire, atque executioni mandare tenetur.

XXIII. Intercedere tamen, ubi durius quid, quam P. Religioſa aut Weſtphalica admittat, in ſuæ religionis libertatem decretum, Evangelici Status exiſtimaverint, neutiquam illis prohibitum exiſtimant.

XXIV. Sed & opera Imperatori danda, ut gravamina religionis nondum ſublata, quam primum fieri poſſit, ex præſcripto Legum Imp. tollantur: id quod non ſolum A. C. ſed & Catholicæ religioni addictis, æque promittitur.

XXV. Sicuti igitur Imperatori jus competit, per *Juſſa* & *Mandata* obſervantiam legum ac decretorum comitialium, in cauſis religionis, Catholicis non minus ac Evangelicis imperandi, mutuasque læſiones ac injurias diverſæ religioni addictis prohibendi: ita & jus *Commiſſiones Cæſareas* in cauſis *gravaminum*, religionis cauſa enatorum, decernendi atque conſtituendi, idem exercet.

XXVI

XXIII. v. L. B. de LYNCKER de *Libert. Stat.* I. Sect. I. §. 2. p. 5.

XXIV. Cap. CAROLI VII. l. c.

XXV. Conf. *Reichs-Fama* m. Febr. n. X. ibique Anon. *Gedancken, wie in den die Religions-Gravamina betreffenden Sachen zuverfahren.*

XXVI. Ceterum negari nequit, Imperatorem & Judicia Imp. ab exercitio *juriſdictionis eccleſiaſticæ* abſtinere, tum quoad *perſonas* eccleſiaſticas, tum quoad *cauſſas*, quæ ex principiis papalibus ad forum eccleſiaſticum pertinent: (*a*) quamvis hoc ipſorum fori privilegium quoque auctoritate Imperatoris nitatur (*b*)

XXVII. At *Perſonis Eccleſiaſticis A. C. addictis*, quæ Pontifici Rom. non ſubjacent, Jurisdictio Cæſaris & Judiciorum Imp. utique agnoſcenda: (*a*) quamvis in matrimonialibus Proteſtantes Status judicem nullum agnoſcant (*b*)

XXVIII. Ad jurisdictionem eccleſiaſticam ex principiis J. Canonici etiam refertur *Poteſtas relaxandi juramenta*: at in LL. Imp. ea rectius Imperatori & Cameræ aſſeritur; quamvis non ad reſervata Cæſarea pertineat, ſed ordinariæ jurisdictionis ſit.

XXIX.

XXVI. (*a*) v. UFFENBACH. de *Jud. I. Aul.* C. X. S. II. Subſect. I. n. 1. fin. RHET. de *Secularis.* C. IV. n. 58. BLUM. *Proc. Cam.* T. XXVI. §. 43. XLIII. §. 14. 19. 20. (*b*) MULZ. l. c. M. III. n. III.

XXVII. (*a*) v. HORN. §. 27. (*b*) v. COCCEJ. *J. P.* C. XXXII. §. 8. BOEHMER. *J. Eccl.* L. II. T. II. §. 17. 18. HORN §. 29.

XXVIII. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXIII. S. I. §. 11. HORN. §. 30. Conf. Diſp. m. de *Poteſtate relax. juram.* in *I. R. G.*

XXIX. Circa *electiones* Epiſcoporum, ubi *diſſidia* oriuntur, vi transactionis Calixtinæ penes *Imperatorem* eſt judicium (*a*); ſed hodie hujusmodi controverſiæ inter Catholicos *Pontifici* decidendæ relinquuntur: (*b*) competit tamen Cæſari adhuc jus providendi, ne quid detrimenti Pax Weſtph. ex hujusmodi controverſiis capiat. (*c*) Commiſſarii etiam Cæſarei electionibus adeſſe ſolent, id agentes, ne perſona Cæſari diſplicens eligatur (*d*).

XXX. Scilicet quemadmodum, amiſſa licet confirmatione & inveſtitura per baculum & annulum, *Jus inveſtiendi Epiſcopos & Prælatos* immediatos de *Territorio* & *Regalibus* adhuc penes Imperatorem eſt, ita nec prorſus nihil commendatio & auctoritas Cæſaris

---

XXIX. (*a*) GOLD. Conſt. I. p. 55. ibi: *Si qua inter partes diſcordia emerſerit ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeat.* HENNIG. de *Pot. Imp. circa Sacra* C. XVII. §. 29.

(*b*) CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 27 BOEHMER. L. I. T. V. §. 17.

(*c*) v. Quæ in cauſſa Coadjutoriam Lubecenſem concernente acta ſunt ap. FABR. *Staats Canzley.* T. II. p. 65. ſqq. & T. X. C. XV. p. 654. ſqq. conf. BOEHMER. l. c. & L. III. T. VI. §. 10.

(*d*) v. HORN. J. P. C. XLI. §. 30.

XXX. v. MULZ. M. II. n. 154. 160. 161. 200. 202. 204. 205. 208.

ris circa electiones eorum valet; nec certe invito Imperatori Epiſcopus vel Prælatus inveſtiendus ita obtrudi poteſt, quin juſtis de cauſſis, denegata inveſtitura, recuſari poſſit.

XXXI Circa collationes beneficiorum Eccleſiaſticorum Imperatori reliquum eſt *JVS PRIMARIARVM PRECVM*, vi cujus *noviter electus ad beneficium eccleſiaſticum, in quolibet Capitulo vel Monaſterio per univerſum Imperium, vel jam vacans, vel primo vacaturum, ſemel unam perſonam, ſecundum naturam beneficii, idoneam, præſentat*

XXXII *Origo* hujus juris hæc eſt: Ante HENRICVM V Imperatores magna libertate

XXXI. v INSTR. P W. a. XV. §. 18. COCCEJ. C. XXII § 6. MVLZ M II n. 214. ſqq. MVLDENER. *Poſit. Inaug. IV* FRITSCH de *Imp. Prim. Prec. jure* ASTOCKEN. D II de *Precibus primar.* Reſp. Ill. C. de HOHENLOE & GLEICHEN.

* De *nomine primariarum precum* varie ſentiunt & diſputant. v SCHWED *J. Publ.* P. Spec. Sect I. C. V. § 14. MVLDENER. §. II. TITIVS *J Publ.* L. V. C III §. 35. ſqq HORN. *J. Publ.* C. XLI. §. 33.

** Vulgo *Panis-Briefe* dicuntur, ſed has litteras a primariis precibus diſtingvendas eſſe, docet MVLZIVS l. c. M II. n. 253.

XXXII. (a) v. HADRIANI IV. *Epiſt. 13. ad Epiſc. Paris.* ibi: *Rogantes attentius, primum perſonatum vel honorem, qui in tua vacabit Eccleſia,* ni

tate in conferendis beneficiis majoribus gaudebant: poſtquam vero illam per reſignationem HENRICI V. amiſerunt, *ordinaria* beneficiorum *collatio* per *electionem Cleri & Populi* facta eſt, ita tamen, ut ſenſim & *PONTIFEX* & *IMPERATOR* ſibi jus *collationis extraordinariæ* per *Preces & commendationes* acquirerent.

XXXIII Nimirum commendare ſolebant *PONTIFICES* bene meritos ordinariis collatoribus, eosque inſtanter rogare, ut his primum vacantia beneficia conferrent. (*a*) quæ commendationes licet ad ſec. XII usque *nudæ preces* eſſent, tamen poſtea *armatæ* fieri, & in *mandata* converti cœperunt (*b*); quamvis ſemel iis ſatisfeciſſe ſufficeret (*c*).

XXXIV.

ei concedas, ut & ipſe noſtras ſibi PRECES *ſentiat fructuoſas* NATAL. ALEX. ad Sec. XI. & XII. c. VII. art. VI. n. 4.

(*b*) v. ALEX. III. *Epiſt.* 43 *ad Abb. S. Remig.* ibi: *rogantes, attentius monentes,* MANDANTES. Idem in C. X. de *Præb. & Dignit.* has preces vocat MANDATUM *pro alicujus proviſione.*

(*c*) v. ESPEN. *J. Eccleſ.* P. II T. XXIII. C. I. §. 17.

* A Sec. XIII. moris fuit, ut primum darentur *preces monitoriæ*; his non obſervatis, ſequebantur *præceptoriæ*, & tandem *executoriæ*, ſi ordinarii collatores ulterius reluctarent. v. BOEHMER. *J. Eccleſ.* L. III. T. V. §. 100.

XXXIV. Similes *interceſſiones & preces IMPERATORES* & Reges nonnunquam bene meritis largiebantur; cum *precibus* omnino, poſt amiſſa jura, agendum eſſet· (*a*) quæ ſicet ab initio itidem nonniſi *nudæ preces & commendationes* eſſent, quarum *admiſſio* ab *arbitrio* collatorum dependebat; tamen ſenſim, pro auctoritate Imperatorum, validiores evadebant, ut non facile iis refragari liceret (*b*), atque a ſec. XIII. iterum in *jus & imperium* converſæ ſunt, conſuetudine primum (*c*), deinceps Concilii Baſileenſis decreto

XXXIV. (*a*) v. GOBELIN PERSON. *Coſmodrom.* Æt. VI. Cap. LX. ibi: *Friderico Æpiſcopo Colonienſi in Lombardia defuncto, Imperator promovit Reinoldum Cancellarium ſuum ad Epiſcopatum Colonienſem, quoniam ſcripſit Eccleſia pro eo: & ſic ad* PRECES *ejus electus eſt.*

(*b*) v. CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 59. HENNIG. l. c. C. VII. §. 30. BOEHMER. l. c. §. 101.

(*c*) v. *Dipl.* RUDOLPHI I. d. a. 1273. ap. GOLDAST T. III. *Conſt. Imp.* f. 406. ibi: *Cum ex* ANTIQUA *& approbata ac a divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta* CONSUETUDINE *qualibet Eccleſia in noſtro Romano Imperio conſtituta, ad quam beneficiorum eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficii,* PRECUM *noſtrarum* PRIMARIAS *admittere teneatur, devotionem tuam rogamus, quatenus huic clerico, eccleſiaſtico beneficio, quod ad tuam colla-*

creto (*d*) denique P. Weſtph (*e*) firmatum.

XXXV. Ex dictis liquet, *quo jure* Jus primariarum precum Imperatori competat. Scil. non ex *Coronatione*, licet olim hæc ſententia invaluerit (*a*). neque ex *conceſſione* aut *indultu Pontificis*, licet ad exemplum Pontificum Imperatores eodem uſi ſint, atque

collationem attinet, ob REVERENTIAM SACRI IMPERII *ſtudeat liberaliter providere* Dipl. CAROLI IV. ap. *Ant.* MATTHAEI de *Nobilit* L. II. c. XLVIII. p. 747. ibi: *Cum itaque nobis tam de* JVRE, *quam* ANTIQVA ET APPROBATA CONSVETVDINE *hactenus obſervata competat.*

(*d*) v. LVNIG. *Spicileg. Eccleſ.* T. I n. 143 p 277. ibi: *Nos-ordinamus, quæ ex nunc Caſ Maj. Tua ſemel tantum, quoad vixerit, nec non ſinguli alii Rom. Reges & Impp.-privilegio & conſuetudine Imperiali hujusmodi quoad preces ſeu nominationes, ut præfertur, faciendas, -libere & plenarie uti & gaudere poſſint.*

(*e*) v. INSTR. P. O. a. V. §. 18. ibi: *ubi S. Caſ Maj. jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam in poſterum.* Et §. 26. ibi: *in quibuscunque etiam fundationibus mediatis a 1624. die 1 Jan. S. Caſ. Maj. primarias preces exercuit, exerceat eas & in poſterum*

XXXV. (*a*) v. *Dipl.* CAROLI IV. §. præc. lit. (*d*) alleg. ibi: *ex coronationis noſtra ſolemnis - - in quolibet Monaſterio in Imp. unam tantum perſonam*

confirmationem aut indultum Pontificis i-
terdum, ex cautela abundanti, admiſerint (*b*
quem tamen poſt P. W., fruſtra contrar
tente Papa, rectius neglexerunt (*c*), præſe
ti

ſonam virtute primariarum precum noſtrarum ad beneficium Eccleſiaſticum facere poſſimus p *movere.* & Dipl. WENCESLAI a. 1376. RVPE TO Palatino datum ap. TOLNER. *H. Pal.* App. Dipl. n. 148 ubi ter, *ratione coronation* hoc jus Imperatori competere, dicitur, con BOEHMER. l. c. § 101. 103. 107.

(*b*) Not. ante tempora FRIDERICI III. absque indu tu Pontificis Imperatores jus iſtud exercuiſſe. v MV Memb. II. n 218 - - 223. VITR. L. III C. XXX §. 9. HORN § 33. BOEHMER. §. 101. 112. ad MOSER. *Staats Recht* L. II C XXXI. §. 7. ſq ad § 20. ubi exempla FRIDERICI III. MAX MILIANI I. CAROLI V. FERDINANDI MAXIMILIANI II. RVDOLPHI II. MATTHI FERDINANDI II & FERDINANDI III. q omnes indultum a Pontifice impetrarunt §. 21. - 3 ubi diſceptationes inter *Evangelicos* & *Catholicos* Tractatibus Pacis Weſtphalicæ de hoc jure agitata

(*c*) Not. LEOPOLDVM Imp. iterum, neglecto Pon tificis indultu, iſtud jus exercere cœpiſſe, que JOSEPHVS & CAROLVS VI. Impp. ſequu ſunt; quamvis controverſiæ illis a Pontifice ho nomine motæ fuerint. v MVLDENER. l. c. §. LVNIG *Spicil. Eccleſ.* P. II. p. 281. ubi Diploma JOSEPHI Imp. a. 1705 preces ad Capitulum Hi do

tim cum nec in Concordatis N. G. quidquam hujus juris Pontifici tribuatur.

XXXVI. Sed, ſi dicendum quod res eſt, ex *tacito* ordinariorum collatorum *conſenſu*: quippe qui, dum preces & commendationes

Lll 3

des continens, & CLEMENTIS XI Pontif. *Litteræ inhibitoriales* conf. IVST. FONTANINI, Prof. Rom. qui, juſſu Pontificis, ſub nomine CONR. OLIGENII ſcripſit de *Primariis Precibus Imperialibus*, illas dirigi non poſſe ſine ſpeciali indultu Pontificis. Cui NIC. CHRIST. L. B. de LYNCKER, ſub nomine CAROLI BRISDECENI oppoſuit Vindicias primariarum precum, Cæſareæ Majeſtati vi ſuæ Electionis Competentium, ut ullo Pontificis indultu nec indigere, nec oblatum acceptare poſſe aut debere, videri queat. Dn. GRIBNER. Diſſ. de *Primar. Prec. Imp. ſine Pontificis indultu*. CORTREJ. *Repræſ. Jur. primar. prec. Sacratiſſ. Imp. R. G. ſine prævio Pontificum aſſenſu compet*, C. III. STRUV. *C. J. Publ.* C. XI. §. 23. BOEHMER. l. c. § 112. & ſqq. SCHWEDER *Theatr. Prætenſ. Illuſtr.* P. I. p. MOSER. l. c. §. 39. & ſqq. ubi fuſius de hac controverſia agitur.

XXXVI. * Pleriqueque Scriptores, etiam Pontificii, hoc jus Imperatori tanquam *Advocato* Eccleſiarum tribuunt, ut FRITSCHIVS, von STOCKEN, MEYER, KLOCKIVS, STAMLER, CORTREJVS, GRATIANVS, CHORIER, HERMES, MVLZIVS; nonnulli vero reliquias *Juris Maj.* circa Sacra

nes Imperatorum citra contradictionem admiſerunt, eatenus juri, ex transactione Calixtina quæſito, renunciaſſe videntur, ut hæc priſtini *Juris Majeſtatici* circa collationes beneficiorum, vel *Advocatiæ Univerſalis*, particula quaſi jure poſtliminii ad Imperatorem ceu verum Dominum rediret.

XXXVII. Competit igitur hoc jus Cæſari electo, licet nondum coronato, idque per *univerſum Imperium Germanicum*, in omnibus

cra agnoſcunt. v. SCHILT. de *Lib. Eccleſ. G.* L. VI. C. V. §. 11. BUCKISCH ad I. P. art. V. §. 18. COCCEJ. C. XXIV. §. 6. SCHWEDER *J. Publ. P. Spec.* C. V. §. 15. HORN. §. 32. TITIUS *J. Publ.* L. V. C. III. §. 26. MULDENER l. c. §. 8. STRUV. §. 25. Sed conf. CONRING. de *Conſt. Ep.* §. 59.

** Quo ſenſu ex *Conſuetudine* deducatur, v. MULDENER. §. 7. p. 50. Ego per conſuetudinem *conſenſum tacitum* indicari puto, quippe qui omni conſuetudini ineſt, quatenus hæc jus efficit.

XXXVII. v. INSTR. P. a V §. 18. 26. MULZ. l. c. n. 228. ſqq. COCCEJ. §. 7. SCHWED. *J. Publ. P. Spec.* Sect. I. C. V. §. 16. 17. 18. MULDENER. §. 9. STRUV. §. 39. TITIUS *J. Publ.* L. V. C. III. §. 28. 29.

* Not. in Immediatis Capitulis poſſeſſionem Cæſaris ad annum decretorium per Inſtrumentum pacis haud adſtringi. Conf. MOSER. §. 79. ſqq. l. c.

bus Capitulis & Monaſteriis, maſculinis & fœmininis, Catholicis & Evangelicis, in Eccleſiis Metropolitanis Cathedralibus & Collegiatis; & in *immediatis* eiusdem, ubi Cæſar ante P. W., in *mediatis*, ubi die 1 Jan 1624. in poſſeſſione fuit ceterum exemtio ab hoc jure ab allegante probanda.

XXXVIII. Exerceatur autem quoad omnis generis beneficia (*a*), excepta *Epiſcopali* dignitate, quæ ſaltem hodie ita non confertur (*b*): idque in menſibus Capitularibus

 æque

l. c. §. 74. n. 3. Verba I. P. §. 26. an de *reali exercitio*, an de *facultate exercendi* intelligenda ſint? dubium, v. A. *Medic.* ad h. l. p. 407. BOEHMER. J. E. L. III. T. V. §. III. p. 351. MOSER. §. 79. ſqq.

** Solus *non-uſus* ad excludendum Imperatorem in petitorio non ſufficit, ſed inſuper *factum* aliquod a parte utraque requiritur, ab allegante *probandum*. v. MULDEN. §. 7. p. 50. MULZ. n. 150. ſeqq. COCCEJ. §. 8. Conf. MOSER. l. c. §. 73 ſqq. ubi de Controverſia Imperatoris ab Epiſcopo Osnabrugenſi, occaſione precum, ad Capitulum mediatum *Wiedenbruck* directarum, mota.

*** Qu. An. Imperator hoc jus etiam in ſeculariſatis exerceat Capitulis? quod a nonnullis negatur. v. MOSER §. 114.

XXXVIII. (*a*) BOEHMER §. 113. 114. (*b*) v. MULDENER §. 9. fin. TITIUS §. 51. HORN. §. 33. Diſſ. FRITSCH C. I. n. 7. & SCHWED. §. 14.

æque ac Papalibus (*c*)· ſed non niſi *idoneus* ſecundum ſtatuta & obſervantiam cujusque Capituli præſentandus, cumprimis qui ejusdem religionis ſit ac is, cui ſuccedit. (*d*).

XXXIX. Nec etiam niſi *ſemel* in quovis Capitulo aut Monaſterio exercetur· in Imperatoris tamen arbitrio eſt, quo anno, aut quo vacantiæ caſu preces dare, itemque an unam perſonam ad diverſa beneficia præſentare velit, modo intra menſem a die cognitæ vacantiæ præſentatio fiat.

XL. Preces iſtæ licet ſpeciem *præſentationis* vel commendationis præ ſe ferant, tamen revera *Juſſum* cum comminatione pœnæ

(*c*) v. FRITSCH. C. V. §. 4. MULDENER §. 11. TITIUS §. 32.

(*d*) v I. P. a. XVIII. COCCEJ §. 8. MULD. §. 9 p. 59. ubi, factum RUDOLPHI II. huic diſpoſitioni occaſionem dediſſe, obſervat.

XXXIX. v. CHORIER in Schol. ad *Prim. Prec.* S. II. lit. R. MULZ. n. 135 239 TITIUS §. 30. MULDEN. §. 11. pr.

XL. v Diploma D LEOPOLDI a. 1661. *Schrimpffio* datum, ibi· *Si forte in contemtum & præjudicium jurium & conſuetudinum Imperii ad parendum hujusmodi Primariis Precibus Noſtris contumaces & rebelles fueritis, tanquam Executores a Nobis deputati, ſub pœna gravis indignationis Noſtræ, quilibet eorum* (ſcil. AEp. Colonienſis & Ep. Monaſterienſis, quibus executio mandata) *vos realiter*

næ ſæpius conjunctum, ac *veram Collationem*, ab ordinariis collatoribus licet expediendam, continent.

XLI *Effectus* igitur precum primariarum eſt, ut Preciſta in collatione beneficii omnibus neceſſario ſit præferendus, modo *intra menſem a die notæ ſibi vacationis* ab eo Preces Capitulo inſinuatæ, beneficiumque acceptatum fuerit.

XLII Quod ſi vero facultas ei conceſſa, beneficium collatum quodcunque & quandocunque libuerit, acceptandi, primo vacante omiſſo, reſervato tamen ſibi jure, acceptare poterit ſecundum, vel tertium; imo jus per preces quæſitum aliis cedere poteſt.

ter & cum effectu ad parendum -- moneat & compellat: ſubjuncta quoque comminatio *privationis privilegiorum* conf. MULDEN. §. 9. TEXTOR. *J. Publ. Cæſar*. Tit. XI. n. 192. COCCEJ. §. 6.

XLI. XLII. v. MULZ. n. 240. 241. 244. SCHWED. §. 19. CORTREJ. l. c. p. 232. MULDEN. § 11.

* Not. Preces has omnibus aliis Collationibus etiam Papæ, vi Concordatorum, aut cujuscunque Collatoris alterius, vi juris Patronatus, privilegii aut pacti, alias exercendis, præferendas.

An eadem locum habeant, ubi ipſe Dominus Territorialis collator eſt? A. 1724 inter Cæſarem & Electorem Bavariæ diſceptatum. v. MOSER. l. c. §. 124. ſqq.

XLIII Ceſſat tamen effectus morte Preciſtæ, renunciatione, vel negligentia, dum menſem citra acceptationem elabi, aut alium ſibi præferri patitur: quibus caſibus tamen alium nominare poteſt Imperator, ne preces effectu deſtituantur.

XLIV Exercet Cæſar jus ſuum vel *immediate*, vel *mediate* per alios, quibus exercitium hujus juris indulget.

XLV Hinc jus primariarum precum, quod AVGVSTÆ vulgo in Collegiis religioſis *fœminarum* tribuitur, nonniſi ex *communicatione & conceſſione* Imperatoris derivandum: qui tamen novæ Conjugi iſtud delegare non poſſe

XLIII v FRITSCH. C. V. §. 10. MVLZ. n. 138. CHOKIER S. II. p 24. SCHWED. §. 10. MVLDEN. §. 11.

* *Imperatore mortuo* an preces nihilominus exitum ſortiri debeant v. FRITSCH. C. II. n. 51. CORTREJ. p. 235 MVLZ n. 148. TEXTOR. n. 134. ſqq. MVLD. l. c. p 66.

XLIV. v SCHILT de *Libert. Eccleſ.* in addit. 5. & 6. MVLDEN §. 10.

XLV v. FRITSCH. C. III. n. 15. MVLDEN. §. 4. MVLZ n. 147 TITIVS §. 33. STRAVCH. *Inſt. I. P.* L. III Tit. 33. COCCEJ. C. XXII. §. 6. BOEHMER. § 105.

* Diploma ELEONORAE FRIDERICI III. Conjugis, aliaque, quæ circumferuntur, dubiæ fidei nonnulla videntur.

poſſe videtur, ſi mortua eodem jam uſa fuerit.

XLVI. *REGI ROMANORVM* quoque idem jus competere exiſtimant, quamvis non niſi concedente Imperatore illud exercere queat. unde & Imperator factus denuo iſtud, proprio nomine exercere poterit.

XLVII. Sed & *VICARIIS* Imp. iſtud recte aſſeritur, quamvis multi diſſentiant (*a*): eo quod ipſorum poteſtas omnia Imperatoris jura complectitur, quæ non expreſſa lege iis ademta ſunt, atque in A. B. quoque *jus præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica* iis tribuitur, exemplis etiam obſervantiam corroborantibus (*b*). nec obſtat, erronee olim creditum, a coronatione iſtud pendere (*c*).

XLVIII.

---

v. WAGENSEIL. de *Offic. Imp.* C. VII. § 49. Dn. GRIBNER. de *Precib. prim. Vicarior.* I. §. 22.

XLVI. v. FRITSCH. C. II. n. 49. & C. III. n. 49. ibique Diploma WENCESLAI RVPERTO datum. MVLDEN. §. 3. BOEHMER. §. 102.

XLVII. (*a*) uti LIMNAEVS, MVLZIVS, SCHWEDERVS, SCHILTERVS, aliique. v. Dn. WERNHER. Diſſ. de *Jurib. Vicar. S. R. I. in A. B. expreſſis* §. 32. ſqq. Conf. Supra L. 3. C. VIII. §. 54. not. (*a*).

(*b*) v. Dn. GRIBNER. Diſſ. laud. de *Precib. Prim. Vicar.* I. MVLDER. §. 5. TITIVS L. V. C. IX. §. 18. 19.

(*c*) v. BOEHMER. §. 107. ſqq. ubi ex Diplom. CAROLI

XLVIII. Quilibet igitur Vicariorum hoc jus exercere poterit intra fines ſui Vicariatus, eodem modo, quo Cæſar in caſu abſentiæ quidem, ubi ipſe Cæſar eodem nondum uſus fuerit, in caſu vacantis Imperii in omnibus Eccleſiis, modo tempore Interregni beneficium vacaverit.

XLIX. Affine juri primariarum precum eſt jus, quod itidem Imperatori ex antiqua conſuetudine tribuitur, in Monaſteriis paſſim per Germaniam præſentandi laicum quendam, qui a Monaſterio ſuſtentandus eſt:

ROLI IV. WENCESLAI & RUPERTI demonſtrat, invaluiſſe tempore A. B. opinionem, Cæſari duntaxat *ratione Coronationis* hoc jus deberi: unde colligit, *Vicariis jure proprio illud non competere, ſed tunc demum, ubi Imperator defunctus illud non exercuit.* Sed ſufficit jus *præſentandi ad benef. eccleſ.* iis in genere abſque reſtrictione tribui, nec jus prim. precum adimi: unde verba A. B. ita interpretari, ut verioribus Juris publ. principiis conveniant, nihil vetat.

XLVIII. v. Dn. GRIBNER. Diſſ. cit. §. 11. ſqq.

XLIX. WEHNER. *Obſerv.* Pract. v. *Panis-Brieff.* ibi: *Das ſind die Vorſchrifften um Leyenpfründe und* Præſentation - *Schrifften eines Kayſers auff ein Gottes-Haus ſum ein Pfründe zu Kuchen und Keller, vor einen alten Diener* MYLER. Membr. IV §. 2. n. 131. Add. MOSER. *Staats-R.* Cap. 33. tot. ubi de hoc jure ex inſtituto agit.

eſt: unde litteræ, hoc nomine datæ, *Panis-Briefe* vocantur.

L. Nec non *Jus patronatus* regium, vi cujus Imperatori, ob largiſſimas inprimis Eccleſiarum dotationes ac fundationes, ab Imperatoribus olim factas, competit hinc inde collatio præbendarum & beneficiorum eccleſiaſticorum, præſertim quæ ad ipſum jure Imperatorio ſub titulo Canonicatus pertinent.

LI. Quod porro ad *BONA ECCLESIASTICA* attinet, ea ſupremo Imperatoris & Imperii dominio eatenus ſubjecta manſerunt, ut & eorum nomine ad onera publica contribu-

L. v. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XVIII. §. 3. Dn. WERNHER. l. c. § 33. COCCEJ. §. 4. 9. Dn. BOEHMER. J. Eccl. L. 3. T I. §. 88 ſqq. Add. Comment. mea de *Jure Patronatus Regio*. Dn. LUDER. Hiſtor. Canonicat. præbendæ regiæ. MOSER. l. c. Cap. 32.

LI. v. MYLER. M. IV. n. 103. ſqq. 106. 115. p 970. BURGOLD. *Diſc. ad Inſtr. P.* Part. II D. IX. p. 74. STRUV. §. 20.

* Dn. MOSER. adhuc alia quædam jura huc refert, nempe *des Kayſers Lehn-Recht über geiſtl. Güter* l. c. Cap. 36. *das Recht, den Adel, u. d. gl. denen Geiſtlichen zubeurtheilen*, Cap 34. *das Recht, in andern weltlichen Irrungen zwiſchen geiſtlichen Perſonen auſſprechen*, Cap. 35. Verum facile patet, hæc jura ad jura circa ſacra qua talia haud

tribuendum ſit, & de iis, prout Salus Imperii exigit, Imperatoris & Statuum auctoritate, contranitente licet Papa, diſponi poſſit.

LII. Licet etiam *Jus Regaliæ* primum ab OTTONE IV. deinde, per Auream Bullam FRIDERICI II. Pontifici conceſſum fuerit: tamen poſtquam Pontifices a tempore Concordatorum ſpolia defunctorum Epiſcoporum exigere deſierunt, fortaſſe nihil impedit, quo minus iſtud ad Imperatorem, ceu verum Dominum redeat, niſi forte Epiſcopatus iſtud juſto titulo ſibi quæſierint.

LIII. Ad jus Sacrorum quoque refertur *Jus conſtituendi Scholas* publicas, comprimis ACADEMIAS, quod licet hodie *Dominus Terri-*

haud pertinere, ſed poſteriora duo ad poteſtatem judiciariam circa ſecularia, prius autem ad Jus Majeſtatis Imp. circa Bona Imperii non incommode referri.

LII. v. CONRING de *Conſt. Ep.* §. 61. & 76. COCCEJ. §. 4.

LIII. (*a*) v. SCHWED. P Spec. S. I. C. VI. ITTER. de *Grad. Acad.* C. VI. TITIUS L. V. C. III. §. 44. ſqq. HORN. §. 34. THOMAS de *Injuſta oppoſit. Jur. Maj. Super. Terr. & Reſerv. Cæſ.* § 18.

(*b*) v. ITTER. l. c. C. XI. §. 16. ſqq. Dn. WERNHER. de *Jurib. Vicar. in A. B. non expreſſis* §. 31. Dn. GRIBNER. de *Jurib. Vicar.*

* Dn. MOSER. l. c. C. 20. huc etiam refert *Jus Theologiam docendi, ac Doctores Theologiæ creandi:*

Territorialibus quoque merito aſſeratur, tamen ad *Reſervata Cæſarea* adhuc pertinet, quatenus confirmatio privilegiorum academicorum, cumprimis *jus conferendi dignitates Academicas*, per univerſum Imperium valituras, ab Imperatore impetrari debet (a): nec *Vicarius* Imp. illud videtur denegandum (*b*).

LIV. Præterea Jus ſummæ *ADVOCATIÆ* Imperatori competit; Generalis quidem *univerſæ* Eccleſiæ *Chriſtianæ* ratione dignitatis tan-

---

endi: at enim vero Jus Doctores Theologiæ creandi pertinet ad jus gradus ac dignitates Academicas conferendi; jus autem Theologiam docendi non a Cæſare, ſed a Domino cujusque territorii pendet.

LIV. v. Capit. CAROLI VI. art. 1. & CAROLI VII. art. 1. §. 1 ſq. ibi: *Die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, Pabſtl. Heil. und Chriſtl. Kirche, als derſelben* Advocat *in guten treulichen Schutz und Schirm halten* item in fin. verb. *So viel aber in dieſem* Articul *den Stuhl zu Rom und Pabſtl. Heil. betrifft, wollen die der Augſp. Confeſſion zugethane Churfürſten vor ſich und ihre Religions-verwandten Fürſten und Stände uns damit nicht verbunden haben, geſtalten denn auch gedachte* Advocatia *dem* Religion- *und* Profan- *auch den Münſter- und Oſnabrüggiſchen Friedens Schluß zum Nachtheil nicht angezogen, ſondern obgedachten Churf. und ſämmtl. ihren Religions Verwand-*

carum, ſpecialis vero *Romanæ* & *Germanicarum* Eccleſiarum etiam ratione ſummi Imperii quamvis ad Eccleſiæ Romanæ protectionem ſuper Imperator, ex mente Proteſtantium haud obſtrictus ſit, nec in præjudicium Pacis R. & W. eadem vergere, quin æqualis protectio Evangelicis æque ac Catholicis in Imperio præſtari debeat.

LV. Sed & Cæſari competit Jus *Protectorem Germaniæ*, ex Cardinalibus, ſed regulariter

nanden im Reich gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle ibique *Anmerckungen* lit. a b. c. NITSCH. ad *Cap. Joſ.* C. I. de Advocatia armata C. II. de *Advocatia Eccleſiæ univerſal.* Capitulat. CAROLI VII. art. 1. § 1. 10. 11. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XXV. § 1. TITIUS *J. Publ.* L. V. C. III. §. 72. HORN. §. 35. STRUV. § 19. GABR. SCHWED. de *Advocatia ab Imperatore Proteſtantium Eccleſiis non minus ac Rom. Catholicis æquali jure præſtanda*, B. CASP. ACHAT. BECK. de *triplici Advocatia Imperatoris Eccleſiaſtica*.

* Dicendum de *juramento fidelitatis* intuitu Papæ præſtando, an ſuperioritatem Papæ inferat? an Cæſar eidem *obedientiam* juret? v. COCCEJ. C. XXII. §. 2.

LV. Capit. CAROLI VII. art. XXIII. §. 4. LYNCKER. ad Cap. JOSEPHI art. 39. & *Medit.* ad eund. Anon. Obſervat. ad Capit. CAROLI VI. art. 24. fin. MOSER. *Staats-R.* L. II. C. XXIV. §. 11. 12. ſqq.

lariter non niſi nationis Germanicæ, vel qui ſaltem feudali fidelitatis nexu Imperio Germanico obſtrictus, rerum Germanicarum peritus ſit, conſtituendi, interdum vero, præſertim ſi Protector conſtitutus Romæ præſens non ſit, *Com-Protectorem* eidem adjungendi.

LVI. Denique & Jus quoddam circa *conſtituendum Pontificem Romanum* adhuc hodie Imperatori merito aſſeritur.

CAP. V.

DE

SVMMA IMPERATORIS ET STATVVM POTESTATE CIRCA SECVLARIA IN VNIVERSVM.

§. I.

SVMMA Imperatoris & Statuum POTESTAS circa SECVLARIA, h. e. quæ abs-

LVI. v. Programma meum de *Jure Auguſt. Imp. circa conſtituendum Eccleſiæ Rom. Caput.*

§. I. * Not. Jura, quæ ex *Imperio* fluunt, proprie Majeſtatis partes eſſe, quæ vero ex *dominio*, pro diverſa vocis acceptione, vel ad Majeſtatem, vel ad privata Imperantis jura referri poſſe, prout bona vel ad uſus Reip. vel ad Imperantis ſuſtentationem impenduntur. Hinc diviſio *Regalium* in *majora* & *minora* enata. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXI. §. 5. SCHWEDER. *J. Publ. P. Spec.* C. IV. §. 3.

Mmm m

abſque intuitu Religionis circa Reip. admi-niſtrationem verſatur, vel *Salutem* Imperii *internam*, vel *externam* reſpicit, & jura partim *libertatis*, partim *imperii*, partim *dominii*, complectitur

II. Quædam ex his juribus *intra* Imperii R. G. *fines*, quædam adverſus *exteros* exercentur, illa *immanentia*, hæc *tranſeuntia* vulgo appellantur atque illa quidem magis ex *imperio* vel *dominio*. hæc vero magis ex *libertate* naturali profluunt.

III. *Partes* Imperii civilis in *CONSVLTATIONIBVS*, *LEGIBVS* & *JVDICIIS* conſiſtunt: *Objectum* vero circa quod verſantur, ſunt *Negotia Pacis* & *Belli*, quæ iterum vel *Perſonas*, vel *Res* ſeu *Bona*, concernunt. Atque hæc ad *immanentia* Majeſtatis jura pertinent.

IV. *Tranſeuntia* ſunt jura *Belli*, *Pacis*, *Commerciorum*, *Fœderum* & *Legationum*: quæ partim ex jure publico univerſali & particulari, R. G., partim ex jure gentium dijudicanda ſunt.

V. Jura hæc Summæ Poteſtatis non poſſunt quidem directe a *Majeſtate*, ſalva Majeſtate, *ſeparari*, & in alios *transferri*; niſi vel jure *feudi*, vel jure *officii*: poſſunt tamen cum aliis ita *communicari*, ut Majeſtas, quæ antea *uni* perſonæ inhærebat, deinceps *pluribus*, tanquam *ſubjecto* ſuo, inhæreat.

VI.

V. v. COCCEJ. C. XXI. §. 6.

VI. Olim, *Carolingorum* inprimis & *Saxonum* ævo, *Summa Poteſtas*, uti circa Sacra, ita circa Secularia, penes *Reges* & *Imperatores* erat, & per totum Imperium in omnibus provinciis jure Regio exercebatur: *Duces* vero & *Comites* non niſi Magiſtratus & Præfecti Regii erant, qui Regis nomine & jure officii Jura ſibi demandata adminiſtrabant.

VII. Sed ſucceſſu temporis factum, ut iidem *Jura Regia*, quæ antea *vicario* Regis nomine exercebant, jure *proprio* exercere cœperint: donec tandem omnia ſummæ Poteſtatis jura, quæ ad regimen Territorii neceſſaria ſunt, ſub Superioritatis Territorialis nomine acquiſiverunt; ita quidem, ut priſtini officii imago in nexu feudali ſuperſit, & nonnullæ priſtinæ ſubjectionis reliquiæ remanſerint.

VIII. Hinc igitur tot *Speciales Respublicæ* in Imperio R. G. enatæ ſunt, quot Statuum Territoria; quarum *quælibet* omnibus fere *Summæ Poteſtatis* juribus gaudet, niſi ubi, ex Formæ præſentis indole, Legibus fund. vel pactis innixa, reſtrictio obtinet.

IX. Cum vero Speciales illæ Reſp. communi quodam vinculo inter ſe colligatæ *unum* adhuc *Corpus* civile conſtituant: certa ſum-

VII. v. CONRING. de *Negotiis Contenz. Imp.* §. 13. 14.

mæ Poteſtatis jura penes univerſi Imperii Majeſtatem remanſerunt, inter Cæſarem & Status ita diſtributa, ut nonnulla quidem a *Cæſare* & *Statibus* ſimul, nonnulla a *Cæſare* & *Electoribus* ſimul, nonnulla denique a *Cæſare ſolo* exerceantur.

X. Sicut enim ab initio Reip. Germanicæ pleraque *negotia*, cumprimis quæ majoris momenti erant, in *Conventis* ex *conſilio Procerum* & *Populi*, tractabantur: ita poſtea quoque, mutato Imperii ſtatu, atque aucta Procerum poteſtate, idem uſu ſervatum; ita tamen, ut hodie *ſuffragia* Statuum non ad *conſultandum* tantum, ſed ad *decidendum* quoque valeant.

XI. Cum igitur hoc pacto, per mutatum Imperii ſtatum, *Proceres*, ex conſenſu Imperatoris tacito vel expreſſo, in *conſortium Majeſtatis*, tum intuitu univerſi imperii, tum etiam Territoriorum ſuorum, admiſſi fuerint: Jura Majeſtatis a nonnullis in *Reſervata* & *communicata* diviſa ſunt.

XII. Sed forte rectius, & ad præſentem ſtatum accommodatius Jura Majeſtatis in

IM.

X. v. CONRING. l. c. §. 8. 19.

XI. v. SCHWED. l. c. L. B. de LYNCKER. de *Capit. Cæſ.* p. 45. 53 qui negat, *Majeſtatem ab Imperatore Statibus communicatam eſſe.* Conf. TITIUS L. V. C. III. §. 17. & A. *Medus* ad SAXTR. p. a. VIII. §. 1 qui ex alio capite diſtinctionem hanc rejiciunt.

IMPERIALIA ſeu *univerſalia*, quæ intuitu *univerſi Imperii*, & *TERRITORIALIA*, quæ in *Territoriis* exercentur. & *illa* iterum in *Cæſareo-Comitialia*, *Cæſareo-Electoralia*, & *Reſervata* Cæſarea, diſpeſcuntur.

XIII. *Numerum* vero ſingulorum jurium inire, & quænam ad quamvis *claſſem* pertineant, accurate definire, difficile: cum nec in

Mmm 3 LL.

XIII. * De negotiis *Comitialibus* v. INSTR. P. a. VIII. §. 2. *Gaudeant*. ubi partim vox *præſertim*, partim clauſula ; *aliave ejusmodi negotia*, ſatis indicat, non plenum & exactum Catalogum omnium Imperii negotiorum hic eſſe expectandum. v. A. *Medit*. ad h. l. p 874. & 892. qui & obſervat, *inter jura Statuum & Reſervata Imperatoris ſæpe certamen eſſe* Conf *Capit* CAROLI VI a. IV. ibi: *In allen Berathſchlagungen über die Reichs-Geſchaefte, inſonderheit Diejenigen welche in dem* Inſtr P. *nahmentlich* exprimiret *und dergleichen*.

** De *Reſervatis* v ITTER. de *Gradib. Acad*. C. VI. §. 3. 4 ubi itidem de difficultate rei queritur, & quæ tempore Pacis W. inter Legatos Cæſareos & Gallicos Sveciosque de recenſione Reſervatorum acta fuerint, GLONDORP. Tom. V. C. 101. 118 119. 120. narrat. KVLPIS. ad MONZ. C. V § 27 alios nimis largos eſſe, ut REINKINGIVM & STAMLERVM; alios nimis parcos, ut HYPPOLYTVM A LAPIDE, docet: ipſe vero exiſtimat, *privatis fere impoſſibile eſſe*, *numerum Reſer-*

I. L. fundamentalibus omnia ad liquidum facta ſint perducta, * nec mutatio Status Monarchici in Syſtematicam conſulto & exacte, juxta regulas prudentiæ civilis, facta fuerit.

XIV. Quodſi ex præſenti *Monarchico-Syſtematica* Imperii ſtructura res metienda, IMPERIALIA quidem Majeſtatis jura cenſenda videntur: 1. Quæ ad *communem Imperii ſalutem* ſpectant, cumprimis 2. quæ ad externam Imperii *ſecuritatem* ac defenſionem, & 3. quæ ad *internam* Imperii *tranquillitatem*, ac *harmoniam* inter Status ceterosque Immediatos, tanquam Membra unius Corporis, conſervandam faciunt; denique 4. quæ ita ſunt comparata, ut *effectus* non intra unum Territorium ſe terminare, ſed per univerſum Imperium extendere debeat.

XV. Inter hæc vero iterum alia communem Statuum conſenſum comitialem requirunt,

---

Reſervatorum definire, poſtquam ipſius Cæſaris Legati id non fuerint auſi. Sed v. TITIVS *J. Publ.* L. V. C. III. §. 21.

XIV. v. Capit. JOSEPHI a. X. ibique *Medit.* Capit. CAROLI VI. a. VI. & CAROLI VII. a. VI. §. 1. ibi: *in allen andern des Reichs Sicherheit und* Statum publicum concern*irenden Sachen.*

XV. v. R. J. a. 1512. Capit. JOSEPHI a. XXXVIII. & CAROLI VI. a. XI. ibi: *in wichtigen Sachen,* ſo

runt, *Cæſareo-Comitialia* dicta: quorum numero habenda, quæcunque ipſum Imperii *Statum publicum* concernunt, & cum majori *periculo* totius Reip. vel *præjudicio* ſingulorum conjuncta ſunt, adeoque communi conſultatione indigent.

XVI. In hunc igitur cenſum vulgo referuntur: (1.) Jus *Legum* ferendarum, interpretandarum, abrogandarum; (2.) Jus *ponderis & menſuræ* univerſalis per Imperium; (3.) Jus corrigendi defectus *monetæ*; (4.) Jus *recipiendi* quempiam in *Statum Imp.* & dandi *ſeſſionem & ſuffragium* in Comitiis, (5.) Jus *excludendi & ſuſpendendi* Statum Imp. a *voto & ſeſſione*; (6.) Jus mutandi vel transponendi ac abrogandi *ſuprema* Germaniæ *Judicia*, *Judicia Provincialia Sueviæ*, *Cameramque Rothweilenſem*.

XVII. (7.) Jus imponendi *Tributa* ſive *Collectas* Imperiales; (8.) Jus *Belli*; (9.) Jus *de-*

 lectus

ſo das Reich betreffen, und von hohen præjudice *und weiten ausſehen ſeyn.* CONRING. l. c. §. 8.

XVII. * In INSTR. P. a. VIII. §. 2. negotia comitialia ita recenſentur: *Gaudeant ſine contradictione* (Status) *jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imp. præſertim ubi Leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, nova munimenta intra Sta-* *tuum*

lectus & *hoſpitationis* militum; (10) Jus *nova munimenta* in Statuum Territoriis extruendi,

suum ditiones extruenda nomine publico, veterave firmanda præſidiis, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave hujuſmodi negotia peragenda fuerint His § 3. adduntur alia, proximis tunc Comitiis reſervata: *In proximis vero Comitiis emendentur imprimis anteriorum conventuum defectus; ac tum quoque de electione Romanorum Regum, certa conſtantique Capitulatione concipienda, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imp. præter eum, qui alias in Conſtit. Imp. deſcriptus eſt, tenendo, redintegrandis Circulis, renovanda matricula, reducendis Statibus exemtis, moderatione & remiſſione Imp. collectarum, reformatione, Politia & Juſtitia, taxa ſportularum in judicio Camerali, Ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reip. rite formandis, legitimo munere Directorum in Imp. Collegiis, & ſimilibus negotiis, quæ hic expediri nequiverant, ex communi Statuum conſenſu agatur ac ſtatuatur.* In *Capitulationibus Cæſ.* hæc confirmantur v. C. CAROL. VI. a. IV verb. *In allen Berathſchlagungen - - ihres* juris ſuffragii *ſich gebrauchen laſſen.* conf. A. *der Grundfeſte* P. III C. I. ubi XVIII. Jura comitialia enumerat, quibus mox alia addit, in I. P. aliis locis ſparſim deſignata. *Medit.* ad INSTR. P. I. c. p. 891. ſqq. SCHWEDER. P. *Spec.* S. I. C. IV. §. 8.

endi, aut extructis *præſidia* imponendi, (11.) Jus *Pacis* Imperii nomine concludendæ; (12.) Jus *Fœderum* pangendorum, ſive in, ſive extra Imperium, (13.) Jus mittendorum & recipiendorum *Legatorum*.

XVIII. Alia vero *Cæſari* & *Electoribus* tantum, vel etiam his ſolis, tributa quod vel ex *uſu* & *obſervantia*, vel negotiorum naturæ, communem Statuum deliberationem haud requirant: *Cæſareo-Electoralia*, vel *Electoralia* ſimpliciter hinc appellata.

XIX. Ex *Cæſareo-Electoralibus* nonnulla *unanimem* ſingulorum exigunt conſenſum, ut (1.) *Conceſſio vectigalium*, (2.) *Stapulæ gerendæ* & emporii.

XX. Nonnulla *majoris* tantum *partis*, ut (3.) Jus *præconſultandi de negotiis Imp.* præſertim moram non ferentibus, (4.) Jus de *indicendis Comitiis* ſtatuendi, (5.) Jus alie-

 nandi

XVIII. * Huc ſpectat illud Legatorum Cæſareorum ap. LONDORP. T. V. C. 101 *Doch unverletzt desjenigen, was dem Röm. Kayſer, und das Churfürſtl.* Collegium *allein betrifft, und unverletzt derſelben Rechten und Hoheiten, auch daß alles verſtanden werde nach dem im Röm. Reich von Alters her üblichen Gebrauch*

XIX. - - XX. v. I. P. a IX SCHWED. § 7. TITIVS L. VI. C. II. §. 15. v. VITRIAR. L. III. Tit. IV. §. 14. *Grundf.* P. III. C. III. p. 197. TITIVS L. VI. C. II. §. 15. 17.

nandi & *oppignorandi bona* Imp. (6) Jus conferendi *Feuda* aperta, (7.) Jus concedendi jus *monetandi*: quamvis non omnia hæc ſint extra controverſiam.

XXI. *Electoralibus* vero annumeratur Jus de *rebus* non ſolum Collegii, ſed etiam *Imperii*, in conventibus ſuis *conſultandi*, itemque Jus eligendi *Imperatorem* vel *Regem Rom.*, quamvis poſterius ad jura Majeſtatis proprie non pertineat.

XXII. Cetera *Reſervata* (*a*) dicuntur: quæ vox licet varie accipiatur (*b*), communiori tamen

XXII (*a*) *Hohe Kayſerl.* Reſervata v. R. I. a. 1574. §. *weiter ſind.* Aliis *Relicta* audiunt. v. HIPPOL. A LAP. P. I. C. XVI. p. 187. & SLUTER. ad h. l. conf. HORN. C. XLI. §. 2.

(*b*) Scil. (1) *abuſive* pro *arcanis Imp.* Germ. v. CLAPMAR. de *Arcan. Rerump.* L. I. C. IV. p. 9. & C. X. p. 16. WEHNER. *Obſ.* v. *Reſerv.* (2) *Late* pro *omnibus Majeſtatis juribus*, quæ Cæſar vel cum, vel ſine conſenſu & concurſu Statuum, in Imperio exercet, idque ſub *Majeſt. Reſervata* nomine v. TITIUS L. V. C. III. §. 19. (3) *Strictius*, pro Juribus, quæ Cæſar ſolus, abſque conſenſu & conventu Statuum exercet. v. SCHWED. l. c. §. SPRENGER. *J. Publ.* L. I. C. VI. & VII. COCCEJ. C. XIV. §. 6. (4) *Strictiſſime* pro iis, quæ ſoli Cæſari, non vero Statibus in ſuis territoriis, tribuuntur. v. STAMLER. de *Reſerv.* §. 3. p. 18. HORN. C. XLI. 2. 3. Conf. Dn. THOMAS. Diſp. de

Injus-

tamen ſenſu notat Jura, quæ *Cæſar abſque communi Statuum vel Electorum conſenſu* exercet.

XXIII. Horum numero in genere cenſenda ſunt: (1) omnia jura, ex priſtino ſtatu Monarchico reliqua, quæ ex *uſu & obſervantia* Cæſari *ſoli*, intuitu *totius Imperii* exercenda, relicta, neque hoc intuitu cum *Statibus* vel *Electoribus* per *Leges Imp.* communicata ſunt; (2.) quæ ad ipſum Imperii ſtatum publicum periculumque vel parum vel nihil

Injuſta oppoſitione Jurium Majeſt Superiorit. Territ. & Reſervat. Imper. §. 23. ubi quadruplicem de Reſervatis opinionem affert. COCCEJ. C. XXIV. §. 6. ubi quintuplicem Reſervatorum ſenſum notat, ita tamen, ut Cæſaris Reſervata duplici inprimis ſenſu intelligantur.

XXIII. * *Poſitive & a priori* non poſſe demonſtrari vel enumerari Reſervata Cæſ. ſed *negative* ſolum & *a poſteriori*, exiſtimat ITTER. de *Grad. Acad.* C. VI § 4. Plerisque placet regula LAMPADII de *Rep.* P III C. XIII. §. 5. & C. XVI. §. 1. *Omnia imperandi jura eſſe Cæſaris propria in quorum communionem Ordines per Capitulationem, Receſſus, aliasque Imp. Conſtitutiones non conceſſerunt.* conf. KULPIS. ad MONZ. P. II. C. V. §. 17. HORN l. c. Sed cum in LL. Imp. illa jura non ſatis clare definita ſint, ob formulam: *aliave ejusmodi negotia* &c. aliæ notæ addendæ fuerunt. conf. COCCEJ. l. c. §. 3.

nihil ſpectant, & in quibus adeo conventu publico opus non eſt; (3) quæ ita certi juris ſunt, ut deliberatione non indigeant; (4) quæ propter difficultatem conveniendi ſponte remiſſa ſunt.

XXIV Reſpiciunt vero Reſervata Cæſarea vel (1) Statuum *Territoria & Subditos*, vel (2.) *Status* ipſos, vel (3.) *Negotia* totius *Imperii.*

XXV. Ad *primam* claſſem referuntur ex Jure Sacrorum; (1.) Jus *primariarum precum*, & (2.) Jus *conſtituendi* vel *confirmandi Academias*, de quibus Cap præc.

XXVI Ex Secularibus, (1.) Jus *Civitatis dandæ*, (2.) *Nundinas* ſolennes, (3.) aliaque *privilegia*, item (4.) *Veniam ætatis* concedendi, (5) Jus *legitimandi ſpurios*, (6.) Statuum ſubditis *dignitates conferendi*, ſpeciatim *nobilitandi*, (7) *Notarios creandi*, (8.) *Jus Poſtarum*, & (9) *Viarum Publicarum.*

XXVII His addunt alii (10.) Jus *famæ reſtituendæ*, (11.) *Juramenti relaxandi*, (12.) *Inducias moratorias* concedendi, (13) *Militum conſcribendorum facultatem exteris largiendi*, (14) Jus *Albergariæ*, & (15) Jus *Aperturæ*: verum hæc vel Superioritatem T. offendere, vel ſaltem Jure Imperii poſtulari non poſſe, ab aliis obſervatum eſt.

XXVIII.

XXIV. -- XXVII. V. SCHWED. §. 5. VITRIAR. L. III. Tit. II. TITIVS L. V. C. III. §. 24. ſeqq.

XXVIII. Certe illud probe advertendum, Reſervata hæc Cæſarea ſemper intelligenda eſſe *ſalvo jure Territorii;* neque adeo vel Superioritati Terr. opponenda, vel in præjudicium Dominorum Territorialium exercenda.

XXIX. Imo ſi indolem mutationis in Imperio factæ & ſtatus præſentis expendas, mutua tum humanitatis, ex parte Cæſaris, tum reverentiæ, ex parte Statuum, officia in exercitio & Reſervatorum & Territorialium jurium ita obſervanda venient, ut harmonia inter Caput & Membra conſervetur.

XXX,

XXVIII. v. REC. I. a. 1548. §. *Wiewohl auch in den Regierungs-Handlung*, junct. R. I. Aug. 1582. §. *Wir wollen*, ibi: *Doch den Churfürſten und Standen an ihren hergebrachten Ober- und Gerechtigkeiten dadurch nichts benommen.* item clauſula Capitul. *Churfürſten &c. bey ihren Hoheiten, Würden, Rechten und Gerechtigkeiten Macht und Gewalt, jeden nach ſeinen Stand und Weſen, bleiben laſſen, ohn unſer und männiglichs Eintrag und Hinderung &c.* REINKING de R. S. & Eccleſ. L. I. Cl. V. C. I. n. 38 ſq. HORN. C. V. §. 6. Ill. B. a FRIESEN Diſp. de *Jure Princ. extra Terr.* C. I. n. 41 p. 13. THOMAS. de *Injuſta Oppoſit. Jur. Maj. Superiorit. T. & Reſerv. Imper.* §. 15.

XXIX. v. THOMAS. Diſſ. laud. §. 20. 21.

XXX. Nimirum *Cæſar* in exercendis hujusmodi reſervatis cum *Statibus* in horum Territoriis ita *concurrit*, ut ipſi quoque vi Superioritatis Terr. eadem exercere, vel modum ſubditis intuitu eorum ponere, ac certa requiſita præſcribere queant. id quod ex indole Juris territorialis indefinite acquiſiti & confirmati pateſcit.

XXXI. Equidem nonnulla horum jurium *effectum* habent *immanentem*, quæ indies a Statibus exercentur: nonnulla vero inſuper *tranſeuntem* poſtulant, quem cum Status vi Superioritatis Terr. producere nequeant, exercitium illorum omittere ſolent; quamvis nonnunquam & extra Territorium, vel ex lege humanitatis, vel ex pacto, hujusmodi jura valere queant.

XXXII. Hinc Cæſar etiam ſolus eadem ſuo modo exercet, vel intuitu *totius Imperii*, & cum effectu in omnibus Territoriis valituro; vel ubi *ſingulare objectum* concurſum Statuum non admittit, vel ubi Imperator in *poſſeſſione juris, excluſive exercitii* conſtitutus eſt, quod inprimis quoad Status minores evenire poteſt.

XXXIII.

XXX. v. I. P. a. VIII. §. 1. RHET. *Comm. J. F. proem.* n. 59. p. 15. TITIUS §. 56. 57 58. KULPIS ad MONZ. C. V. §. 27. THOMAS. l. c. § 15.

XXXI. v. B. a. FRIESEN. Diſſert. laud. C. I. THOMAS. Diſſert. cit. §. 14. ſqq.

XXXII. XXXIII. v. TITIUS §. 62. 63. 64.

XXXIII Ex *ſecundo* Reſervatorum genere ſunt (1.) Jus *inveſtiendi* de *feudis immediatis*, (2.) *legitimandi Status*, (3.) *Veniam ætatis* iis *concedendi*, (4) *controverſias* eorum de *præcedentia* definiendi, (5.) *Privilegia*, ſpecatim de non *appellando* largiendi, (6.) *Dignitates* majores conferendi, & (7.) *Territoriorum titulos* augendi.

XXXIV. Secundo huic generi alii etiam annumerant (8.) Jus *cognoſcendi* de *feudis Regalibus*, (9.) de *privilegiis* a ſolo *Imperatore conceſſis*, (10.) de vectigalibus *controverſiis*; quæ tamen alii non extra controverſiam poſita eſſe exiſtimant.

XXXV. Hujusmodi autem Reſervata *Cæſaris* ita ſunt *propria*, ut nulli Statui ſigillatim eadem competant: cum nec Status in alium ea exercere poſſit, ob æqualitatem, nec in ſe ipſum, quod Leges fundamentales hoc non indulgeant.

XXXVI. Ad *tertii* generis reſervata ſpectant (1) Jus *proponendi* in *Comitiis*, (2.) Jus *dirigendi conventus* publicos, (3) Jus *decernendi* in omnibus *negotiis comitialibus*, ac decreto ſuo *Concluſa* Statutum vel *confirmandi* vel *infirmandi* (4.) Jus *acta publica* ſuo nomine *expediendi*, (5.) Jus *Legationis* officioſæ *nomine* totius *Imperii* peragendæ, (6.) Jus

XXXIV. v. SCHWED. I.G. VITRIAR. I.G. TIT. IV. §. 65. 66. 75.

Jus *Legatos* exteros *recipiendi*, & *audiendi*, (7) Jus *providendi*, ne *Imperium detrimenti* quid *capiat*.

XXXVII. Huic generi alii etiam accenſent (1) Jus *convocandi Concilium univerſale* (2.) *ferias generales indicendi* (3.) novum *Calendarium* introducendi, (4) Jus *conferendi officia* Imp. (5) Jus, in caſu *diſſenſus Statuum*, *decernendi*: ſed neque hæc dubiis carent, & nonnulla manifeſte ad comitia pertinent.

XXXVIII. Placuit etiam nonnullis Jura Imperatoris circa ſecularia diſtinguere in ea, quæ ad cauſas *gratiæ*, & *juſtitiæ*, itemque *politicas*, *Gnaden-Juſtiz-und Policey-Sachen*, ſpectant, a quibus tamen cauſas *regiminis*, camerales, feudales, & bellicas, *Regierungs-Cammer-Lehns-und Kriegs-Sachen*, aliasque, ſeparant: Sed hæc genuinum accuratumque diſtinctionis fundamentum circa diſcernenda ac definienda Majeſtatis Imperialis Jura haud præbere videntur.

CAP.

XXXVIII. v. B. STRUV. Corp. J. P. C. XXIV. §. 1. & Dn. MOSER. paſſim, præſertim im *Staats-Recht*. P. IV.

CAP. VI.

DE POTESTATE IMPERATORIS ET STATUUM CONSULTATORIA.

§ I.

QUemadmodum præcipuum *Imperatoris* officium eſt, *curam Salutis & quietis publicæ* gerere, ac, ne quid Imperium detrimenti capiat, providere: ita *JUS CONSULTANDI* de negotiis, ad ſalutem Imperii ſpectantibus, eidem, ut Capiti, merito aſſerendum eſt: quod & omni ſummo *Imperanti* competit, & a Regibus ac Imperatoribus *Francicis Germanicisque* omni tempore exercitum, neque hodie per LL. Imp. Imperatoribus ademtum eſt.

II. Sed & ELECTORES & STATUS IMP. reliqui, quatenus in conſortium Imperii admiſſi ſunt, eodem jure gaudent, conſultandi ſcil. ac decernendi cum Imperatore de rebus, ſummam Reip. concernentibus: qui

§. I - II. v. HENNIG. de *Summa Imp. Poteſtate circa Profana.* TACIT. de *Mor. G.* C. X. *Hincmar. Epiſt.* XIV. ad *Proc. R.* §. 29. HERT. de *Orig. Spec. J. R. G. Rerump.* § 5. *Nott. V. Franc.* R. C. §. 1. C. II. §. 2. MYLER. *Repræſ. Maj. Cæſ.* P. I. C. XIII. § 11.

qui modus tractandi graviora negotia in comitiis ab initio Regni Francici Germanicique imo a primis Germanorum temporibus, obtinuit, atque conſtanti uſu ſervatus, Legibusque expreſſis tandem firmatus eſt.

III. Duplici autem ratione IMPERATOR Jus conſultandi exercet. Primum in *Conſilio* ſuo *Sanctiori*; ubi tum in genere de omnibus iis, quæ Imperio expedire videntur, agit atque decernit, tum in ſpecie illa quoque, quorum penes Comitia eſt arbitrium, vel, per modum προβουλεύματος, prætractat, vel concluſa Statuum ante confirmationem ſub examen revocat.

IV. Quamvis hujusmodi Decreta Cæſarea vim obligandi & effectum intuitu Statuum vix habeant, niſi in iis, quæ Cæſaris ſolius arbitrio relicta ſunt, in ceteris vero demum, ubi conſenſus Statuum vel Electorum acceſſerit.

V. Speciatim quoque ſuetum fuit quondam, *controverſias* graviores, in Judicio Aulico diſceptatas, ubi adſpectus quidam politici intervenerint, in Senatu Sanctiori denuo ponderare, an expediat ita pronunciare, & num ſententia commode exitum ſortiri queat.

VI.

V. v. LIMN. T. I. Addit. C. IX. n. 4. REINKING. de R. S. & Eccl. C. I. n. 4. C. XXX. num. 50. BOECLER. N. J. L. XIII. C. IV. MONZ. C. V. §. 11. ibique KULPIS.

VI. Quod cum ægre ferrent Status, tandem Capitulationibus FERDINANDI III. LEOPOLD. & JOSEPHI cautum, ne Conſilium intimum negotiis ad Judicium Aulicum pertinentibus ſe immiſceat (*a*): quo ipſo tamen abuſus potius, quam uſus in cauſſis dubiis & perplexis conſilium & cautionem adhibendi, prohibitus nonnullis videtur (*b*).

VII. At in Capitulatione Auguſtiſſ. CAROLI VI *Relationes cum votis* in cauſſis arduis ad *Cæſarem* quidem admittuntur, ita tamen ut eadem non in Conſilio aulico, ſed in præſentia Præſidis, Vice-Cancellarii, Referentium & Correferentium, aliorumque Conſiliariorum utriusque Religionis, maxime ſi cauſſæ illæ inter diverſæ Religionis ſocios agitentur, ab ipſo examinari debeant. Idem in Capitulatione noviſſima Auguſtiſſimi CAROLI VII. repetitum & firmatum eſt.

VI. (*a*) v. *Cap.* FERD. III. a. XLIV. LEOP. XLII. JOS. XLI. ibique *Medit.* (*b*) p. 332 ſq.

(*b*) v. MAVRIT. de *Jud. Aul.* th. 24. BVR. HER. P. I. p. 954. LYNCKER. ad SCHWED. P. *Spec.* S. I. C. XII. § 12. HORN. c. LIII. § 7.

VII. v. *Capit.* CAROL. VI. a. XVI. & *Special. Obſ.* ad h. A. p. 236. ſq. Capit. CAROLI VII. art. XVI. § 15.

VIII. In *Cauſſis* tamen *majoribus*, & *unde tumultus in Imperio timeri poſſunt*, *Conſilium Principum*, per I. P. conſtitutum, adhuc locum habere videtur: dum Cæſari integrum relinquitur, in hujusmodi cauſſis inſuper quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum ſententias, & vota requirere.

IX. Interdum etiam, præſertim in caſu neceſſitatis, IMPERATOR *modo proviſorio*, ut ajunt, decernere ſolet: ſed hujusmodi proviſoria Imp. decreta haud facile a Statibus admittuntur, quod neceſſitas ſæpe obtendatur, ubi Status commode conſuli potuerint.

X. Deinde in *Comitiis* Jus iſtud conſulcandi ab Imperatore & Statibus exercetur: cum de nullo negotio majoris momenti, & quod ſummam Reip. tangit, Imperatori pro lubitu ſtatuere liceat, ſed in conventu Ordinum univerſali talia proponenda ſint, & ex conſenſu eorundem definienda.

XI. Eſt autem Poteſtas Conſultatoria inter CAESAREM & STATVS ita diviſa, ut pars a CAESARE ſolo, pars a STATIBVS ſolis exer-

VIII. v. INST. P. a. V. § 55. ibique OBRECHT. & A. *Meditat.* p. 780. ſqq.

IX. v. MVLZ. l. c. P. II. C. I. § 5. C. XIX. M. III. § 2. num. 38. ſqq. *Medit.* ad J. P. a. VIII. §. 2. (*b*) p. 873.

X. v. INSTR. P. a. VIII. §. *Gaud. Capit.* CAROLI VI. a. IV. MONZ. C. V. 13. Capit. CAROLI VII. a. II. §. 1.

exerceatur, Cæſaris tamen partes potiores ſint.

XII. Nimirum CAESARI ſoli jus competit non ſolum *Comitia convocandi*, ſed etiam deliberanda in iis vel immediate, vel mediate per PRINCIPALEM COMMISSARIVM ſuum, *proponendi*.

XIII. STATIBVS ſoli competit jus de propoſitis in ſingulis Collegiis *deliberandi*, atque ex communibus ſuffragiis commune cujusque Collegii *Concluſum*, ex Concluſo vero trium Collegiorum *Placitum Imperii* formandi, atque ad Cæſarem referendi.

XIV. CAESARI viciſſim competit jus *Placitum* Imperii *Decreto* ſuo, per Principalem Commiſſarium cum Statibus communicato, vel approbandi, vel improbandi: ita, ut priori caſu ex *Decreto Cæſareo* & *Placito Statuum* fiat *Decretum Imperii*; poſteriori vero caſu nihil agatur. Sed de ſingulis his in ſequentibus pluribus agetur.

XV. Quænam vero ſint *Negotia* iſta *Comitialia* ex dictis Cap. præcedenti intelligitur: diſtinguenda tamen, quæ *extra ordinem* Cæſari & Statibus, aut Statibus congregatis (quando Cæſaris notitiæ pridem res eſt ſubjecta) proponuntur aut communicantur, aut per petitionem inſinuantur, ab iis, quæ *ipſo jure* Comitialis ſunt definitionis.

Nnn 3 XVI.

XV. v. *Grundſ.* P. II. C. IX. BOECL. N. J. E. XXI. C. I. p. 359.

XVI. Tribuitur tamen IMPERATORI facultas, etiam de cauſſis *arduis*, quæ alias ad Comitia ſpectant, cum ELECTORIBVS ſolis præconſultandi, atque, ubi ſolus Imp. exigit, ac præſertim res *moram* non fert, nec Comitia ſtatim cogi poſſunt, ex conſenſu eorum collegiali ſtatuendi: quamvis & hoc reliqui *Status* ægre admittant.

XVII. *Comitia indicendi*, *convocandi* ac *dirigendi* jus penes IMPERATORES quidem eſt, qui & olim libere iſtud exercuerunt: ſed a MAXIMILIANI I. tempore illud ita reſtrictum eſt, ut nec ſine juſta cauſſa indicenda ſint, nec ſine prævio ELECTORVM conſenſu eoque non collegiali quidem, attamen nec per litteras ſolas, ſed Legationes, requirendo; ita tamen, ut conſenſus majoris partis ſufficiat (*a*): eadem ratione & * de

XVI. v. *Capit.* IOS. a. XXXVIII. f. ibique *Medit.* p. 124. 125. & 311. CAROLI VI. a. VI. & CAROLI VII. a. XII. §. 2. LYNCKER. de *Conſenſu Elect.* §. 8.

XVII (*a*) v. *Capit.* CAROLI V. a. XII. ibique LIMN. p. 159. IOS. a. XVI. ibique NITSCH. §. 4. MVLZ. l. c. P. II. c. XIX. M. I. §. 2. 3. p. 594. LYNCKER. de *Conſ. Elect.* §. 12. MONZ. ibique Iudicium A. *der Grundſ.* p. 30. 31. in not. THOM. §. 24. & KVLPIS. p. 149. HENNIG. l. c. §. 6.

* Not. 1. poſſe etiam Electores requiſitionis neceſſitatem Imperatori ſponte remittere, ut a. 1640. factum:

de *loco* & *tempore* Comitiorum ſtatuendum. (*b*)

XVIII. At cum *Saluti* publicæ non minus ac *Libertati* Statuum maxime conveniat, *Comitia ſæpius* celebrari (*a*): non ſolum ELECTORIBVS facultas conceſſa, CÆSAREM de comitiis *indicendis*, ſi ſalus Imp. exigat, *admonendi* (*b*), ſed etiam CÆSAR ipſe in Capitulatione noviſſ. promiſit, ſe Comitiis aliquando ceſſaturis, eadem, elapſo quolibet *decennio* reſtauraturum, niſi

factum: 1. Si in ipſis comitiis, ubi præſentes ſunt Status, de aliis cogendis agatur, ceterorum quoque conſenſum interveniſſe, ut a. 1500. & 1526. 1654. factum, ſalvo tamen jure Electorum. v. MENNIG. l. c. §. 6. 9.

(*b*) v. STAMLER. de *Reſerv.* §. 27. qui hoc inter Reſervata refert. LIMN. ad Cap. CAROL. V. a. XII. & LEOP. a. XVII. qui ei contradicit. Lis in Capit. LEOP. deciſa eſt. MVLZ. l. c. §. 3. num. 39. LVNCKER. l. c.

XVIII. (*a*) v. PFANNER. H. P. W. L. III. §. 35. ubi, quæ de inſtauranda Comitiorum frequentia in P. W. acta ſint, narrantur.

(*b*) v. R. J. 1555 §. 67. ibi: *Da es auff Anzeige und Gutachten der Churfürſten die Noth erfordern ſolte.* Capit. FERD. IV. a. XIV. ibi: *oder Sie von ſelbſten des Reichs Angelegenheit halber Uns darum unterthaͤnigſt angelanget und erinnert.* MVLZ. Capit. CAROLI VII. a. XIII. §. 1.

Imperii vel Circulorum ſtatus & ſecuritas id *frequentius* fieri poſtulet (c).

XIX. Cum vero Jus comitiorum morte Cæſaris, ſaltem quoad ea, quæ a Cæſaris auctoritate dependent, extinguatur (a): neceſſe eſt, ubi Comitia porro celebranda, ut, licet Statuum Legati adhuc in loco Comitiorum congregati ſint, eadem tamen novi Cæſaris auctoritate inſtaurentur, & non ſolum Princeps Commiſſarius novo Cæſaris mandato inſtruatur, ſed & Status de voluntate ipſius certiores reddantur (b).

XX. Eadem ratione & VICARIIS IMP. tempore Interregni jus *indicendi*, *convocandi* ac

(c) v. Cap. CAROL. VI. a. XIII. ubi clauſula, *mit Reichs Tagen unnothdürfftiglich beladen*, omiſſa, ibique *Spicil. Obſ.* p. 210. Capit. CAROLI VII. a. XIII. § 1.

XIX. (a) Niſi forte, eadem ſtatim Vicariorum auctoritate continuari, dicere velis. Conf. MULZ. *Repraeſ. Maj. Caeſ.* P. I. C. XIII. n. 76. qui, mortuo Imp. conſultationes continuari poſſe, exiſtimat.

(b) *Spicileg. Obſ.* ad Cap. CAROLI VI. a. III. p. 96. ubi *Reſcriptum* Auguſtiſſ. CAROLI VI. quo nova Comitia indixit.

XX. v. MONV. C. V. § 23. SCHWED. *P. Spec.* S. I. C. XXXIII. § 8. fin. Dn. WERNHER. de *Jurib. Vicar. A. B. non expreſſis* § 37. Dn. GRIBNER. de *Jurib. Vic. illis impr. quæ perper.* &c. § 23. *Spicil.*

ac *dirigendi* Comitia adſerendum videtur: eo quod *proviſio & gubernatio Imperii* Aurea Sanctione ipſis concredita, haud dubie omnia ea complectitur, ſine quibus Imperium adminiſtrari nequit, graviſſimaque Imperii negotia conſenſum Statuum comitialem omnino requirunt. Abſente Imperatore, idem REGI ROM. ſiquis adeſt, tribuendum

XXI. *Jus proponendi*, quæ in Comitiis deliberanda & conſtituenda ſunt, penes IMPERATOREM ſolum eſt: qui, poſt primam propoſitionem, per Commiſſarios iſtud exercere ſolet; ceterum, ut nec propoſitio nimis protrahatur, & propoſitæ materiæ deliberationi comitiali mature ſubjiciantur, curare debet.

XXII Competit vero & Electori MOGVNTINO, vi Directorii Imperialis, *jus* non ſolum *materias* a Cæſare *propoſitas*, ſed & *alias*, itemque Statuum *querelas* etiam contra Miniſtros Cæſareos directas, in Col-

cit. *Obſ.* ad *Cap.* CAROL. VI. a. III. p. 39. ubi, quæ in noviſſimo Interregno a Sereniſſ. Vicariis hoc nomine acta ſunt, recenſentur.

XXI. v. MOSER. C. V. §. 26. HENNIG. l. c. §. 35. MVLZ. l. c. P. II. C. XIX. M. III. §. 1. 2. 3. *Cap.* CAR. VI. a. XIII. Cap. CAR. VII. a. XIII. §. 2. 3.

XXII. v. *Cap.* CAROLI VI. a. XIII. MVLZ l. c. ubi diſtingvit inter Propoſitionem generalem & ſpecialem. Capit. CAROLI VII. a. XIII. §. 5. 6.

legiis ad *conſultandum proponendi*, & *dictaturæ* committendi.

XXIII. Jus *deliberandi* de negotiis comitialibus, ac ſpeciatim materiis propoſitis, partim CÆSARI competit, partim STATIBUS ita quidem, ut *hi* per ſingula Collegia in ſuffragia eant, ac tandem commune trium Collegiorum *Concluſum*, ſeu *Placitum* Imp. forment. *Ille* vero *Decreto* ſuo concluſum Imp. vel confirmet vel infirmet, atque adeo ex *Decreto Cæſareo* & *Concluſo Trium Collegiorum* commune *Imperii Decretum* coaleſcat.

XXIV. Quodſi vel CÆSAR & STATUS, vel ſingula *Collegia Statuum*, inter ſe diſſentiant, nihil agitur, ſed tamdiu inter diſſidentes agendum, deliberandum, conferendum, donec conſentiant: (*a*) neque enim vel *Decretum* Cæſaris, *Concluſo* Statuum, vel *hoc illi*, unquam prævalet, neque utroque caſu ab

XXIII. * An Concluſum Collegiorum, antequam auctoritas Cæſaris accedat, poſſit appellari Concluſum Imperii, *Reichs-Schluß?* v. MULZ. l. c. p. 624. n. 6.

XXIV. (*a*) v. INST. P. a. VIII. §. 2. *Grundf.* P. II. C. VIII. §. SCHWED. P. Spec. S. I. XXX. §. 17. RHET. *J. Publ.* L. II. Tit. XXIV. §. 16. COCCEJ. C. XX. §. 39. KULPIS. de *Placito Ord.* §. 3. n. 16. TITIUS L. II. C. II. §. 9. 10. L. V. C. III. §. 78. 79. & L. VI. C. IV. §. 55. HORN. C. XLV. §. 16.

ab Imperatore ex *plenitudine poteſtatis* quidquam decidi poteſt (*b*), etſi unum Collegiorum ei acceſſerit, niſi Status Cæſari rem ſubmiſerint (*c*); id quod ex Formæ præſentis indole dependet.

XXV. An vero ad *Placitum* Ordinum *Trium Collegiorum* conſenſus requiratur, an *major pars* ſufficiat? anceps & ad Comitia rejecta quæſtio eſt: Qui majora obtinere volunt, rationibus & praxi nituntur (*a*); qui negant, deficiente LL. fund. diſpoſitione,

(*b*) v. LIMN. J. P. L. I. C. IX. n. 170. MAVRIT. de *Rec. J*, th. 10. ubi de STAMLERI & HIPPOLITI contrariis ſententiis.

(*c*) Quod factum in R. I. a. 1544. §. 82. a. 1555. §. 25. ibi: *aus Keyſerl. Majeſt. uns gegebener Macht und Heimſtellung.* & 1576. conf. CARPZ. de *L. Reg.* C. X S. 8. fin. & Autores modo citati. HENNIG. C. I. §. 28.

XXV. (*a*) v. LAMPAD. P. III. C. VIII. n. 11. PAVERM. L. II. n. 45. *Grundf.* P. II. C. VIII. KVLPIS, l. c. §. III. n. 14. VITRIAR. L. IV. T. I. §. 70. EVERER. p. 831. FVRSTENER de *Suprem.* C. XL. XLI. HENNIG. l. c. §. 32. SCHWEDER. Diſſ. de *Caſſ. e Jure majoris part. in Comit. exceptis.* §. 6. p. 17. 18. ubi exemplum recentius diſcordia Collegiorum Concluſi, a Cæſare confirmati. conf. *Staats-Cantzl.* P. XIII. C. VIII. p. 379. P. XV. C. IV. n. III. p. 306.

ne, iidemque *diverſa* tum *placita* fieri, putant (*b*)

XXVI. Poſita vero priori ſententia, ſi duo ſuperiora Collegia conſentiunt, *Civitates* ad aſſenſum haud coguntur, ſed ſuffragio deciſivo adhuc gaudent, licet diſſenſus, niſi in caſu, ubi majora non obtinent, nihil operetur (*a*) · at ſtante poſteriori ſententia, effectu ſuffragium earum deciſivum nunquam deſtruitur.

XXVII. Ceterum in ſingulis Collegiis ex conſenſu *majoris partis* quidem regulariter decernitur, ſed neque hoc omni dubio caret:

(*b*) v. TITIUS L. VI. C. IV. §. 47. 48. conf. COCCEJ. §. 40. & HORN C. XLV. § 15 qui judicium ſuſpendunt. A *Medit.* ad *Cap.* JOS. c. XXXVII. p. 316. 317. ubi *duplex pactum* intercedere traditur: alterum trium Collegiorum inter ſe, alterum inter tria Collegia & Imperatorem.

XXVI. (*a*) v. COCCEJ. § 41 KULPIS. Diſſ. cit. §. III. num. 15.

XXVII. v. J. P. a. V. §. 52. ibique *Meditat.* p. 751. ſeqq. ubi de ſecundi caſus exemplis annne diſquirit, & an negotia, ubi *jura ſingulorum* verſantur, eo pertineant, diſputat: item de tertio Caſu; an ſenſus ſit, ut *totum Corpus Proteſtantium*, nulla habita *Collegium* ratione, cum *toto Corpore Catholico* in partes ſcindatur p. 755. *Grandſ.* P. II. C. V. STRAUCH: *Diſſ. Ex.* VII. th. 2. 3. BURGOLD. ad J. P. P. II. Diſc. XIX. M. ult. fin. SCHWEDER.

ret: Excipiuntur certe in J. P. (1.) cauſſæ *Religionis*; (2.) negotia, in quibus Status nunquam *unum corpus* conſiderari nequeunt; (3.) caſus, ubi *Catholici* & *Proteſtantes* in duas *partes* eunt; (4) materia *Collectarum*, quæ tamen nondum deciſa eſt.

XXVIII. Hinc *quanta* & CÆSARIS & STATVVM in conſultando & decernendo, *poteſtas* ſit, colligere licet. *Semiſſem* poteſtatis CÆSARI, *Semiſſem* STATIBVS in Comitiis nonnulli adſcribunt, ita quidem, ut neutra ſola quidquam decernere valeat, ſed pro indiviſo utraque concurrere debeat, ſi quid valide agendum ac decernendum ſit.

XXIX. Quod ſano ſenſu admitti poteſt, licet alii diſſentiant (*a*): cum utique *Poteſtas* con-

---

pac. J. P. § 18. & Diſſ. laud. § 4. ſqq. HENNIG. l. c. §. 51. ubi de origine dubiorum circa majora & exceptionum a majori parte, ſive juris eundi in partes; & latius adhuc in d. Diſſ. § 6. ſqq.

Not. Secundum caſum recte intelligi de jure ſingulorum, v. Sacra Libert. Anch. in Elect. J. P. & Diſp. ſub nomine Dni de OSTERHAVSEN Vitembergæ habita de *Jure Singulorum a majori ſuffragiorum comitialium parte excepto*.

XXVIII. v. PAVERMEIST de *Jurisd. Imp. R. L. II.* C. II. n. 50. MVLZ. l. c. § 6. SCHUTZ. J. P. *Vol.* I. Diſp. X. th. 15. LAMP. de *Rep.* P. III. C. VIII. §. 13. 14.

XXIX. (*a*) v. COCCEJ. C. XX. §. 37 qui rejicit illam ſenten-

conſultatoria in comitiis in *duas* quaſi *partes* diviſa videatur, quarum altera penes CÆSAREM, altera penes STATUS eſt, atque Decretum Cæſareum ſaltem non minus valeat in Comitiis, quam Concluſum Statuum, nec niſi per modum *pacti* vel *contractus* inter utrosque quidquam concludi ac decerni queat (b).

XXX.

ſententiam, ac varia inde abſurda deducere conatur. Itemque TITIUS L. VI C. IV § 61. ſqq. &. SCHWED *P. Spec* S I. C. XXX. § 17.

* Non ferendi ſunt, qui nodum *Jus ſuffragii* in omnibus negotiis comitialibus Cæſari adſcribunt, ut, TITIUS L. V C III. §. 68. & ex eo BRUNNEM. *Exam J. Publ.* L. II C II. qu 4. cum Cæſar & Status non ut Membra unius Collegii ſpectentur, ſed ut *Caput & Membra*, h. e. ut duæ *Partes inæquales*, inter quas non per *ſuffragia*, ſed per *pacta*, agitur. Hinc cadunt dubia COCCEJ. nunquam enim, acceſſione unius Status vel Collegii ad ſemiſſem Cæſaris, hæc major pars efficietur, cum nulla votorum pluralitas inter Cæſarem & Status locum habere queat.

(b) v. MULZ. l. c. p. 176. & P. II C XIX. M. III. §. 1. n. 18. 19. 31 & §. 4. n. 67. *Meditat* ad INSTR. P. a. VIII. §. 1.

(c) p. 874. BOECLER. *Not I* L. XXI. §. 4. BRUNNEM. *J. Prud. Publ.* Diſſert. X. §. 14. COCCEJ. §. 38.

XXX. At *potiores* nihilominus CÆSARIS in comitiis *partes* eſſe videntur, non ſolum quod unius *Decretum* ſi non ſuperet, ſaltem adæquet, concluſum omnium Statuum, ſed etiam quod quicquid in comitiis decernitur ac imperatur, Cæſaris nomine & auctoritate fieri ſoleat.

XXXI. *Conſenſus* STATVVM Comitialis licet *conſilii* nomine ſæpe in LL. Imp. veniat, tamen non eſt conſilium *arbitrarium*, quod negligere liceat, ſed *neceſſarium*, quod ut ſuffragiorum *deciſiva* conflatum eſt idque cum alteram poteſtatis comitialis partem conſtituat, luculentum *communicatæ* cum Statibus *Majeſtatis* documentum eſt.

XXXII. Spectat huc quodammodo tum *Jus recipiendi* aliquem in *numerum Statuum*, atque adeo ad *votum* & *ſeſſionem* in comitiis *admittendi*, tum *Jus* Statum a *voto* & *ſeſſione ſuſpendendi* vel *excludendi*: ſed de his partim jam ſupra actum, partim inferius agendi locus erit.

XXXIII.

XXX. v. MVLZ. §. 7. TITIVS l. c. §. 18. HENNIG. §. 4. THOMAS. de *Injuſta oppoſ. Jur. Maj.* &c. §. 10.

XXXI. v. MVLZ. P. I. C. XIII. §. 8. n. 41. - - 43. p. 177. P. II. C. XIX. M. III. §. 4. n. 68. KVLPIS. de *Plac. Ord.* §. III. n. 13. *Medit.* ad J. P. a. VIII. §. 1. (*b*) p. 873.

XXXIII. Spectat etiam huc *jus emendandi defectus Comitiorum;* quod cum in P. W. inter negotia, proximis Comitiis reſervata, relatum ſit, patet, illud CÆSARI cum STATIBVS commune eſſe: verum hoc opus, hic labor erit.

XXXIV. Porro Jus conſultandi etiam in aliis *Conventibus* minoribus, *Imperialibus, Circularibus* & *Collegialibus* exercetur: qui omnes conſenſu & auctoritate CAESARIS inſtituuntur, cum hac tamen differentia, ut in *aliis* Cæſar jus dirigendi, proponendi, & decreta confirmandi, per Commiſſarios exerceat, velut in Conventibus *Deputationum* ordinariis, & nonnullis *Electoribus;* alii vero, cumprimis *Collegiales*, & *Circulares* absque concurſu Cæſaris aut Commiſſariorum ejus, a Statibus, vi generalis approbationis Cæſareæ, libere inſtituantur ac dirigantur.

XXXV.

XXXIII. v. J. P. a. VIII. §. 3. ibique A. *Meditat.* (e) p. 908. 909. ubi magnus Defectuum catalogus.

XXXIV. v. INSTR. P. a. V. § 21. ibique A. *Meditat.* p. 234. *Capit.* JOS. a. VI. ibique *Med.* p. 101. ſeqq. CAROLI VI. a. III. XII. & XIII. ibique *Special. Obſ.* p. 107. ſqq. MYLER. l. c. §. 11. - - 17. HENNIG. §. 65. ſqq.

XXXV Nonnunquam tamen & Imperator Circulorum & Collegiorum convocationes urget, ubi neceſſitas exigit, eoque nomine ad Directoria reſcribit, vel per Legatos eos exhortatur, ut Conventus celebrent.

CAP. VII.
DE
POTESTATE IMPERATORIS ET STATVVM LEGISLATORIA.

§. I.

POTESTAS LEGISLATORIA ab initio Regni Francici Germanicique penes REGES & IMPERATORES quidem fuit, ſed omni tempore ita temperata, ut plerumque *Leges* non niſi in *Comitiis* ex conſenſu *Procerum* & *Populi* ferrentur: quo ipſo non minus Germanorum libertati, quam legum auctoritati conſultum fuit.

II.

XXXV. v. MVLZ. l. c. P. II. C. XIX. p. 606. n. 54.

§. I. v. LL. Alam. ibi: *Incipit Lex Alamannorum, qua temporibus Clotarii Regis una cum Principibus ſuis, id ſunt, XXXIII. Epiſcopis, & XXXIV. Ducibus, & LXXII. Comitibus, vel cetero Populo conſtituta eſt.* Capitul. Franc. ibi: In *Chriſti nomine incipiunt Capitula Regum & Epiſcoporum, maximeque omnium Nobilium Francorum.* conf. HENNIG. de *Pot. Imp. circa Prof.* C. 1. §. 2-5. *Meditat.* ad J. P. a. VIII §. 1. (b) p. 873. MVLZ. *Repraeſ. Maj. Caeſ.* P. II. C. 1. §. 1. 2.

II. Idem poſtea quoque uſu ſervatum, ſed Poteſtas IMPERATORUM Legislatoria, inprimis a tempore Interregni, creſcente Ordinum poteſtate, magis magisque *limitata*, & per Capitulationes tandem ac P. W. ad *Conſenſum* Ordinum ita *reſtricta* eſt, ut hic non amplius *arbitrarius*, ut forte olim, ſed *neceſſarius* eſſet, & STATUS in ipſum *conſortium Poteſtatis Legislatoriæ* admitterentur.

III. *Jus* igitur *ferendi Leges univerſales*, quas *RECESSUS Imp* ſtylo receptum appellant, hodie in Imperio R G. IMPERATORI cum STATIBUS commune eſt ſed *Conſtitutio* Legum a *Promulgatione* probe ſecernenda eſt, ad *illam* concurrunt Imperator & Status, hæc fit ab Imperatore ſolo.

IV Diſtinguenda etiam *Negotia*, de quibus Leges feruntur, quæ vel *publica* ſunt, vel *privata* · de *his* non temere hodie Leges univerſales ferentur, quia hoc pertinet ad Superioritatem Territorialem, niſi forte utilitas univerſalis ſubſit, atque effectus ad univerſum Imperium, vel ſaltem plura Territoria,

II. v. HENNIG. l. c. § 6. 7. 8. *Rec.* I. 1555. §. 13. ſqq. *Capit.* CAROLI V. a. II. & XXXII. ibique LIMN. p 135 136. & 360. ſqq FOR. a. II. & XXXII. ibique *Meditat* p. 57 315 ſqq. & HITSCH. ad A. II. C. VII. §. 1. & a. XXXII. p. 588. CAR. VI. a. II. INSTR. P. a. VIII. §. *Gaud.* 1. & 2. V §. 17. v. *Utrinsque.* CAROLI VII. a. II. §. p

toria, ſeſe porrigere debeat, igitur huc Leges *publicæ* potiſſimum ſpectant.

V *Conſtitutio* Legum publicarum fit per modum *conventionis* ſeu *pacti* inter IMPERATOREM & STATVS unde nec Imperator absque Statibus, nec Status absque Imperatore Leges hujus modi ferre poſſunt cum altera paciſcentium pars alteri leges pro autoritate obtrudere nequeat

V. v. R. I. a 1500 ibi. *Sich auch Dero mit uns und wir mit Sr Kænigl Gnaden in* Contracts-*Weiſe verpflicht und verſchrieben*. R I 1512. ibi *Uns mit des Heil Reichs Standen und Sie mit Uns nachfolgende* Articul *und Meinung als ein Chriſtl.* Corpus *und Verſamlung gegen und mit einander vereiniget verpflichtet und vertragen*. MYLE. P. II C. I § 5. 5. p 249 SCHWED P. *Spec* S. I. C XXV § 1. 2. *Meditat* ad *Cap* 505. a. XXXVII p. 316. conf Supra L. II. C I.I § 5

* Not. dictum FERDINANDI II *Neue Geſetze kœnnen Ihro Kayſerl Mayeſt. nicht machen ohne* Conſens *derer ſamtl Reichs Stande*

** Duo quidem caſus afferuntur, ubi Cæſar absque Ordinum ſuffragio leges ferre poſſit Primo, ſi res Imperatoris arbitrio a Statibus commiſſa ſit; deinde, ut, diſſentientibus inter ſe Curiis, Imperator ex plenitudine poteſtatis legem ferre queat. v. HENN. 6 § 28 29. Sed de his quid ſentiendum ſit, ex dictis Cap. præced. liquet.

VI. Partes IMPERATORIS circa ferendas Leges Imperiales ſunt. 1. Capita Legum ferendarum vel proprio motu, vel ad inſtantiam, proponere. 2. Placita Ordinum de ferendis Legibus Decreto ſuo vel confirmare vel infirmare; 3. Confirmata, atque adeo per mutuum conſenſum conſtituta, Juſſione ſua per modum Legis, addita etiam pœna, ſancire; 4. Sancitas ita Leges ſigillo Imperatorio nominisque ſubſcriptione munire; Denique 5. ſuo nomine ſuisque auſpiciis easdem ſolenni ritu promulgare.

VII. STATVVM vero partes ſunt: Imperatorem de ferenda Lege ſubmiſſe admonere, 2. De capitibus a Cæſare propoſitis per omnes tres Curias deliberare & communicatis ſententiis commune Concluſum formare; 3. Idem per delegatos ad Cæſarem referre; 4. Formulam Legis ſeu Receſſus, ex Concluſo Statuum & Decreto Cæſaris conceptam, & prælectam, examinare, ac pro re nata mutare, Denique 5. appenſis nonnullorum, Deputatorum ſcil., ſigillis, ac ſubſcriptis omnium nominibus, de conſenſu & acceptatione publica conteſtari.

VIII.

VI. -- VII. v. LIMN. ad *Cap.* CAROLI V. a. XXXI. p. 360. ſq. MVLZ. P. II. C. I. §. 10. 11. & C. XIX. M. IV.

VIII. Hinc patet, quid ſentiendum ſit de doctrina; *Cauſſam* Legis univerſalis *efficientem* unice IMPERATOREM eſſe, ORDINES vero non quidem a tota Legis conſtitutione, ab *influxu* tamen *cauſali* penitus excludendos eſſe (*a*), cum vel ex *natura pactorum*, qualia ſunt omnes *Receſſus* Imp., nec non ex Receſſuum *formulis*, influxus cauſſalis utriusque paciſcentium partis intelligatur (*b*); modus vero, Receſſus Imp. *ſolius* Imperatoris *nomine*, per modum Legis, concipiendi ac promulgandi, ad priſtini Status Monarchici reliquias pertineat.

IX. Non ſolum vero Imperator abaque

 con-

VIII. (*a*) v. HENNIGES l. c. in *Praefat.* & C. I §. 11. ſeqq. Sed mirum, quod hic ita diſſentiat ab A. *Meditat.* ad I. P. p. 873. qui, *Jus ſuffragii, quo Status gaudent, non nudum conſilium eſſe, ſed partem praecipuam poteſtatis Legislatoriae*, docuit.

(*b*) v. R. I. a. 1512. pr. ibi: *Gemeiner Stände des Reichs Auffſetzung und Ordnung.* Reform. Polit. a. 1530. pr. ibi: *Haben ſamt Churfürſten und Ständen zu einer* Reformation *im Heil. Reich folgende Ordnung auffgerichtet.* R. I. a. 1564. ibi: *Unſer und Gemeiner Stände Abſchiede.*

IX. v. I. P. a. VIII. § 23. ibique *Meditat.* Capit. JOS. a. XXXVII. ibique *Meditat.* l. c. & KNITSCH. C. VII. p. 165. ſqq. CAROLI VI. a. II. ibique *Specil. Obſ.* in *Append.* p. 342. HENNIG. §. 24. 25. Capit. CAROLI VII. l. c.

conſenſu Statuum Leges novas haud ferre, ſed nec veteres vel *interpretari*, vel *augere* ac *ſupplere*, vel *mutare* ac *emendare*, vel *abrogare*, vel ſub ullo prætextu ex plenitudine poteſtatis iis derogare, valet.

X. An autem ad *renovationem* quoque Legum latarum conſenſus Statuum requiratur? dubium: ex *Receſſibus* I. id affirmandum videtur (*a*), Sed *Capitulationes* (*b*) circa renovandas Leges conſenſum Statuum omittunt.

XI. Equidem ſi vel uſu obſoleta, & forte conſenſu tacito abrogata, in uſum revocanda, aut novis ſanctionibus pœnalibus munienda, vel conſultata quidem, ſed in proxima Comitia rejecta, ad plenum effectum deducenda, atque per modum Legis conſtituenda ac ſanciendа fuerint, Renovatio hujusmodi conſenſum comitialem denuo exigere videtur.

XII. At quæ ſemel conſenſu Statuum comitiali conventa concluſa & conſtituta ſunt, eadem ab Imperatore *ſolo* vel ab initio promulgari, vel, deinceps, ne in deſuetudinem abeant, iterum inculcari, atque adeo renovari poſſe videntur.

XIII.

X. (*a*) v. *Ord. Cam.* a. 1555. P. I. pr. p. 410. R. I. 1594. §. *Was und ſo viel nun*, ſin. p. 713. (*b*) *Cap.* CAR. VI. a. II.

XI. v HENNIG. §. 17.

XII. v. HITZSCH. ad *Cap.* JOS. I. c. §. 3. p. 167. ſq.

XIII. Ex his, quid de *Edictis* Cæſareis ſtatuendum ſit, intelligitur: Nimirum quæ ex conſenſu comitiali publicanda ſunt, vel integri ſunt *Receſſus*, qui ſub finem Comitiorum promulgantur; vel *Edicta*, quibus per univerſum Imperium omnibus & ſingulis obſervandum injungitur, quicquid prævio Ordinum conſenſu jam antea ita conventum, atque conſtitutum eſt, qualia de negotiis particularibus plerumque, vel Comitiis adhuc durantibus, vel iisdem finitis, promulgari ſolent.

XIV *Jus promulgandi* hujusmodi *Edicta*, de negotiis ſcil. conſenſu comitiali concluſis, quod CÆSARI ſoli competat, eo minus dubitandum eſt, quod eidem promulgatio omnium Legum Imperialium reſervatæ eſt; neque etiam ſemper ſpecialis Ordinum conſenſus ad ea, quæ Edictis caventur, neceſſarius eſt, ſed ſufficit, eos ſemel generaliter in eadem conſenſiſſe. ſecus eſt, ſi Imperator, præter vel contra pacta conventa, Edicta emittere velit.

XV Ab *Edictis* differunt *Mandata*: quod illa ad Poteſtatem *Legislatoriam*, hæc ad *judiciariam* potiſſimum pertinent; illa univerſos, hæc ſingulos concernunt; illa præviam Ordinum conſultationem comitialem requirunt,

XIII. - - XIV. v. MYLER. l. c. C. XIX. M. IV. §. 1. n. 20. ſqq. p. 637.

runt, hæc ad preces ſupplicantium in Judiciis Imp. plerumque decernuntur.

XVI. *Edictis* tamen nonnunquam *Mandata* adjunguntur, ut Edicta, quæ ad omnes generaliter ſpectant, per Circulorum Directores ſingulis Statibus communicentur, & executioni mandentur

XVII. Nonnunquam etiam ſpecialia Mandata poſt Edicta emanant, quibus contraventoribus inhibetur refragationis continuatio, & ut damna inde reliquis illata reſarciantur.

XVIII *Jus diſpenſandi* circa Leges Imp. verſatur vel circa negotia *comitialia*, vel circa *non-comitialia* *, priori caſu ſpectat ad Comitia, poſteriori ad Cæſarem ſolum, exceptis tamen iis, ubi & Electorum conſenſus requiritur. nam cujus eſt Leges ferre, ejusdem quoque eſt circa eas diſpenſare.

XIX. Spectat quoque ad Reſervata Imperato-

XV. - - XVII. v. MULZ. l. c. *Ord. Cam.* L. I. T. V. & XXIII.

* Hinc, quid de Edicto reſtitutorio FERD. II. exiſtimandum ſit, patet.

XVIII. * Forte & inter negotia publica & privata diſtingui poſſet.

v. BOECLER. *Not.* I. L. IV C. VI. §. 9. n. 9. MITSCH. ad *Cap* l. l. c §. 4. p. 168.

XIX. v *Cap.* LEOP a. III XXV. XLV. JOS. a. III. XXIV. XLIV. CAROL. VI. a. I. CAR. VII. a. I. §. 9. REC. I. noviſſ. §. 115. MULZ. P. II. C. II. §. 11.

ratoris *Jus concedendi* cum immediatis, tum mediatis, *Privilegia*, per totum Imperium valitura, ſub hoc tamen temperamento, ut ne in præjudicium Superioritatis Territorialis, aliorumve jurium ac privilegiorum cujusquam legitime quæſitorum, concedantur: quamvis & nonnunquam, pro qualitate negotii, vel Electorum, vel omnium Statuum, conſenſus requiratur.

XX. Sed diſcernendæ *Conſtitutiones perſonales*, quales proprie *Privilegia* audiunt, a *ſpecialibus*, quæ jus ſpeciale vel ſingulare certo perſonarum vel cauſarum generi tribuunt: *illæ* Cæſari ſoli ſunt reſervatæ, & in Judicio Aulico decernuntur, *hæ* conſenſum Statuum, vel, pro re nata, Electorum, requirunt.

XXI. Obſtringitur vero Imperator etiam ad *confirmanda* Jura & Privilegia Electorum

§. II. BOECLER. L. IV. C. I. CARPZ. ad *L. Reg.* C. XII. n. 8. RHET. *J. Publ.* L. I. Tit. IV. §. 63. SCHWD. S. I. C. X. §. 4. MOSER. d. *Poteſtate Imperatoris circa conceſſ. Privileg.* Id. *Staats-Recht* L. 2. C. 56.

XX. v. ZIEGLER. de *J. Maj.* L. I. C. XII. LYNCKER. ad SCHWED. l. c. HORN. C. XLIV. §. 10. Medit. ad c. JOS. a. XXIII. (*b*) p. 157.

XXI. v. *Cap.* CAROLI VI. a. I. CAR. VII. l. c. SCHWED. Diſſ. de *Confirm. Jur. ab Aug. Imp. Statib. faciendo* §. 5. MOSER. l. c. C. 57.

ac Statuum cæterorumque immediatorum legitime acquiſitorum; qui & primus poſt electionem actus imperii eſſe ſolet. quamvis hæc confirmatio ex parte Statuum magis utilitatis, quam neceſſitatis, eſſe videatur.

XXII Jus *interpretandi* vel *declarandi* privilegia, vel pro re nata *tollendi*, ejus eſt, a quo conceſſa ſunt; quod etiam de Privilegiis, ab Anteceſſoribus conceſſis, verum eſt. *jus* vero de *validitate* vel *violatione* eorum cognoſcendi cui competat, Cap. ſeqv. docebitur.

XXIII. *Expeditio* denique privilegiorum majoris momenti in *Cancellaria Imperii*,(*a*) reliquorum vero in *Cancellaria Aulica*, fieri ſolet. Eadem deinceps Cameræ in originali inſinuanda ſunt (*b*).

XXIV. Ceterum generaliter cautum, ne Imperator ullum *Edictum*, *Mandatum*, *Reſcriptum*, vel quodvis aliud, *Capitulationibus* ceterisve *Legibus* Imp. *adverſum*, decernat, aut

XXII. v. LYNCK. de *plen. pot.* §. 6. *Ord. Edicts* FERD. a. 155. §. 179. SCHVLECKI de *Camera Imp. cum Jud. Aul. non concurr.* §. 16. MOSER, l. c. C. 58. 59.

XXIII. (*a*) v. *Cap.* LEOP. a. XLIV. MVLZ. l. c. n. 42. p. 268. Cap. CAR. VI. a. XXII. CAR. VII. a. XXII. §. 7.

(*b*) BLVM. *Proc. Cam.* T. XXXIX. n. 8. SCHVLECKI d. Diſſ. §. 14.

XXIV. v. *Cap.* JOS. a. XXXVII. ibique Meditat. CAROLI VI. a. XVI. CAR. VII. a. XVI. §. 10. 11.

aut emittat; neque contra easdem *diſpenſationem*, aut quidquam aliud, a quocunque impetret: quicquid vero contra factum, *nullum* eſſe jubetur

XXV. Ut vero Legibus Imp. ſua conſtet auctoritas, Imperator non ſolum *ipſemet* ad easdem ſancte *obſervandas*, ſed etiam adverſus *violationem aliorum tuendas ac cuſtodiendas*, ſacramenti religione ſeſe obſtringit; quod poſterius inprimis per Judicia & Fiſcalem Imp. præſtat. atque hinc ipſe *Protector* & *Executor* LL. Imp. audit.

XXVI. Denique quæ Imperatoris circa ferendas *Leges Imperiales*, publicanda *Edicta*, & concedenda *Privilegia*, ſunt partes: eædem & REGIS ROM. abſente Imperatore, vel VICARIORUM tempore Interregni eſſe videntur, id quod ex proviſionis & gubernationis Imp. ipſis concreditæ natura facile eſt ad intelligendum.

CAP.

XXV. v. *Cap.* IOS. a. II. ibique NETTER. C. VI. & *Medit.* p. 57. ſqq. CAROLI VI. a. II. CAR. VII. a. II. §. 3.

XXVI. v. Dn. GRIBNER. de *Jurib. Vicar.* §. 12.

CAP. VIII.

DE
POTESTATE IMPERATORIS ET STATUUM JUDICIARIA

§. I.

SUprema *POTESTAS JUDICIARIA*, quæ *obſervantiam legum* tuendo, & *lites* terminando, *internæ* Reip. *tranquillitati* conſulit, omni tempore in Germania penes REGES & IMPERATORES fuit, qui eandem, vi ſummi Imperii, vel *immediate* exercuerunt, vel *mediate*.

II. *Idque* vel in *Curia* Imperiali ex *Principum & Comitum* judicio, vel in *Palatio* per *Comites Palatinos*, vel in Provinciis, Pagis & Vicis, nec non Civitatibus, per *Epiſcopos* in Sacris, in Secularibus per *Duces & Comites*, itemque *Miſſos*, nec non *Advocatos*, *Præfectos* & *Scultetos* Imperiales, aliosque Judices minores.

III. Sed ſucceſſu temporis non ſolum *Duces & Comites*, ſed etiam *Epiſcopi & Abbates*, itemque *Civitates Imperiales*, Secularem Jurisdictionem una cum Territorio, jure proprio acquiſiverunt: quæ adeo hodie *Superioritatis Territorialis* pars eſt, ita tamen, ut adhuc priſtinæ *Jurisdictionis Regiæ* vel *Imperialis* reliquiæ in Territoriis locum habeant.

IV. *Eccleſiaſtica* vero *Jurisdictio*, quæ olim iisdem nonniſi Imperatoris auctoritate exer-

exercebatur, tandem ad *Epiſcopos* & *Pontificem* Rom. cum excluſione Imperatoris, devoluta eſt, exceptis tamen cauſſis Pacis Religioſæ, ut ſupra traditum.

V. Remanſere igitur in Secularibus penes IMPERATOREM nonniſi *partes* quædam *Supremæ Poteſtatis Judiciariæ* intuitu univerſi Imperii: nimirum *Juriſdictio* quædam *Criminalis, Feudalis* & *Civilis* partim in *Status* ipſos, partim in eorundem *Subditos*; quam ipſe hodie vel *ſolus* exercet, vel una cum *Statibus*, idque per *Judicia* Imp. vel in *Comitiis*.

VI. Vi Supremæ hujus Poteſtatis Judiciariæ IMPERATORI competit *Jus conſtituendi JUDICIA Imperii*, quæ Juriſdictionem nomine ipſius per Imperium adminiſtrent: in cujus Juris conſortium tamen STATUS a tempore MAXIMILIANI I. certa ratione admiſſi ſunt; quod eo usque invaluit, ut hodie Imperator nec ullum antiquorum Imperii Judiciorum abolere, nec novum ordinare, absque conſenſu Statuum comitiali, poſſit.

VII. *Judicia* hoc pacto in Imperio conſtituta ſunt vel *Univerſalia* & *Summa*, vel *Particularia* & *Subalterna*.

VIII. *Illa* non ſolum Juriſdictionem per *univerſum Imperium*, in omnes tum *Immediatos*,

VI. v. *Cap.* CAROLI VI. a. XVI. CAR. VII. a. XVI. §. 3.

tos, tum *mediatos*, obſervato tamen debito ordine, inque omnibus cauſſis, exercent, niſi ve. *Perſonæ* quæ hinc ſpeciatim exemtæ, vel *Cauſſæ* exceptæ fuerint, ſed etiam Jure *ultimæ cognitionis*, atque *extremæ provocationis* gaudent

IX. *Hæc* vero Jurisdictionem particularem tantum habent quæ vel ad certas tantum *Perſonas*, vel ad certa *cauſſarum* genera, vel ad certos Imperii *diſtrictus*, certasque *provincias*, ſeſe extendit, inſuperque *appellationes* ad Superiora Imperii Judicia admittere debent.

X. Ad primum genus ſpectant, *Judicium* Imp. *Aulicum* & *Camerale*, itemque olim *Jus Principum*, hodie certa ratione *Comitia*. Secundi generis ſunt, Judicium *Auſtregarum*, *Rothweilenſe*, & *Provincialia* in *Franconia* & *Suevia*, ac olim etiam in *Weſtphalia*.

XI. A quonam hæc Judicia ſint conſtituta, qua auctoritate Jurisdictionem exerceant, quid Juris vel Cæſari vel Statibus circa ea diſponendi ac ordinationes iis præſcribendi, competat, quid circa viſitationes eorum obtineat: de his omnibus infra ſuus agendi locus erit

XII. Tempore interregni quod *VICARII* Imp. *Judicium Aulicum* quilibet in ſuo diſtrictu, *Camerale* vero conjunctim exerceant, ſuperius obſervatum eſt.

XIII.

XIII. Hæc Imperii Judicia uti *ordinariam* & *propriam* Juriſdictionem habent: ita nonnunquam Imperator per *Commiſſiones von Hof aus* dictas, Juriſdictionem, his *delegatam*, exercet.

XIV. Harum uſus in Imperio vetuſtus quidem, & frequens olim fuit, ſed abuſus poſtea inviſas eas Statibus reddidit, variisque querelis anſam dedit. nihilominus penitus abrogatæ non ſunt, ſed per J. P. & Capitulationes ita temperatæ, ut nec in præjudicium Auſtregarum ac beneficii primæ inſtantiæ, nec adverſus Conſtitutiones Imperii decernendæ, ac inprimis in conſtituendis Commiſſariis Religionis ratio habenda, nec denique niſi ad cognoſcendum dandæ ſint.

XV. IMPERATORIS igitur, ceu ſummi Judicis, erit, curare, ut Pax & concordia in Imperio floreat, *Pacisque* publicæ & *Juſtitiæ* præſidium omnibus æque proſit, atque adeo jus & juſtitia tam pauperibus quam divitibus, nulla perſonarum, ſtatus, dignitatis ac religionis habita ratione, etiam in cauſis ipſum Imperatorem, ipſiusque domum, pro-

XIII. -- XIV. HENNIG. de *Summa Imp. Poteſt. circa Secul.* Cap. III. §. 66. -- 75. J. P. a. V. §. 51. *Cap.* LEOP. a. XVIII. XXXVIII. JOS. a. XVII. CAROLI VI. a. XVI. XVIII. CAR. VII. a. XV. §. 7. & a. XVI. §. 9.

XV. 1. *Cap.* CAROLI VII. a. XVI. §. 1.

propriamque utilitatem, concernentibus, ad præſcriptum ordinationum, jurium, ac laudabilis obſervantiæ, adminiſtretur.

XVI. Neque etiam ullus Imperii Status aut ſubditus extra Imperium Teutonicæ nationis in jus vocandus, aut ad inveſtituram impetrandam evocandus, ſed intra iſtud omnes & ſinguli, vi Aureæ Bullæ, Ordinationis Cameræ, aliarumque Legum Imp. ad jus ſuum proſequendum admittendi.

XVII. In Judiciis igitur Imperii, Camera nempe Imperii & Judicio Imp. Aulico, juſtitia, ſecundum Inſtrumentum Pacis, ſine partium ſtudio, adminiſtranda, idque agendum, ut hic & illic, in decernendis proceſſibus, ab omni indecenti ac immodeſta dictione, præſertim adverſus Electores, abſtineatur.

XVIII. Præterea providendum, ne quis Statuum adverſus alterum, in cauſis, ubi lis pendens eſt, durante litis pendentia, per repreſſalias, Arreſta, aut aliam viam facti, ac vim quandam, contra Leges Imperii, atque communem Pacis ſanctionem, procedat.

XIX. Eundem quoque in finem Imperator omnes illicitas odioſasque confœderationes, conſpirationes & coitiones ſubditorum cujus-

XVI. v. Capit. CAR. VII. ib. §. 2.
XVII. ibid. §. 4.
XVIII. ibid. §. 5.
XIX. v. Cap. CAR. VII. a. XV. §. 6. 7.

cujuscunque ſint ordinis, ſeditiones quoque & injuſtam vim, adverſus Electores, Principes & Status (incluſa Nobilitate Immediata) forte ſuſceptas, aut ſuſcipiendas, tollere annitetur, atque conſilio & auxilio Electorum Principum & Statuum Imp. operam dabit, ut in poſterum prohibeantur ac præcaveantur. Neutiquam vero per intempeſtivos *Proceſſus*, *Commiſſiones* aut *Reſcripta*, anſa illis præbeatur.

XX. Verbo, *via facti* omnis & *vis* in Imperio, tam *Imperatori* contra STATUS, ceteraque Imperii *Membra*, tam Statibus ſubditisque Imperii inter ſe, interdicta adeo, ut Cæſar nec ipſe *viam talem* aliis inferre, nec per alios id fieri permittere, ſed & ipſe per *viam juris* experiri, & ut ab aliis idem fiat, curare debeat, dummodo adverſarius jure agere non detrectet.

XXI. Legitimæ vero controverſiæ, coram judice, per viam juris, diſceptandæ, quam celerrime proſequendæ atque terminandæ ſunt.

XXII.

XX. INSTR. P. a. XVII. Cap. JOS. a. XIV. ibique MITSCH. §. 1. 2. 10. & *Meditat.* ad h. art. not. (a) & (e) p. 151 §. 5 6 54. Cap. CAR. VI. a. XVI. XXI. CAR. VII. a. XXI. §. 5. ibi *nicht ſelbſt vergewaltigen ſolches auch nicht ſchaffen.*

XXI. v. Cap. CAROLI VI. a. XVI. ibique *Specil. Obſ.* p. 235.

XXII. Ceterum IMPERATORIS eſt, ſyſtemata *Imperialium Judiciorum* contra quosvis ſarta tecta ſervare, idque efficere, ut uniuscujusque Judicii vigor ac *jurisdictio* intra ſuos *cancellos* retineatur.

XXIII. Hinc non admittendum quidem, ut quis Statuum Imp. citra juſtum titulum ab eorum *jurisdictione* ſe *eximat*, ſed neque Status, eorumve ſubditi, extra *forum competens* in jus vocandi, quin potius ipſorum *privilegia fori*, cumprimis *Auſtrægarum*, intacta relinquenda.

XXIV. Proceſſui in his Judiciis ſuus relinquendus curſus, nec alterum ab altero turbandum, aut lites in altero pendentes ab altero avocandæ, multo minus permittendum, ut ſuper ſententias aut judicata Cameræ a Judicio Imp. Aulico, ſub quocunque prætextu, cognoſcatur; neque etiam Cameræ Imp. per Reſcripta Cæſarea manus ligandæ, nec ab officio ſuo erga Imperium eadem abſtrahenda, aut relatio ad Conventum Imp. in cauſis eo pertinentibus impedienda.

XXV. Speciatim quoque ad *Cameram Imperii*, æque ac *Judicem Cameræ*, a Cæſare ſolo

XXIII. v. Cap. JOSEPHI a. XVII. ibique *Medit.* p. JOS. CAROLI VI. a. XVIII.

XXIV. v. Cap. CAR. VII. a. XVI. §. 7.

XXV. v. Cap. CAR. VII. a. XVI. §. 8.

ſolo *promotoriales*, *litteræ informatoriæ*, *Inſtructiones*, aut *Inhibitiones*, haud emittendæ, ſed ſi forte Judicium hac de re quadam monendum, ut hoc ab Imperatore ſimul ac Electoribus, Principibus & Statibus, fiat, curandum. Ceterum Judicio huic Imperii ſua jura, juriſdictio, & legibus Imperii conveniens conſtitutio, dignitas & auctoritas, contra quemcunque tuenda & conſervanda.

XXVI. Generatim nec *Judicio* Imp. *Aulico*, nec *Camerali*, ullo modo remora injicienda, nec ut ab aliis illud fiat permittendum: neque etiam patiendum, ut ea, quæ ſemel in iis, cum debita cauſæ cognitione peracta fuerint & concluſa, ad ulteriorem cognitionem, exceptis ordinariis remediis ſuſpenſivis, pertrahantur.

XXVII. Sed nec ab Imperatore concedendum, ut *alii* ipſius *Conſiliarii* ac *Miniſtri* in negotia Imperii, ad Judicium Aulicum ſpectantia quolibet modo ſeſe ingerant, atque huic in cognoſcendo vel judicando modum præſcribant: cumprimis ne *Conſilium Intimum* Juriſdictionem turbet, aut per decreta ſua Statibus grave ſit. *Relationes* vero ad *Cæſarem* in cauſſis *arduis* quo pacto admittantur, ſupra Cap. VI. expoſitum.

XXVI. v. BLVM. *Proc. Cam.* T. XXV. §. 41. Cap. JOS. a. XXV. ibique *Medii* (*b*) p. 261. Cap. CAR. VI. a. XVI. XVII. CAR. VII. a. XVI.

XXVIII. Si quid contra admiſſum fuerit, illud non ſolum nullum & inefficax, ſed etiam Judicium Aulicum eo caſu, ut Cæſarem de tollendis hujusmodi turbationibus decenter admoneat, obſtrictum erit.

XXIX. Porro *Reviſiones* & *Supplicationes* adverſus ſententias horum Judiciorum quidem, ceteris paribus, admittendæ, accelerandæ tamen ab Imperatore, mandatis etiam, pro re nata, in Reviſores directis: effectus vero *ſuſpenſivus* Reviſionibus Cameræ denegandus.

XXX. *Executiones* denique rerum judicatarum in Imperii Judiciis non retardandæ, ſed quolibet modo ad exitum perducendæ: imo vis & robur rerum Judicatarum adverſus *exteras* Poteſtates, earumque conatus conſtanter aſſerendum.

XXXI. Ceterum *Poteſtas Judiciaria* Imperii, ac Jurisdictio Judiciorum Imperialium, exerceri quidem poteſt vel in cauſis IMPERATORIS, aut REGIS ROM. vel in cauſis STATVVM Imp. aliorumque *Immediatorum*, vel denique in cauſis *Mediatorum* vaſallorum ac ſubditorum; iisque vel *Eccleſiaſticis*, vel *Criminalibus*, vel *Feudalibus*, vel

XXVIII. - XXX. v. BLVM. *Proc. Cam.* T. XXV. §. 41. *Cap.* 105. a. XXV. ibique *Medic* (b) p. 161. CAROLI VI. a. XVI. XVII. CAR. VII. a. XVI. §. 12. 13. 14.

vel *Civilibus:* ſed non ſine diſcrimine, ac ordine, Legibus Imperii præſcripto.

XXXII. Unde nova *Judiciorum* Imperialium, eaque a diverſitate *Perſonarum* pariter ac *Cauſarum*, quas reſpiciunt, oritur diverſitas, inferius explicanda.

CAP. IX.

DE JVRIBVS MAJESTATIS IMPERIALIS CIRCA PERSONAS.

§. I.

POſtquam eſſentiales Summæ Poteſtatis partes in genere conſideravimus, ſequuntur *ſpecialia* ejusdem Poteſtatis *jura*, a ſpecialibus, circa quæ verſantur, *objectis* denominata; de quibus vel per modum *decreti*, vel *legis*, vel *ſententiæ* aliquid in Imperio ſtatuitur. Et primum quidem de iis, quæ circa *PERSONAS* Statuum vel Subditorum Imp. occupantur, diſpiciendum.

II. Hæc inter primum & præcipuum eſt *Jus conferendi DIGNITATES:* quippe quæ quatenus in publica agnitione virtutis conſiſtunt, ac certas Perſonis prærogativas cum effectu juris in Rep. largiuntur, non ex alio, quam Majeſtatis fonte, derivari posſunt.

III. Hinc IMPERATORES omni tempore iſtud, vi ſummi Imperii, exercuerunt, hodieque illud inter *Reſervata* ipſorum refertur, ita tamen temperatum, ut nec novæ Dignitates, præſertim majores, niſi bene meritis, in Imperio degentibus, & ſufficientibus bonis inſtructis, conferendæ ſint, nec cujusquam, præſertim Ordinum Superiorum ac Familiarum antiquarum, dignitatibus, titulis, aut Juribus, maxime territorialibus, in bona recentius exaltatis competentibus, vel etiam ſucceſſioris Agnatorum, per eas derogandum.

IV. Sunt autem *Dignitates*, quæ & *Nobilitatis* nomine inſigniuntur, vel *Majores*, vel *minores*: ad *illas* pertinent omnia axiomata *illuſtria* ſive *regalia*, a Regibus usque ad Barones, ad *has* vero omnia reliqua.

V. Inter *majores* igitur Dignitates eminet *Regia*: *REGES* autem ab IMPERATORIBUS olim creatos fuiſſe, exempla teſtantur, quamvis illud vi Imperii non niſi in iis, qui Imperium ipſorum agnoverunt, fieri potuerit: in aliis antiqua nominis Romani veneratio, Imperiique potentia multum valuit, nec opus

III. v. *Cap.* JOS. a. XXXII. CAROLI VI. a. XXII. CAR. VII. a. XXII. §. 1. 3. 4. HORN. C. XLIV. §. 4. STRUV. C. J. P. c. XII. §. 9.

V. v. Dn. LUDEWIG. de *Auſpicio Regio* C. II. & ad A. B. P. I. p. 33. STRUV. C. XII. §. 2. 3. 4.

opus eſt, Imperium in univerſum Orbem propterea comminiſci.

VI. Licet autem *Pontifices* quoque jus appellandi Reges ſibi olim arrogarint, eorumque auctoritas a nonnullis agnita fuerit, tamen præter jus & fas, ex ſuperſtitioſo cœcoque obſequio, nec interdum ſine contradictione Imperatorum, iſtud factum vel tentatum fuit.

VII. Hodie quoties *Principes exteri*, alieno Imperio haud ſubjecti, *Regis* titulum ſuſcepturi ſunt, libere id quidem, intuitu ſuæ Gentis, vi ſummæ poteſtatis, faciunt, at intuitu ceterarum Gentium, harum quoque conſenſu & approbatione indigent. Quas inter cum Imperator R. G. primas teneat partes, patet, cur hodieque in appellandis Regibus præcipua Imperatoris ratio habeatur, ejusque agnitio imprimis expetatur.

VIII. An vero Imperator hodie *Principem Imp.* vi Imperii ad *Regiam dignitatem* evehere queat? dubitatur: eo quod iſtud facile in præjudicium Electorum, aliarumve Familiarum Principalium, vergere queat.

(*) Dicendum de Regibus *Burgundiæ*, *Poloniæ*, *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Obotritorum*. Item de Ducibus *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, *Thuſciæ*, Regio axiomate exornatis vel ornandis.

VI. v. LUDEWIG. l. c. C. IV. STRUV. l. c. §. 1.
VIII. v. HORN. l. c. §. 2.

IX. Proxima a Regibus dignitas eſt *Electoralis* quæ cum maximi in Imperio momenti ſit, propter ſummam Electorum auctoritatem, novoque Membro & ſuffragio Collegium Electorale augeat; novum ab Imperatore Electorem ſine *conſenſu Comitiali* creandum non eſſe, exiſtimatum eſt.

X Reliquæ dignitates illuſtres, *Archi-Ducum*, *Ducum*, *Comitum Palatinorum*, *Marchionum*, *Landgraviorum*, *Burggraviorum* atque *Comitum*, quæ olim officiorum erant nomina, item *Principum* & *Baronum*, quæ ordinis axiomata ſunt, uti olim ab Imperatoribus originem traxerunt, ita nec hodie niſi ab Imperatore conferuntur quamvis prioris generis exempla hodie rariora ſint, frequentiora Principum recens creatorum, Comitum vero & Baronum multo frequentiſſima.

XI.

IX. v. Declaratio D. LEOPOLDI in FABRI *Staats-Cantz.* T V p. 231. ibi: *Keine andere neue Chur künfftig bin ohne vorhergehenden* Comitial-Conſens *geſamter Churfürſten und Stände einzuführen.* Item *Concluſ. Trium Colleg.* de introd. nov. Elect. Hannov. ibid. T. XIII. p. 410. *Cap.* CAR. VI. a. III. & CAR. VII. a. III. §. 5. ibi: *den mit Einwilligung geſamter Churfürſten, Fürſten und Ständen, eingeführten Braunſchweig-Lüneburg.* Electorat.

XI. Illud hic obſervandum, quod conceſſo licet *Feudo* Regali, Ducatus v. g. vel Comitatus, non tamen ſtatim *Dignitas* Regalis ejusdem generis conceſſa intelligitur, niſi eadem quoque ſpeciatim Perſonæ ab Imperatore collata ſit: & viciſſim, quod, conceſſa licet *Dignitate* regali, Ducis, Principis, vel Comitis, non ſtatim & *Territorium* eodem axiomate gaudeat, niſi itidem ab Imperatore in Ducatum, Principatum, vel Comitatum evectum fuerit.

XII. Inter *minores*, prima eſt *Equitum* dignitas, quæ ex re militari veterum Germanorum originem traxit: quippe inter quos olim mos creandi *Milites* ſeu *Equites*, donato militiæ cingulo, atque enſe accincto, invaluit, poſteaque uſu ſervatus eſt, ita, ut hodie adhuc inprimis inter Coronationis ſolennia, imo & extra ea (*) *Equites S. R. J.* creari ſoleant.

Ppp 5 XIII

XI. v. MULLER. *Staats Cabinet 1. Eröffn.* C. II. ubi *Bedencken, ob mit Verleihung eines* Feudi Regalis *auch zugleich die* Dignitas Regalis conferi*ret werde?* STRUV. § 8.

XII. (*) Iisdem tunc Diplomatis ſolent verba: *gleich als ob ſie von uns mit dem Schwerdt, und denen hierzu gewöhnlichen Solennien zu Ritter geſchlagen wären.*

(**) Equites *Ordinis Teutonici & Johanniticæ* huc non pertinent.

XIII. Differunt ab his *Nobiles* ſimpliciter dicti, quales hodie pro arbitrio, magnoque numero ab Imperatoribus creantur, conceſſo etiam nonnunquam Majorum jure: Atque hoc *Jus nobilitandi* ad Reſervata ab omnibus refertur.

XIV. Porro creari ab Imperatore ſolent *Comites Sacri Palatii*, ſive *Aulæ*, *Curiæ*, *Conſiſtorii Imperialis* (*) vulgo *Comites Palatini*: quorum origo a *Comitibus Palatinis*, quales paſſim per provincias in palatiis Regis nomine jus dicebant, derivanda videtur, dum, ceſſante horum poteſtate, Principibus vero in territoriis legiſlatoriam & judiciariam poteſtatem ſibi ipſis vindicantibus, Imperatores ſimulacra illorum in his forte conſervare voluerunt.

XV. Dignitas hæc, *Comitiva* appellari ſolita, cum munere & poteſtate exercendi quædam regalia Imperatoris, aliaque jura, conjuncta

XII. XIII. v. SCHWED. C. VII. §. 6. HORN. §. 5. STRUV. §. 11.-13.

XIV. (*) *Kayſerl. und des H. Reichs Pfaltz- und Hoff-Grafen.* v. SCHVBART. de *Comit. Palat.* p. 115. Dn. GRIBN. de *Jure legitim. Comit. Palat.* §. 3. STRUV. §. 14. ſqq. ubi originem denominationis repetit a *Palatio Lateranenſi*, quod duplex fuit. Romanum & Aquiſgranenſe. Conf. SPENER. de *vera Orig. Com. Palat. Cæſareor. ſiu Comit. ſ. Palatii Lateran.*

juncta eſt, & vel *ſingulis* Perſonis, vel integris *Collegiis* aut *Familiis* confertur: *poteſtas* vero tanta eſt, quanta in Diplomatibus Cæſareis conceſſa. (*)

XVI. Sed cum plurima eorum jura ad Superioritatem ac Juriſdictionem Territorialem referantur, Imperator vero Principes & Status in eiusdem exercitio impedire nequeat, Comites Palatini, invito Domino Territorii aut juriſdictionis, eadem exercere non poſſe videntur.

XVII. Nobilitati accenſetur *Dignitas Doctoralis*, quæ ſicut & ceteri *Gradus Academici*, itemque *Notariorum* ac *Poetarum laureatorum* axiomata, quatenus per univerſum

(*) Conſiſtit ea plerumque in *legitimatione liberorum illegitimorum*, *creatione Doctorum*, *Magiſtrorum*, *Poetarum*, *Notariorum*, interdum etiam *Nobilium*, *collatione inſignium* &c. Addi etiam ſolet *facultas reſtituendi in integrum*, *dandi Tutores*, *concedendi veniam ætatis*, *decretum alienationis bonorum minorum*, *auctoritas in adrogationibus*, *adoptionibus & emancipationibus*.

(a) v. SCHWED. C. VII. § 14. HORN. §. 6.

XVI. v. Cap. LEOP. & JOS. a. III. CAROLI VI. a. I. HORN. l. c. GRIEB. Diſſ. cit. §. 4 ſqq.

XVII. ITTER. de *Grad. Acad.* C. X. HORN. §. 7. Cap. CAR. VII. a. XXII. §. 3. ibi: *Wapenbriefen begaben.*

ſum Imperium valere debent, itidem non niſi a Cæſare, aut ejus auctoritate, conferuntur. Eadem juris *dandi Inſignia* ratio eſſe cenſetur.

XVIII. Confert autem Imperator hujusmodi dignitates non ſolum *Statibus*, ceterisque *ſubditis* Imp. *Immediatis*, ſed etiam *mediatis*: ita tamen, ut ne, quoad hos, præjudicium fiat juribus Domini Territorialis; qui adeo modum ponere poteſt illis, qui novas dignitates conſequuntur. Hique non minus ac bona ipſorum, in Territorio ſita, in eodem, quo antea erant, ſtatu, territoriali jurisdictioni ſubjecta manebunt: Sicut & *exteri* non ſine Dominorum conſenſu dignitates a Cæſare ſuſcipere poſſunt.

XIX. Confert etiam Imperator has dignitates, exceptis majoribus, & inſignia, non ſolum immediate, ſed & *mediate* per alios, quibus per privilegium iſtud conceſſum eſt: quali-

XVIII. v. R. J. 1548. §. 66. Cap. JOS. a. XLIII. f. CAROLI VI. a. XXII. CAR. VII. a. XXII. §. 5. RVB. HER. T. I. p. 119. FRITSCH. ad LIMN. L. II. C. IX. n. 145. KVLPIS. ad MONZ. C. V. §. 18. p. 183. Dn. de BERGER. *Diſſ. For.* T. II. C. I. p. 32. Dn. THOMAS. de *Injuſta Oppoſ. Jur. Maj.* §. 15. HORN. l. c. COCCEJ. de *Fund. in Territ. pot.* th. 5. NITSCH. ad *Cap.* JOS. p. 710. n. 22.

XIX. Dicend. de Regis *Bohemia*, *Palatini*, *Auſtriacorum*, privilegiis.

qualibus privilegiis non ſolum *Principes* & *Status* nonnulli, ſed etiam Collegia *Facultatum* Academicarum, & *Comites Palatini* gaudent: An vero & quousque Status in ſuis Territoriis dignitates conferre poſſint, inferius patebit.

XX. Nec dubitandum, quin & VICARII Imp. jus *conferendi dignitates* majores æque ac minores, item *inſignia*, in Interregno exercere queant: eo quod neque hoc illis ademtum eſt, & exempla *Nobilium, Comitum Palatinorum* & *Doctorum* ab illis creatorum, paſſim extant, quamvis majorum dignitatum ab iis collatarum exempla pauciora forte obvia fuerint.

XXI. Expeditiones *Diplomatum* ſuper novis Dignitatibus, Titulis, aliisque conceſſionibus gratioſis, non niſi in Cancellaria Imperii fieri debent: alibi vero exarata Diplomata nullum habent effectum, priusquam eorum confirmatio in dicta Cancellaria Imp. legitime fuerit obtenta. Quodſi quis etiam diploma hujusmodi intra trimeſtre ſpatium non redemerit, conceſſione iſta gratioſa plane excidet.

XXII. *Intimationes* vero ejusmodi exaltationum

XX. v. NITSCH. ad *Cap.* IOS. a. XLIII. §. 3. p. 722. Dn. WERNHER. de *J. Vic. in A. B. non expreſſ.* §. 36. Dn. GRIB. de *Jurisd. Vicar.* §. 26.
XXI. XXII. *Cap.* IOS. a. XLIII. & CAROLI VI. a. XXII. & CAR. VII. a. XXII. §. 7.

tionum, ac privilegiorum rite impetratorum, a Cancellaria Imp. reliquis Curiis Cæſareis factas, hæ citra *novæ taxæ* ſolutionem agnoſcere, eorumque tenorem in obviis quibuscunque expeditionibus obſervare tenentur.

XXIII. Contra omnes autem illos, qui exaltationem hujusmodi, Nobilitatis, Tituli aut inſignium impetrationem falſo jactant, ſibique arrogant, Advocatus Fiſci Imperialis procedet, iidemque, prævis cauſæ cognitione, pro qualitate delicti ac perſonæ, pœna afficientur.

XXIV. Idem proceſſus adverſus illos etiam locum habebit, qui conceſſionem hujusmodi gratioſam e Prædeceſſoribus Imperatoris ſeſe obtinuiſſe mentiuntur, vel obtinuerunt quidem, ſed e Cancellaria Imperii huc usque non redemerunt, nec intra ſemeſtre ſpatium redimunt, atque citra moram executioni mandabitur.

XXV. Affine huic juri eſt *Jus conferendi Officia* Imp. quæ ſcilicet veram officiorum rationem adhuc habent, atque non cum dignitate ſolum, ſed & poteſtate, conjuncta ſunt: quod, pro *diverſitate* officiorum *aulicorum*, *civilium*, & *militarium*, vel ad *Reſervata* Imperatoris pertinet, vel *conſenſum Statuum* requirit, ut ſuis locis patebit, ſicut &

XXIII. XXIV. Capit. CAROLI VII. a. XXII. §. 12. 13.

& *Moguntinus* circa officia Cancellariæ ſuas partes habet.

XXVI. De Officiis vero Imp. Aulicis, & quæ alias tam intra Germaniæ fines, quam extra illos, arbitrio Imperatoris ſubjacent, cautum, ne Imperator ea niſi Germanis aut ſaltem Germanicorum Imperio jurejurando obſtrictis, rerumque Imperii peritis, nec infimæ ſortis aut vilis proſapiæ hominibus conferat.

XXVII. Cum vero hodie ſola Dignitas jus Status imp. haud conferat, *Jus recipiendi aliquem in numerum STATUUM* Imp. atque adeo ad *votum* & *ſeſſionem* in Comitiis *admittendi*, Imperator absque conſenſu *Electorum* & illius *Collegii*, in quod quis recipiendus eſt, exercere non poteſt, præterquam quod & condigna Imp. *bona* ad hoc requiruntur: ſicut nec Status a *voto* & *ſeſſione* vel *ſuſpendi* vel *excludi* poteſt absque conſenſu comitiali.

XXVIII. Pertinet quoque huc *Præcedentia Statuum*, de qua variæ inter ipſos cum in Comitiis, tum alibi, *controverſiæ* enatæ ſunt.

Jus

XXV. XXVI. v. *Cap.* JOS. a. XXX. ibique NITSCH. & *Medit.* it. CAROLI VI. a. XXIII. CAR. VI. a. XXIII. §. 4.

XXVII. v. Supra L. IV. C. I. §. 9. 14. 18. *Cap.* JOS. a. III. ibique NITSCH. §. 4. CAROLI VI. a. I. CAR. VII. a.

Jus autem [illegible] *cas* inter *Reſervata* quidem Imperatoris refertur (a); ſed ſolet tamen ipſe ſæpius *conſilium Statuum*, cumprimis *Electorum*, in cauſſis his odioſis requirere (b), vel, ut *tranſactione* amicabili, (c) vel per *ſortem*, (d) lis componatur, operam dare: placuit vero hucusque fere proviſionale remedium *alternationis*, vel *proteſtatio* (e).

XXIX.

XXVIII. (a) v. *Der Churf. F. und Stände Relation in Comit.* Aug. a. 1566. ibi: *die Erkentnüß zwiſchen den Ständen, ſo der* Seſſion *halber ſtrittig, hangt der Kayſerl. Hoheit an, und iſt Ihrer Maj. als dem Oberhaubt allein zuſtendig.* Conf. R. I. a. 1500. T. *Wo die Irrung der* Seſſion 51. HENNIG. de *S. Pot. Imp. c. Secul.* §. 10. ZWANZIG. *Theat. Praecd.* P. II. C. C. II. KULPIS. de *Legat. Stat.* C. XIV. §. 34.

(b) v. R. J. 1545. §. 50. ibi: *Mit Rath Churfürſten Fürſten und gemeiner Stände, darüber gütliche oder endliche Erledigung thun.* Sed viſi ſunt Electores illud ægre admittere: v. *Memoriale* Collegii Elect. ad Imp. in controv. inter Ep. *Eichſtad.* & *Spirens.* d. a. 1653. ap. SCHWED. C. X. §. 15. *Medit.* ad J. P. a. VIII. § 2. p. 893.

(c) v. R. I. a. 1654. §. 196.

(d) v. Propoſ. Cæſar. d. 11. Jan. a. 1668. LIMN. T. I. *Addit.* ad L. IV. C. IX. n. 104.

(e) v. SCHWED. l. c. §. 17. 18. SCHILTER. *J. Publ.* T. XIX. p. 115. HORN. C. XLIV. §. 29. ubi de variis litibus præcedentiæ.

XXIX Fundamentum præcedentiæ & hic, deficiente lege, non aliud eſt, niſi *conſenſus* expreſſus vel tacitus; ſed cum hic difficilis ſit ad probandum, *obſervantia* loco legis, & *antiquitas* familiæ, itemque *poſſeſſio*, loco tituli eſſe ſolent.

XXX Cum vero Membra Imp. immediata Imperatori & Imperio partim feudi, partim ſubjectionis, lege ſint obſtricta, competit Imperatori etiam *Jus exigendi & Vaſallagium* & *Homagium*; illud a Vaſallis, hoc a ſubditis Imp. immediatis.

XXXI Porro uti omnes Imp. Status & ſubditi *generali* Imperatoris & Imperii *Protectione* gaudere debent, ne aliud auxilium intra vel extra Imperium implorare opus ſit, ita Imperatori competit *Jus dandi protectoria* ſpecialia, quorum virtute quis in peculiarem Imperatoris & Imperii tutelam, contra omnem vim & moleſtiam, ſub gravi pœna, recipitur, majoris ſecuritatis cauſſa.

XXXII.

XXIX. CRUS. de *Jure præced.* L. I. C. IX. RULPIS. l. c.

XXX. v. Supra, L. IV. C. XXII. § conf. COCCEJ. C. XXIII. § 37.

XXXI. v. *Cap.* JOS. a. VIII. ibique *Medit.* R. J. 1548. §. 67. *Cap.* CAROLI VI. a. XXVII. CAR. VII. a. XXVI. § 1. 2. 3. KNIPSCHILD. de *Civ. Imp.* C. XXXIV. § 42. RÖSLER. de *Protectoriis Cæſ.* STRUV. C. XII. § 14.

XXXII. Sed tamen cautum, ne Imperator protectiones Principum exterorum ſuper Status Subditosve, immediatos & mediatos, amplius admittat, nec admiſſas olim confirmet, ſed potius tollat, vel reſtringat; imo & cautum, ne Protectoria Cæſarea, mediatis conceſſa, Superioritati Territoriali aut jurisdictioni Immediatorum, derogent.

XXXIII. Et quemadmodum Imperatori haud licet, ſubditos Statuum, aut Immediatorum, ab obſequii vinculo, quo ipſis tenentur, ulla ratione ſolvere: ita nec impedire poteſt Status Imp. immediatamve Nobilitatem, quo minus ipſi Jurium ſuorum ſatagant, ac ſubditos fræna mordentes, cum vel ſine vicinorum ope, in Ordinem redigant, quin potius illicitas ſubditorum colligationes & conjurationes diſſipare, Statuumque provincialium poteſtatem exorbitantem coarctare debet.

XXXIV. Porro inter Reſervata Imperatoris refertur *Jus reſtituendi famam*, ab Immediatis vel mediatis, ob turpe factum, lege vel

XXXII. *Cap.* JOS. CAR. VI. & CAR. VII. ll. cc.

XXXIII. v. *Cap.* JOS. a. III. VII. & CAROLI VI. a. XV. ibique *Spicil. Obſ.*

XXXIV. v. VITR. L. III. T. II. §. 17. SCHWED. C. XVI. §. 1. ſqq. HORN. C. XLVI. §. 13. Dn. GRIEBNER. Diſſ. de *Jure reſtit. famam.*

vel ſententia Iudicis, amiſſam: quod licet nonnulli in dubium vocent, tamen prorſus negari nequit, ſed diverſi caſus probe ſecernendi ſunt.

XXXV. Quodſi enim infamia in Summis Imperii Tribunalibus, ſive Immediatis, ſive mediatis, irrogata fuerit, nonniſi Cæſaris auctoritate ea tolli poterit. Eadem videtur ratio eſſe, ſi ex Receſſibus Imp. vel Jure Rom. infamia contracta fuerit, niſi quod circa hanc tollendam forte Statuum quoque auctoritas in ſuis Territoriis quid valeat.

XXXVI. Quod ſi vero lege provinciali, aut ſententia in judiciis Statuum, exiſtimatio amiſſa fuerit, a Domino Territ. reſtitutio fieri non ſolum poteſt, ſed etiam debet, nec Imperatoris gratia ſufficit, quippe qui Statuum Superioritatem & juriſdictionem turbare nequit.

XXXVII. Hoc autem pacto reſtitutus etiam extra Territorium pro homine integræ famæ æſtimandus eſt, quia nulla eſt cauſſa, cur alii infamem exiſtiment, cui notam ille abſtulit, cujus auctoritate inflicta eſt.

XXXVIII. Ceterum Reſtitutio fit vel *expreſſe*, vel *tacite*: hoc, ſi Imperator, vel, ad ejus exemplum, Dominus Territorialis, promovet

XXXV. -- XXXVII. v. HORN. l. c. LYNCKER. ad SCHWED. C. XVI. §. 1.
XXXVIII. v. VITR. l. c. §. 18. SCHWED. §. 4.

movet infamem ad dignitates & officia, quæ non niſi integer famæ gerere poteſt.

XXXIX. Decernitur autem ab Imperatore reſtitutio ut plurimum ad prævias ſupplicantium preces, Judicio Imp. Aulico porrectas, quod easdem Cæſari referre, atque dein, quod decretum eſt, per Cancellariam Imperialem expediri curat: qui modus facile etiam ad Dominos Territoriales applicari poteſt.

XL. Dicta ad reſtitutionem *gratiæ* tantum ſpectant, quam tamen bonus Princeps non ſine ratione decernet: at reſtitutio *juſtitiæ*, qua fama, per injuſtam ſententiam ablata, per aliam ſententiam reſtituitur, ad poteſtatem judiciariam pertinet.

XLI. Ex dictis liquet, quousque *Comites Palatini* Jus iſtud, ubi ab Imperatore conceſſum eſt, exercere queant. De effectibus reſtitutionis in jure privato agitur.

XLII. Refertur quoque ad Reſervata Imperatoris *Jus legitimandi illegitime natos:* quod intuitu *Immediatorum* forte minus habet dubii. Licet enim Status Imp. quoque ſuos liberos, vi Superioritatis Territorialis, legitimare poſſe videantur, idque ad effectum exiſtimationis & dignitatis etiam extra Territorium valere poſſit, tamen ſi de ſucceſ-

XXXIX. v. SCHWED. l. c.
XL. HORN l. c.

ſucceſſione in Territorio, & receptione hujusmodi legitimatorum inter Status Imp. quæratur, omnino Imperatoris auctoritate opus eſſe videtur.

XLIII. Sed de *mediatorum* legitimatione aliud pronunciandum erit quippe quam Imperator in Territoriis Principum, his invitis, nec ipſe, nec per Comitem Palatinum, ſalva Superioritate Territoriali, exercere poterit: quamvis nec facile obſiſtere legitimationibus Comitum Palatinorum Status Imp. ſoleant.

XLIV. Eadem videtur ratio eſſe *juris concedendi veniam ætatis*: quamvis, cum *Principes* Imp. in iis, quæ ad regimen Territorii ſpectant, legibus privatis legitimam ætatem definientibus, non teneantur, integrum iis eſſe videatur, pro majorennibus ſeſe, etiam absque venia ætatis impetrata, in Territorio gerere, ejusque regimen ſuſcipere; præſertim cum Legibus Imp. publicis nullibi prohibitum ſit. conſultius tamen erit, veniam ætatis ab Imperatore, ſaltem obſervantiæ teſtandæ, omnisque ſcrupuli tollendi cauſſa, petere, inprimis cum nec facile illam denegare ſoleat.

 XLV.

XLIII. HORN. §. 12. DN. GRIBNER. de *Jure legitim. Comit. Palat.* §. 7. ſeqq.
XLIV. Diſſ. m. de *Major. Princip. ætate.* §. 17. ſqq. STRUV. l. c. Cap. XIII. §. 6.

XLV. Petitur autem venia ætatis ab Imperatore, adductis ſimul rationibus, &, ſi opus fuerit, teſtimoniis, petentem ad regendas terras ſuas eſſe idoneum: re itaque coram Judicio Aul. examinata atque decreta, in Cancellaria Imp. Diploma conficitur, una cum mandato ad Regimen vel Status Provinciales, ut liberam Principi vel Comiti regiminis adminiſtrationem concedant.

XLVI. Licet vero, juxta communem opinionem Cæſar etiam in *Territoriis* Statuum per *Comites Palatinos* iſtud jus exerceat: tamen potentiores hoc non temere admittunt; quod illud facile in præjudicium tertii, vel etiam juris Territorialis, cedere, variaque incommoda inde enaſci queant; ſaltem, ipſis invitis, illud, ſalva Superioritate Territ. ſua, exerceri haud poſſe, perſuaſi ſunt.

XLVII. Ceterum jura hæc, *reſtituendi* ſcil. *famam, legitimandi*, atque *veniam ætatis concedendi*, *VICARIIS* quidem Imp. itidem tribuuntur, ſed tamen non niſi ad eundem modum, quo Imperatori competunt, iis tribuenda eſſe, facile intelligitur.

XLVIII.

XLV. v. FRITSCH. ad LINN. L. II. C. IX. n. 148. SCHWED. C. XV. HORN. §. 11. ibique Reſcript. D. JOH. GEORG. III. d. 30. Dec. 1681. ad Sen. Lipſ. aliaque hac in parte in Saxonia geſta.

XLVI. v. STRUV. C. XIII. §. 5.

XLVII. v. Dn. GRIBN. de *Jurib. Vicar.* §. 28.

XLVIII. Denique Reſervatis olim annumeratum *Jus* univerſitati cuidam *Jus civitatis concedendi* (*a*) ac hodie, vi Superioritatis Territ. illud a Statibus recte exerceri, nec conceſſione vel confirmatione Imperatoris amplius opus eſſe, a plerisque non ſine ratione exiſtimatur, quod etiam praxis nonnullorum & exempla confirmant (*b*).

CAP. X.

DE

JVRIBVS MAJESTATIS IMPERIALIS CIRCA RES SEV BONA.

§. I.

SEquuntur *Jura* Majeſtatis Imp. circa ***RES*** ſeu ***BONA*** in Imperio contenta, quæ partim ex *Imperio*, partim ex *Dominio*, profluunt. Sunt autem Bona iſta vel *Publica*, vel *Privata*. Illa, quæ & *Bona Imperii* vocantur, tum ***FISCVM*** Imperatoris, tum ***ÆRARIVM*** Imperii, tum ***FEVDA*** & ***ALLODIA*** ceteraque ***TERRITORIA*** Statuum, ambitu ſuo complectuntur.

 II

XLVIII. (*a*) Autores hujus Sent. v. ap. SCHWED. C. XVIII §. 3 quibus accedant LYNCKER. ad h. l. §. 4. & MVLZ *Repræſ. Maj. Imp.* P. I. C. XXIV n. 16 Conf. Reſcript. D. LEOPOLDI ap. SCHOTTEL. de *antiquo Jure Germ.* C. XI. §. 27.
(*b*) v. SCHWED. l. c., HORN. §. 18. STRVV. c. XI. §. 37. Do. THOMAS. de *Jure danda Civit.* §. 35. ſqq.

II. Apud *Romanos* Bona publica ab Imperatoribus in duo corpora diviſa fuerunt, quorum alterum *FISCVS*, ſeu *Res privatæ Principis*, item *Res Dominicæ*, alterum *ÆRARIVM ſacrarum Largitionum*, appellatum eſt: illud *Principis*, hoc *Populi* fuit.

III. Apud *Germanos*, a tempore conditi Francorum Regni, Terræ inter REGEM, & *Ingenuos* ſeu *Milites*, poſtea *Nobiles* dictos,

§. II. v. PLIN. *Paneg.* ad TRAJ. ibi: *At forte non eadem ſeveritate* FISCVM, *qua* AERARIVM, *cohibes? Imo tanto majore, quanto plus Tibi de Te, quam de Publico credis.* GOTHOFR. ad C. Th. de *Palatinis S. Largit. & Rer. Priv.* it. ad T. de *J. Fiſci.* SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. I. § 10. COCCEJ. J. P. C. IX. §. 17. 18.

III. IV. v. MARCULFI L. I. Form. 12. ap. BALVZ. T. II. p. 381. ibi: *Poſſeſſiones aut Munere regio, aut de alode parentum.* Idem C. 2. ibi: *Epiſcopus monaſterium in pago illo aut ſuper ſua proprietate, aut ſuper fiſco noſcitur ædificaſſe.* BIGNON. ad h. l. *His verbis notatur maxima rerum diviſio eo ſeculo recepta. Omnia namque prædia aut propria erant, aut fiſcalia.* DU FRESNE *Gloſſ.* v. Fiſcus. ibi: *Fiſcus feudum, beneficium, præſertim vetuſtioribus Scriptoribus, quia in primæva feudorum inſtitutione Principes terras fiſcales ſeu patrimoniales fidelibus ſuis, ſeu ſubditis, concedebant in beneficium & feudum, idque ad vitam: unde fiſci nomen retinebant.* SCHILT. ad *J. Feud. Alem.*

ctos, ita diſtributa fuere, ut cujuslibet Provinciæ partem REX ſub nomine *Fiſci*, partem *Nobiles* ſub titulo *Allodii*, poſſiderent.

IV. Sed ſucceſſu temporis e Terris *Fiſcalibus* aliæ *Eccleſiis* & *Monaſteriis* donatæ, aliæ *Fidelibus* Regni, h. e. Officialibus vel Miniſterialibus & Militibus, ſub lege fidelitatis, idque ſalarii vel ſtipendii loco, conceſſæ ſunt: utræque initio *Beneficiorum* vel *Muneris Regii*, hæc vero deinceps *Feudorum*, nomine venerunt, quamvis & hæc *Fiſci* nomen aliquamdiu retinuerint.

V. *FISCUS* autem, qui & *Domanium*, vel *Camera*, item *Dos* & *Bona Coronæ*, appellitari ſvevit, Jure Francorum & Germanorum complectebatur omnia bona, quæ Regi non ſolum ad dignitatem ſuam tuendam, ſed & Reip. onera ferenda, idque citra differentiam rerum privatarum & publicarum, Populi voluntate attributa erant.

Alem. Rubr. §. 2. HERT. *Not. V. Franc.* R. C. III. §. 56. THOMAS. *Selecl. Feud.* §. 25. 34.

V. VI. SPELMAN *Gloſſar.* v. Fiſcus. HOTOM. *Franco-Gall.* C. VIII. SCHILT. J. P. L. II. T. I. §. 11. 12. PFEFF. VITR. *Ill.* III. T. XIIX. §. 2. *Medit.* ad *Cap.* JOS. a. XXVIII. p. 275.

(*) A Fiſco diverſum erat Patrimonium Regis, *Proprietas Dominicalis*, ſeu *Proprium Dominicum*, vocatum, quod e paterna hereditate Regi obvenerat. v. LEHMANN. *Chr. Spr.* L. II. C. XLIV.

VI. In his duo diſtinguenda: 1. ipſa *ſubſtantia* rerum fiſcalium, quam partim *Terræ fiſcales*, atque in his cum Palatia Regum, Caſtra, & Villæ Regales, tum prædia & agri, tum hominibus fiſcalinis; partim *Jura fiſcalia*, quæ & *Regalia* dicta, abſolvebant: 2. *Reditus*, ſeu fructus terrarum & jurium, quæ vel in pecorum & frugum emolumentis, vel in pecunia numerata, vel in aliis præſtationibus, conſiſtebant.

VII. Percipiebantur igitur *Reditus fiſcales* 1. e Terris fiſcalibus Regni Franco Germanici (*a*), 2. e Terris exteris Regno quæſitis, cumprimis Regno Italiæ & Arelatenſi (*b*), 3. e Terris tributariis (*c*); 4. e Prædiis

VII. (*a*) Quales in omnibus Provinciis dabantur, citra differentiam Immediatarum & Mediatarum, licet ſecus viſum ſit COCCEJO C. III. & Sect. 2. & C. IX.

Inprimis vero *Terra Rhenenſis* immediate fiſco regio adſcripta erat, plurimisque palatiis regiis diſtincta; quæ tamen partim Comiti Palatino partim Archiepiſcopis, ſenſim ceſſerunt. v. Dn. GLAFEY *Hiſt. J. Polem* L. 2. C. VI. Th. 3. p. 392. ſq.

(*b*) Ubi reditus ordinarii diſtingvendi ab extraordinariis præſtationibus, quales erant *Fodrum*, *Parata*, & *Manſionaticum* v. RADEVIC. de *R. geſt. Frid.* I. L. II. C. V. OTTO de S. BLAS. C. XIV. FRISING. L. II. C. 11. LEHMAN. L. V. c. 67. HENNIG. de S. *Pot. Imp.* C. V. §. 12. GOLD. præf. der

diis tributariis ac cenſualibus, tributoque ac cenſu regali inde ſolvendo (*d*); 5. e Cenſu Civitatum Germanicarum & Italicarum (*e*); 6. e Cenſu Judæorum (*f*); 7. e Cenſu animalium (*g*); 8 e Muneribus annuis (*h*); 9. ex Banno Dominico & Freda (*i*); 10. ex Metallifodinis (*k*), 11. ex Teloniis &

der Reichs - Handel COCCEJ. § 10 STRUV. C. X. §. 10. 11. Dn. BOEHMER. de *Subſid. pecuniar. a Statibus Ital. Imperatori Rom. Germ præſtand.*

(*c*) v. FRIS. *Chron.* L. VII. C. 19. de S. BLAS. c. VII. HENNIG l. c.

(*d*) v. *Capit. Franc.* L. IV. C. 24. L. III. C. 54. LEHM. l. c. p. 160. 161. 162. HENNIG. §. 5

(*e*) v. LIMN ad C. CAR. V a. XXVIII STRUV. §. 3. NITSCH. ad *Cap.* JOS. a. XXVIII. §. 2. LUDEWIG. de *D. Cru nexu*, C X.

(*f*) Qui & *Servi Cameræ Imperialis* dicuntur. v. *Spec Suev.* C 346 ibi *des Reichs Knechte. Dipl.* FRID. II ap. LAMBEC. *Bibl Caſ.* L. II. C. V. p. 80. ibi: *Cum Imperialis auctoritas a priſcis temporibus ad perpetuam Judaici ſceleris ultionem eisdem Judæis perpetuam indixerit ſervitutem.* HENNIG. §. 10. STRUV. § 8.

(*g*) Qui *inferenda* dictus. v. LEHM. C. XLIV p. 164. HENNIG. §. 6.

(*h*) v. *Annal. Franc.* a. 870. SIGEB. a. 662. LEHM. L. II. C. 39. p. 127.

(*i*) (*k*) (*l*) (*m*) v. LEHM. C. XLIV. HENNIG. §. 3. 4. 8. STRUV. §. 5. 6. 9.

& Vectigalibus (*l*), 12. ex jure monetandi (*m*), 13. ex fructibus Feudi aperti (*n*); 14. ex Jure Regaliæ (*o*), 15. ex bonis naufragorum (*p*).

VIII. Spectarunt Bona hæc fiſcalia ſive Domania ad Reges & Imperatores Jure *Dominii* qui adeo non ſolum per Duces & Comites, Cameræ Nuncios vel Comites Palatinos, aliosve Præfectos, eadem adminiſtrarunt (*a*), ſed & *Reditus* libere in ſuam vel Reip. utilitatem impenderunt (*b*).

IX. An vero & libere *alienare* licuerit ipſam terrarum ac jurium fiſcalium *ſubſtantiam?*

(*n*) (*o*) (*p*) v. SCHILT. J P L. II. T. I. §. 11.

(*a*) VIII. v. Dn. FRESNE *Gloſſ.* v. Camerarii. GOLD. ad ECKARD. de *Caſ. Mon. S. Gal.* p. 180. GUNDLING. de *ſtatu Reip. G. ſub Conr.* I. §. 7. d). HERT. de *Orig. Spec. Rer.* § 7. HENNIG. §. 1.

(*b*) Nulla olim apud Germanos inter Fiſcum & Ærarium diſtinctio fuit. v. SCHILT. l. c. §. 11. unde nec inter proprietatem Populi & Regis, item inter proprietatem redituum, & adminiſtrationem, diſtingvere opus eſt, uti placuit COCCEJO. § 17. 18.

IX. (*a*) v. Contrarias hac de re ſententias STRAUCHII Diſp. de *Oppignorat. Imp.* Th. 20. - 31. & CONRINGII de *Fin. Imp.* C. XIX. §. 21. Conf. SCHILT. l. c. ubi diſtingvit inter res in prima fundatione Regno aſſignatas, & poſtea acquiſitas Dn. GUNDLING. de *Jure Oppign. Territ.* §. 44. ſq.

tiam? dubium (*a*) Debebat ſane, ex natura rei, facultas alienandi circumſcripta eſſe; at *CAROLINGOS* & *SAXONES* libere de bonis Imperii diſpoſuiſſe, tot Diplomata, ac donationum inprimis exempla loquuntur *SUEVORUM* ævo jam, ut videtur reſtringi cœpit hæc Imperatorum facultas (*b*); ſed magis adhuc a CAROLI V. ætate illud factum eſt adeo, ut hodie IMPERATOR Bona Imperii, ſine *Conſenſu Statuum*, nec alienare, nec oppignorare queat (*c*)

X. Verum ſucceſſu temporis *Fiſcus* Imperialis per varias alienationes, donationes, conceſſiones, oppignorationes, venditiones, uſurpationes, exemtiones, ab Imperatorum

44. ſqq *Spic. Obſ* ad *Cap.* CAR. VI. a X. p. 195 Conf Supra L. I. C. XVIII. §. 14.

(*b*) v Decretum FRID. II. *Herbip.* a. 1216. *quod non liceat ulli Rom. Regi ſeu Imp. Principatum aliquem ab Imperio aliquo modo alienare.* ap. GUNDL. l. c. §. 46. *Spec Sax.* L. III. a. 54.

(*c*) v. *Cap.* CAROLI V. a. IX. LEOP. a. XV JOS. a. XII. CAR. VI a. X. CAR. VII. a. X. §. 1. Conf. RHET J P. L. II. T. XXXII. § 5

X. v SCHILT §. 13. HENNIG. §. 13. 14. 15 GLAFEY l. c. p. 393.

(*) Summa redituum quæ fuerit FRIDERICI I. ævo, ſec. SCHNEIDEW. ad *T. Inſt de Succeſſ. Fiſci* n. 5. quæ hodie? v. AVITY *les Etats* &c. *L' Eur.* T. I. p. 663.

torum vel nimia liberalitate, vel imprudentia, vel negligentia, vel temporum injuria, profectas, ita *imminutus* atque *exhauſtus* eſt, ut hodie Imperatoribus, ab tuendam Dignitatem, terrarum hereditariarum proventibus, &, ad ferenda Reip. onera, Collectis Statuum, opus ſit.

XI Nimirum Ducibus & Comitibus, nec non Epiſcopis & Prælatis, cum Territorio etiam terræ fiſcales, & cum Regalibus conceſſis jura fiſcalia ſenſim accrevere · Ditiones Italicæ & Arelatenſes, æque ac tributariæ, vel in totum, vel ſaltem quoad dominium utile, Imperatori & Imperio ſubtractæ ſunt.

XII Ceſſarunt jam dudum annua munera, variaque Cenſus genera. ceſſavit jus Regaliæ jam ab OTTONIS IV. tempore: & licet metallifodinæ, & vectigalia, nec non facultas utendi fruendi Judæis, diutius ſervata fuerint; tamen a tempore CAROLI IV. quicquid eorum reliquum fuit, itidem ad alios pervenit · ſicut & jus monetandi pluribus conceſſum eſt.

XIII. Ex ſolo *Cenſu Civitatum* nonnihil ſupereſt: licet magna quoque pars ejus, variis modis, in aliorum manus pervenerit, Imperioque

XI. -- XIII. v. RHET L. I. T IV. §. 60. 61. HENNIG. l. c. NITSCH ad *Cap.* JOS. a. XXVIII §. 3. 4. *Cap.* CAR. VI. a. XVII. & XXII. CAR. VII. a. XVII. §. 17 STRUV. §. 13. HORN. C. XLIV. §. 32.

rioque ſubductus fuerit. Ut adeo hic *Cenſus*, & *mulctæ* fiſcales, item fructus *feu lorum* in pœnam *vacantium*, hodie fere ſoli reditus Imperatoris abſolvant, dum *taxæ* Cancellariæ in ejusdem ſuſtentationem fere impenduntur, quæ nec temere, ſaltem non ſine Statuum conſenſu comitiali, augendæ, nec ſine Moguntini conſenſu minuendæ

XIV. Hinc varia de inſtaurando Imperii Patrimonio ſeu Domanio conſilia ag itata: Alii vectigalia, alii bona eccleſiaſtica, a poſſeſſoribus repetenda, cenſuerunt. Sed placuit potius, *cenſum* civitatum, *aliosque reditus*, ſine conſenſu Electorum alienatos, ab injuſtis detentoribus vindicandos, & in hunc finem certam deſignationem Cancellariæ Moguntinæ exhibendam eſſe.

XV. Placuit etiam, *feuda majora* in poſterum *vacatura* non facile iterum cuiquam concedenda, ſed pro ſuſtentanda Imperatoris & Imperii dignitate ſervanda eſſe: ſed, propter pacta ſucceſſoria, & conceſſas expectativas, caſum haud facile exiturum, alii augurantur.

XVI.

XIV. v. *Cap.* JOS. a. XXVIII. ibique MITSCH. & *Medit.* CAROLI VI. a. XI. CAROLI VII. a. XI. §. 16 17.

XV. v. *Cap.* JOS. a. XXIX. CAROLI VI. a. XI. CAR. VII. l. c. §. 10. 11. RHET. L. I. T. IV. §. 61. BUR. HER. p. 138. HORN. l. c.

XVI. Mutatis in rebus, defectum *Fiſci* ſupplet *ÆRARIUM*, quod hodie triplex in Imperio eſt: *Ærarium Imperiale*, quod tempore belli inprimis per collectas Imp. conſtituitur, *Ærarium Camerale*, ad ſuſtentationem Cameræ deſtinatum, & *Ærarium Circulare*, quale in quolibet Circulo datur.

XVII. *COLLECTÆ*, quæ & *Tributa* vocantur, ſunt vel *Univerſales*, ſeu Imperiales, quæ ab univerſo Imperio præſtantur, vel *Circulares*, vel *Provinciales*. *Univerſales* iterum vel *ordinariæ* ſunt, quæ quotannis ſolvuntur, & certo quanto matriculari conſtant, vel *extraordinariæ*, quæ nonniſi exigente neceſſitate, v. g. bello exorto, conferuntur.

XVIII. *Jus indicendi* Tributa, ſeu Collectas Imp. univerſales, IMPERATORI quidem competit, qui tamen nonniſi ex *communi* STATUUM *conſenſu*, eoque comitiali, eadem *decernere*, nec per modum *Imperii*, ſed *conventionis*, exigere poteſt: & licet olim, urgente neceſſitate, vel cum *Electoribus* tantum, vel cum ſingulis *Circulis*, de

XVI. SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. I. §. 14.

XVII. SCHWED. *P. Spec.* R. *I.* C. XXVI §. 7. STRUV. C. XXIII. §. 34.

XVIII. v. INSTR. P. a. VIII. §. 1. *Cap.* IOS. XVI. ibique *Medit.* c) CAR. VI. a V. HENNIG. de *S. Pot. Imp. c. Sec.* C. IV. §. 4. 7. SCHWED. §. 8.

de Collectis decernendis actum fuerit, tamen hodie illud non niſi in *Comitiis*, idque in caſibus etiam ſubitis, fieri debet.

XIX. Sed an conſenſus *omnium* requiratur, an vero *majora* in decernendis Collectis ſufficiant? diſceptatum. Electoribus cum Imperatore majora placuere, quibus & Catholici Principes adſtipulati ſunt. Evangelici inter voluntarias, & neceſſarias diſtinxere, atque in his tantum, ſi neceſſitas fuerit manifeſta, majora admiſere, Civitates unanimia voluere: at hucusque amicabilis compoſitio locum habuit.

XX. *Modus* collectandi triplex occurrit: Vel ſecundum *communem denarium*, vel ſecundum modum *Expeditionis Romanæ*, vel ſecundum *voluntariam determinationem*, ſeu modum *placidæ conventionis*; ſed tertius hic infrequentior eſt.

XXI. *Primus* modus, ubi pro diverſitate perſonarum & facultatum certus cenſus omnibus & ſingulis, immediatis & mediatis, idque itidem diverſimode, impoſitus fuit, tempore SIGISMVNDI ortus, poſtea ſenſim ceſſavit, cum ut Status Imp. huic oneri ſe

XIX. v. HERT. *Grundſ.* P. III. C. VII. CONRING de *Comit.* §. 56. *Medit.* ad I. P. *Spec.* V. p. 758. WITSCH ad C. IOS. a. XVI. § 9. STRUV. §. 35.

XX. v. LIMN. J. P. L. IV. C. VII. SCHWED. §. 9. 10. 11. MAURIT. de *Matric.* n. 27.

ſe ſubducerent, tum ne reditus ipſorum
palarentur.

XXII. *Secundus* modus, occaſione
ditionis Romanæ, ubi quilibet Status &
ſallus Imp. Imperatorem Romam proſici
tem cum certo militum numero co
obſtrictus fuit, introductus, & a MAX
LIANI I. tempore ad hunc usque dien
quentatus eſt.

XXIII. Sicutienim, Comitatu illo ad 2
peditum & 4000. equitum ad 6. menſes
ſtituto, cuique Statuum, pro ratione b
rum, certus peditum & equitum num
quem ipſe mittere, aut pro quolibet e
12 florenos, & pro pedite 4. florenos
vere tenetur, definitus fuit: ita juxta
quantitatem hodie Collectæ computa
ita, ut vel ſimplum, vel duplum, ſ
plum, centuplum, & ultra, pro nece
tis ratione, decernatur.

XXIV. Quinam modus *æquior* ac *u*
ſit? aliquando in Comitiis diſputatum,
primus, ſi in ſe ſpectetur, æquiſſimus
tur, ſed in applicatione difficillimus
hinc prævaluit *ſecundus*, licet neque hic
ſicultatibus & querelis careat; *tertius*, q
D

XXI. XXIII. v. LIMN. L. II. C. IV. & L. IV. C.
SCHWED. §. 9. 10. STRUV. §. 36. 37. 38.
XXIV. v. LIMN. T. IV. p. 443. ſqq. SCHWED.
TITIUS *J. Publ.* L. VI. C. II. §. 33. 34. 35.

mero Statuum beneplacito dependet, ſi quisque Statuum bona fide, pro ratione virium, ad onera ferenda ſe obſtringeret, Imperio utiliſſimus videri poſſet.

XXV. Interdum quoque repartitio fit in Circulos, & ſingulis Circulis ſuum quantum pro rata matriculari aſſignatur, in quolibet vero Circulo dein ſinguli Status ſuam ratam conferunt.

XXVI. Decretas ita in Comitiis Collectas IMPERATOR ſolus ſuo & Imperii nomine *indicit*, præfixo etiam ſolutionis termino, qui tamen Statibus invitis mutari nequit: idque etiam ſub pœna banni, vel ſolvendi dupli.

XXVII. Obſtricta ſunt regulariter *Omnia Imp. Membra* ad Collectas ſolvendas, niſi quis immunitate gaudeat: non vero ab Imperatore *immunitas* aut *moderatio* cuiquam, ſine Statuum conſenſu, concedenda, neque

 bona

XXV v. *Staats-Canz.* T XII. p. 549. STRUV. §. 38.

XXVI. *Cap.* JOS. & CAR. VI. ll. cc. R. J. 1567. §. *derowegen und* & §. *Ob nun wohl. Med.* ad *Cap.* JOS. a. XVI. p. 198 199. HENNIG. §. 4.

XXVII. v. *Cap* JOS. l. c. ibique MITSCH. §. 11. 12. a. XXXI. ibique *Medit.* CAROLI VI. l. c.

(*) Dicendum de *Moderatione* & *peræquatione* Matriculæ, de qua hucusque in Comitiis laboratum eſt. v. *Lunig. Archiv.* P. Gen. p. 772.-786.

bona Imp. ad ſe devoluta immunia reddenda, neque, ut Status ab Extero eximatur, permittendum, exemti vero a Statibus cum onere repræſentandi.

XXVIII. Olim Status Imp. Collectas Imperiales ex ſuis Domaniis ſolvebant, ſed poſtea iis indultum, ut a ſubditis easdem exigere liceat. Solvendæ autem ſunt terminis præfixis atque ad Civitates, ſolutioni deſtinatas, quales *Norimberga*, *Auguſta*, *Francofurtum*, & *Lipſia* eſſe ſolent, mittendæ, ubi a Quæſtoribus Circulorum *recipiendæ & Quæſtori Imperii*, ut videtur, *reddendæ ſunt*. Contra contumaces vero ſecundum executionis ordinationem procedendum; quamvis de mora ſolvendi ſæpe audiantur querelæ.

XXIX. Hodie tamen Imperator breviori ut plurimum via utitur, & vel potentioribus Principibus, validas copias contra hoſtes educentibus, vel etiam Ductoribus militum, certam ſummam, a Statibus contribuentibus immediate illis exſolvendam, aſſignare ſolet.

XXX.

XXVIII. v. R. I. 1542. §. 14. R. I. 1542. § 53. 54. R. I. 1548. §. 102. R. I. a. 1576. §. 11. R. I 1512. §. 14. R. I. 1613. §. 4. INSTR. P. a. XVI. SCHWED. §. 12. 13. STRUV. § 38. *Med.* ad *Cap.* 105. p. 199.

XXIX. v. *Medit.* ad *Cap.* 106. l. c.

XXX. *Adminiſtratio* Collectarum licet a ſolo Imperatoris arbitrio non dependeat, quippe qui, ne ad alios uſus, quam ad quos deſtinatæ ſunt, impendantur, providere debet; tamen nomine & auctoritate ipſius eas fieri ſolet: unde Quæſtorem Imp. ex præſcripto Imperatoris eas erogare, atque deinceps rationes de erogatis in Comitiis reddere oportet, exceptis iis, quæ libero Imperatoris arbitrio permiſſæ ſunt.

XXXI. Neque *Nobiles Immediati* a Collectis plane ſunt immunes, quamvis non ex decreto Comitiali, nec ſecundum quantum matriculare eas ſolvant, ſed a Cæſare per litteras ad ſingula Corpora emiſſas, requiſiti, *Subſidium Charitativum*, quod vocant, in ærarium equeſtre conferant, in cujus oblatione Reverſales de non præjudicando accipiunt.

XXXII. Ceterum & VICARIOS Imp. jure non ſolum *reditus*, ad *Fiſcum* Imperatoris pertinentes, colligendi, ſed & *Collectas* Imp. ex conſenſu Statuum imperandi, gaudere, non dubitandum.

XXX. v. *Cap.* CAR. VI. l. c. CAR. VII. a. HENNIG. §. 10. TITIUS §. 39. 40.

XXXI. v. MAURIT. de *Nobil.* th. 15. SCHWED. §. 14.

XXXII. v. A. B. C. V. Do. WERNHER. *de Jur. Vic. in A. B. expreſſ.* §. 39.

XXXIII. Porro & *FEUDA* Imperii, & *ALLODIA*, & *CIVITATUM* Imp. *Territoria* ad *Bona* Imp. *Publica* pertinent. Et in *FEUDA* quidem Imperii, quæ ex *Fiſco* Imp. vel *Allodiis*, in feudum oblatis, exorta ſunt, *Dominium Directum* Imperatori & Imperio tribuitur, quod tamen non in ſenſu Longobardico, ſed LL. & Statui Imp. convenienti, exaudiendum eſt. Sed nec *ALLODIA* Imp. nec *CIVITATUM* Imp. Territoria, ab omni Jure *Superiori* immunia cenſenda ſunt. Forte hoc omne ſub *Dominii Supremi* vel *Eminentis* nomine complecti poſſes, quamvis id intuitu Feudorum plures & peculiares habeat effectus.

XXXIV. Primus hujus Dominii effectus eſt *Jus inveſtiendi Status* & *Vaſallos* Imp. de Feudis Imp. immediatis, Regalibus & non regalibus, majoribus & minoribus, ſive de novo collatis, ſive per ſucceſſionem vel electionem acquiſitis: quod uti ad *Reſervata* IMPERATORIS pertinet, (*a*) qui ſuo & IMPE-

XXXIII. *Annal. Met.* a. 847 ibi: *Dedit illi Comitatus & Fiſcos plurimos.* HENNIG. C. XIV. §. 1. STRUV de *Allodiis Imp.* § 2 6.

XXXIV. (*a*) v. *Cap.* Joſ. a. XXIX. ibique *Medit.* CAR. VI. a. XI. ITTER. de *Feud.* I. C. IX. TITIUS *J. Publ.* L. IV. C. VII. §. 7. HENNIG. l. c. §. 2. SCHWED. P. *Spec.* S. I. C. IX. §. 1. 5. STRUV. C. I. P. C. XII. §. 18.

IMPERII nomine illud exercet, ita & VICARIIS Imp. competit, exceptis tamen *Feudis vexilli*, ſub quibus & Comitum & Baronum Feuda continentur (*b*).

XXXV. *Obligatus* quoque eſt Imperator ad inveſtituram Statibus Vaſallisque Imp. ſine mora impertiendam, quæ licet *feudum* ipſum haud *conferat*, tamen ad *modum* habendi pertinet. Perficitur autem ab ipſo ſolenni ritu, immediate vel mediate, ubicunque placuerit; quamvis inter Principes & reliquos, item Germanos & Italos, differentiæ nonnihil in ritibus obſervare liceat. Sed de his infra fuſius.

XXXVI. Secundus effectus eſt *Jus conferendi feuda Imperio aperta:* Aperiuntur autem Feuda, vel extincta Familia, vel ob delictum, vel per refutationem. Sed circa collationem inter Feuda majora & minora, ac in illis inter Electoralia & reliqua, probe diſtinguendum eſt.

(*b*) v. A. B. C. V. §. 1. SCHWED. l. c. & C. XXXIII. c. 7. Dn. WERNHER. de *J. Vicar. in A. B. expr.* §. 40. ſqq. STRUV. C. XIV. §. 38. GUNDLING. de *Feudis Vexilli* §. 22. 23.

XXXV. v. *Cap.* JOS. & CAR. VII. a. XI. §. 1. ſq. ll. cc. TITIUS § 13. ſqq. SYBER. C. IX. §. 29. ſqq. STRUV. C. XII. § 29. 30.

XXXVI. v. SCHWED. C. XXII. §. 7.

XXXVII. *Electoratus* aperti neceſſario ab Imperatore aliis conferendi ſunt: exceptio tamen locum habet in Electoratibus *Eccleſiaſticis*, qui nunquam Imperio aperiuntur, in Regno *Bohemiæ*, ubi, extincta Familia regia, Ordines ſibi jus eligendi Regem vindicant, & in Electoratu *Bavariæ*, qui, extincta linea Wilhelmina, & ipſe extingui debet.

XXXVIII. Sed an *Electoratum* vacantem Imperator ſolus conferre poſſit? diſceptatur: *Electorum Conſenſum* requiri, nemo dubitaverit, qui, nec alia feuda majora ſine illorum conſenſu conferri, penſitaverit, quod & exempla comprobant: an vero & ceterorum *Statuum* conſenſus neceſſarius ſit? dubium; ſunt tamen, qui & hoc affirment.

XXXIX. De reliquis *Feudis* ac Territoriis *majoribus* liberius olim Cæſares diſpoſuere,

---

XXXVII. v. A. B. T VII. §. 5 & fin. I. P a. IV. §. 9. TITIUS §. 6. 7. JL. SCHWED. §. 8. 9. STRUV. §. 58.

XXXVIII. v. LIMN. I. P. T V. Addit. ad L. I. C. XII. p. 347. ſqq. ITTER. de F. I. C. VII. §. 15. SCHWED. C. XXII. §. 9. STRUV. § 59. 60. ubi exempla. TITIUS. §. 7. - 10.

XXXIX. v. *Cap.* CAR. V. a. XXIV. FERD. IV a. XXX. JOS. a. XXIX ibique *Medic.* d). p. 287. CAROLI VI. a. XI. CAR. VII. §. 10. LEHM. *Chr. Spir.* L. V. C. 105.

fuere, niſi quod dubia, an vacarent, ſententia Principum definienda fuerint. ſed a CAROLO V usque Capitulationibus caveri cœpit, non iterum conferenda, ſed *Domanio* Imp. ſervanda eſſe, donec Imperio ſatis de eo proſpectum eſſet. In Capitulatione FERDINANDI IV collatio ejusmodi feudorum Cæſari denuo permiſſa, ſed *conſenſu Electorum;* in Capitulatione denique CAROLI VI. ab illius quoque Collegii, cui ultimus poſſeſſor adſcriptus fuit, ſuſpenſa eſt.

XL. Par eſt ratio *Expectativarum*, quas licet Imperatores olim in Electoratus, aliaque feuda majora, itidem liberius concederent, tamen hodie arbitrium ipſorum hac quoque in parte circumſcriptum eſſe, ex Capitulationibus liquet. De *minoribus* vero Imp. feudis Imperator libere diſponit.

C. 105. CONRING. ad LAMP. P. III. C. V. §. 16. p. 194. MOHZ. C. V §. 5. ITTER. C. VII. §. 6. ſqq SCHWED. §. 10. HENNIG §. 4. TITIUS. §. 14. 15. STRUV. §. 59. 60. ubi exempla.

XL. v. *Cap.* JOS. l. c. ibique *Med.* p. 179. CAR. VI. l. c. ibi & CAR. VII. l. c. *auch niemanden einige* Expectanz *oder Anwartung drauf geben.* ITTER. C. X. TITIUS §. 10. STRUV. l. c. §. 61. ſqq. MASCOV. de *Expectat.* in *F. I.*

XLI. Tertius Supremi Dominii in Feuda Imp. effectus eſt *Jus percipiendi fructus ex Feudo*, in caſu delicti, vel refutationis, *vacante*; quod Imperatori competit, quamdiu delinquens vel refutans vivit, mortuo vero eo, demum legitimo ſucceſſori illud conceditur.

XLII. *Quartus* effectus videri poterat *Jus alienandi & oppignorandi*. Sed hoc circa *Allodia* & *Feuda* Imp., ceteraque Statuum *Territoria* (nam & ad *Civitates* Imp. hoc applicari poteſt, magis adhuc, quam circa *Domania* Imp. reſtrictum ac limitatum fore, facile eſt ad intelligendum.

XLIII. Equidem ante FRIDERICVM II. lex ea de re non extat: hujus vero Conſtitutione cautum, Principatus ſine conſenſu Imperii in alios non eſſe transferendos, quamvis de juribus & feudis minoribus nihil in ea reperiatur diſpoſitum: At Capitulatione CAROLI V. generatim jus alienandi & oppignorandi bona Imp. ad *conſenſum Electorum*, & CAROLI VI. ac VII. Capitt. ad omnium *Statuum conſenſum* adſtrictum, nec *Domini Terr.* conſenſus excludendus eſt.

XLIV.

XLI. v. SCHWED. §. 7. TITIVS. §. 54.
XLIII. v. Dipl. FRID. II. ſupra cit. *Cap.* CAR. V. a. IX. CAR. VI. a. X. CAR. VII. a. X. §. 1. G. A. STRUV. §. 46.-61.

XLIV. Hinc etiam ſequitur, quod Cæſar nec totum Imperium, nec quædam Territoria, aliis in feudum offerre queat: ſicut nec in ſe ſuamque Domum illa transferre, nec feuda, a ſubditis Statuum ſibi oblata, acceptare poteſt.

XLV. Quin potius ſedula a Cæſare navanda opera, ut alienata Imperii Territoria, ſive ſint Principatus, ſive Comitatus, aliave bona, alicujus momenti, ſive fiſco addicta, ſive non addicta, quæ injuſto titulo in aliarum nationum manus pervenere, quam primum fieri poſſit, in integrum reſtituantur.

XLVI. Electores vero Principes & Status in quieta rerum Imperii oppignoratarum poſſeſſione, vi Inſtrumenti Pacis, citra reluitionem ac revocationem, tuendi, adque ad ulteriorem Imperatoris & Statuum Imperii transactionem, conſervandi.

XLVII. VICARIIS Imp. *omne genus alienationis ſeu obligationis Rerum Imperialium* A. B. interdictum eſt: quod tamen hodie nonnulli ad eum modum, quo & ipſi Imperatori alienationes prohibitæ ſunt, accipiendum eſſe, exiſtimant.

XLVIII.

XLIV. v. TITIUS §. 23. & *I. Feud. Germ.* C. VII. §. 10. 13.

XLV. XLVI. Capit. CAROLI VII. a. X. §. 3. 4.

XLVII. v. A. B. C. V. Dn. WERNHER de *I. Vicar.* §. 51.

XLVIII. Quintus effectus eſt *Jus* … *ſcendi de Feudis Regalibus*, de quo ſu… actum. Sextus effectus eſt *Jus confir*… *Pacta, Contractus & Teſtamenta* Statuum … quibus de ſucceſſione in terras & bon… diſponitur, ad quod etiam illorum c… ſus, qui alias ad feudi collationem ve… nationem conſentire debent, requiri … nullis videtur: licet, an hujusmodi c… mationes hodie abſolute neceſſariæ ſin… an circa allodia, æque ac feuda, nece… ſint, alii dubitent, quod tamen utique … mandum videtur.

XLIX. Denique ad effectus Supremi… minii forte referri poſſet *Jus exigendi* … *ctas & ſervitia militaria* ex feudis Imp… hoc ex alio fonte derivandum, atque … jusmodi onera Imp. etiam ex Allodiis … terisque Imp. Territoriis, præſtanda e…

L. Forte & inter effectus Dominii S… mi, Cæſareæ Majeſtati in Territoriis S… um reſidui, numerandum eſt *Jus* vi…

XLVIII v. LIMN. ad *Cap.* CAR. V. a. XXIV. … L. IV. C. VIII. n. 153. MVLZ. *Repraſ. Ma*… P. II. C. XV n. 79. p. 490. STRYK. de *Succ*… *Int.* Diſſ. VIII. C. VII. §. 18. ITTER. C. … TITIVS §. 29. 30. *Spic. Obſ.* ad *Capit* CA… p. 155. STRUV. C. XIII. §. 1. & de *Allod.* … §. 13.

L. v. HENNIG. C. XI. XII. §. 1.

publicarum, quamvis quæ ex illo alias deducuntur, *Jus ſcil. conducendi*, & *jus libere ac ſecure* per Statuum Territoria *tranſeundi*, hodie vix inter peculiaria Majeſtatis Imperialis jura ſit referendum.

LI. Cum Jure *Viarum publicarum* affinitatem quandam habet, (quamvis ex illo ſolo non fluat) Jus POSTARVM, quod eſt jus habendi ac alendi rhedarios & curſores, publica auctoritate, ad perſonas & literas aliasve res, de loco ad locum, pro certa mercede, transferendas, conſtitutos.

LII. Utiliſſimum eſſe inſtitutum hujusmodi Poſtarum, ad provehendam Reipublicæ utilitatem, cumprimis negotia pacis & belli inter abſentes quoque tractanda, ſed & commercia promovenda, negari nequit: unde facile patet, non niſi ſummæ Poteſtatis eſſe, *Poſtas publicas* in Republica inſtituere.

LIII. Equidem Germania olim POSTAS hujusmodi PVBLICAS, præter *Tabellarios Civitatum*, ignoravit; usque dum *FRANC. TA-*

LIII. v. FRITSCH *Elect. I. P.* C. XI. WAGENSEIL de *Summis Official.* C. III. § 3. p. 14. Dn. LUDEWIG de *Jure Poſt. hered.* § 7. STRUV. C. XXX. § 33. R. I. 1641. *Cap.* LEOP. a. XXXV. JOS. XXXIV. CAR. V. a. XXIX. CAR. 6. XXVIII. MOSER *Staats Recht* L. 5. Cap. LXXVIII. ubi de Origine & progreſſu Poſtarum in Imperio Germ. nec non variis controverſiis deſuper enatis, prolixe agitur.

TAXIUS earum compendia MAXIMILIANO I. demonſtravit, ideoque Præfecturam Poſtarum in feudum accepit, ex quo tempore POSTÆ Publicæ ſenſim per univerſum Imperium, Cæſarum auctoritate, & Taxiorum ſolertia, magis magisque ordinatæ, & in Receſſibus I. ac Capitulationibus confirmatæ ſunt, IMPERIALES inde haud dubie cognominandæ.

LIV. Cum autem non ſolum Civitates quædam Imperii Tabellarios ſuos retinere contendantur, ſed etiam alii Status, cumprimis potentiores, Poſtas in ſuis Territoriis, &

LIV. * Prima Poſtarum fundamenta in *Rec. Imp. Noremb.* d. a. 1522. jacta ſunt, ubi, ad promovenda Imperii negotia, *Poſta* inter *Norimbergam* & *Viennam* decernitur. In *Rec.* etiam *Imp. Spirenſi* a. 1542. de Poſta Imperii communi conſenſu concluditur. Hinc LAMORALUS de TAXIS, & hujus Succeſſores, durante bello triceennali, Poſtas magis magisque ordinarunt: atque in *Rec.* Imp. *Ratisb.* a. 1641 decretum, Præfecturam Poſtarum Generalem in vigore ſuo conſervandam, quod & in *Capitul.* LEOPOLDI a. XXXV. & JOSEPHI a. XXXIV. repetitum; ſalvo tamen jure Comitis de PAAR, per privilegium FERDINANDI II. impetrato, & a LEOPOLDO a. 1656. confirmato.

LIV. v. STRUV. §. 34. 35. *Bibl. Jur.* C. XIV. p. 70. LEONHARD. *Miſcell. & Collect. I. Publ. Cur-*

de

& ex pacto etiam in alienis, inſtituerent, ſecuti exemplum Imperatoris, in Terris hereditariis ſuis itidem Poſtas inſtituentis: res contradictione Taxiorum non caruit, quorum cauſam, utpote, ad Reſervata Cæſaris ſpectantem, Reſcripta & Mandata Cæſarea tueri non dubitarunt.

LV. Cum autem varia quoque gravamina adverſus Poſtas Imperiales, earumque inprimis Officiales, ſubnata eſſent, præterea controverſiæ *Taxiorum* cum *Paario*, Generali Poſtarum Auſtriacarum Magiſtro, acceſſiſſent, atque hinc conſilia Electorum a Cæſare requiſita eſſent: Electores quidem a. 1637. Civitates Imperii in poſſeſſione vel quaſi Tabellariorum ſuorum, uſuque regalium huc ſpe-

de Regali Poſt. Jure. Medit. ad I. P. a. IX. §. 1. p. 1319. *Capit.* ll. cc. *Spicil. Obſ.* ad C. CAROLI VI. p. 313. ſeq. *Capit.* CAROLI VI. a. XXIX. v. *Litteræ Inveſt.* MATTHIAE, LEOPOLDI & JOSEPHI, item Comitis de TAXIS Reverſales in d. Append. Doc. p. 383. ſeqq. SCHWED. C. XVIII. §. 10.

LV. * Conſilium Electorum a. 1637. redditum huc tendebat; *daß denen Reichs-Städten ſelbſt, durch deren* Territoria, *ſolche Anordnung zu machen, Krafft ihrer Regalien, damit Sie vom Reich belehnet, heimzuſtellen ſey.* R. I. d. 1641. §. 93. J. P. W. art. Capit. LEOPOLDI a. XXXV. & JOSEPHI a. XXXIV.

ſpectantium tuendas, cenſuerunt: in Receſſibus Imp. Inſtrumento P. W. & Capitulationibus Cæſareis, Jus Poſtarum Imperiale, ſimul cum Officio Poſtarum Auſtriaco, confirmatum, atque circa modum utrumque exercendi unum alterum cautum; ſed de juribus Statuum circa Poſtas in ſuis Territoriis inſtituendas nihil definitum eſt.

LVI. Hinc diſceptari cœpit, utrum *Jus Poſtarum* ad *Reſervata Cæſarea*, an vero ad *Jura territorialia* pertineat? imo forte & quæri

---

LVI. Conf. MOSER. *Staats-Recht* l. c. §. 161. ubi diverſas de Jure Poſtarum ſententias in diverſas quoque claſſes diſtribuit; cujus verba huc tranſſcribi merentur: *Wir ſehen daraus, daß der Römiſche Kayſer das Poſt-Recht durch das gantze Römiſche Reich, auſſerhalb derer Oeſterreichiſchen Erb-Lande*, privative *behaupte und denen Reichs-Ständen das Recht in ihren eigenen, und noch weniger in anderer Reichs-Stände, Landen Poſten anzulegen gar nicht eingeſtehen wolle. Die Reichs-Stände dagegen ſind viererley Meinung. Einige Groſſe wollen dem Kayſer in ihren Landen gar kein Poſt-Recht geſtatten. Andere läugnen zwar nicht, daß der Kayſer (dieſes limitiren einige dahin: wo oder ſo ferne es hergebracht,) reutende Poſten in ihren Landen halten könne, ſie halten ſich aber für befugt, ihre eigene reutende Poſten darneben auf eben die-*

quem poſſit, annon iſtud plane ad jura *Cæſareo-Comitialia*, an vero ſaltem *Cæſareo-Electoralia* referri poſſit?

LVII. Et quidem quatenus ex ſolo Electorum placito vel decreto, accedente dein Cæſaris conſenſu, de jure Poſtarum aliquid ſtatuendum fuit, quemadmodum in Capitulationibus factum, ex mente Electorum iſtud haud dubie pro Cæſareo-Electorali erit habendum.

LVIII. Quatenus vero per modum legis univerſalis de eodem jure quidquam conſtituendum fuit, prout in Receſſibus Imperii & Inſtrumento Pacis factum, quod non niſi conſenſu omnium Statuum fieri poteſt, ad jura *Cæſareo-Comitialia* iſtud referendum erit.

LIX.

dieſen Courſen *und noch mehrerern neue* Courſe, *wo keine Reichs-Poſten hinreichen, ingleichen fahrende Poſten anzuſtellen. Noch andere erkennen die Kayſerliche reutend- und fahrende Poſten, doch ſo, daß auch ſie zu beeden berechtiget ſeyen. Endlich ſo verlangen die kleine Reichs-Stände, ſo kein, oder ein geringes Gebiet haben, oder doch nur Reichs-Stätte ſind, ſich gar keines Poſt* Rechtes *anzumaſſen, ſondern laſſen den Kayſer und den Fürſten von Taxis damit ſchalten und walten, ſo lange ihnen nicht etwa eines oder das andere dadurch entgehet.*

LIX. Quatenus autem Poſtæ hujus
usque adhuc ſolius Cæſaris auctoritate i
perio inſtitutæ ſunt, *jus* ipſum *Poſtas* p
cas in Imperio habendi ac inſtituendi a
ſervata Cæſarea utique pertinere videt

LX. Sed quemadmodum & alia Reſe
Cæſarea, quæ ita comparata ſunt, ut ſ
quoque in ſuis Territoriis exercere qu
per ſuperius tradita (a) ſemper intelli
da ſunt, ſalvo *jure Territorii;* neque
ſuperioritati Territoriali opponenda, ve
præjudicium Dominorum Territoria
exercenda: ita an & Jus *Poſtas publicas*
tuendi privative Cæſari ita competat, ut i
a Statibus Imp in ſuis Territoriis etiam
horum utilitatem exerceri nequeat?
non immerito dubitatur, ſaltem plurimi
tus, præſertim potentiores, ipſo uſu &
ercitio iſtud ſibi hactenus aſſeruerunt.

LXI. Igitur Imperator quidem adhuc
Poſtarum habet per univerſum Imperi
& per *TAXIVM*, *Generalem Poſtarum*
perialium Magiſtrum Hereditarium, exer
quippe qui, ſub lege *feudi* hoc officio o
tus, & Poſtas ſuis ſumtibus alit, & Præfe
Poſtarum paſſim conſtituit, ſed & Elec
Moguntino Protectore Poſtarum utitur,
ſuperius obſervatum.

LX

LX. (a) Supra Lib. 5. Cap. V. §. 28.

LXII. Cum autem gravamina adverſus Poſtas Imperiales ſubinde obmota, ſecundum Inſtrumentum Pacis, Comitiis diſcutienda ſint reſervata, his obſervatis, Cæſari cavendum, ne in Territoriis Electorum, Principum & Statuum Imperii, ubi Poſtæ hujusmodi Imperiales exiſtunt ac uſu ſervantur, tales officiales, qui ſubditi Imperii non ſunt, & de quorum fide certi eſſe nequeant, conſtituantur, neque ab oneribus realibus, exceptis ſolis perſonalibus, eximantur.

LXIII. Sed & curandum, ut Generalis Poſtarum Imperialium Magiſter Poſtas ſuas omnibus neceſſariis inſtruat, fidelem & curatam litterarum translationem, pro æqua mercede, cujus deſignatio impreſſa in omnibus Poſtarum ædibus publice affixa eſſe debet, citra moram aut negligentiam, promoveat, neque adeo ulteriori querelæ aut emendationi anſam præbeat.

LXIV. At ne hoc Poſtarum Imperialium jus & exercitium ſuperioribus Territorialibus officiat, nonnulli hodie ita iſtud reſtringendum cen-

LXII. Capit. CAROLI VI. a. XXIX. & CAR. VII. a. XXVIII. § 1.

LXIII. Cap. CAR. VII. l. c. § 2.

LXIV. v. Dn. LUDEWIG Diſſ. laud. §. 10. Capit. IOS. XXXIV. ibi: *Wo dergleichen Kayſerl. Poſt-Aemter vorhanden und hergebracht.* I. P. O. a. IX. §. 1. ibi: *immoderata Poſtarum onera.*

cenſent, ut in regionibus, ubi ipſi Domini Poſtis utuntur, ad ſolos Cæſaris, Cæſareorumque Miniſtrorum, uſus, res & litteras transvehere liceat, niſi uſu & obſervantia aliorum quoque cum quæſtu transferendi jus quæſitum fuerit, quæ tamen nimia taxa non ſunt oneranda.

LXV. Ceterum & Imperatori providendum, ut *Generalis Poſtarum Imperialium Præfectura* in ſua integritate ubique conſervetur, neque in detrimentum ejus quidquam attentetur concedatur aut indulgeatur, atque adeo tam penes Imperatoris perſonam & aulam, quam alibi in Imperio, in quieta ſuſceptione translatione atque diſtributione litterarum ac faſciculorum, pro æqua mercede, relinquatur.

LXVI. Vulgaribus autem Provinciarum & Civitatum Imp. *Tabellariis*, in via, aut inter loca, ex quibus aut ad quæ, quisque deſti-

LXV. Ibid. §. 5.
LXVI. Ibid. §. 3.
* Differentia inter *Tabellarios vulgares* ac *Poſtas publicas* easque *ordinarias* hæc eſſe videtur, quod in *his* curſores equites vel rhedarii, publica auctoritate conſtituti, in certa ſemper, & per certum milliarium numerum determinata, via ſuum ſervant curſum, atque litteras vel perſonas, pro certa ac lege determinata mercede, ab una ſtatione ad alteram, mutatis in qualibet ſtatione equis,

deſtinatus eſt, adportatio & collectio litterarum, mutatio equorum, ſuſceptio perſonarum & faſciculorum, neutiquam permitti, ſed Civitates Imp. Decretis, Edictis ac Reſcriptis Cæſareis, a. 1616. 1620. & 1630. emiſſis, ſeſe conformes gerere, atque adeo hoc Tabellariorum inſtitutum neque Protectioni Electoris Moguntini, neque officio Generalis Poſtarum Imperialium Magiſtri Hereditarii, neque cujuscunque juri, fraudi eſſe oportet.

LXVII. Denique quicquid in Capitulatione Noviſſima de Poſtis ſtatutum eſt, tamdiu obſervandum, quamdiu ab Imperio aliud non fuerit decretum.

LXVIII. Sequuntur *BONA PRIVATA*, qualia ſunt omnia reliqua Immediatorum & mediatorum bona, quæ non ſub Territorii

quis, eademque in nova ſtatione novo tradant curſori. Illi vero certi ſunt curſores vel pedites, vel equites, vel rhedarii, qui certis diebus, in una ſemper eademque via, vel intra Domini ſui territorium, vel extra illud, haud mutatis tamen equis, ad certum proficiſcuntur locum, & vel litteras, vel faſciculos, vel perſonas, vel merces, aliasve res transportant, noctu vero quieſcunt, neque etiam res ſecum allatas in alium iterum curſorem transferunt.

Conf. MOSER *Staats-Recht* l. c. § 196. 170.

LXVII. Capit. CAR. VII. art. XXVII. § 5.

aut Juris Territorialis nomine veniunt. Quæ vero *in* & *circa hæc* Imperatori & Imperio competunt *jura*, magis ex *imperio*, quam dominio profluant, niſi quod interdum & *Dominio eminenti* ſtricte dicto locus eſſe poſſit.

LXIX. Primum inter hæc eſt *Jus præſcribendi leges de acquiſitione, adminiſtratione,* & *alienatione* bonorum privatorum: quod tamen hodie intuitu *Immediatorum* Imp. ſubditorum tantum locum habebit, intuitu *mediatorum* vero pars Superioritatis Territorialis eſt.

LXX. Pertinent autem huc inprimis *Reformationes Politicæ*, & *Leges ſumtuariæ*, in Comitiis Imp. conditæ, & in poſterum condendæ: quæ ut obſerventur, ab Imperatore curandum.

LXXI. Neque etiam Privilegia, *Ordinationibus Politicis*, ad Electorum, Principum & Statuum Territoria ſpectantibus, quacunque ratione derogantia, concedenda, nec forte jam conceſſa renovanda.

LXXII. Nec minus huc pertinent, quæ in gratiam *debitorum obæratorum* in bello tricen-

LXX. - LXXIV. *Reform. Polit.* a FRIDERICI III. Francof. d. a. 1442. *Reform. Pol. Auguſtana* d. a. 1518. 1530. 1548. & *Francof.* 1581. *Capit.* IOS. a. XIX. ibique *Medit.* a). & NITSCH. §. 1. I. P. a. VIII. §. fin. R. I. nov. §. 171. ſqq. Capit. CAR. VII. a. VII. §. 1. 5. STRUV. XIII. §. 16.

cennali facultatibus lapſorum, in Inſtrumento Pacis & Receſſu Imperii noviſſimo ſancita ſunt.

LXXIII. Speciatim quoque huc pertinet *Jus concedendi Moratoria*, quod, intuitu immediatorum, *Reſervatum* Imperatoris eſt, qui & Statibus Imp. nonnunquam talibus Reſcriptis ſuccurrit, intuitu mediatorum vero *Dominis Territorialibus* quoque competit, quamvis quæ univerſalem per imperium effectum habere debent, eidem Cæſaris auctoritatem requirere videantur.

LXXIV. Secundum eſt *Jus dirigendi COMMERCIA*, quod quatenus circa Leges, Statibus & Subditis Imp. Commerciorum in-

LXXIII. v. *Reform. Polit.* 1548. Tit. *von verdorbenen Kauffleuten.* SCHWED. C. XVII. §. 1. ſqq. PFEFF. VITR. *Ill.* L. III. T. II. §. 35. MYLER. de *Stat.* I. P. II. C. LV. n. 1. HORN. C. XLIV. § 16. STRUV. l. c. §. 15.

LXXIV.-LXXVI. v. INSTR. P. A. IX. §. 1. ibique *Medit.* Specim. VIII. & Mantiſſa l. l. p. 1437. N. 1. ſqq. ubi, quid in puncto *Commerciorum* in Comitiis hodie fuerit actum, exponitur, & p. 1510. N. 1. ſqq. ſub rubr. *Handwercker Mißbraeuche.* *Capit.* JOS. a. XIX. ibique *Medit.* & NITS. H. Capit. CAR. VI. a. VII. CAROLI VII. a. VII. §. 1. 2. LUNIG. *Archiv.* P. Gen. p. 490. ubi varia Edicta de Commerciis, & p. 551. & [illegible] *Gener.* T. I. p. 94. 116. ubi varia de Statu opificio.

tuitu præſcribendas, vel Privilegia eo nomine iis concedenda, aliave de promovendis commerciorum commodis vel impedimentis tollendis, decernenda, verſatur, ad Jura Majeſtatis Imp. immanentia ſpectat, atque ex imperio fluit. Sicut & *Commerciorum cura*, ad communem Imperii utilitatem tendens, ad IMPERATOREM & STATVS conjunctim pertinet.

LXXV. Eſt igitur IMPERATORIS, *Commercia* Imperii terra marique promovere, & cum in genere Civitates commercia exercentes, tum inprimis Civitates mari negotiantes, *Lubecam*, *Bremam* & *Hamburgum*, in ſua navigatione, negotiatione, juribus & privilegiis, ſecundum Inſtrumentum Pacis, conſervare ac pro virili tueri.

LXXVI. Ejusdem eſt, conſenſu STATVVM, generatim omnia, quæ *Commerciorum libertatem & ſecuritatem* in Imperio impediunt, prohibere, ſpeciatim Societates majores Mercatorum, monopolia & propolia exercentes, coercere, Privilegia de monopoliis inſtituendis nemini concedere, conceſſa vero revocare & annullare, de mercibus importandis & exportandis, quæ Imperio utiles vel inutiles vel noxiæ cenſentur, de tollendis opificum abuſibus, de uſuraria pravi-

cario. MVLZ. *Repraſ. Maj. Cæſ.* P. II. C. IX. atque C. XXIV. §. 48.

pravitate coercenda, ex conſenſu comitiali, ſtatuere.

LXXVII. Tertium eſt *Jus concedendi Nundinas ſolenniores:* quales olim a certis conventibus & peregrinationibus religioſis, ad certa loca, ob miracula, inſtitutis, ubi & Miſſæ celebratæ, & mercatores propter confluxum hominum merces expoſuerunt, ortæ, ſed poſtea in gratiam Commerciorum certis privilegiis munitæ, atque demum ad certas Urbes majores reſtrictæ ſunt.

LXXVIII. Pertinet hoc ad *Reſervata* Imperatoris, qui tamen non facile concedit hujusmodi privilegia, niſi auditis vicinis, & quorum intereſt. Privilegia vero potiora ſunt, cum quod mercatores ad nundinas proficiscentes publica ſecuritate per univerſum Imperium gaudeant, & ſi petant, conduci debeant, cum, quod, durantibus iis, nemo ob debitum privatum arreſtari debeat.

 LXXIX.

LXXVII. v. STRUV. Cap. XIII §. 18 ſqq. qui exemplis & teſtimoniis hoc demonſtrat.

LXXVIII. v. R. I. 1576 § 119 ibi *Kayſerl. beſondere Hoheiten, und* Reſervaten. MYLL C. X §. 5. ZIEGLER. de *J Maj* L. I C. XLIII. n. 3. 5 SCHWED. C. XVII. §. 13. ſqq. GAIL. II. Obſ. 69. n. 15 STRUV. §. 22.

(*) Dic. de Civitatibus, quæ hoc Jure gaudent. Qv. An Cæſar olim & minus ſolennes ac hebdomadarias nundinas conceſſerit? v. HORN. §. 28.

LXXIX Quartum huic affine eſt *Jus concedendi Jus Stapulæ, Geranii, & Emporii;* quæ ita inter ſe differunt, ut *jus geranii* neceſſitatem tranſeuntibus imponat, merces exonerandi tantum menſurationis ac ponderationis gratia, *Jus Stapulæ*, etiam venum easdem exponendi, & *jus emporii* libertatem merces iſtas emendi ad Cives tantum reſtringat. Sed ut valide hæc ab Imperatore indulgeantur, ob annexum vectigalium onus, unanimis Electorum conſenſus requiritur

LXXX Quintum eſt *Jus concedendi Vectigalia vel inſtituenda vel augenda.* Hæc olim ad fiſcum Imperatorum ſpectabant, qui & moderate illis utebantur et ſenſim Epiſcopis, ac Principibus conceſſa ſunt, ex quibus nonnulli in Interregno fere omnia vectigalia occuparunt, & pro lubitu nova inſtituerunt: unde Imperatoribus, RUDOLPHO I. ALBERTO I. aliisque occaſio nata,

LXXIX. v. MULZ l. c. §. 2. 3. SCHWED. C. XX. §. 9. ſqq. *Capit.* JOS. a. XX. ibique NITSCH. §. 5. 6. & *Medit.* p. 245. ſq. CAR. VI. a. VIII. LEYSER. de *Stapula* n. 295. ſqq. STRUV. §. 31. ſqq. HENNIG. C. VI. §. 7.

LXXXX. v. *Capit.* CAROLI M. L. IV. C. 31. HENNIG. C. V. §. 4. LEHMANN. *Chr.* L. V. C. 105. L. VII. C. 40. *Medit.* ad C. JOS. a. XX. (22). STRUV. §. 27.

ta, ſeveras leges adverſus uſurpatores vectigalium ſtatuendi, atque Imperio eadem vindicandi, ſed CAROLVS IV. reliqua Electoribus largitus eſt

LXXXI. Quamvis autem jam ante Interregnum conceſſiones vectigalium, ſine conſenſu Principum factæ, invalidæ exiſtimatæ fuerint: tamen poſtea Electoribus, magis magisque IMPERATORIS poteſtatem conſtringere, placuit, adeo, ut hodie nec ipſi nova vectigalia erigere, nec aliis privilegium nova erigendi, aut antiqua augendi vel prorogandi, concedere, niſi auditis *Vicinis*, quorum intereſt, ac *Circulo*, in quo erigenda ſunt, atque ELECTORIBVS omnibus *collegialiter* & *unanimiter conſentientibus*; imo nec promotoriales eo nomine ad Electores dare, liceat.

LXXXII Neque etiam permittendum, ut ſub nomine ſtapulæ, acciſarum, licentiarum, portoriorum, pontivegiorum, paſſagiorum, aut pedagiorum, gabellæ, centeſimarum, aut alio quocunque prætextu, merces peregrinorum novis exactionibus onerentur, vel etiam naves armatæ in fluviis hunc in finem habeantur, & hoc aliove modo navigatio & commercia impediantur.

LXXXIII. Eſt tamen Imperatoris, & antiqua Vectigalium privilegia ac jura, legitime acquiſita, Electoribus & Statibus confirmare ac conſervare, & una cum Electoribus pro-

providere, ne, inſtitutis novis, eadem detrimentum capiant.

LXXXIV. Nec etiam prohibitum Statibus Imp. juribus ſuis legitime quæſitis, uti, aut a Civibus ſuis, vi Superioritatis Territorialis, gabellas, conſumtibilibus impoſitas, absque præjudicio tamen extraneorum, exigere: ſicuti nec ad reficiendos pontes, viasque publicas reparandas, pro equis & rhedis, a tranſeuntibus aliquid poſtulare prorſus interdictum videtur, cum dicta de vectigalibus mercium nomine ſolvendis potiſſimum intelligenda ſint.

LXXXV. Ut autem abuſibus vectigalium obviam eatur, cum exacta eorum, qui in quolibet Circulo vectigalium jure utuntur, deſignatio a Directoribus requirenda, aut ab ipſis, vel, ſi ipſi complices ſint, a proxime ſequentibus Statibus, exhibenda, tum, cauſſa cognita, & communicato cum Electoribus conſilio, omnia injuſte impetrata & uſurpata vectigalia abolenda, atque adverſus uſurpatores per Mandata S. C. & Fiſcalem procedendum, ſerioque in eos animadvertendum.

LXXXVI. Imo & Electoribus, & reliquis Statibus, & Nobilitati immediatæ integrum erit, ſe ſuosque illegitimorum hujusmodi vectigalium oneribus quocunque modo ſuo arbitratu eximere atque ſubducere.

LXXXVII.

LXXXVII. Quemadmodum vero nemini privilegia *exemtionis* a teloniis Electorum ab Imperatore concedenda, imo nec promotoriales eo nomine dandæ, conceſſa vero abroganda ſunt: ita cum omnes Imp. Status, eorumve Legati, conventus Imp. frequentantes, tum inprimis Electores, eorumque Miniſtri ac ſubditi, ſi ſcilicet & his exemtio reſervata, ceterique a teloniis conceſſis exemti, *immunitate* hac ut perfruantur, curandum.

LXXXVIII. Quintum denique eſt ius *MONETÆ*, quod itidem ad Iura Majeſtatis Imp. circa bona privata pertinet, eo quod Moneta ſeu Nummus tanquam inſtrumentum

LXXXI. — LXXXVII. *Capit.* IOS. a. XX. - XXIV. ibique *Medit.* HITSCH. ad Capit. CAR. VI. a. VIII. CAROLI VII. a. VIII. § 1. ſqq. SCHWED. C. XX. HENNIG C. VI. STRUV. §. 27. ſqq.

(*) Diſcend. 1. de R. Bohemiæ Electoris Brand. & Auſtriacorum privilegiis. v. GOLD. T. I. *Conſt. J.* p. 350 § 1 *Reichs Satz* P. II p. 105 n. 35. LUNIG *Archiv* P. Spec. P. III p. 108 SCHWED. de *Confirm. Jur. ac privil.* §. 6 L. 2. De Vectigali Oldenburgico ad Viſurgim, it. Glückſtadienſi ad Albim v. I. P. a. IX. § 2. LUNIG. *Grund-feſte* P. II p. 573 BURGOLD. ad I. P. P. III §. 11. LIMN. T. V. Addit. ad L. VII. C. VII. FRITSCH. *Elect. J. P.* C. XII. BUR. HER. p. 519. STRUV. §. 30.

tum & menſura pretii commodis commerciorum maxime inſervit: cujus adeo *Cura* ad ſummum Imperantem utique ſpectat, & Jus circa Monetam occupatum majoribus Regalibus merito accenſetur, eo quod non lucri fiſcalis, ſed publicæ utilitatis ratio in re monetaria habeatur.

LXXXIX. Complectitur autem iſtud tria iterum Jura ſpecialiora: nimirum 1. *Jus cudendi monetam*; 2. Jus *concedendi privilegium cudendæ monetæ*; & 3. *Jus curandi ac dirigendi rem monetariam.*

XC. *Jus monetandi* ſive monetam cudendi ab antiquiſſimo tempore Romanorum Francicorum & Germanorum IMPERATORUM Regale fuit, adeo, ut non niſi in Palatio Regio Monetam cudere licuerit: idque vi Majeſtatis ipſis competit, atque hodie adhuc a CÆSARE jure ſuo exercetur.

XCI. Sed jam a *CAROLINGORUM* ævo Jus iſtud *Epiſcopis* & *Monaſteriis* concedi cœpit,

XC. v. R. I. 1570. § *Alsdann auch die Müntz-Gerechtigkeit &c.* 131. CONRING. de *Negotiis Convent. Imp.* Th. 73. HENNIG. C. VII. §. 1. HORN. C. XLIV. § 26. SCHWED. C. XXII. §. 1. STRUV. C. XXII. §. 37.

XCI. v. BUCELIN. *Chr. Conſt.* a. 891. qui de *Leufrido* Abbate Campidonenſi teſtatur, ipſum *jus monetam cudendi primum uſurpaſſe.* Dipl. LUDOV. P. ap. LINDENBROG. n. 20. ibi: *etiam mone-*

cœpit, ad quorum exemplum poſtea Duces quoque, & Principes ſeculares, creſcente ipſorum poteſtate, illud ſibi ſumſerant, atque ex tacita vel expreſſa Cæſaris conceſſione, exercuerant, quamvis Jus *aureæ monetæ* cudendæ non niſi ſerius impetraſſe videantur, quippe quod CAROLUS IV. demum per A. B. *Electoribus* conceſſit. Seculo vero per varia privilegia variis *Epiſcopis*, *Comitibus* ac *Civitatibus imperialibus*, imo & *Municipalibus* quibusdam, Jus monetandi conceſſum ac confirmatum eſt.

XCII. Cum igitur olim IMPERATORES *libere* jus cudendæ monetæ *concederent*, promiſcua vero monetas cudendi Licentia in Reip.

monetam, & quicquid inde Regius Reip. fiſcus obtinere poterit, Hamburgenſi conferimus ſedi Dipl. OTTONIS M. ap. LEUBER n. 190. ibi: *mercatum in Magdeburg & monetam, omnesque telonii fructus vel uſuras* Dipl. LUDOV. Germ. Ep. Argentinenſi conceſſum ap. LUNIG P. *Spec.* I. Contin. III. p. 376. ibi: *ut in quocunque placuerit villa Epiſcopii ſui monetam ſtatuat.* A. B. C. X. CONRING. de *Negot. Convent.* th. 73. 74. & de *re nummaria*, th. 40. STRUV. l. c. Dn. de BUNAU. Diſp. de *Jure circa Rem Monetariam* C. II. §. 40. ſqq. ubi plura exempla.

XCII. v. *Capit.* Joſ. a. XXXIII. ibique *Nitſch.* & *Medic.* CAROLI VI. a. IX. CAR. VII. a. IX. §. 6. SCHWED. C. XXII. § 1.

Reip. detrimentum vergere videretur: a tempore RVDOLPHI II. reſtringi cœpit hæc IMPERATORIS poteſtas, ita ut hodie ſine *Electorum conſenſu*, ad quem tamen majora ſufficiunt, ſed & requiſito Circuli, ad quem Status jus monetandi pertinet, conſilio judicioque, hoc Privilegium nemini concedere liceat.

XCIII. Sed cum nihilominus res tanti momenti, totius Imperii utilitatem concernens, peculiarem requirat *curam & directionem*, ad præcavendos, corrigendos, tollendosque *abuſus ac defectus* circa rem monetariam irrepentes hoc negotium CÆSARI & STATIBVS ſimul datum eſt, communi conſenſu comitiali expediendum; niſi quod & *Circuli* in partem curarum veniant, quippe qui per modum perpetuæ Commiſſionis ex auctoritate Imperatoris & Imperii rei monetariæ invigilant.

XCIV. Quicquid etiam porro, ad avertendos hujusmodi abuſus, in futuris Comitiis expedire viſum fuerit, Imperator effectui mandare haud intermittet.

XCV. Et cum a 1737. & 1738. in Comitiis varia de inſtauranda re monetaria ſint acta,

XCIII. v. *Capit.* JOS. a. XXXII. CAR. VI. l. c. & CAR. §. I. SCHWED. l. c.

* Dic. de Legibus & Edictis Monetalibus, præſertim Edicto FERDINANDI I. de a. 1559.

XCIV. XCV. Capit. CAROLI VII. a. IX. §. 3. 4.

acta, & a proximis Cæſaris Anteceſſoribus probata, ex parte etiam adhuc diſcutienda veniant: Cæſari regenti ſumma ope nitendum, ut omnia celerius expediantur, atque adeo deliberanda per concluſum ad finem perducantur, concluſa vero per edicta monetalia, eoque ſpectantes Valvationis Tabulas promulgentur, & ubique ſtricte, præſertim ab illis, qui jure monetandi gaudent, accurate obſervanda.

XCVI. Cumque *Abuſus Defectusque* in re monetaria vel a *Cauſſa efficiente*, vel a *loco*, vel a *materia*, potiſſimum proveniant: ſingulis his ut obviam eatur, varia in Comitiis decreta ac ordinata, variæque *leges* ſancitæ, ac ſeveræ contra transgreſſores pœnæ ſtatutæ ſunt, quæ omnia dein ab Imperatore ad effectum ſunt deducenda.

XCVII. Primum ſcilicet providendum, ne quis, niſi qui vel ex *lege*, vel *privilegio*, vel *præſcriptione*, hoc jus adeptus eſt, illud exerceat, nec niſi ad eum modum, quo conceſſum eſt, eodem utatur: ut adeo illud nec locare vel vendere, nec alias ſpecies, quam quas vel cudendi jus aliquis habet, vel in Imperio cudere permiſſum, nec nimiam copiam minutæ monetæ, cudere, liceat.

XCVIII.

XCVII. v. *Cap.* JOS. a. XXXIII. & CAR. I. c. FERD. *Müntz-Ordn.* a. 1559. §. 31. 174. SCHWED. C. XXV. §. 8. STRUV. C. XXIV. §. 45.

I ii

XCVIII. Secundo cavendum, ne moneta alibi, quam in *locis deſtinatis*, *den Müntz-Standten*, cudatur: cum enim ex nimia Officinarum monetalium multitudine varii abuſus propullulent, ſtatutum, in quovis *Circulo* non niſi *tres* vel *quatuor officinas* conſtituendas (*), reliquas vero clancularias, *die Hecken-Müntzen*, a Directoribus Circulorum deſtruendas eſſe, illis tamen, qui metalliſodinis gaudent, in aliis quoque urbibus ſuis monetam cudere licet

XCIX. Tertio denique ſedulo inprimis curandum, ut non ſolum Moneta, ratione mate-

XCVIII. (*) Quales in Circulo Saxon. Sup. ſunt *Lipſia*, *Berolinum*, *Stetinum* & *Saalfeldia*; in Svevico, *Stutgardia*, *Tetnanga* & *Auguſta*.

(a) v. R. I. *Spir* a. 1570. § 133. R. I. *Ratisb.* 1594. §. 153 *Cap* JOS. a. XXXII. ibique *Medic.* CAR. VI l. c. CONRING. de *Neg. Conv. I.* th. 7. STRUV. C XXIV § 46.

XCIX * Not. 1. Propter Commerciorum commoditatem, *Monetam* in diverſas dividendam fuiſſe *Species*, & cuique Speciei ſignum diverſi valoris imprimendum, ut res diverſi pretii ſecundum illas æſtimari poſſent.

2. Pro fundamento quantitatis in materia metalli dividenda, uti apud Romanos, ita & apud Germanos, poſitam fuiſſe *Marcam*: quæ, ſecundum æſtimationem Colonienſem, ita æſtimatur, ut Marcæ æquivaleant *Libræ*, una *Marca* contineat

8. un-

materiæ & ponderis, bona, h. e. juxta *pedem* &

Ttt 2

8. *uncias*, uncia 2. *lotones*, loto 4. *drachmas* (*Quentlein*) vel 18 ſiliquas (*Green*) *drachma* 3. *ſcrupulos*, ſeu 4. *denarios*.

3. *Species* in Germania uſu receptas eſſe vel *argenteas*, vel *aureas*.

4. Inter *argenteas* initio uſitatas fuiſſe nummos *bracteatos*, argenteos quidem, ſed tenues & convacos, hinc Germ. *Pfennige*, quaſi *Pfanchen*, lat. *obolos*, dictos: quales, detectis in Germania metalli fodinis, inprimis *Hala* Svevorum magna quantitate cuſi ſunt, atque *Hallerorum* (*Heller*) a ſigno crucis vero impoſito, *crucigerorum* nomen traxerunt, ſolutio autem per eos, ſecundum pondera *Librarum*, *marcarum*, dimidiæ marcæ, vel quadrantis, fieri ſuevit.

5. Deinde ſolidioris monetæ argenteæ ſpecies enatas eſſe, quibus *Groſſorum* nomen impoſitum: quales primum in Bohemia, deinceps in Miſnia & alibi excuſi ſunt, quorum unus primum drachmam uti denarius Romanus, tandem vero 12. obolos, ſive numulos minutos (*Pfennige*) continuit.

6. Affines groſſis eſſe *Solidos*; *Solidum* vero alium eſſe *Romanum*, qui fuit 20. denariorum, ſive duorum uncialium & dimidii, alium *Francicum*, argenteum, puta, qui conſtitit 12. denarius Francicis, ſive 16. groſſis; alium Saxonicum, *Schilling*, qui conſtat 18. denariis Saxonicis, ſive nummulis minutis, *Pfennigen*.

Denarium Romanum fuiſſe octavam partem uncialis;

& *ligam*, Legibus Imp. determinatam, cudatur,

ciali: *denarium* vero *Franciscum*, olim & *Saxonicum*, fuiſſe dimidio minorem Romano, & adæquaſſe fere batzium, denique denarium hunc *Saxonicum* uſu recentiori ſolidum, *Schilling*, appellatum, *denarii* autem vocem pro minutiori nummo, *Pfennig*, accipi, duplicem vero ſolidum, *doppelt Schilling*, in Saxonia inferiori æquare fere groſſum, cujus quarta pars ibi dicitur *Seßling*.

7. Sec. XIII in Germania in uſu eſſe cœpiſſe monetam auream *Florentinam*, majoris moduli nummum conſtantem, qui vel ab urbe Florentia, ubi primum cuſi, vel a flore liliorum, quo ſignati, *Florens* appellati ſunt.

Florenum hujuſmodi hodie alium eſſe *Rhenanum*, eumque aureum, *Rheiniſcher Goldgülden*; ita dictum, quod vel a Statibus Rheni accolis, vel ex auro in Rheno invento, cujus eſſet, qui 30. groſſos, alium *Miſnicum*, qualis ex lege Elect. Sax. FRIDERICI & Ducum Sax. IOHANNIS & GEORGII, 21. groſſos; alium *Bohemicum*, vel etiam *Franciscum*, itemque uſualem, qui 20. groſſos; alium denique *Imperialem*, nonniſi ex uſu communi ita dictum, vulgo ⅔ *Stucken*, quales primum a 1666. cuſi, qui 16 groſſos valet.

8. Sec. XV novæ ejusdemque majoris monetæ argenteæ ſpecies invaluiſſe, quales primum a. 1485. ex metallifodina Schneebergenſi, ſub nomine & auctoritate Elect. Sax. ERNESTI, & D. Sax. ALBER-

datur, ſed etiam conformitas ratione valoris
Ttt 3 inter-

ALBERTI, cuſæ atque dicti *Dickgroſchen*, quaſi ſolidiores ſive majores groſſi, itemque *Guldengroſchen*, ceu valore aureis ſive florenis Rhenanis reſpondentes: poſtea *Thaleri*, ſive *Thalerſes*, a valle Joachimico *Schlickiorum*, indeque modo *Schlickiani*, *Schlicken Thaler*, modo *Joachimici*, quod & arma Schlickianæ gentis cum S. Joachimi imagine præferrent, a pondere vero *Unciales*, atque ab auctoritate Imperatoris & *Imperii*, *Imperiales* appellati.

9. Denique auream monetam, in Germania hodie uſitatam, conſtare *Aureis*, vulgo *Solidis*, quorum alii ſunt *Hungarici*, *Ungariſche*, vel *Veneti*, ſive *Ducati*, qui 4. exæquant florenos Imperiales, ſive 2. thaleros, aut *Rhenani*, modo memorati.

** Nota: *Valorem* Monetæ alium eſſe *internum*, alium *externum*.

1. *Internum* Valorem æſtimari partim ex *metallo*, partim *pondere* ejus. In *Metallo* ſpectari iterum partim *nucleum*, *Korn*, ſive metallum nobilius, argentum & aurum, ejusque puritatem *Fein*, partim *additamentum* metalli vilioris, ſive æris admixti, *Schrot*, partim *ligam*, ſive utriusque habitudinem ac proportionem, legibus definitam. *Ponderis* autem fundamentum eſſe *Marcam Colonienſem*, ejusque in certas partes, legibus definitas, diſſectionem, partis vero cujusque pondus certis *karatis*, *lotonibus*, & *granis* definiri.

2. Va-

interni tam per totum Imperium, quam intuitu exterorum, obſervetur. Olim quoque

3. Valorem *externum*, ſive pretium, cuique ſpeciei, per relationem ad alias ſpecies, impoſitum, cenſeri ex *forma* ejus *externa*, ſive *charactere* eidem impreſſo, quo & ſignum valoris impoſiti exprimitur, & auctoritas imponentis, in effigie ſejus, vel inſignibus, ac inſcriptione, conſpicua.

*** Not. 1 Circa Valorem monetæ æſtimandum rationem haberi *Pedis (Fuſſes)* ſive *Modi*, qui eſt certa metallorum ac ponderis proportio, in cudendis monetis, lege publica præſcripta, ſive menſura, quas ſpecies & quot nummos ex marca aurea vel argentea confici, & quantum metalli nobilioris quemque nummum continere oporteat, determinans.

2. *Pedem* hujusmodi ſive *Modum* alium eſſe *Imperialem*, *der Reichs Fuß*, alium *Saxonicum*, *der Zinnſche und Leipziger Fuß.*

3. Pedem *Imperialem*, *der Reichs Fuß*, legibus Imperii, præſertim *Ordinatione Monetali* de a. 1559. ratione aureæ pariter ac argenteæ monetæ præſcriptum, conſtare ſpeciebus *von Thalern und Ducaten*; & ratione aureæ quidem monetæ ita determinatum eſſe, ut *Aurei Rhenani* ex marca confici debeant 72. ac ſinguli continere 18 Karath (*12. Loth*) 6. grana, quod ad valorem autem externum 75. crucigeros æquare *Ducati*, ſive Aurei *Hungarici* ex marca confici debeant 67. & quod ad pretium internum ſinguli continere

23. Ka-

que ratione formæ, requirebatur, ut Status Imp. præter ſua inſignia, Aquilam Imp. una
I ii 4 cum

23. Karath, 8 grana, valor autem externus 104. crucigeris æſtimari, ratione argenteæ vero monetæ, ita, ut ex marca argenti nummi *Imperiales* cudi debeant octo, & argenti puri continere 14. *Loth* 4. *Gran.*

4. *Saxonicum Pedem* inde potiſſimum ortum, quod poſt annum vigeſimum Seculi XVII. inprimis per ærificatorum fraudes moneta miſere depravata fuerit, neque adeo, accedente metalli nobilioris penuria, pedis Imperialis ratio amplius ſervari potuerit. Unde, cum in comitiis de reducenda moneta fruſtra conſultatum fuerit, Circuli & Status Imper. utcunque ſibi conſulere conati ſunt. Et in Circulo quidem Saxoniæ ſuperioris inter Electorem Saxoniæ & Electorem Brandenburgicum in monaſterio Zinnæ A. 1666. inter legatos ita conveniſſe, ut quotidiani uſus moneta, in ſpeciebus 8 & 16. groſſorum, ſive $\frac{2}{3}$ & $\frac{1}{3}$ *Stücken*, cuderetur, eo valore, ut marca argenti in 10$\frac{1}{2}$ Imperiales extenderetur: unde nomen *der Zinniſche Fuſs.*

5. Sed cum neque is teneri poſſet, Electores Saxoniæ & Brandenburgicus, nec non Duces Brunſuicenſes ac Luneburgenſes, Lipſiæ A. 1690. novam iniiſſe rationem ſcilicet, ut ex marca argenti cuderentur nummi quatuor, octo & ſedecim groſſorum, uſque ad valorem 12. Imperialium; unde hæc monetæ ratio dicitur *der Leipziger Fuſs.*
****

cum nomine Imperatoris, imprimi curarent.

C. Hæc omnia ut eo rectius curentur, & Cæſari in Civitatibus Imp., & IV. Electoribus

---

**** Not. Materiæ vitia eſſe: 1. Si adulterina pro vera ſupponatur, 2. Si materia falſa cum proba miſceatur, 3. Si additamentum detur auro & argento in ſpeciebus, quas puras, & ſine mixtura eſſe voluerunt leges. 4. Si additamentum excedat permiſſionem legis. 5. Si moneta non habeat pondus a lege præſcriptum. 6. Si moneta frangatur, ut inde vel alia moneta, vel aliud opus conficiatur. 7 Peccatur quoque, ſi proba Imp. moneta exportetur, & extera reproba inferatur

v. *Muntz-Ordn.* § 10. LIMN ad Capit. CAROLI V. a. XXVII. v. *Mangel* Medit. ad Cap. JOSEPHI a. XXXII. not. (c) p. 291 SCHWED. CXXV. §. 8. ZIEGLER de J. Maj. L. 1. C. XLIX. §. 23. HENNIG. de *S. Pot. circa Sec.* C. VII. §. 2. 3. 4. Dn. MASCOV. Princ. J. Publ. L. V. C. II. §. 11. ſeqq. Ejusd. Diſp. de *Jure circa Rem Monetariam in terris Circuli Saxoniæ Superioris* Sect. II. & III. SCHILT. Ex. XIX. §. 17. 21. 22. 23 *Idem* ad *Inſt.* t. *de Donat.* n. 11. de BERGER *Jprud. Crim.* p. 25. 26. § 10. WAGNER *Nachricht von Ankunft, Geprange, Gewicht und Werth derer in Sachſen, Thuringen und Meiſſen gemünzten Groſchen* Cap. I.

C. v. R. I. *Spir.* 1570. §. 147. ſqq. *Müntz-Ordn.* §. 137.

bus Rhenanis cum Commiſſario Imp. in nundinis Francofurtenſibus, & Saxoni ac Brandenburgico in ſuis emporiis, & cuilibet Circulo inprimis, ſingulis annis ſemel vel bis, per ſuos Zygoſtatas, in Conventibus probationum, in monetæ novæ qualitatem inquirendum, & ne absque Concluſo Circulari moneta reprobata in Territorium vel Circulum introducatur, aut alias quid contra Leges monetarias admittatur, providendum.

CI. Quotquot jus cudendæ monetæ vel legitime haud quæſitum uſurpant, vel eodem abutuntur, ipſo jure iſtud amittunt, ita, ut contra eos, ſi Status ſint Imp. per Circulum, in quem deſcripti, procedendum, ſi vero mediati, executio Domino Territ. mandanda ſit, atque illi nonniſi conſenſu comitiali, hi vero plane non reſtituendi ſint.

CII. Ceterum quibus competit Jus dirigendi & curandi rem monetariam, iis haud dubie etiam Jus *monetam* vel *mutandi* vel *abrogandi*, vel *extraneam recipiendi*, competet: quamvis hæc omnia etiam, prævio

Tttt 3 decre-

§. 137 158. R. I. 1594. §. 104. CONRING. l. c. *Med.* ad *Cap.* JOS. l. c. p. 291. STRUV. § 39. 40. SCHWED. §. 9.

CI. v. R. I. *Spir.* § 171. *Cap.* JOS. a. XXXIII. CAR. VI. l. c.

CII. HENNIG. §. 7 8 9.

decreto Circulari, monetam vel probante vel reprobante, ex auctoritate Imperatoris & Imperii, dein a quolibet Statu in ſuo Territorio fieri poſſe videantur.

Cap. XI.

DE JVRIBVS MAJESTATIS IMPERIALIS CIRCA BELLVM ET PACEM LEGATIONES FOEDERA ET COMMERCIA

§. I.

JVS BELLI, quatenus cum exteris res eſt, ad *Tranſeuntia* Majeſtatis Imperialis jura pertinent. Idem tamen & *Immanentia* quædam Jura complectitur, quæ ſcil. intuitu belli intra fines Imperii, erga cives, vi imperii vel dominii exercentur.

II. Olim *Expeditio Romana* in uſu fuit, uti ſuperius obſervatum eſt: dum Imperatorem Romam proficiſcentem Status & Vaſalli Imp. certo militum numero, e terris feudalibus evocando, vel certa redituum feudalium parte redimendo, comitari debebant; quem in finem in Campis Roncaliis Juſtratio, *die Heerſchau*, inſtituta eſt. Sed hæc pacifica magis, quam bellica expeditio fuit, fundamentum tamen præbuit expeditionibus bellicis ceteris, ac normam, juxta quam hodieque Exercitus Imp. conſtituitur.

III.

§. II. Dn. STRUV. *C. I. Publ.* C. XXIV. §. 5. 6.

III. Quoties autem Bellum olim ſuſcipiendum fuit, liberius id quidem ab Imperatoribus *CAROLINGICIS* & *SAXONICIS*, plerumque tamen ex conſilio Principum, a *FRANCONICIS* vero & *SVEVICIS* fere ſemper in Comitiis decretum, id quod a MAXIMILIANI I. & magis adhuc CAROLI V. tempore in jus tranſiit, per Capitulationes & I. P. firmatum, ita, ut hodie *Jus decernendi bellum* Cæſareo Comitiale ſit, IMPERATORI & STATIBUS ſimul competens; ut tamen inter Bellum *univerſale* Imperii & *particulare* Imperatoris, itemque *offenſivum* & *defenſivum*, diſtinguendum ſit.

IV. Nimirum ut Imperatoris eſt, cum Vicinis pacem pro viribus colere, neque anſam belli, cui Imperium implicari poſſit, iis præbere: ita *offenſivum* bellum, Imperii nomine, IMPERATOR, etiamſi juſtam belli cauſſam habeat, nonniſi conſenſu STATUUM comitiali ſuſcipere debet.

V. Quod ad *defenſivum* bellum attinet, contra

III. v. LIMN. ad *Cap.* CAR. V. a. XI. p. 84. ſqq. *Handbuch der Landfried.* a. 1495. § *auch ſollen wir.* ibi *ohne wiſſen und willen der gemeinen Verſammlung keinen Krieg oder Fehde anfahen.* I. P. a. VIII. § 2. *Cap.* JOS. a. XIII. ibique HIRSCH § 1. & *Medit.* a) c) p. 143. CAROLI VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. § 2. STRUV. § 3. 7.

IV. V. v. I. P. a. VIII. ibique *Medit.* p. 881. *Cap.* JOS. l. c.

contra repentinas hoſtium irruptiones patriam, etiam inconſultis Statibus defendere, & ad repellendos hoſtes omni auxilio, in detrimentum Imperii haud vergente, uti, permiſſum eſt: Ita tamen, ut e veſtigio Status convocandi ſint, &, quid facto opus ſit, an bellum perſequi, atque Imperii dignitatem adverſus injurias illatas vindicare, expediat, cum illis, vel ſi res moram non patiatur, interim cum Electoribus ſaltem, deliberandum.

VI. At circa particulare bellum Imperator eodem cum ceteris Statibus jure utitur, ut ſcil bellum ab aliis illatum propulſare quidem, offenſivo autem bello neque Status, ſub pœna fractæ pacis, neque exteros, inconſultis Statibus, petere, ac Germaniam turbis involvere liceat, niſi quod intuitu ditionum Imperio haud ſubjectarum liberiori facultate gaudeat.

VII Decretum ita univerſale Imperii bellum IMPERATORIS & IMPERII nomine geritur, & juxta modum, in Conſtitutionibus Imp., cumprimis Ordinatione executionis, & I. P. præſcriptum adminiſtratur.

VIII.

l. c. ibique NITSCH. §. 1. 2. 3. & *Medit.* b.) f.) p. 145 CAR. VI. l. c. CAR. VII. l. c. §. 1. 5.

VI. v. NITSCH. & *Medit.* ad C. JOS. l. c.

VII. v. *Capit.* CAR. VI. l. c. CAR. VII. l. c. §. 3. & *Medit.* SCHWED. C. XXVI. §. 3.

VIII. Olim decreta expeditione, Duces & Comites banno ad certum tempus & locum evocabantur, idque per certos nuncios Regis, audientibus duobus Vaſallis. Tenebatur autem quilibet Vaſallus, certo adparatu inſtructus, per ſex hebdomades ſervitia Imperio propriis ſumtibus præſtare, idque vel in perſona, vel per alium idoneum, vel dimidium redituum feudalium ſolvere, id quod *Heribannum* Franci vocarunt.

IX. *Exercitus* hoc modo ex *Vaſallis* collectus in certas *Claſſes*, ſive legiones, *Scaræ* dividebatur. IMPERATOR, ſi præſens erat, ipſe agmen ducebat, atque aciem inſtruebat, vel ejus loco *Ductor Generalis*, *Obriſter Feldhauptmann*, conſtituebatur, cui alii *Ductores Generales*, ſingulis claſſibus præfecti, ſubordinabantur, ſicut & illius ductui *Vexilla Imperii* cum Vexilliferis ſuis ſuberant.

X. Cum autem olim bella non conducto milite geſta fuerint, ſed *indigenæ* ipſi, & quidem initio non niſi *Ingenui*, ſive Nobiles, militiæ peculiariter adſcripti, operas militares, per vices, præſtiterint. (a) Succeſſu temporis,

VIII.-IX. v. RADEV. de *Reb. Frid.* I. C. 12. HACHENB. *Germ. Med.* C. IV. §. 5. 6. STRUV. §. 6. 7.

X. (a) v. *Capit.* CAR. M. de a. 812. ib. *Omnis liber homo, qui quatuor manſos de proprio ſuo, ſive de beneficio alicujus, habet, ipſe ſe præparet, & ipſe in hoſtem pergat cum Seniore ſuo.* PETR. de VI-

NEIS

poris, bellandi ferocia velut in opificium verſa, omnia milite *conductitio* agi cœperant; qui mos a SIGISMVNDI tempore inprimis increbuiſſe videtur, ubi, occaſione expeditionis Huſſiticæ, certus militum conducendorum numerus in comitiis definitus fuit. (b)

XI. Hinc *Jus delectus militum* inſtituendi natum, quod penes IMPERATOREM & STATVS eſt, ita quidem, ut ante hæc non ſolum numerus militum ad *Exercitum Imp.* deſtinatus in Comitiis definiretur, ſed etiam deinceps milites Imperatoris & Imperii nomine *conſcriberentur*, qui uti in ſervitiis Impera-

---

NEIS L. VI. Ep. 17. ubi: *Milites fieri non poterant, qui de genere militum non erant.* HERT. *Not. V. Fr.* R. C. VI. §. 3. de *Feudo Nobili* S. III. §. 5. 6. GVNDLING de *Henr. Auc.* §. 21. in Not. p. 137 ſqq.

(b) v. LEHM. L. II. C. 43. TITIVS L. IV. C. XI. §. 37. ſqq. ubi Militiæ domeſticæ commoda ac præſtantiam præ conductitia ediſſerit. STRUV. *Synt. Hiſt. Germ.* Diſſ. XXIX. §. 23. *C. I. Publ.* l. c. §. 15.

XI. v. R. I. a. 1532. §. *Und ſollen* R. I. 1598. §. *Und demnach.* I. P. a. VIII. §. 2. R. I. 1500. T. 55. 57. R. I. 1521. §. 23. LIMN. ad *Capit.* CAR. V. a. XI. n. 15. ſqq. STRUV. l. c.

(*) Hinc totum Corpus appellatur *des Reichs-Volck.* v. *Ordn. des Regim.* 1500. Item *der Reichs-Armee, der Röm. Kayſerl. Maj. und des H. R. Reichs Kriegs-Heer.* v. *Pragerfried.* a. 1635. §. *zu deſſen*, R. I. 1641. §. *bey dem andern.*

peratoris & Imperii erant, a quibus & *ſtipendia* iis conſtituebantur, ita utrique *jurejurando* obſtringebantur.

XII. Sed hodie, poſtquam numerus militum in Comitiis definitus eſt, *Delectus* per *Circulos* inſtituuntur, aſſignato cuique Statuum ſua portione, *das Reichs Contingent* vocata; quod tamen non amplius ad matriculæ regimen fit, ſed alia diſtributione, quæ a. 1681. extra ordinem, ex æquo & bono, facta, & hucusque retenta eſt.

XIII. A tempore Pacis Weſtphalicæ ſæpius in Comitiis de Marte Germanico perpetuo deliberatum, ac tandem poſt pacem Ryſwicenſem per Concluſum Trium Collegiorum a. 1702. decretum eſt, ut *Miles perpetuus* pacis tempore [illegible] belli vero tempore 120000 ſecundum Circulos diſtributus, aleretur.

XIV. Non ſolum autem milites cum Ducibus, ſed & reliquum apparatum bellicum,

Cir.

XII. v. CONRING ad LAMPAD. P. III C. XIX §. 19. ubi, pro milite conſcripto, delectum a ſingulis Ordinibus adhibendum, ſuadet. *Medit.* ad *I. P.* l. c. p. 884. STRUV l. c.

XIII. v. *Staats Cantz.* T. II. p. 354 T. III. C. III. T. VII p. 736. STRIK de *Jure Militiæ Imper.* STRUV. l. c. Conf. MONZ. C. VII §. 9 C. VIII. §. 3. 4.

XIV. STRUV. §. 16. 17.

Circuli, quilibet pro rata numeri ſui, præſtare tenentur: quamvis & tormenta ſæpe a vicinis Statibus vel Civitatibus Imperialibus petantur. Quæ omnia licet per leges Imp. ita, ſub pœna banni etiam, fuerunt ſancita, tamen non deſunt querelæ neglecti a multis officii.

XV. Quodſi etiam milites pro *Exteris* in Imperio legendi fuerint, modus in Conſtitutionibus Imp. præſcriptus obſervandus, ita, ut non ſolum conſenſus Imperatoris, ſed & Statuum illorum, in quorum Territoriis delectus inſtituendus, requiratur, inſuper Præfecti milites lecturi nominentur, & cautio, militem lectum contra Imperium haud acturum, nec tranſitu Statibus gravem futurum, præſtetur.

XVI. Porro & *Supremus* ac *Generalis* belli *DVX*, ceterique *Primarii* agminum *Ductores* & *Officiales*, communi IMPERATORIS & STATVVM conſenſu leguntur: Et ſi

XV. v. R. I. 1570. *Capit.* JOS. a. XV. CAROLI VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. §. 14. SCHWED. C. XXVI. §. 5.

XVI. v. R. I. 1500. art. *des Reichs Hauptmann.* R. I. 1530. § 123. R. I. 1557. §. 71. R. I. 1566. §. 51. R. I. 1541. §. 46 R. I. 1542. §. 23. *Cap.* JOS. a. XL. CAR. VI. a. XXIII. *Staats-Cantz.* T. XII. p. 486. *Electa I. P.* T. V. p. 85. LIMN. l. c. n. 18. ſqq. SCHWED. § 3. STRUV. §. 17.

ſi Ordines Imperatori hanc electionem delegant, non niſi *Germani* eligendi ſunt. Imo ſi ipſe IMPERATOR Exercitui præeſſe vult, *Conſenſus Ordinum* quoque requiritur.

XVII. Sicuti etiam *Directio belli* IMPERATORI & STATIBVS communis eſt, niſi eadem IMPERATORI ſoli a Statibus concedatur: ita eorundem auctoritate & *Conſilium bellicum*, cujus tamen Directores & Aſſeſſores pari ex utraque religione Deputatorum numero eſſe debent, conſtituitur, & *Leges militares* Exercitui præſcribuntur, & *Jurisdictio* in milites exercetur, *Indictumque militare* banno munitur, & Summi belli *Duces*, cum omnibus *Officialibus*, ac toto *Exercitu*, Imperatori & Imperio *Jurejurando* obſtringuntur, & *Salaria* illis decernuntur.

XVIII. Neutiquam vero a Cæſare *Conſilio ſuo bellico* ac *Ducibus Generalibus* concedendum, ut, contra Conſtitutiones Imperiales ac Circulares, pro arbitrio ſuo, migrationes ac tranſitus militum ordinent, a communibus ejuſmodi oneribus quemquam eximant, propriam ſibi cognitionem de mercibus prohibitis,

XVII. v. R. I. 1567. §. 33. R. I. 1508. §. 9. R. I. 1603. §. 6. R. I. 1541. § 55. *Medit.* ad I. P. 882. *Cap.* CAR. VI. l. c. CAR. VII. l. c. § 3. KIMN. l. c. SCHWED. §. 3. STADV. §. 18.

XVIII. Capit. CAROLI VII. a. IV. §. 4.

bitis, aliisque commerciorum negotiis arrogent, de fortalitiis Imperialibus diſponant, vel Ducibus Imperii Generalibus mandata mittant.

XIX. Sed nec *delectus militum* in Imperio a Cæſare, ſine conſenſu Electorum Principum & Statuum inſtituendi, nec exercitus in Imperium ducendi, aut aliis idem permittendum. Sed ſi a Statu quodam Imp. exercitus extraneus in Imperium aut per illud, ſub quocunque prætextu, contra Inſtrumentum Pacis, ducatur, pro viribus iſtud avertendum, vis vi repellenda, atque læſo auxilia efficacia, ſecundum leges Imperii, cumprimis Ordinationem Executionis præſtanda.

XX. Neque etiam exercitus, absque Electorum Principum & Statuum præſcitu & conſenſu, extra Imperium ducendus, ſed ad defenſionem ejusdem atque opem Statibus in anguſtiis conſtitutis ferendam adhibendus.

XXI. *Hoſpitationes* quoque militum, hybernæ inprimis, non a ſolo CÆSARIS arbitrio, ſed & STATVVM placito, dependent,

XIX. ibid. § 7.

XX. ibid. § 8.

XXI. v. I. P. a. VIII. §. 2. ibique *Medit.* g) p. 885. ubi de remediis adverſus prægraves militum hoſpitationes. *Cap.* JOS. a. XIII. ibique *Medit.* q) p. 149. CAR. VI. a. IV. CAR. VII. eod. §. 3. ſq.

dent, qui tamen [illegible] ordinandis plerumque Ducem [illegible]. [illegible] igitur easdem [illegible] previo Electorum Principum [illegible] conſenſu committere, neque ut [illegible] Conſtitutiones Imp[illegible] hoſpitiis premantur, vel ut [illegible], permittere debet. Immediatas quoque ditionum Imperii, quæ ab exteris [illegible] per [illegible], aliaque [illegible] incommoda, gravantur, [illegible] tecta præſtanda.

XXII. [illegible] de hoſpitationibus in tranſitu dicendum [illegible] in *tranſitu* [illegible] Imperatoris propriarum [illegible], non ſolum [illegible] & [illegible], per quorum [illegible] eſt, præſcitu & ope [illegible] previa ſcil. requiſitione, fieri, ſed etiam [illegible] eſſe debet, ita, ut milites tranſeuntes [illegible] annonam alias præberi ſolitam exigant, ſed in tranſitu [illegible] ac in caſtris, de ſuo vivant, omniaque neceſſaria pro conſueto pretio a provincialibus comparent, atque [illegible] pecuniam pro iis ſolvant.

XXIII. Debent igitur Copiæ in hoſpitiis & ſtativis, in Territoriis Statuum, nonniſi manſionem ſub tecto, neutiquam vero ci-

XXII. v. *Medit. ad I. P.* p. 882. Cap. CAR. VII. a. V. § 15.
XXIII. Ibid. § 16.

baria, ſibi aſſignari petant: id quod etiam de Ducibus Generalibus, Tormentorum Præfectis, Commiſſariis, & Cancellariis caſtrenſi, intelligendum.

XXIV. Quæ omnia ut rite, pro re nata, obſerventur, pro militibus tranſituris ſufficiens cautio, per Cambiorum negotiatores, ac mercatores, immobilium poſſeſſores, in Civitatibus Imperii, præſtanda, prout in conſtitutionibus Imperii cautum, vel etiam cum Statibus, quorum intereſt, hoc nomine tranſigendum.

XXV. Cumprimis etiam locus, ubi Judicium Imperii Camerale ſubſiſtit, ab *hoſpitationis naturalis* onere, præſtita æqua compenſatione illis, quorum intereſt, in poſterum immunis ſervandus.

XXVI. Quodſi jam bellum Imperii in comitiis decretum eſt, facile intelligitur omnes & ſingulos Status teneri ad ratam ſuam tam copiarum, quam collectarum, aliarumve rerum neceſſariarum, conferendam, neutiquam vero cuiquam ex illis licere, *neutras* amplecti partes: quippe quod religio fidei, qua Imperatori & Imperio obſtringuntur, omnino exigit.

XXVII.

XXIV. Ibid. §. 17.

XXV. Ibid. §. 10.

XXVI. STRUV. *C. I. Publ.* C. XXIV. §. 15. Diſp. mea de *Neutralitate Statuum Imp. R. G. in bello Imperii illicita* §. 12. ſeqq.

XXVII. Poteſt autem Cæſar non ſolum bellum Imperii communi conſenſu comitiali decretum declarare, ſed etiam avocatoria emittere, quibus omnes & ſinguli, qui in hoſtis reperiuntur ſervitiis, ut eadem deſerant, ſub pœna confiſcationis bonorum evocantur, aliaque edicta publica, quibus prohibetur, ne hoſti bellicus apparatus, equi, frumenta, aliaque victus neceſſaria advehantur, neve delectus ipſis in terris Imperii concedatur, promulgentur.

XXVIII. Refertur etiam in I. P. ad Jura Comitialia *Jus nova Munimenta* nomine publico intra Statuum ditiones *extruendi*, veterave *præſidiis firmandi*, iisque proſpiciendi: ſed uti, Cæſarem munimenta in Territoriis Statuum, ipſis invitis, condere haud poſſe, indubium eſt, ita, an idem, accedente conſenſu Comitiali, hodie fieri poſſit, dubio non caret: certe Capitulationes noviſſimæ hoc Jus ſimpliciter Dominus Territ. tribuunt; ſaltem in caſu neceſſitatis Status, cui periculum imminet, conſenſum haud facile denegabit.

 XXIX.

XXVII. STRUV. l. c. §. 16. CHLADENII de jure avocandi vaſallos exteris militantes. Programma meum de *Libertate Commerciorum tempore belli reſtricta*.

XXVIII. J. P. l. c. ibique *Medit* h.) p. 886. *Cap.* JOS. l. c. ibique *Medit*. p.) p. 148. CAR. VI. l. c. CAR. VII. l. c. §. 9. STRUV. §. 30.

XXIX. Ceterum uti bellum ejusmodi Imperii auſpiciis geritur, ita quicquid per illud acquiritur, Imperio acquiritur, niſi in pacis tractatibus, &c. inter Imperatorem & Status, aliter conveniat.

XXX. In *Pace* facienda Cæſari annitendum, ut avulſa ab Imperio recuperentur, atque in eccleſiaſticis & politicis rebus cuncta in ſtatum, Legibus Imp. fundamentalibus, & anterioribus Pacificationibus conformem (*excepta* tamen a Proteſtantibus *Pace Ryſwicenſi*) reſtituantur.

XXXI. Cum primis ea, quæ Monaſterii & Osnabrugae inter Prædeceſſores Imperatoris & Imperium, nec non Electores Principes & Status, ex una, itemque compaciſcentes Coronas ex altera parte, acta & concluſa ſunt, ſancte ſervanda, neque adeo contra ea vel ab Imperatore quicquam ſuſcipiendum, vel ut ab aliis tale quid attentetur, quo

XXIX. v. *Ordnung des Regim.* a. 1500. Tit. *wo dem Reich Glück und Sieg zuſtünde* R. I. Spir. 1542. § 38. *Cap.* CAR. V. a. XXV. FERD. III. a. XXXI. LIMN. l. c. n. 32. SCHWED. l. c. STRUV. §. 18. HORN. C. XLII. § 3.

XXX. v. *Cap.* CAROLI VI a. IV. ibique *Spicil. Obſerv.* p. 116. ubi, quæ de hac materia in Comitiis inter Catholicos & Proteſtantes acta & diſputata ſunt, recenſentur. Capit. CAR. VII. a. IV. §. 12.

quo pax hæc perpetua, veraque amicitia, violetur aut infringatur, admittendum.

XXXII. *IVS PACIS*, æque ac *Jus Belli*, Cæſari & Statibus commune eſt. Et CÆSARI quidem vi Majeſtatis illud competit, STATVVM vero concurſus omnis ævi obſervantia nititur, dum Reges & Imperatores Germanici a Carolingorum tempore fere ſemper circa ineundam Pacem Ordinum quoque conſilia vel ſuffragia adhibuerant; quod tanquam jus demum per Pacem Weſtphalicam & Capitulationes noviſſimas ipſis confirmatum eſt.

XXXIII. Concurrunt igitur STATVS hodie ad negotium Pacis *cooperatione* & *conſenſu*; ita quidem, ut non ſufficiat, ſi Cæſar Status roget, an hoc tempore Pacem fieri velint, ut ipſe hoc negotium ſuſcipiat, jubeant; ſed agendum quoque cum illis ſit de conditionibus Pacis, omniaque inter actionem

XXXII. v. I. P. a. VIII. §. 2. *Cap.* IOS. a. XIII. CAR. VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. § 11. Dn. de LVDEWIG. de *Jure allegandi* C. I. § 13. ſeqq. MEVICHEN de *Concurſu Statuum circa Negotium Pacis* C. III.

XXXIII. v. Capit. II. cc. ubi: *Keinen Frieden ohne Churfürſten Fürſten und Ständen zuthun und Einwilligung ſchlieſſen.* & *Mediat.* ad h. l. p. 150. ubi de occaſione hujus clauſulæ. *Medic.* ad I. P. p. 888. Cap. CAR. VII. a. IV. §. 11.

nem communicanda, nec de quoquam ſine præſcitu & conſenſu Statuum tranſigendum: Imo ne quidem Præliminaria vim quandam obligandi habentia, multo minus principales tractatus aliter vel ſuſcipi vel concludi debent, niſi vera neceſſitas & periculum in mora iſtud haud permittat; quo caſu ſaltem interea, donec res Imperio proponi poſſit, Collegii Electoralis conſenſus expetendus, antequam Obligatio quædam ineatur.

XXXIV. *Quadruplici* vero potiſſimum ratione hic Statuum *Concurſus* fieri poteſt: nimirum ut hi aut Cæſareæ Legationi ſuam quoque Deputationem ſeorſim adlegent, aut Viros eosdem cum Cæſareis munere legationis inſtruant, aut omnem legandi facultatem Cæſari concedant, aut denique rem in ipſis Comitiis tractent.

XXXV. Equidem quod STATVS in *Conſultationibus Comitialibus* circa ineundam Pacem ſuas habeant partes, ſuffragioque gaudeant, nec ante, nec poſt Pacem Weſtphalicam, dubitatum, cum & obſervantia, & poſtea expreſſa lex, pro Statibus militaret; neque etiam, ſicubi *Legatio* in hanc rem decer-

XXXIV. v. LVDEWIG, l. c. C. II. §. I. HENNIGES *Obſerv. Haten(ſ).* T. III. Obſ. 8. p. 108.

XXXV. v. KVLPIS de *Legation. Stat. Imp.* C. V. § 6. 8. MOLLENBEC. de *Jurib. Cæſaris circa negot. Pac.* C. III. §. 3.

cernenda fuerit, dubitatum, quod eadem IMPERATORIS & STATVVM autoritate adornanda ſit, eo quod illud & naturæ negotii, & Statui publico, conveniens videatur: At vero, an horum quoque in loco negotiationis cum Cæſareis Legatis per Deputationem ſuam concurrant, atque adeo *Iure adlegandi* gaudeant, ſtrenue diſceptatum fuit.

XXXVI. In *Pacificatione Weſtphalica* CÆSAR, poſt varias contentiones, admittere quidem volebat STATVS Imp. ſed ut ſingulos, non in forma Collegii: tandem vero & hoc admiſit, ita quidem, ut quoties, & cum quibuscunque vellent, convenirent, modo id non fieret in præſentia cæſareorum.

XXXVII. Miſſi igitur *Deputati*, qui, ſecundum tria Collegia diſtincti, modo cum Cæſareis, modo cum exteris Legatis, egere. Horum uti conſenſus in ſingulis articulis requiſitus fuit, ita eidem & ad ſubſcriptionem

 atque

XXXVI. v. PFANNER. *Hiſt. P. Weſtph.* L. II. §. 11. PVFEND. de *Reb. Suec.* L. XIX. XX. LONDORP. *Contin.* P. V. L. I. p. 385. 720. *R. I.* 1641. § 11. KVLPIS. l. c. § 13. I. P. *Proœm.* verb. *Præſentibus, ſuffragantibus & conſentientibus S. R. I. Electoribus Principibus ac Statibus*, ibique *Mediæ* a) p. 5. & A. VIII. §. 2. de LVDEWIG l. c. §. 27. STRUV. *S. I. Publ.* C. XXIII. § 21. MOLLENB. §. 4. MEVICHEN l. c. §. 12.-14.

atque ratihabitionem Pacis fuerunt admiſſi, ipſisque bina Pacis ratihabitæ exempla tradita, unum quod nomine Imperii adſervaret Moguntinus, alterum nomine Proteſtantium Elector Saxoniæ. Atque ſic *Jus adlegandi* Statibus Imp. uſu & lege firmatum eſt.

XXXVIII. Circa Pacem *Noviomagenſem* initio quidem in Comitiis itidem placebat, *Adlegationem* Imp. Cæſareæ Legationi adjungendam eſſe: ſed cum inter Electores & Principes non conveniret, Cæſar vero promitteret, ſe omnia cum Statibus in Comitiis communicaturum, nec quidquam ſine ipſorum ſuffragiis concluſurum, res tota CÆSARI permiſſa eſt: quamvis cum nihilominus Pax, inconſultis Statibus, & ſine mentione ipſorum Conſenſus in tabulis facta, concluderetur, approbata quidem in Comitiis fuit, fide tamen a Cæſare data, hoc non in exemplum trahendum eſſe.

XXXIX. Exercuerunt quoque Status Jus adlegandi in *Pace Ryſwicenſi*, licet ad publicos

XXXVIII. v. *Actes & Memoires de la Paix de Nimegue* T. III. p. 410. 532. PUFEND. de *Reb. Frid. Wilh.* L. XVII. §. 26. STRUV. §. 22. MOLLENB. § 5. 6. MEUSCHEN. § 15.

XXXIX. v. INSTR. P. RYSWIC. Procem. ibi: *Praeſentibus, ſuffragantibus, & conſentientibus S. R. I. Electorum Principum & Statuum Deputatorum Plenipotentiariis. Staats-Cantz.* T. III. C. II.

blicos Congreſſus Cæſarei Legati Deputatos Statuum admittere nolent. Convenerunt [illegible] en, ut Cæſarei nihil agerent, niſi rogatis [illegible] e gatorum ſuffragiis, & communicatis, [illegible] Conſiliario Sa[illegible] [illegible] Concepta quoque [illegible] excepta IVti Articuli [illegible], ex Delegatorum ſuffragio atque conſenſu [illegible], exceptis Proteſtantium no[illegible]s, [illegible]

XL. *Pacem Reſtatuendam* Cæſar quidem abſque conſultatione Co[illegible] tractavit, ſed tamen mox rem cum Statibus communicavit, urgentem neceſſitatem allegans, eosque rogavit, ut ad Conventum Badenſem vel Deputationem [illegible] decretam mitterent, vel ſibi negotium demandarent: quod poſterius, licet in tra[illegible] e Catholicorum & Evangelicorum eſſent ſententiæ, tandem placuit, unde CÆSAR mandato Imperii, adjectis tamen certis capitibus [illegible] III & IVtum P. Ryswicenſis comprehendentibus, munitus, ſolus Badæ cum Gallis tranſegit.

XLI.

LVDEWIG. C. I. §. 68. ſqq. STRVV. § 23. NEVSCHEN. § 28. ſqq.

XL. STRVV. *Diſcurs von Reichs-Deputationen zu Friedens-Schlüſſen*, p. 47. S. I. P. I. c. §. 25. *S. Hiſt. Germ.* Diſſ. XXXVIII. § 51. *Staats-Cantz.* T. XXIII. C. IX. XV. MOLLENBEC. § 7. 8. NEVSCHEN. §. 23.

XLI. Tandem per Capitulationem noviſſimam Electoribus Principibus & Statibus Imperii tributum ad Pacis tractatus, per *Deputationem* & *cooperationem* concurrendi jus, ita firmatum eſt, ut in eo haud ſint turbandi, atque inter Legatos Cæſareos & Imperii Deputatos conſuetus in Deputationum Imperii conventibus tractandi modus obſervandus ſit.

XLII. Quantum vero ad congreſſus, cum Fœderatorum, aliorumve Exterorum, cumprimis eorum Principum aut Gentium, quibuscum bellum geſtum eſt, Legatos attinet, Deputati Imperii ad illos haud dubie admittendi ſint, & ſine ipſorum cooperatione nihil tranſigatur, multo minus a Cæſareis quidquam ſuſcipiatur, ad Deputatos Imperii repræſentandos.

XLIII. Quodſi vero Imperatori atq. Electoribus Principibus & Statibus negotium pacis demandatum fuerit, id quod illis omnino integrum eſt, mandatum ejusmodi ab ipſo ulterius haud extendendum, neque aliter eodem utendum, quam ſenſus ejus litteralis admittit.

XLIV. Quemadmodum igitur STATUS juxta cum CÆSARE non ſolum circa negotiationem & concluſionem Pacis in loco congreſſus præſentia, ſuffragio & conſenſu ſuo concurrunt, ſed & Tabulas Pacis manu &

XLI. - XLIII. Cap. CAR. VII. a. IV. §. 11

& ſigillis propriis muniunt, atque Exempla earum authentica accipiunt.

XLV. Ita iidem & circa *Ratificationem* Pacis ſuas quidem partes habent, ita, ut non niſi ſub CÆSARIS & ORDINVM ratihabitione impetranda Legati Cæſarei Pacis leges meant, eademque dein conſenſu Comitiali decernatur, attamen *Inſtrumenta* Ratificationis a ſolo CÆSARE, Suo & Imperii nomine, expediuntur, *ſubſcribuntur* & *ſignantur*, ipſique ſoli ex altera parte extraduntur.

XLVI. Ratificationem excipit *Publicatio* Pacis, quæ itidem, ex obſervantia, a ſolo CÆSARE fit, ita, ut cum per univerſum Imperium ab eo Edicta promulgentur, atque mandetur omnibus, qui vi Pacis ad aliquid reſtituendum vel præſtandum obligantur, ut ſine tergiverſatione & noxa intra tempus concluſæ & ratihabitæ pacis præſtent, & exequantur transacta, tum inprimis Summa Imperii Tribunalia certiora de Pace concluſa reddantur, atque ut eam ceu legem ac regulam ſequantur, iis injungatur.

XLVII. Publicationem denique *Executio* Pacis ſequitur, circa quam cum IMPERATORE itidem STATVS certa ratione concurrunt: Cum vero illa vel erga *Exteros*, vel in *Impe-*

XLV. v. MOLLENBEC. C. VI. L. B. de LYNCKER ad *Capit.* IOS. a. XIII. p. 44.

XLVI. I. P. *Weſtph.* a. XVI. pr. MOLLENBEC. C. VII.

& per totum Imperium, executio facienda ſit. prout, concluſa Pace Weſtphalica, factum, ubi in *Conventu Norimbergenſi*, Executionis cauſſa inſtituto, per Tres Imperii *Senatus*, cum Ordinum *Deputatorum* Legatis deliberatum eſt.

LI. Nec dubium, quin, pro hodierna Status publici indole, non ſolum IMPERATORIS, ſed & IMPERII, auctoritate Executio fiat, ſicuti utriusque nomine Pax concluditur. quamvis *Edicta* & *Mandata* in hanc rem ſub ſolo CÆSARIS nomine emanare ſoleant.

LII. Fit autem Executio, ad *Mandatum* Cæſaris, regulariter quidem per *Directores* & *Duces Circulares* vel ejusdem Circuli, in quo executio facienda, vel, pro re nata, vicini; quandoque vero etiam per *alios Commiſſarios*, ad requiſitionem eorum, qui reſtituendi ſunt, a Cæſare datos: qui adeo, juxta Ordinationem Executionis, eandem expediunt atque perficiunt.

LIII. Ex dictis liquet, CÆSAREM circa Concluſionem & Executionem Pacis, nihil, ex

LII. v. I. P. a. XVI. §. 2. 3. LYNCKER. ad C. JOS. a. XXXVIII. p. 90. MOLLENBEC. §. 2. 3. 4. ibique FERDINANDI III. *Litteras* ad Directores Circ. & *Edictum Execut.* a. 1648.

LIII. v. Dn. STRUV §. 26. Diſſ. MOLLENBECCIVS quam Reſpond. Dn. de MENINGHOEN in Diſp.

ex plenitudine poteſtatis, invitis Statibus, aut in eorum præjudicium, ſtatuere poſſe: licet circa Congreſſum, Ratihabitionem, & Publicationem Pacis Eidem præcipuæ partes, ac honorum prærogativæ, haud ſint denegandæ. Ceterum quicquid juris eſt circa Pacem, idem quoque circa *Inducias* longi temporis Juris eſſe intelligitur.

LIV. Porro ad Comitia ſpectat *Jus mittendi & recipiendi LEGATOS*, in cauſſis nimirum, totum Imperium concernentibus, mittendos vel miſſos, quamvis interdum & de negotiis conſenſu comitiali decretis Legatos inſtruendi, ac ſuo nomine mittendi, facultas CÆSARI relinquatur, ſicut & Legatos ab exteris ad Imperium miſſos modo CÆSAR ſolus recipit & audit, modo ORDINES ſoli audiunt, ita tamen, ut nihil ſine *Conſenſu Comitiali* Cæſaris & Ordinum cum iis concludi poſſit.

LV. Quæſitum quoque fuit, an IMPERATORI, ſine Ordinum conſenſu, *Legatum* e Ger-

Diſp. de *Jurib. Cæſar.* c. *Neg. P.* modo cit. Conf. VITR. L. III. C. III. §. 20.

LIV. v. CONRING. de *Negot. Convent. Imp.* §. 97. 98. SCHWED. C. XXVIII. §. 4. KULPIS de *Legat.* C. V. TITIUS L. VI. C. VIII. §. 8. 9. STRUV. §. 27. 28. LUDEWIG. de *Jure adleg.* C. II. §. 6.

LV. v. *Staats-Canz.* T. XXIII. C. VIII. *Electa J. P.* Tom. VI. p. 194. THUCEL. *Aß. P.* T. II. C. XI. STRUV. §. 29.

e Germania *proſcribere* liceat? quod de illius Legato, de quo pro hoſte Imperii declarando in Comitiis agitur, vix dubitandum. Mittit autem tunc Cæſar ad *Archimareſchallum* decretum, Legato inſinuandum, hoc addito, ut, ſi tempore præfinito exire nolit, vi armata cum ſuis educatur: mandatur quoque *Civitati*, ubi Comitia habentur, ut *Mareſchallo Imp.* opituletur.

LVI. Pariter *Jus FOEDERVM* nomine Imperii pangendorum cum Statibus jam ab aliquot retro Seculis, antiqua conſvetudine primum, dein Conſtitutione MAXIMILIANI I. communicatum, per Capitulationes vero priores ELECTORIBVS tantum, ſed per noviſſimas & I. P. omnibus STATIBVS firmatum eſt.

LVII. Igitur hodie IMPERATOR qua talis, in rebus Imperii nullum fœdus, ſive offenſivum ſive defenſivum, ſine ORDINVM conſenſu inire poteſt; ita tamen, ut in caſu, ubi ſalus Imp. moram non patitur, adhuc Electorum conſenſus collegialis ſufficiat,

LVI. - LVII. v. *Handhabung des Friedens* a. 1495. Tit. *der Kayſerl. Maj. Cap.* CAR. V. & FERD. IV. a. VII. LEOP. & JOS. a. X. ibique *Medit.* & HERTCH. CAR. VI. a. VI. ibique *Specil. Obſ.* p. 143. ſqq. *Capit.* CAR. VII. a. VI. § 1. 2. OBRECHT. Diſſ. de *Imperii Germ. ejusque Statuum fœderibus* th. 7.

ciat, uſque dum Comitia convocentur: Suarum vero terrarum cauſſa fœdera Imperio haud noxia pangere Cæſari integrum eſt.

LVIII. Denique Jus COMMERCIORVM, quatenus Exteros reſpicit, huc inter Tranſeuntia Imp. Jura adhuc commemorandum: Quemadmodum vero Imperatoris & Statuum eſt, decernere, an *Exteris* Commercia cum Imperio, conceſſis privilegiis, ſint permittenda, vel reſtringenda vel an plane cum iis prohibenda, & merces invectæ fiſco addicendæ, vel an fœdera cum iis commerciorum cauſſa ineunda ſint, ita contra eosdem, libertatem ac ſecuritatem Commerciorum noſtrorum impedientes, lenioribus remediis fruſtra tentatis, repreſſaliis uti, vel armis commercia noſtra defendere licet.

LIB.

LVIII. v. *Cap.* IOS. a. XIX. ibique NITSCH. & *Mendit.* CAR. VI. a. VII. CAROL. VII. a. VII. §. 1. HVGO de *Statu Reg. Germ.* C. III. §. 14.

Lib. VI.
DE
COMITIIS JUDICIIS ET CIRCULIS IMPERII.

Cap. I.
DE
COMITIIS IMPERII UNIVERSALIBUS.

§. I.

JUra *Majeſtatis Imperialis* exercentur vel in *COMITIIS*, vel in *JUDICIIS*, vel in *CIRCULIS* Imperii: Hinc patet ratio, cur de his quoque jam agendum ſit.

II. COMITIA IMPERII ſunt *Conventus Imperatoris & Statuum rite convocatorum, eum in finem inſtituti, ut de negotiis, univerſum Imperium concernentibus, communi conſultatione, ſtatui ac decerni queat*

III. *Comitiorum inſtitutum* in Germania jam ab antiquiſſimis temporibus, ob inſitum Germanis libertatis ſtudium, obtinuit.: Sed uti indoles Comitiorum ſequitur naturam

 Reipu-

III. v. TACIT. C. VII. ibi: *Nec Regibus infinita aut libera poteſtas, & in Comitiis integri Populi Reges audiri, auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate.* TITIUS *J. Publ.* L. VI. C. I. §. 4.

Reipublicæ, ac, pro variato ejusdem ſtatu, varie quoque mutata ſunt: ita *Comitiorum*, qualia hodie ſunt, *origo* ab eo demum tempore, quo Status in communionem imperii ſunt recepti, derivanda eſt.

IV. Quemadmodum vero apud *veteres* Germanos *duplex* Comitiorum genus frequentatum fuit, *Majorum* ſed & *Minorum* (*a*) ita poſtea quoque erecto *FRANCORVM* Regno, idem uſu ſervatum, unde, *CAROLINGORVM* ætate, alii fuerunt *Conventus Populi* & *Curiæ Generales*, item *Placita* ſive *Concilia Generalitas*; alii *Conventus Seniorum* & *Principum*, ſive *Senatus Francorum* (*b*).

V.

IV. (*a*) TACIT. de *mor. Germ.* C. X. ibi *de minoribus rebus Principes conſultant, de majoribus omnes.*

(*b*) v. HINCMAR *Epiſt.* XIV. ad Proceres Regni pro Inſtitutione Carolomanni Regis § 29 ibi: *Conſuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non ſæpius, ſed bis in anno* PLACITA DVO *tenerentur.* VNVM, *quando ordinabatur* STATVS TOTIVS REGNI *ad anni vertentis ſpatium, quod ordinatum nullus eventus rerum, niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toti regno incumbebat, mutabatur. In quo Placito* GENERALITAS *univerſorum* MAJORVM (ſupple, & MINORVM) *tam Clericorum, quam Laicorum conveniebat.* SENIORES *propter conſilium ordinandum:* MINORES *propter idem Conſilium ſuſcipiendum, &*

inter-

V. *Conventus Generales* in Villis Regiis, vel proximo Campo, Kal. Martii vel *Maji* celebrati, ad quos omnes Regni Ordines, *Majores* & *Minores*, *Seniores & Juniores*, *Clerici* & *Laici*, *Epiſcopi* & *Abbates*, *Duces* & *Comites*, omnesque Remp. procurantes, cum toto *Populo* congregati ſunt. In his de præcipuis Eccleſiæ & Reip. negotiis actum, atque Status Regni pro eo anno ordinatus eſt.

VI. Ordines, ſecundum diverſas Claſſes, ſeparatas ſedes habebant, idque ſub dio, ſi cœlum ſerenum eſſet, alias intra ædes. Seniorum duæ Curiæ erant, altera Epiſcoporum & Abbatum, altera Ducum & Comitum, ut tamen liberum eſſet, inter ſe, vel cum Populo convenire.

VII. Occupatis ſubſelliis, Seniores de Capitulis a Rege propoſitis agebant, dum Rex ſuſcipiendis muneribus, ſalutandis proceribus, confabulando cum multitudine occupatus eſſet. Examinatis capitulis, ſententias ſuas exponebant, ex quibus Rex, quam vellet, ſeligebat, quam omnes ſequebantur:

interdum pariter tractandum aliud Placitum erat SENIORIBUS *tantum, & præcipuis Conſiliariis habebatur*. Conf. LEHM. *Chr. Spir.* L. II. C. 37. 38. HERT. *Not. P. Fr. R.* C. V. § 1. ſqq.

V.-VII. HINCMAR. *Epiſt.* III. C. 34. 35. LEHM. C. 37. 39. HERT. 3. 4. 5. STRUV. C. I. *Publ.* C. XXIII. §. 3. 4.

quicquid concluſum, in capitularia redigebatur.

VIII. *Conventus minores*, qui & *Placita in compendio* vocabantur, erant, ubi Rex cum *Proceribus* tantum, ſive *Primoribus* & *Optimatibus Francorum*, qui & *Seniores*, & *præcipui ac electi Conſiliarii* dicebantur, quales erant Epiſcopi & Abbates, Duces & Comites, de negotiis publicis conſultabat.

IX. Eadem fere Comitiorum ratio ſub *SAXONICIS FRANCONICIS & SUEVICIS* Imperatoribus, imo & poſt *Interregnum* adhuc obtinuit. ſiquidem his temporibus univerſales omnium Ordinum conventus, ad quos & Populus, ex Nobilibus & Civitatibus collectus, admiſſus eſt, nonnunquam inſtituti ſunt, cumprimis ubi Imperatores eligendi fuerunt, quamvis ab HENRICORUM tempore jam *Conventus Principum* magis magisque invaluerint.

X. Species hujusmodi Conventuum erant *Curiæ* ſolennes, quas in præcipuis anni feſtis Reges magna ſolennitate, magnoque ſplendore, in Civitatibus majoribus, vel etiam

VIII. v. HINCM. *Ep.* III. C. 30. 31. 34. NITH. L. II. ibi *Carolus Calvus Placitum habens in compendio, ubique Optimatum Conſilio &c.* LEHM. C. 38. STRUV. §. 5.

IX. - XIII. v. STRUV. C. VII. § 6. C. IX. C. XXIII. §. 10. 11. ibique allegati Comm.

etiam in magna quadam planitie, extructis palatiis ligneis, celebrabant, advocatis etiam, ad praeſtanda officia ſolennia, Officialibus ac Miniſterialibus Regni, aliisque Proceribus, quibuscum ſimul de negotiis magni momenti deliberatum eſt.

XI. At circa interregni tempora novum genus Conventuum particularium exortum eſt, *Conventus Electorum* ſcilicet, quippe qui negotium Electionis, excluſis etiam Principibus reliquis, ſoli ſibi aſſerere coeperunt.

XII. Nihilominus poſt interregnum *Curiae Principum* quoad cetera Imperii negotia, adhuc frequentatae ſunt, in quibus licet antea & *Comitibus* locus fuerit, tamen poſtea, cum plerique Principum vaſalli facti eſſent, eundem ſoli *Wetteravici* & *Suevici* ſervarunt, quibus dein & *Franconici* & *Weſtphalici* acceſſerunt.

XIII. Celebriora quoque interdum *univerſalia Comitia*, maxime ubi Leges publicae ferendae, vel expeditiones ſuſcipiendae, aliave, quorum omnium intereſſet, proponenda fuere: in his & *Nobiles Immediati*, & *Civitates Imperii* comparuere, quamvis, ut videtur, non ad ſuffragia ferenda, ſed ad aſſenſum propoſitis ac decretis praebendum. Atque ex his tandem *hodierna Comitiorum facies* enata eſt,

IX.-XIII. v. errores. C. VII. § 7. C. IX. § 9. 10. C. XXIII. §. 6. n.

Civitatibus locum tuentibus, Nobilibus vero excluſis.

XIV. Diſtingvuntur autem hodieque *COMITIA* in *Univerſalia* & *Particularia*: *Illa* dicuntur, in quibus negotia totius Imperii a Cæſare & omnibus Statibus tractantur: *hæc* vero iterum duplicis generis ſunt, dum in *aliis* quidem de rebus ad univerſum Imperium pertinentibus agitur, non tamen ab omnibus Statibus, ſed quibusdam, omnes repræſentantibus, quæ adeo *Repræſentativa* nonnullis vocantur, *alia* vero a certis tantum Statuum Collegiis, vel Circulis, de negotiis particularibus, inſtituuntur.

XV. *Indicit* Comitia univerſalia CÆSAR, vel, eo abſente aut concedente, *REX ROM.* &, ſolio vacante, vel Imperatore abſente, aut minorenne, *VICARII*, idque *prævio* Electorum *conſenſu*, quibuscum & de loco & tempore convenire debet, ut ſuperius traditum: Poſſunt etiam Electores Cæſarem de Comitiis celebrandis admonere, non vero ſoli eadem indicere.

XVI.

XV. v. Supra L. V. C. VI. §. 13. - 16. Capit. CAROL. VII. a. XIII. §. 1. & 9. ubi de de Vicariis ſ. Conf. HERDEN *Grundſ* P. III. C III p. 102. n. 1. P. I. C. II. p. 13. KULPIS ad MONZ. C. V. §. 25. TEXTIVS L. VI. C IV. § 6. ſqq. Add. *Spicil. Obſerv.* ad Capit. CAR. VI. A. III. p. 6.

XVI. De *Loco* nihil aliud Legibus Imp. cautum, quam ne *extra Germaniam* Comitia indicantur, & ut prima *Norimbergæ* instituantur, quod tamen a tempore CAROLI V non adeo ſancte obſervatum, quamvis Norimbergenſibus Reverſales hoc nomine dari ſueverint: ex aliquo tempore *Civitates Imp* ampliores, & commodo loco ſitæ, qualis hodie eſt *Ratisbona*, Comitiis opportuniores viſæ ſunt.

XVII Nec ratione *cauſſæ* vel *temporis* ante hoc arbitrium Cæſaris valde reſtrictum, ſed tantum nimia Conuiciorum *frequentia* temperata fuit hodie vero quolibet *decennio*, vel, pro re nata *frequentius*, Comitia indicenda eſſe, ſuperius obſervatum eſſe Durabant quoque olim nonniſi per triduum, poſtea

XVI. v. *Cap.* CAR V. a. XII JOS. a. XVI. CAR. VI. a. XIII CAR VII. l c. ibi: *einen allgemeinen Reichstag innerhalb des Reichs Teutſcher Nation.* A. B. T. XXVIII §. 5. HENNIGES de *S Pot. Imp. circa Secul.* C. II. §. 11. TITIUS §. 10. 11. STRUV. §. 1. 5.

XVII. v Supra L. V. C VI. §. 14. Cap. CAR. VII. l. c. Conf. I P O. VIII § 3. ibi: *toties habenda, quoties id publica utilitas, aut neceſſitas poſtulaverit* Handhab des Fried. 1495 Tit *daſs ein Reichs-Tag nicht über einen Monat* HENNIG. l. c. TITIUS §. 11 MONZ. C. V §. 24. ibique THOMAS. in *Not* p). STRUV. l. c.

diutius, ſed vix ultra menſem; nunc vero diuturna ſunt, forte perpetua.

XVIII. Vocandi ſunt omnes STATVS Imp. & quidem ſecundum Territoria, quorum nomine ſuffragiis gaudent: tam *Eccleſiaſtici*, licet nondum *confirmati* aut *inveſtiti*, etiam *Evangelici*, ſede vacante autem *Capitula*; quam *Seculares*, licet itidem nondum inveſtiti, in terris individuis *Primogeniti*, vel, ſi plures pro indiviſo eas teneant, aut jure Comitiorum communi utantur, *univerſi*, vel *Senior*, in dividuis *ſinguli*, quotquot votum & *ſeſſionem* obtinuerunt, Impuberum vel Minorum *Tutores* vel *Tutrices*; *Prælati* vero & *Comites* per Directoria; *Civitates* etiam *Imperiales*, non vero *Nobiles Immediati*, licet olim nonnunquam vocati fuerint.

XIX. Convocatio olim fiebat *Edicto generali*, & verbis imperativis, hodie Edicto *ſingulari*,

XVIII. v. I. P. O. V. §. 51. 52. & VIII. §. 4. MONZ. C. V. §. 25. ibique KVLPIS. HERDEN. P. I. C. V. CONRING. de *Rep. Exerc.* IX. th. 13. ſq. SCHWED. C. XXX. §. 3. 5. HENNIG. §. 12. 20. COCCEJ. C. XX. §. 10. RHET. L. II. Tit. XXIV. §. 8. 9. DATT. de *Pace Publ.* L. V. C. 4. §. 6. TITIVS §. 13.-16. STRUV. §. 13. KOENIG von *T. Reichs-Tagen* P. I. Cap. I. §. 15. ſqq. 19.

XIX. v. *Grundf.* P. I. C. 2. LVNIG. *Reichs-Archiv.* P. *Gen.* p. 640. ſqq. PFEFF. VITR. ILL. L. IV. T. I.

gulari, ad ſingulos Status directo, eoque ſubſcriptione Cæſaris ac Vice-Cancellarii Imp. munito, atque conſignato, Stylo etiam blandiori & ad libertatem Germanicam attemperato. Continet iſtud & *tempus* & *locum* & *cauſſam* indictorum Comitiorum, & regulariter *ſex menſes* ante terminum tranſmittitur. Potentiores inſuper ſpecialibus litteris a Cæſare invitari ſolent.

XX. Vocari poſſunt & alii, non ſolum *Reges* & *Principes exteri*, quales olim nonnunquam Comitiis interfuerunt, hodieque ſaltem per Legatos intereſſe poſſent, ſi de communi rei Chriſtianæ ſalute agendum eſſet; ſed & *privati*, ſive ut rerum ſuarum rationem reddant, ſive, ut Statibus conſilio opeve inſerviant.

XXI. STATVS vocati, vi nexus, quo Imperio obſtringuntur, *comparere* tenentur, niſi privilegio gaudeant. integrum tamen hodie

T. I. §. II. RHET. §. 4. 5. SCHWED. §. 3. STRUV. l. c.

XX. v. A. B. T. XXIV rubr. R. I. a. 1530. §. 102. ibi: *auch Päbſtl. Heil und andre Potentaten.* HERDEN P. II. C. V. COCCEJ. §. 10. HENNIG. §. STRUV. §. 7.

XXI. Not. Status invitatos Cæſari per litteras, qua par eſt reverentia, reſpondere, ac de comparitione, ſaltem per legatos præſtanda, certiores reddere.

V. MONZ.

die eſt, vel in *Perſona* camparere, vel per *Legatos*, ſufficientibus mandatis inſtructos; niſi perſona comparere juſſa ſit, quod gravi de cauſſa fieri poteſt, & olim a CAROLO V. inprimis, ſub comminatione amittendorum feudorum & regalium, factum eſt, quo tamen caſu juſta quoque cauſſa abſentiam excuſabit. Qui autem venire neglexerint, nihilominus concluſis obligantur

XXII Olim & CÆSARES in *Perſona* plerumque in Comitiis præſentes fuerunt, ad

v. MONZ l. c. COCCEJ. §. 11 SCHWED. §. 6. HENNIG. §. 24. 25. 27. 31. 33. RHET. § 10. TITIVS §. 18. KOENIG. l. c. §. 24.

(*) Dic. de Privilegiis Regis Boh. Auſtriacorum & Burgundicorum. v. HENNIG. §. 28. 33.

(**) Dic. de iis, qui neceſſario per legatos compareant. HENNIG. §. 39.

(*) An, ſi major pars emaneat, a præſentibus decerni queant, quibus & abſentes teneantur? v. HENNIG. §. 34.

(***) Utrum conſultius ſit, ut Principes ipſi compareant, an ut per Legatos? v. *Grundſ.* p. 45. KVLPIS. ad MONZ. p. 158. THOMAS. ad MONZ. C. V §. 25. d) HENNIG. §. 26.

XXII. v. LEHM L. II. C. 37. L. B. de LYNCKER *de Commiſſario Imperiali ad Negotia Status.* STRUV. §. 15.

(*) Quæſitum An principalis Commiſſarius alius, quam Princeps Imp. eſſe poſſit? v KYR. *H.* p 811.

ad quod tamen a MAXIMILIANI I. tempore ſeſe obſtrictos eſſe negarunt, licet Status illud requirerent: Hodie igitur CÆSAR vel ipſe comparet, vel Vicarios mittit, quorum unus *PRINCIPALIS COMMISSARIUS* audit, atque ex Principum ordine plerumque ſumitur, alter vero, eidem adjunctus, inferioris dignitatis eſt.

XXIII. Olim etiam, cum Imperator, Electores & Principes, ipſi comparerent, *ſolenni ritu* urbem ingrediebantur; & *STATUS* quidem IMPERATORI, hic *ELECTORIBUS*, extra urbem *obviam* procedebant: quem in finem & Status prius Cæſare adventabant, ut ejus *ingreſſum* ſuo comitatu ſplendidiorem redderent, non quidem ex *neceſſitate juris*, ſed *regulis decori*: quæ ſolennia & pompa uti priſtinis ſeculis ignorabantur, ita hodie circa *Legatorum* introitum ceſſant.

XXIV. Paulo ante Comitiorum diem *VICE-MARESCHALLUS IMP.*, ad hoc ſpeciatim ab Imperatore & Saxoniæ Electore invi-

XXIII. v. SLEID. L. VII. p. 181. *Grundſ.* P. I. C. VI. p. 41. 42. LEHM. L. II. C. 37. TITIUS §. 1. STRUV. §. 15. KOENIG. l. c. §. 23.

XXIV. HERD. C. VI. STRUV. l. c. KOENIG. §. 21. SCHWED. §. 7. ubi de lite Vice-Mareſchallo a Magiſtratu Urbis deſuper mota, ſed poſtea a. 1614. tranſacta.

invitatus, una cum *Metatore* Imp. & *Latrunculatore*, in locum Comitiorum ſe confert, ut omnia ad Comitia diſponat, Legatis de hoſpitiis proſpiciat, atque rei annonariæ æque ac Conventuum curam gerat quem adeo compartituri de adventu mature certiorem reddunt, quo facto Principibus ipſe, Legatis per Metatorem, hoſpitia adſignat, & per Latrunculatorem nomen & inſignia cujusque illi adfigi curat

XXV *STATUS*, vel eorum *Legati*, ubi advenerunt, primo omnium aditum ad IMPERATOREM, vel ejus *Commiſſarium*; prævia credentialium oblatione, a Legatis facta, petunt, qui & certis ſolennibus, pro dignitate Statuum variantibus, ipſis concedi ſolet · ſed & *Commiſſario* Cæſareo *primæ* viſitationis honor a Statuum Legatis tribuitur

XXVI. Præterea *Directorio Moguntino* adventum ſignificare, atque Litteras credentiales & mandata, ſimul offerre tenentur; quod, abſente Imperatore, jam ante Principalis

XXV. v. SCHWED. §. 7. EUR. HER. p. 190. ubi de ſeribus Ceremoniarum inter Commiſſarios Cæſareos & Legatos Electorales transactis. Diſc. vom gegenwärtigen Reichstag ap. SCHILT. p. 143. KOENIG. l. c. §. 26.

XXVI. v *Grundſ.* C. VI. p. 51. KULPIS de *Legat* C. XII. §. 3. C. XIII. §. 14. 16. *Compendiöſe Beſchreib. eines Reichs-Tages* C. III.

palis Commiſſarii aditum fieri fuevit: ſed circa *modum mandata offerendi* ac ſeſe *legitimandi*, magna inter Directorium Moguntinum ceteroſque Legatos concertatio enata eſt.

XXVII. Primum *Moguntini Legati* ſatis ſe legitimaſſe crediderunt, dummodo Cæſareæ Commiſſioni mandata authentica exhibuerint, atque ea de re Electorale Collegium certius reddiderint. Status vero eadem ſibi quoque exhiberi voluerunt: attamen hodie legitimatio ita facta nonniſi per Commiſſionis Decretum Statibus ſignificatur.

XXVIII. Deinde diſceptatum, an *Legati* Principum *ipſi* tabulas mandati Directorio, præſtita ſimul viſitatione, offerre debeant; an ſufficiat eas per *Secretarium* transmittere, ut Electorales fuevere? illud Directorium, hoc Legati aſſerere ſolent. Nihilominus hodie Legatus Moguntinus, legitimationes per Secretarium factas ab *Electoralibus* quidem *ipſe* a *Principalibus* vero per *Secretarium*, cum proteſtatione tamen, accipit, ac brevem deſuper atteſtationem reddit; (a) Cræ-

XXVII. Diſc. cit. vom gegenw. Reichs-Tage, p. 135. [illegible] p. 811. *Compend. Beſchreib.* p. 7. *Staats-Canz.* T. I. p. 10. [illegible] *Act. P.* T. II. p. 833.

XXVIII. (a) Ita hic A. 1674. [illegible] v. SCHWEDER. §. 6. Sed in conventu Francofurtano

Civitatum vero *Deputati* eadem in perſona exhibent. (*b*).

XXIX. Quemadmodum vero Legatus quilibet etiam *Directorio* ſui Collegii ſe legitimare debet, a quo legitimationes iſtæ dein in pleno conſeſſu indicantur: ita & *Secretarii* Legationum eidem ſeſe legitimant; an vero hoc quoque apud Moguntinum Directorium fieri debeat, diſputatum, ſed utique affirmandum videtur.

XXX. Reliquum tempus usque ad Comitiorum aperturam mutuis *viſitationibus* conſumitur, ita ut ſerius adventantes præſentibus adventum ſignificent, atque ab his prima viſitatione honorentur: utut neque hic contentionis materia deſit.

XXXI. Scilicet inter *Electorum* & *Principum* Legatos mutuæ viſitationes, ob denegatum

no aliter conventum, obſervat HORN. C. XLV. §. 6. Conf. PFEFF. *V. Ill.* L. III. T. X. §. 13.

(*b*) v. HENNIG. §. 31. STRUV §. 15.

* Dic. de muneribus Cæſari, Electoribus, & Principibus, aliisque Statibus præſentibus, a Civitate Imp. ubi Comitia celebrantur, exhiberi ſolitis. KOENIG. §. 29.

XXIX. STRUV. l. c. *Comp. Beſchreib. d. R. T.* C. IX. ubi rationes.

XXIX.-XXX. v. KULPIS. de *Legat.* C. XIII. §. 15. SCHWED l. c. HENNIG. §. 33. p. 136. STRUV. l. c. *Comp. Beſchreib. des R. T.* d. C. III.

gatum his Excellentiæ titulum, ceſſant, adventus tamen per Secretarium ſignificatur: *Directoria* Principum Collegii Legatis Principum primam viſitationem denegant, licet iis itidem adventus per Secretarium nuncietur: *Antiquorum* Principum Legati, an idem honor *recentiorum* Legatis debeatur, dubitant: Denique Electorum & Principum Legati ad *Comitum* Legatos non niſi Cancelliſtam mittunt, ab his vero Secretarium requirunt; unde nec hi illos primum viſitant.

XXXII Ceterum *ante* factam a Cæſare *propoſitionem*, nefas, ex obſervantia, cenſetur, *conventus* a Statibus inſtitui: niſi forte extra ordinem, ob dilatam propoſitionem, Cæſare haud prohibente, nonnulla negotia per prævias hujusmodi conſultationes maturioribus decretis præparentur, ut in Comitiis a. 1652. a FERDINANDO III. indictis factum, ſed & ſimul, ne id in exemplum trahatur, cautum eſt.

XXXIII Congregatis Cæſare & Statibus, ſive Commiſſariis Cæſareis & Statuum Legatis, ſequuntur *Operationes Comitiales*, quæ in *Propoſitione* Cæſarea, & Ordinum *Deliberationibus*,

XXXII. v. *Grundſ.* P. II. C. I. p. 53. PFANNER. *Hiſt. Comit.* L. I. C. VI. n. 45. 48. 61. HENNIG. §. 33.

XXXIII. v. *Grundſ.* l. c. TITIUS §. 27. HENNIG. §. 35. *Cap.* CAR. VI. a. XIII. CAR. VII. a. XIII. §. 2.

bus, conſiſtunt. Harum initium ſtatim, elapſo die, in litteris convocatoriis expreſſo, fieri debebat, ſed diu ſæpe, ob varias cauſſas, differtur. Juxta Capitulationem noviſſimam tamen, intra 14 dies Propoſitio Cæſarea aperienda eſt.

XXXIV. Eſt autem *PROPOSITIO CÆSAREA oratio ſolennis, qua Cæſar Statibus Imp. exponit cauſſas, ſuper quas illis Comitiis conſultandum eſt*. Cujus *proceſſus* ſolennibus abſolvitur ſequentibus.

XXXV. Diem Propoſitioni ſtatuit Imperator per litteras, eundem Statibus inſinuat Mareſchallus Imperii. Veniente die, Imperator, ſi adeſt, ſolenniter deducitur in Templum, inde in Curiam: hic conſident ordine.

XXXVI.

XXXIV. - XXXVIII. * Schema Seſſionis in Propoſitione Cæſarea.

Electores		Electores.
IMPERATOR
Pal Sax. Boh. Mog.		*Col. Bav. Brand. Bruuſ.*
Trever.

Scamnum *Principum Eccleſiaſt.* | Scamnum *Principum Secularium.*

Civitates Imperii

Scamnum Rhenenſe. | *Scamnum Suevicum*

HERDEN. Gr P. II. C. II. EVB. HER. p. 812. ſqq. KVLPIS. de *Legat.* C. XVII. HENNIG. §. 35. *Comp. Beſchr. eines* R. T.

XXXVI IMPERATOR, vel Principalis ejus Commiſſarius, thronum conſcendit: *ELECTORES* proxime utrumque latus occupant, gradu depreſſius, uno *Treverenſi* e regione ſedente. Poſt Electores in dextro latere, una cum *Auſtriæ* Archi-Duce & *Burgundiæ* Duce, *PRINCIPES ECCLESIASTICI*, & in fine duo *Prælatorum* Directores; in ſiniſtro *SECULARES*, & in fine IV *Comitum* Directoris, una ſerie: in transverſo autem Scamno *Evangelici* Epiſcopi, conſident: extra cancellos denique *Civitatum Imp.* Legati cum Secretariis & Aulicis aliisque, circumſtant: coram throno a dextris *Mareſchallus* Imp. ad ſiniſtrum alter Cæſaris *Commiſſarius*, ad Cancellos *Metator* Imp. adſtant. *Menſa* quoque *Directorum* in medio, & in uno Conclavi ſiniſtro, *Actuariorum*, poſita eſt.

XXXVII Conſeſſu facto, IMPERATOR alloquitur Status per Principem aliquem, Commiſſarius vero per Concommiſſarium vel alium Illuſtrem, reſpondet aliquis Electorum vel Principum, utrique mutuæ humanitatis formulis. Legitur *Propoſitio* plerumque per Secretarium Cæſaris, & excipitur per Cancellarium & Secretarium Moguntinum, menſæ aſſidentes: mox conſurgunt Status, & curſorium de reſponſione deliberant, ſed pauca, quam Moguntinus refert ad Cæſarem, cum primo communicandæ Propoſitionis. Hic re-

plicat comiter, Propoſitionem publice deſcribi permittit, ac de maturandis deliberationibus admonet. His peractis, ſolvitur conventus, & Cæſar, vel Commiſſarius, eadem pompa, in palatium reducitur

XXXVIII. Quodſi, durantibus Comitiis, nova negotia, a Cæſare proponenda, occurrant, ea Commiſſario Cæſaris Principali committuntur, qui eadem ſcripto proponit, atque cum Statibus per dictaturam communicat, id quod *Decretum Commiſſionis Cæſareæ* vocatur.

XXXIX. Propoſitione igitur Cæſarea, vel prima, vel poſtea per Decretum Commiſſionis inſinuata, ad monitum Moguntini, per Dictaturam publicam cum Statibus communicata, ſequuntur *DELIBERATIONES* Comitiorum: quarum materia ſunt *Negotia Comitialia*, ſpeciatim a Cæſare, ac deinceps Moguntino, propoſita; forma vero *Suffragiorum* ferendorum, atque formandorum *Concluſorum* Collegialium *Placitorum* ac *Decretorum* Imperialium, denique *Receſſus* Imperii, *Proceſſu* abſolvitur.

XL. *Directorium* generale omnium Deliberationum Comitialium eſt penes MOGUNTINUM:

XXXVIII. v. STRUV. § 11.

XL. v. *Cap.* CAR. VI. a. XIII. BOECLER N. I. L. VI. C. V. p. 174. *Grundſ.* P. II. C. IV. ARUM. de *Comit.*

TINUM: cujus officium eſt, & *cauſſas* ſingulas ad deliberandum Statibus *proponere*, & *diem* ſingulis *conventibus*, deliberationis cauſa inſtituendis, *dicere*. Atque hoc munus ipſe hodie ſolus exercet, niſi quod in cauſſis extraneorum, ut transactionis d. a. 1629. SAXO concurrat.

XLI. Imperatoris autem eſt, id agere, ut ne remora Conſultationibus & concluſis injiciatur, ſed ut ea pro virili promoveantur, atque negotia, in Propoſitione Cæſarea contenta, nec non quæ, durantibus Comitiis, ulterius a Cæſare propoſita fuerint, a Directorio Moguntino proponantur, & ad exitum perducantur. Sed & Imperatoris eſt, ſuper Placitis Imperii ad ipſum, uti par eſt, relatis citra moram mentem declarare, decretaque ſua reddere.

XLII. Neque etiam Electori Moguntino, ſecundum Propoſitionem Cæſaream, & in utilitatem Imperii, cauſas quaſdam, nec non querelas Statuum, licet Miniſtros Cæſareos concernentes, in Collegio Electorali, vel etiam in omnibus Imperii Collegiis, ad deliberan-

Comm. C. II. n. 77. COCCEJ. §. 10. L. B. de LYNCKER. de *Munere Directoriali circa Negot.* I.

(*) De Directore Evangelico adjiciendo conſilia v. ap. PFANNER. *Hiſt. Comit.* L. VI. p. 863.

XLI. Capit. CAROLI VII. a. XIII. §. 13.

XLII. Ibid. §. 6.

berandum propoſituro, a Cæſare obex ponendus, neque ulla ratione Archi-Cancellariatui Moguntino, ac Directorio Imperiali, limites ſtatuendi.

XLIII. Neque adeo a Cæſare impediendum, ut ne in cauſis hujuſmodi exhibita Memorialia, modo qua par eſt reverentia, atque ſine indecentibus ac duris concepta ſint verbis, quæ de re tamen (ſi forte dubium deſuper ſubnaſcatur, a Directorio Imperiali cum Collegio Electorali ante omnia conſilia communicanda, atque ſecundum placitum illius procedendum) Dictaturæ exponantur, atque adeo cum Statibus communicentur.

XLIV. Imo nec univerſim Directoriis in iis, quæ ad munus Directoriale pertinent, ulla ratione a Cæſare impedienda aut concedendum, ut ab his ipſis impedimenta invicem exerceantur: quin potius id ab eodem imprimis agendum, ut a quolibet exhibita in conventu Imperii Gravamina ac deſideria Statuum, ſecundum Dictaturam a Directorio Moguntino factam, nec ſub ullo obtentu denegandam aut remorandam, a quolibet Directorio ad ſummum intra duos menſes, vel ſi periculum in mora ſit, adhuc citius ad deliberandum proponantur.

XLV.

XLIII. Ibid.
XLIV. Ibid. § 8.

XLV. Ejuſdem Moguntini eſt, & *Cancellariam* Imp., cui omnia ſcripta publica inſinuantur, & ex qua omnia expediuntur, dirigere, & *Protocollum*, h. e. Actorum publicorum volumen, gerere, quod tanquam authenticum maximam meretur fidem, licet & reliqui Electores ac Principes per ſuos Secretarios acta conſignari curent: ſicut & in ſolenni Conſeſſu *Menſa*, *Directorialis* vocata, Cancellario & Secretario Moguntino ſtruitur.

XLVI. Sed cuinam, ſede vacante, vel Legato abſente, vel in cauſſa Moguntinum concernente, Directorium competat inter *Saxonem*, (*) *Trevirenſem* & *Colonienſem*, diſceptatum eſt, ſingulis id ſibi aſſerentibus, & inter ſe adverſus exercitium alterius proteſtantibus; quin & *Legatus Moguntinus*, mortuo Electore, nomine *Capituli* illud exercere

 volunt:

XLV. v. *Grundſ.* P. II. C. 4. HORN. §. 10.

XLVI. (*) Pro Saxone militant pacta cum Moguntino a. 1529. & 1580. inita, *daß, wo zwiſchen Chur-Mayntz wegen zugegen, damit die Sachen nicht verzogen, noch aufgehalten würden, ſolle Chur-Sachſen oder ſeine Botſchaffter das* Directorium *haben.*

v. *Grundſ.* l. c. RVE. HER. p. 880. FRITSCH. ad LIMN. L. IX. C. I. n. 31. PFEFF. VITR. Ill. L. III. T. X. §. 13. HORN. C. XLV. §. 10. STRUV. §. 21. *Comp. Beſchr. eines R. T.* C. VI.

voluit. Hinc aliquando deliberationes interim ceſſarunt, aliquando de iis, ſalvo jure cujusque, continuatum [illegible] ctum eſt.

XLVII. *Convocat* igitur Status ad deliberandum Director Moguntinus, dum *Schedulam*, cui & dies & locus & cauſſa inſcripta eſt, Vice Mareſchallo, vel, hoc abſente Electoris Saxonici Legato, mittit, qui tot ſchedulas, quot adſunt Legati, per Scribas Mareſchallatus deferri, ac ſingulis inſinuari jubet.

XLVIII. Prima fere deliberationis materia eſſe ſolet ipſe *ordo* in deliberando tenendus, ubi quæſitum, an idem ordo, qui in Propoſitione obſervatus eſt, ſit retinendus? Sed hodie ex arbitrio Moguntini, & conſenſu trium Collegiorum, ordo materiarum definiri ſolet (*), qua in parte tamen Electores Principes & Status Imp. ad ordinem in Propoſitione ſervatum haud obligati erunt.

XLIX.

XLVII. v. FRITSCH. ad LIMN. l. c. ibique *Conventio Elect. Mog. & Sax.* d. a. 1562. SCHWED. §. 11. HENNIG. §. 37.

(*) Maiore, & vel ſub finem cujusque conſenſus, quæ ſint proxime expedienda, indicandum eſſe, monitum.

XLVIII. Capit. CAR. VII. a. XIII. §. 4. *Bericht was auff R. T.* ap. LUNIG. P. *Gen.* p. 8. MOSER. §. 16. *Grundf.* P. III. C. II. p. 176.

XLIX. In termino conveniunt Ordines, eorumve Legati, in Curia, ubi Deliberationes inſtituunt per Tria ſeparata Collegia, *Electorum*, *Principum* & *Civitatum* Imp. tribus etiam ſeparatis Conclavibus, ubi locus congregationis hoc tulerit, diſtinctis, quorum quodlibet ſuum habet *Directorium*.

L. Hæc ſeparatio Collegiorum quando cœperit, incertum: Alii, *Electorum* Collegium ſemper & antiquitus jam ſeparatum fuiſſe, putant (a), alii vero, tantum *Civitates* ſtatim poſt Interregnum ſeparatum, *Electores* vero & *Principes* adhuc conjunctim conſultaſſe, donec *Electores* uti CAROLI IV. tempore ratione jurium, ita FRIDERICI III. ævo ratione confœderationum, quoque a *Principibus* diſtingui cœperint, exiſtimant.

LI. Primum eſt Collegium *ELECTORALE*, ubi in Seſſionibus ſolennibus, in *Scamno*, quod vocant, *Præſentantium*, latera itidem ſervantur, *Moguntino* medium occu-

XLIX. - L. (a) v. COCCEJ C. XX. § 11. qui ex AMANDO hoc probat, ubi: *Principes Officiates reſidentes in arcano loco Curiæ regalis.*

(b) KULPIS ad MONZ. § 26. LEHM. L. VII. C. 170. *Grundſ.* P. II. C. III. BOECLER. N. I. L. II. C. II. DATT L. I. C. XXIX. n. 20. ſqq. HENNIG § 38. 39. LUDEWIG. ad A. B. p. 40. STRUV § 18.

LI. L. dextrum L. Siniſtrum.

9 7 5 4 1 2 3 6 8

Brunſv. Brand. Bav. Bohem. Mog. Trev. Col. Sax. Pal.

occupante, reliquis utrinque conſidentibus, eo ordine, de quo & 1718. conventum eſt, uti ex Schemate ſubjecto apparet ita tamen, ut *Trevirenſis* & *Colonienſis* ſemper in ſedendo quidem, non vero in ſuffragando, alternent, atque Elector in perſona Legato præferatur.

LII Si Elector duos mittit Legatos, primus, in Scamno *Præſentantium* ſedens, ſuffragium non fert, ſed ſecundus *Menſæ*, quam vocant, *Votantium*, in medio poſitæ, quæ & *Secundariorum* appellatur, aſſident, ubi latera non ſervantur datur quoque hic *Scamnum* aliud *Secundariorum*, cui inſident Legati ſecundi vel tertii non ſuffragantes, & præterea *Menſa Secretariorum*, cui & Moguntinus, & reliqui Secretarii, aſſident. Quodſi Electores, vel Legati, ſeorſim inter ſe agere volunt, in proximum Conclave ſecedunt, ubi menſam rotundam, ſine ſcrupuloſa ordinis obſervatione, occupant. LIII.

LII. ** Schema Seſſionis ad menſam Votantium

Mogunt.	

Trevir.	Colon.	Bohem.	Bavar.	Saxo.	Brand.	Palat.	Brunſv.

v. *Comp. Beſchreib. eines Reichs-Tages* C. VI. Conf. LVNIG. *R.* Archiv. *P. Gen.* S. II. p. 35. 37. STRAUV *Jur. Publ.* Cap. XVI. §. 13. 14. 15. ibique Notæ KOENIG *von T. Reichs-Tagen* P. II. Cap. III. §. 154. 155. 178. ſqq. ubi Schemata.

LIII. *Director* Collegii Electoralis itidem *MOGUNTINUS* eſt, qui & hic deliberanda proponit, & ſententias ordine conſveto rogat, ſuam vero, rogante Saxone, dicit, & collectis ſuffragiis, ex unanimi vel majoris partis conſenſu, *Concluſum* format: quodſi vel major pars, vel ſinguli, ubi unanimis conſenſus requiritur, nondum conſentiant, ſcrutinium repetitur, donec res exitum capiat. Concluſum formatum a Moguntino pronunciatur.

LIV. Sequitur *SENATUS PRINCIPUM*, jam ab antiquo in duas claſſes ſeu Scamna diviſus: Primum eſt *Eccleſiaſticum*, cui, poſt *Auſtriacum* & *Burgundicum*, inſident *Principes Eccleſiaſtici*, & his aſſociati *Prælati* minores, in duo ſcamna diviſi: Secundum eſt *Seculare*, in quo primum ſedent *Principes Secu-*

LIII. v. *Grundſ.* P. II. C. 3. HORN. §. 9. HENNIG. §. 41. KOENIG. l. c. §. 156. ſqq.

LIV. * Schema Seſſionis in Propoſitione Cæſarea & in Principum Collegio

Scamnum PRINCIPUM ECCLESIAST.	Scamnum PRINCIPUM SECULARIUM.
Archi-Dux *Auſtriæ.*	Dux *Bavariæ.*
Dux *Burgundiæ.*	Elect. Brandenb. ratione
Archi-Epiſcop. *Salisburg.*	Ducatus *Magdeburg.*
Archi Epiſc. *Veſontinus.*	El. Palatinus rat. *Lautern.*
Magiſt. *Ord. Teuton.*	*Simmern.*
Epiſcopus *Bambergenſis.*	*Neuburg.*
	Elect.

Seculares, & qui his junguntur, *Comites*, in qua-

Episc. *Herbipolis.*
Wormat.
Eichſtadt.
Spirens.
Argentorat.
alternant. ſecund. ſeſſiones

Conſtantienſis.
Auguſtanus.
Hildeſienſis.
Paderbornenſis.
Friſingenſis.
Ratiſbonenſis.
Paſſavienſis.
Tridentinus.

Brixienſis
Baſileenſis.
altern. nant. ſec. comitia

Leodienſ
Osnabrug.
Monaſter.
Curienſis
competunt.

Osnabrug. ſt. Evangel.
Lubecenſ.
in Se. Tranſverſ.

Abbas *Fuldenſis*
Campidons
Elwangenſ
Murbacenſ.
Luderenſ
Magiſt. Ord *Johannitic.*
competunt.

Elect. Brunſv. rat. Ducat. *Bremenſis.*
Com. Palat. in *Zweybruck.*
Com. Palat. *Veldent* & *Lautereck.*

Dux Saxo-*Gothanus.*
rat. *Altenburg.*
rat. *Coburg*
Dux Saxo-*Vinar*
Dux Saxo-*Gothan*
Dux Saxo-*Iſenac*
alternant. cum Bavaro competunt.

El. *Brunſv* rat. *Zell Calenberg.*
Dux Brunſvic. *Guelferbyt. Grubenhag.*
El. Brandenb rat. Principat. *Halberſtad.*
El. Brunſv. rat. Ducat. *Verden.*

Dux *Würtenberg*
Landgr *Haſſo-Caſſellan.*
Langr *Haſſo-Darmſtad*
Marchio *Baden* in *Baden*
March. *Badens.* in *Durlach*
March *Baden* in *Hochberg*
alternant.

Dux

quatuor ſcamna diſtributi: Acceſſit poſt P. W. ter-

Abbas *Berchtholdsgad.*
Præpoſitus *Weiſſenburg.*
Abbas *Prümienſis.*
Stabloenſis.
Corbejenſis.
Prælati *Svevici.*
Prælati *Rhenenſes.*

Dux *Megapol.* rat. *Sverin*
Dux *Megapol.* rat. *Guſtrau.*
Rex Svec. rat. *Pomeraniæ citerioris*
El. Brand. rat. *Pomeraniæ ulterior.*
El. Brunſvic. rat. Duc. *Saxo Lauenburg.*
Rex Daniæ rat. *Glückſtad.*
Dux *Holſatiæ* in *Gottorp.*
El. Brandenb. rat. Principat. *Mindenſis.*
Dux *Sabaudiæ.*
El. Bavar rat. Landgrav. *Leuchtenberg.*
Princeps *Anhaltinus.*
El. & Duces Saxon. Vinar. Iſenac. & Gothan. rat. Principat. *Henneberg.* } per alternat.
Dux Megap. rat. *Sverin.*
El. Brand. rat. Princip. *Camminenſ.*
Dux Megap. *Strelitzenſ.* rat. *Ratzeburg.*

Landgr.

W. tertium, ſcamnum ſcil. *Tranſverſum*, Evangelicis Epiſcopis, quales ſunt *Osnabrugenſis* alternis vicibus, & *Lubecenſis*, aſſignatum.

LV.

Landgr. H. Caſſel. rat. Princip. *Hirſchfeld.*
Dux Loth. rat. March. *Nometi.*
Princeps *Mompelgard.*
Arenberg.
Hohenzoller.
Lobkowitz.
Salmens.
Dietrichſtein.
Naſſov. in *Hadamar.*
Naſſav in *Siegen.*
Naſſov. in *Dillenburg & Dietz.*
Auerſbergius.
Friſ. Orient. } hodie
Fürſtenberg } ſolitaria.
Schwartzenberg
Lichtenſtein.
Comites *Suevici.*
Wetteravici.
Franconici.
Weſtphalici.

Grundſ. P. II. C. 5. COCCEJ. §. 23. HENNIG. §. 42. HORN.

LV. De *ordine* ſeſſionis magnæ hic contentiones ſunt, & ſinguli ſolitis proteſtationibus ſibi proſpiciunt, cautumque ipſis eſt, ne ordo cuipiam noceat, donec tranſacta vel deciſa lis fuerit: nonnullis interim *Alternatio* * placuit. Ceterum *Principes*, etiam recen-

24 HORN. §. 12. *Comp. Beſchreib. d. R. T.* C. VII. LVNIG. *R. Archiv. P. Gen.* S. II. p. 39. ubi Schemata. STRUV. l. c. §. 17. ibique Notæ KOENIG. l. c. Cap. IV. §. 190. ſqq.

(**) *Prælatorum* & *Comitum* locum tantum Directoria occupant, quæ ſingulas Curias repræſentant. Non tamen prohibentur & ipſi Prælati ac Comites, eorumve Legati, in curiam ire, ſed tunc inter Secretarios locum habent.

LV. (*) Qualis datur inter *Auſtriacum*, *Burgundicum* & *Salisburgenſem*; inter *Saxo-Vinarienſes*, *Iſenacenſes*, *Coburgenſes*, *Gothanos* & *Altenburgenſes*; inter 5. Familias, *alternantes dictas* *Pomeranam*, *Megapolitanam*, *Wurtenbergenſem*, *Haſſiacam*, & *Badenſem*, quibus & *Holſaticā* adjungi voluit; inter *Monaſterienſem Oſnabrugenſem* & *Leodienſem*, inter *Herbipolitanam* & *Wormatienſem*; item *Brixienſem* & *Baſileenſem*: Porro inter Prælatos *Suevicos* & *Rhenanos*, item Comites *Suevicas* & *Wetteravicos*; *Franconici* vero ſemper *Weſtphalicos* præcedunt.

v. *Grundſ.* P. II. C. 1. & 5. COCCEJ. §. 15. HENNIG. §. 42. LVNIG. R. A. P. Gen. S. II. p. 43. 44. STRUV. l. c. KOENIG. l. c. *Comp. Beſchr. eines R. T.*

centiores, in perſona hic in ſuffragando quoque Legatos præcedunt, exceptis Auſtriacis, Burgundicis & Salsbergenſibus.

LVI. *Jus dirigendi* in hoc Collegio a tempore CAROLI V. alternis vicibus eſt penes *AVSTRIACVM & SALISBVRGENSEM*, ita, ut ille ſingulis Comitiis auſpicetur, alternatio vero ſecundum materias fiat. Sedibus igitur occupatis, *Directorium* conſultanda *proponit*. Sententias rogat *Vice-Mareſchallus*, a tergo menſæ Directorialis ſedens, vel ejus Legatus, vel etiam, illo abſente, ipſum *Directorium* agens.

LVII. Rogatio fit ſimplici cujusque Familiæ aut Lineæ, itemque Epiſcopatus aut Præfecturæ, nominatione, initio facto a *Directorio*, per vices ab uno ſcamno ad aliud tranſeundo, quousque ex *Epiſcopis* vel *Abbatibus* majoribus quis ſuperſit. Poſtea vocantur ex *Principibus Secularibus*, qui ſuperſunt, demum *Prælati minores*, item *Comites & Barones*, vota curiata, de quibus antea inter ſingulos in quavis Curia convenit, per ſcamna eadem alternatim ferunt. Quandoque etiam, ſi controverſiæ ſuborientur, vota in circulo feruntur. LVIII.

R. I. C. VII. p. 14. ſqq. ubi Schemata & Syrophæ Alternationum.

LVI. LVII. v. LEHM. L. VII. C. 114. *Grundf.* P. II. C. V. AVR. BUL. p. 324. 318. ubi numerus ſuffragiorum HEMER. §. 43. HORN. §. 14. STRUV. §. 22.

LVIII. Olim ſinguli Status ſingula ſuffragia ferebant, adeo, ut unus Princeps, licet plurium Territoriorum Dominus, non niſi uno, contra plures ex eadem gente, & ejusdem provinciæ Domini, pluribus ſæpe ſuffragiis gauderent. At Sec. XVI ſenſim, de ſingulis provinciis ſingulæ voces edi cœpere. Initium fecere Epiſcopi, ſequuti Palatini, & complures alii, non ſine contradictione gentis Auſtriacæ & Bavaricæ, poſt P. W. vero prorſus iſtud invaluit, adeo, ut hodieque plures hoc nomine, plura vota ſibi afferant.

LIX. Sed non deſunt, qui vel inter Status recipi, cupiunt, vel nova vota in Principum Collegio quærunt, ſed, contradicentibus aliis, nondum fuerunt admiſſi. Hi primum in duas poſſunt claſſes diſtribui. Prima continebit illos, qui antiqua vota olim in comitiis geſta, poſtea vero per combinationem cum aliis terris intermiſſa, reſtaurari volunt (a): Secun-

LVIII. v. B. Dn. de LUDEW *Streit über die neuen Stimmen. Eines Patrioten unmaſsgebl. Gedancken über die neuen* Vota. ABVM de *Comit.* C. VII. p. 551. B. GRIENER. de *Jure ſuffrag. Princip. uſu intermiſſo &c.* §. 12. STRUV. Cap. XXXIII. §. 26.

LIX. (a) Quo pertinent El. Colon. ac Dux Saxo-Lauenb. rat. Ducatus Angariæ & Weſtphaliæ; El. Sax. rat. Landgraviatus Thuringiæ, March. Miſniæ, Burggrav. Magdeb. & Miſniæ vota reſtituenda petentes, licet hæc contradicentibus

Secunda vero illos, qui plane nova, antea a nemine geſta, petunt (b).

LX. Deinde & alio intuitu in tres claſſes diſpeſci poſſunt. Prima eſt illorum, qui jam Concluſis Imperii hoc nomine impetrarunt (a): Secunda illorum, qui vel Decreta Commiſ-

Rege Boruſſ. & Ducibus Sax. tantum rat. Marchionatus & Burggraviatus Miſniæ vota repeteret: Duces Merſeburg. & Citiz. olim rat. Epiſcopatuum Merſeb. & Naumb. El. Brandenburg. rat. Epiſcop. Lebus & Havelberg. Epiſcopus Monaſter rat. Burggraviatus Stromberg: Dux Wirtenberg rat. Duc. Teccenſis. Archi-Duces Auſtriæ & Duces Bavariæ ratione plurium Ducatuum ac Principatuum, qui olim votis gaviſi ſunt.

(b) Quales ſunt, Rex Boruſſiæ rat. Principatus Moers, proteſtantibus tamen Naſſoviis: Com. Palat. Solmbacenſis: Dux Saxo-Weiſſenfels. rat. Princip. Querfurt Dux Saxo-Hildburghuſ. D. Guelpherbyt. rat. Princip. Blanckenburg. Princeps Naſſovio-Sarapont. atque Idſtein. Princeps Schwartzenberg. rat. Landgrav. Klettgoviens. Princeps Oettingens. Principes Schwartzburgici: Epiſc. Conſtantienſis rat. Abbatiæ Reichenav. Epiſc. Salisburg. rat. Epiſcopatuum Gurck Chienſe Seckau & Lavant. Principes Loewenſteinum, Waldeccius, Salmenſis & Taxius.

v. STRUV. *C. J. Publ.* C. XVI. §. 19.

LX. (a) Veluti, Moguntinus rat. Lorſch. C. P. Solibacenſis: D. Sax. rat. Querfurt. El. Brandenb. rat.

Digitized by Google

miſſionis Cæſarea in ſui favorem obtinuerunt (*b*). Tertia earum, qui Votum & Seſſionem in comitiis adhuc quærere intendunt.

LXI. Dictis utrinque ſententiis, ambo Directores menſæ accedunt, ſuffragia, ab Actuariis excepta, colligunt, atque *Conclusum* ſecundum *majora*, idque neceſſario, (niſi res ſit, in qua majora non obtinent) inde conficiunt; quo ſtatim prælecto, cuique adhuc monere licet, quid videatur: aliquando, ob gravitatem rei, aut votorum diſcordiam, tempus deliberandi ſumitur, concluſo deinceps ad dictaturam transmiſſo.

rat. Moers: Princ. Oetting. rat. Oettingen: Principes Lichtenſteinenſes, qui tamen introductionem jam obtinuerunt.

(*b*) Ad quam claſſem pertinent reliqui; exceptis Salisburg. rat. Gurck, Chienſe, Seckau & Lavant. El. Palat rat. Seltz. El. Brand. rat. Epiſc. Lebus & Havelberg. Princeps de Tour & Taxis: Pr. Lambergs Dux Hildburgh. qui ad tertiam claſſem referendi.

v. KOENIG. l. c. Cap. IV. §. 201.

LXI. Lites inter Directorium & nonnullos Status a. 1654. de concluſo ſecundum majora formando coortæ.

v. *Grundſ.* l. c. p. 107. HENNIG §. 44. 45

LXII. Tertium Senatum conſtituunt *CIVITATES IMPERIALES*, in duo Scamna, *Rhenanum* & *Svevicum*, diviſæ: *Directorio* fungitur Civitas in qua Comitia celebrantur,

---

LXII. Schema Seſſionis in utroque Scamno hoc eſt:

SCAMNUM RHENENSE,	SCAMNUM SVEVICUM.
Continens Superioris Rhenani, Electoralis, Inferioris Saxonici nec non Weſtphalici Circuli Civitates.	Continens Civitates, ad Bavarum, Franconicum, & Svevicum Circulum pertinentes.
1. *Colonia Agrippina* (a).	2. *Ratisbona.*
3. *Aquisgranum.*	4. *Auguſta Vindelic.*
5. *Lubeca.*	6. *Norimberga.*
7. *Wormatia.* } alternant.	8. *Ulma.*
9. *Spira.*	10. *Eslinga.*
11. *Francofurt.* ad *Mœn.*	12. *Reutlinga.*
13. *Goslaria.*	14. *Nordlinga.*
15. *Brema.* (b)	16. *Rothenburg* ad *Tubar.*
17. *Mulhuſa.*	18. *Hala Svevorum.*
19. *Nordhuſa.*	20. *Rothwella.* } alternant.
21. *Tremonia.*	22. *Uberlinga.*
23. *Fridberga.*	24. *Heilbrunna.*
25. *Wetzlaria.*	26. *Gemünda.*
27. *Gelnhuſa.*	28. *Memminga.*
(a) Contra hujus præcedentiam proteſtatur Aquisgranum.	29. *Lindavia.*
(b) Hæc nondum ad ſeſ-	30. *Dünckelſpiel.*

Dona-

tur, vel, ſi hæc mediata ſit, prima illius ſcamni, in cujus diſtrictu Comitia habentur, idque per Senatores & Syndicos ſuos. Hæc peculiari aſſidens menſæ, vota exquirit cujusque Civitatis alternatim a Scamno Rhenano ad Svevicum, ſuumque ultimo ſubjungit, ac demum Concluſum inde format; Geſta quoque, una cum Actuariis Spirenſibus & Ulmenſibus, in protocollum refert.

Zzz 3 LXIII.

Donawertha (e).
31. *Biberacum.*
32. *Ravensburg.*
33. *Suinfurtum.* } alternant.
34. *Campodunum* } alternant.
35. *Winsheimium* } alternant.
36. *Kaufbeura.*
37 *Werda.*
38. *Wangen.*
39. *Isna.*
40. *Pfullendorff.*
41. *Offenburg.*
42. *Leutkircha.*
43. *Wimpfen.*
44. *Weiſſenburg. Nordgov.*
45 *Gienga.*
46. *Zell am Hammerbach.*
47. *Buchhorn.*
48. *Aalen.*
49. *Buchovia.*
50. *Bopfinga.*

ſionem & votum, contradicente adhuc Rege Magnæ Brit. qua Duce Bremenſi, admiſſa eſt.

(e) Hæc reſtituta quidem a. 1705. ſed per Pacem Badenſem Bavaris iterum relicta.

LXIII. In ſingulis Collegiis, ſi unanimi conſenſu concludi nequeat, *Major pars*, ex obſervantia, & Collegiorum indole, concludit, exceptis quibusdam caſibus, ubi *amicabilis* tantum *compoſitio* locum habet, de quibus ſuperius actum. Ex triplici vero Collegiorum Concluſo Tria naſcuntur *Vota curiata*, ex quibus demum *commune* Trium Collegiorum *Concluſum*, ſive *Placitum Imperii*, efformatur.

LXIV. Sed inter Vota iſta curiata an *majora* itidem valeant, adeo, ut vel duo Superiora Collegia, vel duo Inferiora, vel Superius & Inferius, ſola Placitum Imp. conficere queant, in utramque partem diſputatur, ut ſuperius

---

v. *Grundf.* C. VI. *Deſc. v. R. T.* p. 131. ſqq. SCHWED. de *Pari Num Cur.* I C. II. §. 5. HENNIG. §. 46. LUNIG. *R. A.* l. c. p. 48. STRUV C. J. Publ. Cap. XVI. §. 21. KOEHLER. l. c. §. 117. 118. ubi Schema ſeſſionis.

(*) Fabulam de duobus votis curiatis refellit SCHWED. Diſp. de *Voto deciſ. Cur. I.* p. 690.

LXIV. - LXV. v. Supra L. V C. VI §. 21. 22. 23. Conf. *Grundf* P. II. C. VIII. ubi in Re- & Correlatione d. 30 Jan. 1654. a Directorio judicatum. *Wenn die Stadte mit der Churfürſtl. Meinung uber einkamen, ſo geben es die Majora inter ipſa Collegia, und ware darnach nunmehro des Reichs Gutachten abzufaſſen.* HENNIG §. 51. 52. SCHWED. de *Caſibus a Jure majoris part. in Com. except.* §. 5. STRUV. Cap. XXIII. §. 29. 30.

rius etiam obſervatum eſt: quamvis pro majoribus praxis & obſervantia mutato videatur.

LXV. Cumprimis de Civitatum Voto, *conſultativum*, an *deciſivum* ſit, diſceptatum, atque poſterius a Superioribus Collegiis negatum, ratione ex priſtina Comitiorum indole, ubi populus non tam ad decernendum, quam decretis aſſentiendum, adfuiſſe videtur, deprompta. Sed in P. W. *vis deciſiva* eidem tributa eſt.

LXVI. Nihilominus adhuc quæſitum, utrum hæc euſque ſe extendat, ut intercedere queat, ac impedire, quo minus a duobus Superioribus Collegiis Placitum Imp. fiat, vel, ut ſaltem cum alterutro illorum majora, &, per hæc, Placitum Imp. efficere poſſit? poſterius aſſerendum foret, ſi majora inter Vota curiata locum non haberent, poſterius ſaltem exempla comprobare videntur.

LXVII. Ut Placitum Imperii fiat, *RE* & *CORRELATIONE* opus eſt, quæ in mutua ſententiarum communicatione atque collatione conſiſtit, & primum inter duo *Collegia Superiora*, deinde & inter *hæc* & *Collegium Civi-*

LXV. LXVI. ☉ I. P. a. VIII. §. 4. *Grandſ.* l. c. XVI. II. p. 831. HENNIG. §. 47. LYNIG. *Staats Conſil.* T. I. p. 831. STRUV. §. 31. SCHWED de *Jure Deciſ. Civit.* ſ. ubi §. 12. exempla, quod Civitatum, vel Electorum vel Principum concluſo accedentes, majora effecerint.

Civitatum, ſuſcipitur; eſtque vel *ſolennis vel minus ſolennis:* modus vero & proceſſus ſequens fere obſervatur.

LXVIII. Quando in alterutro Collegiorum Superiorum Concluſum eſt formatum, Directorio alterius illud ſignificatur, & tempus Re- & Correlationi ſtatuitur. Tunc conveniunt duo Superiora Collegia in loco tertio, huic actui deſtinato, ubi *Cancellarius Moguntinus* primum *Collegii Electoralis* ſententiam aperit, eamque ſtans prælegit, reliquis ſedentibus, atque rogat, ut & *Principum* placitum viciſſim aperiatur, quod eodem modo fit a *Directorio* agente.

LXIX. Si utrumque Collegium conſentiat, ſalva res eſt; ſin minus, in peculiarem locum concedit quodlibet, atque ſeorſim deliberat; poſtea, collatis ſententiis, tam diu agunt & conferunt, donec vel commune Concluſum eliciatur, vel conciliatio deſperanda videatur.

LXX.

LXVIII. - LXX. *Grundſ.* P. II. C. VIII. *Diſc vom R. T.* ap. SCHILT. p. 117. *Comp. Beſchreib. e R. T.* C. XII. HENNIG. §. 49. HORN. §. 15. STRUV. §. 28. KOENIG. l. c. Cap. VI.

(*) De Civitatum Imp. querela, quod ad *ſimultaneam Re- & Correlationem* non admittantur, de Superiorum Collegiorum reſponſione v. *Grundſ.* P. II. c. VI.

LXX. Hoc facto, & *Civitates* advocantur, atque communicata Superiorum Collegiorum Sententia, ipſarum quoque Concluſum expetitur. intrant igitur Deputati Civitatis, cujus eſt Directorium, cancellos, atque unus ex illis prælegit Votum. ſecedunt, ubi res poſtulat, Collegia Superiora, & deliberant, poſteaque cum Civitatibus iisdem agunt & conferunt, donec vel inter ſe conveniant, vel, conveniri non poſſe, appareat.

LXXI. Hic uti *ſolemnis* Re- & Correlationis proceſſus eſt, ita *minus ſolemnis* ſæpe inter Deputatos Collegiorum, vel Directoris tantum, inſtituitur. quorum quodlibet ad ſuum Collegium refert perceptam alterius Collegii ſententiam, atque eadem examinata, viciſſim, quid videatur, cum altero communicat atque confert, donec res exitum capiat.

LXXII. Conſpirantibus igitur Collegiorum Concluſis, oritur *PLACITUM ORDINUM IMPERII, ein Reichs-Gutachten*, mox ad Cæſarem referendum. diſcrepantibus vero, *diverſa Placita* fiunt, & ſingula ſeparatim referuntur. Si duo tantum Collegia conſpirent, Placitum quidem Imp. fit, ſed ſingularis tertii Collegii ſententia ſimul inſeritur: quod & fit, ubi Catholici & Proteſtantes diſſentiunt.

Zzz 5 LXXIII.

LXXII. v. KULPIS *de Placit. Ord. Imp.* § 3. n. 13. *Mollit.* ad I. P. a. VIII. § 4. p. 1904. STRUV. § 31.

LXXIII. *Placitum* commune, ſive concors ſive diſcors, concipitur a Moguntino, conceptum in pleno prælegitur, prælectum per dictaturam communicatur, communicatum ac denuo probatum in Cancellaria Moguntina mundatur ac ſignatur; Poſtea *Commiſſario Principali*, prævia notificatione, & præfinito die, offertur, ad CÆSAREM tranſmittendum.

LXXIV. *Oblatio* regulariter fieri debet per Moguntinum & Statuum Deputatos, quorum munus *Deputatio Nunciaturæ* appellatur: Sed ob lites circa Deputationem ſolennes, eadem a ſolo *Moguntino* fieri ſolet.

LXXV. Facta oblatione, mox ſequutura *RESOLUTIO CÆSAREA* promittitur, quæ per

---

LXXIII. v. KULPIS. de *Placit.* §. 4. n. 20. 21. *Grundſ.* P. II. C. 9.

(*) Circa oblationem diſputatum: 1) An, ſi plures ſint Legati Cæſarei Principales, omnium nomina Placitis inſerenda? 2) Si unus abſit, an abſentis quoque mentio facienda? 3) An, abſente Principali, Placitum Secundario quoque poſſit offerri? v. KULPIS. l. c. n. 21. LUNIG. *Staats-Conſil.* T. II. p. 1107.

LXXIV. v. KULPIS. l. c. n. 22. 23. *Grundſ.* C. IX. STRUV. §. 32.

LXXV. - LXXVI. v. KULPIS. §. 3. n. 16. §. 4. n. 24. 2. MONZ. §. 26. HENNIG. §. 54. *Grundſ.* l. c. SCHWED. I. P. C. XXX. §. 17. STRUV. §. 31.

per modum *Decreti* Directorio Moguntino inſinuatur, atque cum Statibus per dictaturam communicatur.

LXXVI. *Decretum* Cæſaris ubi *Placito* Ordinum concordat, fit *DECRETUM IMPERII ein Reichs Schluſs*. Si vero diſcrepantia ſuffragia Cæſari oblata fuerint, ipſe amica tractatione, non pro imperio, componere diſcrepantes laborat. Similiter ſi & ipſi quid ſecus videatur, denuo deliberationes inſtituuntur, atque momenta ipſius ponderantur, tum eousque res amice inter Cæſarem & Status agitatur, donec inter ſe conveniant. Si conveniri nequeat, nihil agitur; niſi forte Ordines deciſionem Cæſari ultro permittant.

LXXVII. Rebus tranſactis, Decreta in generalem formulam colliguntur, quæ dicitur *RECESSUS IMPERII ein Reichs Abſchied*. Concipitur hic a Moguntino, conceptus in conclavi Electorum, præſentibus Commiſſariis Cæſareis, ac Deputatis Statuum, prælegitur, examinatur, & ſi opus, emendatur: tum duo Originalia in membrana deſcribuntur, atque tum Cæſaris, tum Deputatorum Catholicorum & Proteſtantium, ſubſcriptione & ſigillis muniuntur, additis etiam reliquorum Sta-

LXXVII. *Grundſ.* P. II. C. III. HENNIG. 57. 58. 59. STRUV. § 53. 54.

LXXVIII. LXXIX. v. *Grundſ.* C. X. HENNIG. § 60. 61. STRUV. § 57. HORN. § 59.

Statuum vel Legatorum, præſentium nominibus.

LXXVIII. Tandem fit *PUBLICATIO RECESSUS:* Scilicet IMPERATOR, ſolenniter in Curiam deductus, vel ejus *Commiſſarius Principalis*, in conſeſſu Statuum, *Receſſum* per Cancellarium Moguntinum jubet prælegi, Status admonet de ſervandis concluſis, deſcribendi copiam facit, & Comitia ſolvit.

LXXIX. Publicatus Receſſus a Directorio Moguntino cum Statibus per *dictaturam* communicatur, qui deinceps in ſuis provinciis eundem promulgant: Ejusdem *Originale* alterum in Archivo Imperii aulico, alterum in Moguntino adſervatur, Cameræ vero *Copia* fide digna transmittitur, ibidemque per Decretum commune Advocatis & Procuratoribus Receſſus obſervantia injungitur.

LXXX. Ceterum quoties Scripta cum Statibus in Comitiis communicanda ſunt, juſſu Directorii Moguntini, per *Dictaturam publicam* communicantur: Fit ea a Secretario Moguntino in atrio Dictaturæ, Statuum Amanuenſibus præfixo die convenientibus, atque communicanda calamo excipientibus; a qua differt *privata* & particularis, quæ in ſingulis

LXXX. v. *Grundſ.* P. II. C. 2. p. 72. LUNIG. *R. Archiv.* l. c. ibique *Diſc. vom gegenw. R. T.* p. 19. ſq. & 51. ubi ſchema.

gulis fit Collegiis: Prolixiora vero per *impreſſum* hodie communicantur.

LXXXI. Dantur quoque in Comitiis Conventus particulares: Tales ſunt *Deputationes Comitiorum Extraordinariæ*, dum negotia, quæ in pleno commode tractari non poſſunt, vel non opus eſt, committuntur Deputatis ex tribus Collegiis, pari ex utraque religione numero; ut horis ſubciſivis de iis deliberent, atque ſententiam Moguntino exponant, a quo eadem ad omnes Ordines refertur, vel approbanda, vel ulterius examinanda.

LXXXII. Fieri etiam ſolent, ubi cum *Legatis* exteris agendum. Nimirum ſi Legati ad *Imperium* miſſi ſunt, hi, adito Mareſchallo, litteras & Cæſari, vel ejus Commiſſario, & Directorio Imp. exhibent, & Imperator vel Commiſſarius diem Statibus dicit, ut per Deputatos compareant, & Legatus ab utrisque audiatur: tum, petita copia, deliberatur, ut in aliis negotiis. Si ad ſolos *Status*, audiuntur in conclavi Electorali coram conventu Statuum, & itidem deliberatur ut ante, ac reſpon-

LXXXI. Locum etiam habent, ubi litteræ ad Cæſarem, vel exteros Principes expediendæ, item ubi gratulandi vel condolendi officia apud Cæſarem, vel Commiſſarium Princ. obeunda &c.
v. *Grundf.* P. II. C. 7. HENNIG. §. 50. STRUV. §. 53.

LXXXII. v. *Gründl. Bericht*, *was bey R. Tagen*, ap. LVNIG. l. c. p. 15. COCCEJ. §. 43.

reſpondetur ex Concluſo Statuum: ſi vero res magni momenti ſit, Status vel remittunt ad Cæſarem, vel cum eo de reſponſo conferunt.

LXXXIII. Species hujusmodi Deputationis erat quoque *Senatus Supplicationum*, expediendis negotiis & gravaminibus Statuum particularibus, examinandisque precibus ſupplicibus, deſtinatus: qui tamen hodie, non ſine Statuum, præſertim Evangelicorum, indignatione, ceſſat.

LXXXIV. Denique ad conventus ejusmodi particulares etiam pertinent *Conventus Catholicorum* vel *Evangelicorum*, quorum quilibet ſuo gaudet Directorio: ſed cum iſti non ſolum in Comitiis, ſed etiam extra Comitia inſtitui poſſint, de iis Cap. ſeq. III. agendum erit.

CAP. II.

DE CONVENTIBVS IMPERII PARTICVLARIBVS.

§. I.

INter Conventus Imperii *Particulares* primum conſiderandi ſunt *Repræſentatitii*, qui & ſecundum quid *univerſales* dici posſunt: quales olim erant *Conventus annui* & *Regimentum Imperii*; hodie *Deputationes* Imp. ordi-

LXXXIII. v. *Grundf.* P. II. c. 7. VI. C. 3.

ordinariæ, & *extraordinariæ, Viſitationes Cameræ*, & certa ratione *Conventus Electorales.*

II. *Conventus annui* erant Conventus Principum, ad ſervandam pacem publicam olim inſtituti: In horum locum ceſſit *REGIMENTUM IMPERII*, quod erat *Senatus vel conventus perpetuus, ex Cæſaris & Ordinum Deputatis, a* MAXIMILIANO I. *a.* 1500. *inſtitutus, & a* CAROLO V. *inſtauratus, quo, in loco congruo, negotia totius Imperii rite expediret.*

III. Primum de eo in Comitiis Wormatienſibus a. 1495. actum, ut, dum MAXIMILIANUS I. bello Gallico occuparetur, adeſſet Senatus, qui Imperii negotia dirigeret: Tandem in Comitiis Aug. a. 1500. de eodem inter Imperatorem & Status convenit, atque Ordinatio Regimenti conſtituta eſt.

IV. *Præſes* erat ipſe IMPERATOR, vel ejus *Vicarius*, qualis FRIDERICUS III. Sax. Elector tum conſtitutus; *Adſeſſores* vero XX. ex Statibus ſelectis ſeu deputatis, ſex nempe Electoribus XII. Principibus, IV. Prælatis, & VIII. Civitatibus, deſumti; ita, ut ex Electoribus unus ſemper in perſona, ceterorum quinque Legati; duo etiam Principum, duo Auſtriæ & Burgundiæ, unus Prælatorum, unus Comitum, duo Civitatum, ſex Circulorum, Legati adeſſent, & ſinguli per ſemeſtre ſpatium alternarent.

V. *Negotia* ei demandata erant *publica*, quæ ad *ſecuritatem* Imperii ſpectabant: Hinc jus ei

ei competebat tuendi Imperium & pacem publicam, exequendi etiam ſententias Cameræ & Auſtregarum. Locus erat *Norimberga:* tempus durationi præfixum, *ſex anni;* ſed a. 1502. ob varias cauſſas ceſſavit.

VI. Inſtauratum quidem a CAROLO V. per Capitulationem ad hoc obligato, atque negotia belli & pacis ei demandata; jus vero fœdera pangendi exemtum, ut & cauſſæ juſtitiæ, executiones tamen permiſſæ: ſed cum nec Cæſar, nec Ordines, poteſtatem ejus ferre poſſent, hi etiam circa religionem diſſiderent, & ſumtus æque ac obſequium denegarent, forte & negotiis expediendis iſtud minus idoneum deprehenderetur, tandem omnium voluntate diſſolutum eſt.

VII. *DEPVTATIONES IMPERII ORDINARIÆ* ſunt *conventus a Cæſaris Commiſſariis & Ordinum Deputatis ordinariis, ad expedienda quædam negotia, totum Imperium concernentia, certis temporibus legitime inſtituti.*

VIII.

II. - VI. v. DATT. *Vol. nov. Rer. Germ.* L. I. C. 27. & L. III. C. 12. MVLLER. *Reichs - Tags - Staat.* RECHENBERG. Diſſ. de *Regim. Imp.* HIPPOL. a LAP. P. II. C. V. Sect. 2. COCCEJ. C. XX. 1. ſqq. TITIVS. L. VI. C. V. §. 3. 4. 5. HORN. C. XLVI. §. 1. ſqq. STRUV. §. 59. ſqq.

VIII. *Origo* earum a Comitiis Auguſtanis d. a. 1555. repetenda, ubi *Securitatis* & *Pacis* publicæ cauſſa, ſcil. motibus in Imperio coortis, quibus compeſcendis Circuli non ſufficiebant, conſenſu comitiali introductæ ſunt: ſed poſtea quoque ob alias cauſſas, cumprimis negotia in Comitiis indeciſa, & pro ſalute Imperii expedienda, in uſum deductæ fuere.

IX. Conſtituunt hos conventus tum *Commiſſarii Cæſarei*, quorum unum vel plures Cæſar pro lubitu mittit, tum *Ordinum Deputati ordinarii*, i.e. lege perpetua deſignati.

X. Hi olim fuere ſex *Electores*, ſex *Principes*, unus *Prælatus*, unus *Comes*, duæ *Civitates* *: Sed initio horum munus perſonale fuit, ob auctoritatem & experientiam certis Statibus collatum; poſtea hereditarium factum, atque VI. Principes additi **. In P.W. exæqua-

VIII. v. R. I. d. a. 1555. §. 6. HENNIG. de *S. Pot. Imp. c. Sec.* C. II. §. 65.

(*) An in locum Regimenti Imp. ſucceſſerint? v. FRITSCH. de *Convent. Deput. Ordin.*

X. * *Archi-Dux Auſtriæ*, *Epiſc. Würtzburgenſis*, *Monaſterienſis*, & *Dux Bavariæ*, *Abbas Weingartenſis*, & *Comes Fürſtenbergicus*, *Colonia* & *Norimberga*.

** *Dux Juliacenſis*, & *Landgravius Haſſiæ*, a. 1559. Epiſcopus *Conſtantienſis*, Dux *Burgundiæ*, *Brunsvicenſis* & *Pomeraniæ*, a. 1570.

quatio numeri ex utraque religione decreta, ſed ipſorum Deputatorum ſelectus ad proxima Comitia rejectus; ubi nonnulli quidem adjecti, ſed non ſine controverſiis, Capitulationibus tamen confirmati. ***

XI. *Indicit* hos conventus Elector *Moguntinus*, quoties in Comitiis decreti ſunt, vel ſalus Imp. exigere ipſi videtur, idque auctoritate, interdum & juſſu, CÆSARIS, cujus etiam Com-

*** In Collegio Electorali quartum *Evangelicum* votum alternans tunc introductum: Ex Principibus iisque Catholicis ſunt *Auſtriacus*, *Burgundicus*, *Würtzburgenſis*, *Conſtantienſis*, *Monaſterienſis*, *Bavarus*; ex Evangelicis, *Altenburgenſis* hodie *Gothanus*, *Culmbacenſis* (contradicente *Onoldino*) *Guelpherbytanus*, *Pomeranus* (ubi *Svecus* cum *Brandenb.* communicat) *Suerinenſis*, *Würtenbergenſis*, *Haſſiaci* (*Caſſellano* & *Darmſtadino* alternantibus) ex Prælatis, *Weingartenſis*; ex Comitibus C. de *Fürſtenberg*, & ex *Wetteravicis* plerumque Director; ex Civitatibus, *Colonia*, *Aquisgranum*, *Norimberga*, *Argentoratum*, *Ratisbona*, & *Uberlinga*.

v. R. I. a. 1555. §. 65. R. I. 1559. §. 49. R. I. 1570. §. 70. INST. P. a. VIII. §. 3. 51. R. *nov.* §. 191. 194. *Capit.* CAR. VI. a. XII. PFANNER. *Hiſt. Comit.* L. IV. § 10. FRITSCH. l. c. C. III. EVRHER. p. 951. *Med.* ad *I. P.* Spec. V. Mantis. I. HORN. C. XLVI. §. 2. HENNIG. §. 66. STRUV. §. 60. 61.

Commiſſarii mature expetendi: Locus ordinarius eſt *Francofurtum*, interdum & alius: Deputati comparent vel in *Perſona*, vel per *Legatos*.

XII Quæ *Negotia* hic tractanda ſint, a CÆSARIS & ORDINVM conſenſu dependet: Dividuntur tamen in *ordinaria*, quorum cauſſa conventus illi primum inſtituti ſunt, ſcil. *compoſitio internorum motuum, ac ſubitorum tumultuum Imperii*; & *extraordinaria*, quæ a Comitiis huc remiſſa ſunt, v. g. *cauſſæ monetariæ, juſtitiæ, reformationis politicæ* &c.

XIII. *Propoſitio* fit a *Commiſſariis Cæſareis* in curia Civitatis, *Deputatis Ordinariis* adſidentibus: *Deliberationes* a Deputatis, in duas claſſes, Electorum ſc. & Principum, diſtributis, inſtituuntur, licet ægre hanc ſeparationem ferant Principes: *Directores* ſunt in illa *Moguntinus*, in hac *Auſtriacus*; quilibet viritim ſententiam dicit; an majora valeant, lege tacente, affirmandum videtur: hinc *duo vota curiata* reſultant, quæ tamen niſi & inter ſe, & cum Commiſſione Cæſarea, conſentiant, nihil agitur.

XII. v. R. *Nov.* §. 191. FRITSCH. C. V. §. 2. 3.
XIII. v. FRITSCH. C. VI. PAVERMEIST. de *Juriſd.* I. L. II. C. II. n. 120. SCHWED. C. XXXI. §. 4. HENNIG. l. c. HORN. l. c.

XIV. Ex concluſis Receſſus Deputationis a Directore Moguntino formatur, atque, ſi formula ab omnibus probata ſit, ſub nomine Cæſaris promulgatur, eandemque cum aliis Receſſibus auctoritatem habet; niſi forte conſultandi tantum, non decidendi, facultas Deputatis delegata fuerit; quo caſu concluſum a Comitiis univerſalibus demum vim accipit.

XV. Morte Cæſaris non diſſolvi Deputationum conventus, ſed a Vicariis continuari poſſe, videntur: Ceterum ob controverſias, circa illos enatas, non facile ſperandi, nec, durantibus Comitiis, forte magnum habebunt uſum.

XVI. Nonnunquam *EXTRAORDINARIÆ DEPVTATIONES* extra Comitia, varias ob cauſſas, adhuc frequentantur; quales fuerunt Deputationes ad negotium Pacis, & quæ a. 1681. Francofurti inſtituta eſt: In his & *Conſtitu-*

XIV. v. *Rec. Deput.* a. 1571. §. 7. ibi: *als ein algemeiner Reichs Beſchluß* R. I. 1598 §. 58. R. I. 1555. §. 66. R *Nov.* . 191. ibi: *und in ein Gutachten.* FRITSCH C. VII. MAVRIT. de *Rec. Imp.* §. 10. HORN. l. c.

XV. v FRITSCH. C VII. TITIVS §. 14. 15.

* De ultima Deputatione Francofurtana, quæ a. 1655. cœpit, ſine receſſu diſſoluta. v. STRUV. *Synt. Hiſt. Germ* D XXXVI. § 45.

XVI. *Electa I. P.* T. III. p. 91. T. IX. p. 474. FRITSCH. C. VIII. HORN. §. 7. STRUV. §. 64.

ſtitutio Deputatorum, & *modus agendi*, a Cæſaris & Ordinum arbitrio pendet; niſi quod religionis paritas ſervanda ſit, licet an electio Deputatorum ex univerſo Principum Collegio per majora, an vero a Catholicis, vel Evangelicis, pro religionis diverſitate ſeparatim, fieri debeat, diſceptatum ſit; ſicut nec ſeparatio Collegiorum hic admittitur.

XVII. De *Viſitationibus Cameræ*, infra ſuo loco agendum. Hic jam *Conventus* nonnulli *Particulares*: nimirum *Comitia Electoralia*, nec non *Conventus Principum* & *Statuum* reliquorum, conſiderandi veniunt.

XVIII. Potiſſimum igitur huc pertinent *Conventus Statuum Collegiales*, & inter hos primum *COMITIA ELECTORALIA*, quorum alia, *Wahl-Tage* dicta, eligendi Imperatoris vel Regis Rom. cauſſa; alia, *Churfürſten-Tage*, ob alias cauſſas, vel Electores, vel Imperium, concernentes, celebrantur: poſterioris generis conventus juxta A. B. quotannis olim fieri debebant, ſed hodie libere, vel ad monitum Imperatoris, vel ex arbitrio Electorum, inſtitui poſſunt.

XIX. Hinc conventus iſti vel *Cæſareo-Electorales* ſunt, vel *Electorales* in ſpecie: *Priores* indicit IMPERATOR, & per *Commiſſarium* ſuum, qui hic neutiquam excludi poteſt, capita deliberanda proponit; *poſteriores* vero vel proprio motu ab Electoribus inſtituuntur, vel convocantur a *Moguntino*, qui & ſolus utroſque dirigit, & in illis etiam a Cæſare

propoſita denuo ad conſultandum proponit; in his vero *Commiſſarius* Cæſareus neceſſario admittendus non eſt, quamvis audientiam ipſi denegare nequeant.

XX. *Materia* horum conventuum ſunt (1) Negotia ad *utilitatemElectorum* innoxiam pertinentia: (2) Negotia *totum Imperium* reſpicientia, cumprimis Imperatori & Electoribus reſervata: de his vero Electores, uti & reliqui Status, *deliberare* quidem, vel *præconſultare*, non vero *decernere*, poſſunt, niſi quantum ceterorum Statuum conſenſus, cum ratione præſumtus, admittit; ſecus eorum concluſa ſolum Collegium Electorale obligant.

XXI. *Modus* agendi in his conventibus partim a *libertate*, partim a *conventione* dependet: Sicut &, utrum *immediate*, an *mediate* comparere, tum *quando*, & *quo loco*, coire velint, Electorum libertati relictum eſt, ac in his decidendis magis ad I. P. quam A. B. reſpiciendum.

XXII. Deinde & *PRINCIPVM CONVENTVS*, *Fürſten-Tæge*, dantur: in his vel omnes conveniunt, & convocantur per Directores: vel

XVIII. - XXI. v. *Capit.* IOS. a. VI. ibique *Medit.* p. 100. ſqq. CAROL. VI. a. I. & XIII. RACHEL. de *Comit. Elect.* §. 2. ſqq. TITIVS L. VI. C. VII. §. 1. - 12. SCHWED. S. II. C. II. §. 7. STRUV. §. 57.

XXII. v. STRUV. §. 59. FRITSCH. de *Convent. Comit.*

vel Catholici tantum, vel Proteſtantes, vel certi ex Principum ordine, atque tunc præcipuus eos convocat ac dirigit Porro etiam *COMITES* ſuos habent *CONVENTVS*, *Grafen-Tæge* dictos, eosque vel generales omnium claſſium, vel particulares certæ tantum claſſis.

XXIII. Non minus *CIVITATES IMP* jus habent *CONVENTVS*, *Stædte Tæge*, inſtituendi: eosque itidem vel *univerſales*, ubi omnes; vel *particulares*, ubi vel unius Circuli, vel XII. Deputatæ, vel convocantes tantum Civitates conveniunt: Convocantes autem, *Ausſchreibende Stædte*, ſunt *Argentoratum*, *Norimberga*, *Francofurtum*, & *Ulma*, a. 1523. perpetuo pacto conſtitutæ.

XXIV. In omnibus his Conventibus Statuum vel de rebus cujusque Collegii propriis agitur, vel ſaltem de rebus Imperii præconſultatur: de cetero eadem fere, quæ circa Comitia Electoralia juris ſunt, in his quoque locum habent.

XXIII. v. KNIPSCHILD. de *I. Civit.* l. I. L. II. C. II. n. 14. VITR. L. IV. T. II. §. 31. ſqq. SCHWED. C. XXXI. §. 10. ſqq.

CAP. III.

DE
JVRE ET CONVENTIBVS CORPORIS EVANGELICI.

§. I.

Religionis cauſa Imperii Status in duas abierunt *Partes*, quarum altera *Catholicos*, ſolenni ſtylo dictos, vel ſi mavis *Romano-Catholicos*, altera puriori religioni addictos, ſtylo recepto *Proteſtantes*, vel etiam *Evangelicos* appellatos, complectitur.

II. Et licet *Proteſtantes* iterum in nonnullis doctrinæ capitibus a ſe invicem recedant, atque hinc iterum in *Auguſtanæ Confeſſioni Addictos* & *Reformatos* diſpeſcantur: tamen adverſus Catholicos communem religionis cauſam agunt, atque communi *Proteſtantium* ac *Evangelicorum* nomine veniunt.

III. Quælibet Pars, dum communi conſilio ſuæ religionis, eidemque addictorum, cauſam tuetur,

---

§. I. J. P. W. a. V. §. 1. 52. TREUER de *Comitiis Corp. Evangel.* Cap. I. § 5. 6.

III. Decret. Commiſſ. Cæſ. d. d. 12. April. A. 1720. *in der Staats-Cantz.* T. XXXVI. p. 438. ibi: *mit einer ſolchen Neurung unter den Nahmen eines* Corporis *von einen Theil des Reichs.* l. A. p. 438. *Ihr Reichs-Vaterliches Leydweſen und Empfindlichkeit - - gegen die Geſtalt eines ſo nennenden* Cor-

tuetur, atque adeo Jura Collegii exercendo, peculiare format *CORPVS:* unde duo, religionis intuitu, *CORPORA* Statuum in Imperio enata ſunt, alterum *CATHOLICVM*, alterum *EVANGELICVM*, cognominatum: licet *Corporis* denominatio & qualitas a Cæſare, aliquando improbata, atque Evangelicis inprimis denegata fuerit; ab his tamen viciſſim, allegatis convenientibus rationibus, defenſa.

IV. *Origo* Corporis Evangelici a tempore Reformationis haud dubie derivanda, ubi ſtatim Proteſtantes, de tuenda ſuæ religionis cauſa, conventibus ſeorſim inſtitutis, conſultare cœperunt, atque in hunc usque diem perrexerunt: quamvis denominatio *Corporis* demum incunabula ſua debeat fœderi Evangelicorum, quod poſt mortem GVSTAVI ADOLPHI, incitante OXENSTIERNIO, inter ſe invicem, & cum Suecis pepigerunt.

Corporis Evangelici. Et. T. XXXVII. p. 573. 658. ibique *allerunterthänigſtes Vorſtellungs-Schreiben, welches an Ihro Kayſerl. Maj. auf Dero über die* Religions Gravamina *der Augſpurgiſchen* Confeſſions-*Verwandten den 2. April. 1720. erfolgten* Commiſſions-Decret *das* Corpus Evangelicum *allergehorſamſt abgelaſſen.* d. m. Nov. A. 1720. add. TREVER l. c. §. 13.

IV. LONDORP. T. IV. p. 302. 303. 306. 315. TREVER l. c. §. 11.

V. Certe *qualitas Corporis* Evangelicis non minus ac Catholicis competens, uti libertate Statuum, facultate coeundi atque de communi ſalute conſultandi, nulla lege prohibita, gaudentium, ita & obſervantia duorum ſeculorum, quin & Inſtrumento P. W. & Capitulatione Cæſarea, nititur, ab ipſis etiam Catholicis, ſibi pariter *Corporis* nomen tribuentibus, ſubinde agnita, quid quod titulus *Corporis* utrique parti Catholicorum æque ac Evangelicis a Concommiſſario Cæſareo publice in comitiis tributus.

VI. Conſiſtit autem *Qualitas* iſta *Corporis* in conſociatione Statuum Evangelicorum particulari atque æquali, ſub communi Directorio, naturam Collegii induente, nec niſi defenſionem ſuæ religionis, eique addictorum in-

V. J. P. W. a. V. §. 1. 52. Cap. CAROLI VI. a. XIII. CAR. VII. a. XIII. §. 10 TREVER l. c. §. 6. 9. 10. ubi teſtimonia ex publicis Catholicorum Statuum, Electoris *Moguntini & Palatini*, Epiſcopi *Wormatienſis & Spirenſis*, *Magiſtri ordinis Teutonici & Abbatis Fuldenſis*, ſcriptis excerpta, & §. 15. ibique declaratio Concommiſſarii Cæſarei.

VI. * Dic. de arctiori Evangelicorum utriusque religionis conſociatione a. 1722. inita.

v. Project. Concluſi, in Conferentia Evangelicorum, *wegen vorhabender Religions-Vereinigung* de d. 27. Febr. 1722. *Staats-Cantz.* T. XLI. Cap. VIII. n. 1.

innocentem intendente unde intelligitur, nec rationem Corporis Civilis perfecti Corpus hoc attingere, neque adeo vel Imperatori vel Imperio ulla ratione fraudi eſſe.

VII. Jura Corporis Evangelici potiora ſunt, 1) Jus de rebus religionis ſuæ *conſultandi* ac *decernendi*, atque hinc peculiares *Conventus*, vel in ipſis *Comitiis*, ubi *Conferentiæ; Conferenzen*, appellantur, vel extra *Comitia*, inſtituendi: quales a tempore Reformationis, ad tuendam religionis ſuæ libertatem & ſecuritatem, ac tollenda gravamina, religionis cauſa ſæpius enata, inſtitui cœpere.

VIII. In *Comitiis* hodie Evangelici vel in Curia, & quidem conclavi Principum ſecundario, vel in palatio Legati Electoralis Saxonici convenire ſolent: In illo menſæ *quadratæ* longiori, in hoc *rotundæ*, iique, quos hæc non capit, *ſecundariæ* adſident; idque ſine ordine, niſi quod Electoralibus primus locus concedi ſoleat.

IX. *Materia* conſultationum ſunt *negotia*, *Religionis* cauſam immediate vel mediate tangentia, præſertim *gravamina* religionis, eaque vel a Statibus, aliisve immediatis aut mediatis,

VII. Cap. CAR. VI. a. XIII. CAROLI VII. a. XIII. §. 10. TREVER. Diſſ. laud. Cap. II. §. 2. 9. MOSER. Comp J. P. L. 4. C. IV. ſ. 3.

VIII. TREVER. d. Diſſ. C. III. §. 8. 9.

IX. TREVER. l. c. §. 10.

tis, ad hoc corpus delata, vel ex officio ſuſcepta, atque ab eodem iterum ad Imperatorem vel Imperium referenda. Interdum & de negotiis, ad totum Imperii conventum delatis, ſi Evangelicorum ſpeciatim interſit, præconſultationes in iis inſtituuntur atque commune Evangelicorum votum concipitur.

X. Facta a Directore propoſitione, ſinguli in ſuffragia ire poſſunt, quamvis & interdum integræ claſſes vota curiata dederint: neque etiam ordo in ſuffragando obſervatur, niſi quod Electorales primo loco ſuffragia ferre ſoleant.

XI. Quodſi cauſa ſingulorum concernat jura & commoda, unanimis ſingulorum conſenſus requiritur: ſi vero ad communem totius Corporis utilitatem pertineat, majoris conſenſus partis ſufficere videtur.

XII. Protocollum a Secretariis haud conſcribitur, ſed Legatus quisque ſibi annotat, quæ ad rem pertinent.

XIII. 2) Jus cum Cæſare, vel Statibus Imperii, vel exteris Principibus, per *litteras*, aut

X. TREVER. l. c. §. 11.

Qv. An formato communi per majora Evangelicorum Voto, diſſentientes nihilominus in pleno comitiorum ſenatu ſuffragia ferre poſſint?

XI. XII. TREVER. § 12.

XIII. v. *Allerunterthaenigſtes Vorſtellungs-Schreiben* ſup. *in der Staats-Cantz.* T. XXXVII. ibique alleg. Acta

ſunt *Legatos*, vel ſpeciatim cum *Catholicis de corpore* ad *corpus*, per Directorem, agendi.

XIV. Gaudet quoque hinc peculiari *DIRECTORIO*: quod quidem non tam primus in ordine, quam qui expreſſa vel tacita Sociorum voluntate conſtitutus eſt, exercere ſolet.

XV. Licet autem circa prima Reformationis initia Evangelici ſingulari Directore adhuc deſtituerentur: tamen tempore exhibitæ Confeſſionis Auguſtanæ, tacito Statuum Evangelicorum conſenſu, invaluiſſe videtur SAXONIÆ ELECTORIS *Directorium*; cujus & non ſolum in Comitiis Auguſtanis a. 1530. circa Confeſſionis exhibitionem & Apologiam, ſed etiam in fœdere & bello Smalcaldico, nec non circa Transactionem Paſſavienſem, & Pacem Religioſam, ab Erneſtinæ primum, dein Albertinæ lineæ, Electoribus geſti, varia extant exempla.

XVI. Et quamvis poſtea nonnunquam intercapedinem ſenſerit Saxonis Directorium, dum aliquando Palatinus iſtud exercuit, aliquando idem vel Sveco, vel Magdeburgico, vel Altenburgico, delatum fuerit: tamen res contradictionibus haud caruit, ac poſt Pacem W. tan-

Acta Comitialia, de A. 1649. 1653. 1655. 1664. 1688. 1689. 1697. 1698. 1700 1702. 1704. 1705. 1709. 1710. & 1714. in quibus dictio, *de corpore ad corpus zu handeln*, ſæpius reperitur. add. TREVER Cap. I. §. 13. p. 27. & Cap. III. §. 12. p. 72.

W. tandem illud ad Saxoniæ Electores, quaſi jure poſtliminii, rediit, atque in Comitiis a. 1653. novo Evangelicorum Statuum decreto, iisdem delatum ac inſtauratum fuit.

XVII. Quemadmodum igitur *occaſio* delati Saxoniæ Electoribus Directorii Evangelici haud dubie fuit, quod ipſi primi & potentiores inter Evangelicos eſſent Principes, quorum auſpiciis etiam prima Evangelii lux Germaniæ affulſit: ita *Jus* primum tacito, dein expreſſo, Statuum Proteſtantium *conſenſu*, ſæpius iteratis votis, Imperatore & Imperio, approbante, declarato, nititur.

XVIII. De hoc vero dubitatum, an, abſente Legato Saxonico Electorali, Directorii munus a Legato Brandenburgico, tanquam proximo inter Evangelicos, exercendum fuerit? Quamvis autem, ex parte Brandenburgici, ad diverſos exerciti muneris actus provocatum ſit; tamen ex parte Saxonis, actus iſtos vel ex conceſſione, vel non ſine contradictione, exercitos fuiſſe, regeſtum eſt.

XIX. Nihil etiam circa Directorium hoc mutatum, Potentiſſ. POLONIARVM REGE Catholica licet ſacra amplectente: ob inſequutam Regis Declarationem, nihil ſe in cauſſa Religionis, in negotiis Imperii, Circuli, vel Territorii, eſſe immutaturum, atque Directionem Conſiliorum in cauſſis Religionis Duci Saxo-Weiſſenfelſenſi ita delegatam, ut hic, communicatis cum Sanctiori Senatu Electorali conſiliis, Legatum inſtruere debeat.

XX.

XX. Cum vero etiam Princeps Regius, qui hodie itidem eſt Poloniarum Rex & Elector Saxoniæ, religionem mutaſſet, dubitari quidem cœpit; *An Directorium Evangelicum Saxoniæ Electori ſit relinquendum?* nec defuere, qui, vel Brandenburgico, vel Brunſvicenſi, illud deferendum, cenſerent; unde variæ quæſtiones motæ: nondum tamen quidquam mutatum; forte quod, uti ſuffragium non perſonæ, ſed territorio, adhæret, ita & Directorium Territorii nomine geri videatur, hoc vero, cum ſuis Ordinibus provincialibus, ac Miniſterio Electorali, quod Legatum inſtruit, Evangelicæ Religioni adhuc addictum ſit.

XXI.

XV. - XX. v. B. STRUV. Corp. J. P. C. XXIII. §. 67. - 75. ubi origo & progreſſus Directorii Evangelici latius ex hiſtoria deducitur. EVR. HER. T. I. p. 256. Dn. GRIBNER. *pecul Programm.* d a. 1719. *Medit.* ad I. P. Specim. VIII. *Mantiſſ.* IV. *Kurtze aus den* Acten *gezogene Nachricht, wie es auff dieſen R. T. mit dem* Directorio inter *Evangel.* abſente Legato Sax. *gehalten worden. Mant.* V. *Kurtzer aus den* Acten *gezogener Bericht, das* Directorium inter Evangel. *betreffend &c. Faſcic. verſchiedener Schrifften über die Frage; Ob das* Directorium inter Evangelicos *bey Chur Sachſen zulaſſen? Elect. I. P.* T. XII. p. 751. T. XIII. p. 84. 575. *Staats-Cantz.* T. XXX. p. 335. p. XXXI. C. V.

XXI. Pertinet autem ad Directorium 1) Jus *convocandi* Status Evangelicos, in Comitiis quidem per Secretarium, extra Comitia vero per litteras; non tamen facile ſine prævio potiorum Membrorum conſenſu. 2) Jus *proponendi* in conventibus, atque *ſuffragia* colligendi, indeque *concluſum* formandi.

XXII. Concluſum Director vel in conſeſſu prælegit, & num quis habeat, quod moneat, quærit, vel, finito conſeſſu, per Secretarium ſingulis transmittit, ut monita adjiciant; quæ ſi contraria ſint, amicabilis compoſitio tentatur.

XXIII. *Concluſa*, ceteraque ad notitiam omnium referenda, per *Dictaturam*, Directoris auctoritate, communicantur. In conventibus *extra-comitialibus* acta & decreta in *Receſſum* rediguntur, qui ſolenni ritu promulgatur.

XXIV. 4) Jus *recipiendi litteras* quascunque vel aliorum Statuum, vel Principum exterorum, vel Reſcripta Cæſarea, vel gravamina mediatorum, atque per dictaturam cum ceteris Corporis Evangelici Membris communicandi.

XXV. 5) Jus *deſideria* Corporis Evangelici Cæſari aut Statibus, aliisve, exponendi, vel verba Corporis nomine faciendi.

XXVI.

XXI. TREVER. l. c. Cap. III. §. 4. 5.
XXII. XXIII. TREVER. l. c. §. 13.
XXIV. XXV. TREVER. l. c. §. 4. n. 2) & §. 6.

XXVI. *Litteræ* Corporis nomine exaratæ olim a ſingulis *ſubſcribebantur* (*a*): hodie *ſubſcriptio* communi eoque collectivo nomine fit (*b*). *Sigilla* vero omnium Membrorum ſigillatim, Comitum ſaltem ac Civitatum curiatim, ordine quoque accurate obſervato, in altera pagina adnectuntur.

XXVII. *Catholici* Status itidem quidem *Corpus* quoddam formant, Legati quoque ipſorum aliquando in cœnobio quodam conventus ſuos & conſultationes de cauſis ſuæ religionis ac Statuum huic addictorum inſtituunt, communes ſubinde epiſtolas ad Impera-

XXVI. (*a*) Exemplo *Receſſus* Conventus *Lipſienſis*, ubi Subſcriptio hoc modo facta: *Zu Uhrkund haben die Anweſende Churfürſten, und Grafen, und der Abweſenden Fürſten, Grafen, Herren und Stadte, Rathe, Geſandten, und Abgeordnete, dieſen Abſchied mit eignen Handen unterſchrieben; und ihren Secreten und Pittſchafft beſiegelt. Geſchehen zu Leipzig am 2. April. A. 1631.*

(*b*) Hoc modo: *der Evangeliſchen Churfürſten, Fürſten, und Standen zu gegenwartigen Reichs-Tage Gevollmachtigte Rathe, Bothſchaften und Geſandte.* v. LONDORP. T. IV. 142. *Staats-Cantz.* T. IV. p. 101. ubi Schema Sigillantium d. 13. April. 1699. & T. XXXIX. p. 108. ubi Schema Sigillationis d. 22. Febr. 1721. add. TREVER, l. c. §. 14. ubi eadem Schemata inde excerpta.

XXVII. v. MOSER. *Comp. J. P. L.* 4. C. III.

Digitized by

peratorem, vel Papam, aliosve, exarant, *Directorio* fungente. Electore *Moguntino:* de peculiaribus vero hujus Corporis inſtitutis nihil conſtat.

CAP. IV.

DE JVDICIIS IMPERII VNIVERSIM.

§. I.

JVDICIA IMPERII cum intuitu *Perſonarum*, tum intuitu *Cauſarum*, quas concernunt, diverſa eſſe, ſuperius obſervatum eſt.

II. Inter *Perſonas* principem haud dubie tenet locum IMPERATOR; igitur quodnam in cauſſis IMPERATORIS judicium ſit competens? primo loco diſpiciendum. Sed cum IMPERATOR ipſe *ſummus* in Imperio Judex ſit, facile intelligitur, eundem qua talem *nulli judicio* ſubjacere, niſi cui ſponte ſe ſubjecerit: id quod ex natura ſummi Imperii, quod gaudet, ſponte ſua conſequitur.

III. Nihilominus, olim Reges vel Imperatores, tam quod ad cauſſas civiles, quam criminales,

---

§. II. v. HENNIGES de *Summa Poteſt. Imperat. circa Secul.* C. III. §. 77.

III. v. *Spec. Suev.* C. XXIII. ibi: *über des Kunigs Leib, und über ſeine Ehre, mag niemand Urtheil geſprechen, den die Fürſten.* LEHMANN. *Chr. Spir.* L. V. C. XXVIII. XXXII. XXXIV. CONRING.

nales, *Conſilio Procerum* & *Populi* ſubfuiſſe, poſtea vero Concilii auctoritatem, ad *Electores* ſolos & *Pontificem* Romanum transiiſſe a nonnullis exiſtimatum eſt.

IV. Sed neque *Pontifex* ejus, cujus ipſe Imperio olim ſubjectus fuit, legitimus Judex unquam cenſeri poteſt: neque vel olim Concilium *Procerum* & *Populi*, vel hodie *Electores*, quidquam *pro imperio* in Reges & Imperatores decernere potuiſſe aut poſſe, unquam probabitur.

V. Exiſtimatum quoque medio ævo, *Comitem Palatinum* Imperatoris Judicem eſſe,

Bbbb 2 non

RING. de *Judic. Germ.* §. 21. 43. ſqq. MONZ. C. V. §. 14. 15.

IV. v. KULPIS. ad MONZ. C. V. §. 14. TITIUS *J. Publ.* L. VII. C. I. §. 4 5.

V. v. A. B. C. V. fin. *Gloſſa I. Sax.* ad *Weichbild* L. I. Art. VIII fin. plane ex Judice facit carnificem, verb.: *Man ſoll über ihn richten, und ſoll ihm das Haubt mit einen güldnen Parten abhauen, über eines Schildes Rand: und das ſoll thun der Pfaltz Graff von dem Rhein, der dem Land zum Richter über den Kænig gegeben.* nugæ! Add. HENNIG. l. c. §. 81. 83. 84. Dn. Chr. SENCKENBERG, qui plane iſtud judicium rejicit in ſcripto, cui titulus: *Fabula Judicii Palatini in Cæſarem, Juris Publici Doctoribus hactenus credita, dilucide expoſita ac deſtructa.* STRUV. *C. J. Publ.* C. XXV. §. 3. qui, cum Comitis Palatini auctoritas olim

non in cauſſis civilibus tantum, ſed etiam criminalibus: Sed *Judicium Palatini* uti ad cauſſas *civiles & fiſcales* tantum ſpectavit, quod ſupra traditum, atque in ſola *cognitione* conſtitit, ita dudum ceſſavit; ſiquidem nec in Capitulationibus, nec in J. P. ejus ulla amplius mentio fit.

VI. Certe in cauſſis *Criminalibus*, ſi ut *homo* delinquat Imperator, ipſe, ob Majeſtatem, nonniſi Deum agnoſcet Judicem (*a*); Si *Imperii* cauſſa impetatur, ac de violatis LL. fundamentalibus, aut juribus privilegiisque Statuum, querelæ oriantur; *gravamina* ad *Comitia* erunt deferenda, atque Imperator, ut medelam iis adhibeat, ſubmiſſe rogandus (*b*);

Quodſi

olim fuerit permagna, nec alienum hoc ab aliis Regnis ac Provinciis ſit, ut Imperantes unius ex Proceribus judicio ſe ſubmiſerint, tot quoque leges Germanicæ de hoc judicio teſtentur, ipſaque A. B. lege toties ad iſtud fuerit provocatum, illud penitus haud rejiciendum, putat; licet facile concedat, nullum adhuc exerciti hujus Judicii adductum fuiſſe exemplum; idemque hodie plane ceſſare, §. ſq. 4. fateatur. Conf. Supra. L. IV. C XIII §. 8.

VI. (*a*) de ADOLPHO NASSOVIO, quem homicidii, ſtupri, ſocordiæ, negligentiæ, perjurii accuſabant v. GOLD. Conſt. I. T. I. p. 315. de ALBERTO, quem Regicidii cauſſa arguebant, v. STERC[illegible]. 1300.

(*b*) v. *Bedencken, ob der Churfürſt zu Pfaltz* in cauſſis gravatoriis *des Kayſers Richter ſeyn könne?*

ap.

Quodſi vero *hoſtilem* adverſus Remp. induat animum, *exauctorationi* locus erit, de qua ſupra dictum (*c*).

VII. In cauſſis *Civilibus* ubinam conveniendus ſit Imperator? dubium: Cum Judicium Palatini hodie ceſſet, in ejus locum *Summa* Imperii *Tribunalia* ſucceſſiſſe videntur; ſed & his nonniſi cauſſæ cognitio tribuenda, *executio* a generoſa Cæſaris voluntate, ac juſtitiæ amore, expectanda erit.

VIII. Illud tamen dubio caret, ſi Imperator ipſe adverſus Status vel Subditos Imp. tum ſingulos, tum integra eorum collegia, in cauſſis *civilibus* vel etiam *fiſcalibus*, agere velit, quin actio in *Foro Rei* ordinario, vel privilegiato, aut conventionali, inſtituenda ſit.

ap. LONDORP. T. I. p. 11. conf. LUDOLFF. *Schaubühne* L. X. C. II. §. 30. HENNIG. l. c. §. 80. 83. p. 410. STRUV. l. c. §. 4.

(*c*) v. Supra L. III. C. V. §. 7 ſqq. conf. HENNIG. §. 83. ubi notat, in exauctoratione ADOLPHI Moguntinum, rogatis ſententiis, condemnatoriam pronunciaſſe.

VII. Conf. HENNIG. l. c. § 81. qui olim quidem has cauſſas ad Palatinum pertinuiſſe docet, ſed, quid hodie obtineat, non definit.

VIII. v. *Cap.* 1o8. a. XIV. ibique *Medis* (*b*) (*c*) & NITSCH. §. 9. HENNIG. §. 85.

IX. At ubinam Imperator forum ſortietur, ſi lis ipſi in cauſſis *feudalibus* cum Vaſallis intercedat? Si ipſe qua Princeps cum alio Principe litigaverit, quin cauſſa ad *Judicium Aulicum*, tanquam ordinarium Feudorum Regalium forum, pertineat, vix dubitandum videtur: quamvis olim quoque Imperatores *Judices delegatos* in hujusmodi cauſſis conſtituerint.

X. Quid ſi vero Imperator qua *Dominus* cum *Vaſallo* contendat? num *Parium Curiæ*, vel *Principum*, *Judicium* hic in ſubſidium vocandum erit? (*a*) Silent hac de re Capitulationes & Conſtitutiones Imp.: annon fortaſſis hujusmodi caſus inter negotia, vel in Comitiis omnium Ordinum, vel ſaltem Electorum conſilio, expedienda, erit referendus? Ita certe nonnullis videtur (*b*).

XI. Sed & hac in parte *Aulicum Judicium* fundatam Jurisdictionem habere videtur: Forte tamen melius, uti nonnullis placet, fecerit Cæſar, ſi Jure ſuo non ad invidiam utatur, verum, *delegato Judicio*, omnibus oſten-

X. v. HENNIG. §. 26.

X. (*a*) v. *Spec. Suev.* C. XXIII. ibi: *Kriegt er mit Jemand üm Guth, oder um andre Ding, das des Reichs iſt, da ſollen über ſprechen die Fürſten und Grafen, die Freyen und des Reichs Dienſt-Mann.*

(*b*) HENNIG. §. 79.

XI. v. HENNIG. §. 26. p. 296.

Digitized by Google

oſtendat, quam nihil injuriæ Vaſallus timendum habeat, cum ipſo Judice ac Domino ſuo coram alio litigaturus.

XII. Quod ſi denique Imperatori cum *univerſo Statuum Corpore* negotium ſit, lite fortaſſis de Summæ Poteſtatis juribus, vel Cæſaris reſervatis, vel Statibus communibus exorta: neutra Pars Judicem competentem habebit, ſed ſola amicabilis compoſitio valebit; adeoque res vel more Comitiali, vel per arbitros, tranſigenda erit.

XIII. *REGIS ROMANORUM* quis Judex competens ſit? dubium: Saltem STATUS, ut IMPERATOR, in caſu delicti Imperium tangentis, ſine ipſorum conſenſu Judicium in eum exerceat, vix permittent: in cauſſis *civilibus* vero & *feudalibus* idem fere juris erit, quod circa Imperatorem. *AUGUSTAM* vero poteſtati & Jurisdictioni Imperatoris ſubeſſe, vix dubitandum.

XIII. v. *Modiſ.* ad *Cap.* JOS. l. c. (c) p. 158. NITSCH. l. c. § 7. HENNIG. l. c. §. 85. p. 412. STRUV. §. 5. qui eadem, quæ de *Imperatore* dicta ſunt, de *Rege* quoque *Romanorum* intelligenda eſſe cenſet: præſertim cum is Jura ſua non ab Imperatore, ſed per electionem ſit adeptus. Add. JO. FRID. GEORGII Diſſ. J. Publ. de *Foro Competente Imperatoris Regisque Rom.* &c.

XIV. Judicia STATUUM & *Subditorum* competentia, itidem diverſa ſunt, pro diverſitate *cauſarum*, in quibus, nec non *inſtantiae* & *loci*, ubi exercentur. Ratione cauſarum Judicia hæc vel *Eccleſiaſtica* ſunt, vel *Criminalia*, vel *Feudalia*, vel *Civilia*. Ratione *inſtantiæ* vero & *loci*, quomodo differant, partim ex ſupra dictis quodammodo patet, partim ex infra dicendis patebit amplius.

XV. *JUDICIORUM ECCLESIASTICORUM*, quænam olim in Imperio fuerit ratio, quodque *Poteſtas Judiciaria* ſuprema, & in *Perſonas Eccleſiaſticas*, & in *Cauſis Eccleſiaſticis* reliquis, penes REGES & IMPERATORES fuerit; quomodo autem PAPA ſenſim eandem ſibi arrogarit, ſuperius traditum eſt.

XVI. Igitur hodie *Judicia Eccleſiaſtica*, quod ad Catholicos quidem in Imperio a PAPA & EPISCOPIS, ac certa ratione a NUNCIIS APOSTOLICIS exercetur; quamvis harum Jurisdictionem ſuis limitibus circumſcribere, atque attentata, in trahendis ad forum ſuum cauſis etiam ſecularibus, coërcere, in Capitulationibus Cæſareis e re Imperii viſum fuerit.

XVII.

XV. v. Supra Lib. V. C. II. §. 6. & ſqq. & Cap. III. §. 33.

XVI. Cap. CAR. VI. a. XIV. CAR. VII. a. XIV. §. 5. Diſp. de *Judiciis Nunciat. Apoſt.* Cap. II. §. 1. ſq.

XVII. *Gravamina* ſaltem religionis, non minus ac cauſæ fractæ pacis publicæ, tam Proteſtantium, quam Catholicorum, in Judiciis Imperii, vel Comitiis, diſcutiuntur: *Proteſtantium* quoque Perſonis *Eccleſiaſticis* Jurisdictio Cæſaris & Judiciorum Imperii utique agnoſcenda.

XVIII. Sed quodnam in cauſis *Matrimonialibus* inter *Conjuges Illuſtres* Judicium ſit competens? ardua eſt quæſtio. Ante omnia diſcernendæ quæſtiones, quæ *occaſione matrimonii*, circa *accidentalia*, v. g. de dote, donatione propter nuptias, dotalitio, morgengaba, alimentis, ſævitia, incidunt, ab iis, quæ de ipſo matrimonii vinculo *conſtituendo* vel *diſſolvendo* oriuntur: Illa in Judiciis Imperii diſceptari poſſunt; ſed de his maxime dubitatur.

XIX. Olim CAESARES in his cauſis Judices fuiſſe, & rationes & exempla loquuntur: In cauſa vero propria iidem vel Sacerdotum vel Synodi ſententiæ ſe ſubjecerunt. Aliquando non ſolum in caſibus prohibitis diſpenſarunt, ſed etiam divortii tulerunt ſententiam, quæ deinceps a Papa & Epiſcopis fuit approbata.

XVII. Conf. Supra *L. 5. Cap. IV.* §. 18. 19. 27. add. STRUV. *Corp. J. Publ. C. XXV*, §. 27.

XX. Sed poſtquam Pontifices has quoque cauſas, *ſpiritualibus* annumeratas, ad *forum Eccleſiaſticum* traxerunt; Cæſares, ex ſuæ religionis principiis, ab iis abſtinent; & Judicio Papali jus, in cauſis hujusmodi matrimonialibus Catholicorum, vel diſpenſandi vel cognoſcendi, exercendum relinquunt. Unde nec *Judicium Aulicum*, tunc tales cauſas ſibi vindicabit, quippe Jurisdictione Eccleſiaſtica a Cæſare haud inſtructum; neque adeo *Commiſſarii* ad eas recte a Cæſare expetentur, quamvis id aliquando factum ſit.

XXI. Neque etiam ad *Cameram* eædem cauſæ pertinebunt; quippe in quam, nec eo tempore, quo ſtabilita eſt, ex iisdem cauſis, nec poſtea, Jurisdictio talis translata eſt: neque adeo ad *Auſtregas*, quod ab his ad ſuperiora Judicia per appellationem devolvi non poſſunt.

XXII. Sicuti igitur *Catholici* Status Judicio *Pontificis* in his cauſis ſe ſubmittunt: ita Evangelici nullum in iis Judicem agnoſcunt; eo quod Jurisdictio Pontificia eorum intuitu ſuſpenſa ſit, vel ſublata, nec alia, vel Cæſaris, vel Cameræ ſubſtituta; nec conſilia de Conſiſtorio generali inter Evangelicos erigendo unquam exitum ſortientur.

XXIII. Reliquum igitur eſt, ut, exemplo Regum, vel in *Arbitros* compromittant, vel

Con-

XVIII. - XXIII. v. SCHILT. de *Lib. Eccleſ. Germ.* L. VI. Cap. III. §. 7. *J. Jur. Publ.* L. I. T. IX. §. 4. 10. LEIBN.

Digitized by Google

Conſiſtoriis ſuis ſe ſubmittant: cum utique Principem in cauſa propria non per viam facti, ſed juris, procedere, & alteram quoque partem audiri, naturalis æquitatis ratio jubeat; nec certe Uxor, utpote Superioritati Mariti ſubjecta, hoc judicium detrectare poterit, licet Maritus ſententiæ ut pareat, nullo Imperio humano, ſed ſolo conſcientiæ dictamine cogi poſſit.

XXIV. Quod ad Judicia *STATUUM* reliqua attinet, uti olim inferioris conditionis perſonas *Comes Palatinus*, ita *Proceres* ipſe REX judicabat (*a*): Sed cum cauſſæ Proce-

rum

10. LEIBN. *Cod. J. G. Dipl.* P. I. n. 81. 83. SCHWED. J. Publ. P. Spec. S. II. C. XVII. §. 22.-38. COCCEJ. J. P. C. XXII. §. 8. LYNCKER. de *Lib. Stat.* p. 40. ed. fol. de BERGER. Diſp. de *Matrim. Illuſtr.* C. IV. §. 1. TITIUS *J. Publ.* L. *VII.* C. *V.* §. 18.-20. HORN. *J. P. G. XXI.* §. 29. BOEHMER. *J. Eccl.* L. *II. T. II.* §. 17. 18. LUDOLFF. de *Jur. Fem. S. I.* §. 7. STRUV. *Corp. J. Publ.* C. *XXV.* §. 23.-27. LUDOV. de *Jud. in cauſis Princ. Proteſt. matr.* §. 31. 46.

XXIV. (*a*) v. HINCMAR. *Epiſt. ad Lud. Balb.* C. XIX. XXI. ANSEGIS. L. III. C. 72. ibi: CAROLUS M. *Epiſcopi, Abbates, Comites & potentiores quique, ſi cauſſam inter ſe habuerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam; neque illorum contentio alicubi dijudicetur.* GOLD. P. I. *Conſt. Imp.* FRIDER. II. *Teutſchen Recht* d. a. 1236. C. XXIV.

Wir

rum vel *minores*, vel *majores* eſſent, de *minoribus* quidem Regem *ſolum* judicaſſe, indubitatum; in *majoribus* vero, cumprimis *Criminalibus* & *Feudalibus*, an *Judicium Principum* locum habuerit? in utramque partem diſceptatur (*b*).

XXV. Dicitur autem *JUS* vel *JUDICIUM PRINCIPUM*, vulgo *das Fürſten-Recht*, ſingulare *fori privilegium*, Principibus Germanicis ab *antiquo* competens, vi cujus IMPERATOR in cauſſis *majoribus*, quæ ipſos *Principes*, eorumque *vitam*, *famam*, ac *bona majora*, cumprimis *feuda Regalia*, *concernunt*, *absque conſilio* & *ſuffragio Principum*, tanquam *Parium Curiæ*, cognoſcere & judicare non potuit.

XXVI.

Wir ſetzen, daß des Reichs-Hof habe einen Hof-Richter, der ein freyer Mann ſey, der ſoll alle Tage zu Gericht ſitzen, und ſoll die Leute richten, die ihme klagend, von allen Leuten, ohne Fürſten, und andere Hoch Leute, wo es geht an ihr Leib, oder an ihr Ehr, oder an ihr Recht, oder an ihr Erb und Lehn, die wollen wir ſelber richten, auff die Weiß, nim. *Wie es in dem H. Reich von alten Zeiten herkommen.*

(*b*) v. SCHWEDER S. I. C. IX. §. 11. n. HENNIG. l. c. §. 14 ſqq GRÖNING. *Tr. J. Publ. de Jure Princip.* ubi & Autores, & Argumenta in utramque partem.

XXV. v. SCHWED. l. c. MONZ. C. V. §. 14.

XXVI. Requiſita hujus Judicii hæc fuiſſe dicuntur; generatim quidem, ut tum *Principes* eſſent *Germani*, *Imperio ſubjecti*, tum *cauſſa* concerneret *vitam*, *famam*, aut *bona feudalia*; ſpeciatim ratione proceſſus; ut 1 *ter* citandus eſſet Princeps reus, *primaque citatio* non niſi per *Principem* Imp inſinuanda; 2. Imperator in *perſona* Judicio præeſſet; 3. Aſſeſſores non niſi *Principes Germani* eſſent, iique partibus haud ſuſpecti, 4. judicium hoc non niſi *intra* fines *Germaniæ* ex more recepto haberetur; 5. cauſſa *germanice*, brevi & ſimplici proceſſu, tractaretur.

XXVII. Obtinuiſſe olim Judicium Principum, & ſaltem a CAROLINIS temporibus ad MAXIMILIANI I. ætatem, CÆSARES in cauſſis Principum majoribus, tam *feudalibus*, quam *criminalibus*, fere ſemper adhibuiſſe *Conſilium Principum*, tot ac tam illuſtria omnis ævi exempla, itemque Reſcripta & ſententiæ Imperatorum pariter, ac teſtimonia Statuum, loquuntur, ut iſtud negare, foret, clariſſimam hiſtoriæ lucem negare: *Moribus* tamen illud magis, quam expreſſis *Legibus* aut *conventionibus*, conſtitutum videtur.

XXVIII.

XXVI. V. HIPPOL. A LAP. de *Rat. Stat.* P. I. C. X. Sect. II. n. 54. 55. HENNIG. §. 18. p. 276.

XXVII. V. LEHM. *Chr. Spir.* L. IV. C. II. L. V. C. 63 89. L. VII. C. 11. n. 2. C. 71. 76. 86. 88. 113. 114. CONRING. de *Jud. Imp.* §. 15. 48. ſqq. HENNIG. §. 15. 16. 17. 28. 29. STRUV. §. 6. 7. 11.

XXVIII. Locum habuit hujusmodi Judicium in *Curiis* Imperialibus & ſolennibus: h. e. non ſolum in *Comitiis* Imp. *univerſalibus*, in quibus potiores ſemper Principum partes fuere, ſed etiam *particularibus* Principum conventibus.

XXIX. An vero ea res *meri arbitrii* fuerit, an potius *neceſſitatis?* dubio non caret: *poſterius* ex indole *Imperii limitati*, ac *libertatis Statuum*, majores ſenſim vires capientis, colligendum videtur; *prius* adſtruere videntur exempla, ubi Imperatores ſoli in hujusmodi cauſſis judicarunt.

XXX. Quod ſi jam, quid in cauſis *CRIMINALIBUS* hodie juris ſit, ſpectemus, ante omnia delicta *privata* & *publica*, h. e. ea, quæ ab ipſis ut hominibus, & ea, quæ ut a Perſonis publicis, admittuntur, probe diſtinguenda ſunt.

XXXI. Utraque quidem, quoad *indolem* ſuam, ex ſolis legibus *divinis* univerſalibus, & *fundamentalibus* germanicis dijudicanda ſunt: ſed, ſi de delicto conſtet, in definiendis Statuum

XXVIII. v. HENNIG. §. 22. STRUV. §. 8.

XXIX. v. TITIUS L. VII. C. I. §. 24. HENNIG. §. 20. 21. 22. 30. 31.

XXX. - XXXII. * Hinc facile intelligitur, quid *privata*, quid *publica* delicta ſint: adeoque falſum eſt, quod JO. GE. CRAMER. in Diſp. de *Nat. & Indole*

tuum *pœnis*, etiam legum *humanarum* aliqua auctoritas eſſe poteſt; cum, poſt delictum, in eos velut *ſubditos* animadverti videatur.

XXXII De Delictis *privatis* non attinet hic multa dicere: *Publica* vero triplicis generis eſſe videntur, dum ratione *Imperatoris* & *Imperii*, crimen læſæ Majeſtatis, & Perduellionis, item Felonia; ratione *concivium*, crimen fractæ Pacis Publicæ vel Religioſæ; ratione *Subditorum*, Sævitia, regiminis neglectus, aliaque admitti poſſint.

XXXIII. In caſu igitur *delicti* vel committendi, vel commiſſi, vel ſi mavis, negligendi vel neglecti officii, STATUS Imp. toti Reipublicæ, Judiciisque ab ea conſtitutis, ſubeſſe videntur: quæ ſubjectio ex priſtino Imperii ſtatu ſupereſt, nec forte tam *veritas* ejus, quam *efficacia* nonnunquam neganda.

XXXIV. A delictis *ſuſcipiendis* Status Imp. *Mandatis* Judiciorum deterrentur: ob *commiſſa* vero, per Eadem, ad damnum, ſi quod dederunt, reſarciendum adiguntur, ipſisque inſuper *Pœna* promerita decernitur.

XXXV. Licet autem olim Proceres Imp. non ſolum ob delicta *publica*, ſed etiam *privata*

dole Delict. & Pœnar. in cauſ Stat. Imp. ſcripſit, me *non* vel *publica* vel *privata* Statuum Imperii delicta *definiviſſe*, v. TITIUS L. VI. C. II. §. 55. -- 62.

XXXV. (*a*) v. LEHM. *Chr. Spir.* L. V. C. 30. L. IV. C. 2. L. V C. 75. 77. 85. L. VII. C. 11. num. 2. L. III. c. 50. TIT. §. 67.

vata, non raro puniti, & vario quidem ſupliciorum genere, nempe *carcere*, *multa*, *ignominia*, *portatione canum*, *banno*, & *pœna capitali*, affecti fuerint: tamen hodie, mutato Imperii ſtatu, pœna delictorum *privatorum* in Status vix amplius cadet (*b*); ob delicta *publica* vero nonniſi pœna *pecuniaria*, *privatio privilegiorum* ac *regalium*, quin & Territorii, aut *bannum* Imp. locum habebit (*c*).

XXXVI.

(*b*) V. FURSTENER. de *Suprem.* C. *XXIX*. ubi ſcribit: *Principem aliquando canem ſcabioſum ferre coactum, non magis noſtris moribus congrueret, quam quod Joſua 10. Reges bello captos ſuſpendi juſſerit, & Seſoſtris, trahentibus Regibus curru vectus ſit, Romani vero ductos in triumphum Reges in carcere necaverint.* Add. *Mantiſſ. I. de Superior. Terr.* Medit. ad *J. P.* adj §. 43. p. 36. & HENNIG. §. 8. 9. qui magno apparatu contrarium adſtruere conatur.

(*c*) V. FURSTENER de *Jure Suprem.* C. XXIX. RHET. *J. Publ.* L. IV. T. XXIII. §. 13. 14. qui hodie tam ferales ſententias, quæ bannum, aut ultimum ſupplicium imponant, per modum imperii, in Status ferri non poſſe, putant. conf KULPIS. ad MONZ. C. VI. §. 4. TITIUS §. 68. 69. qui contrarium tuentur. HORN. c. LVII. p. 588. qui *carceris perpetui* uſum adhuc admittit.

XXXVI. *BANNUM* igitur Imp. ſeu *PROSCRIPTIO* eſt pœna, *Lege Imperii publica ſtabilita, qua Status Imperii*, aliique *Immediati æque ac Mediati, ſi hoſtilia adverſus Imperatorem, Imperium, aut Conſtatum, exerceant, conſenſu Statuum Comitiali, communi Imperii civitate excluſi, hoſtes Imperii judicantur, terrisque ac juribus omnibus exuuntur.*

XXXVII. Delicta autem, quæ potiſſimum banno Imperii plecti ſolent, ſunt, Crimen *fractæ pacis publicæ*, nec non Crimen *Læſæ Majeſtatis* ac *Perduellionis.*

XXXVIII. Ad *fractam Pacem publicam* tria requiruntur: ut vis illata ſit atrox, armata manu, & ex propoſito & dolo (*a*): *Pœna* vero non

XXXVI. v. TITIUS §. 64. Dn. LUDOV. BERNHARD. L. B. de ZECH. Diſſ. de *Proſcript. Stat. Imp. ad Illuſtr. Art. XX. Capit. Carol.* §. 4 ubi recte notat, *non opus hic eſſe ad pœna pactitia ſpeciem confugere: eo, quod, ubi communis eſt Respublica, communes præſto ſint leges, quæ Principis & Statuum jura, Judiciorumque ordinem definiant, inutile ſit, pacta comminiſci.*

Calculum ergo haud merebitur ſententia ſupra dicti J. G. CRAMERI in Diſp. cit. §. 13. *Bannum, quoad Statum Imp. pœnam proprie dictam non eſſe, nec vi imperii, ſed vi pacti, pronunciari in ſocios, fœderis violati convictos.*

XXXVIII. (*a*) v. R. I. a. 1548. *Conſt. P. Publ.* pr. SCHWED. P. *Gen.* C. III. §. 13.

non ſolum in delinquentes ipſos, ſed etiam *receptatores*, ſtatuitur; a qua licet immunes eſſe dicantur privilegiati, tamen hoc de bannitis mediatis tantum intelligendum (*b*).

XXXIX. Quamvis autem olim nemo ex Proceribus facile banno notaretur, vel feudo privaretur, vel capitis damnaretur, niſi in *Comitiis* aut *Senatu Principum;* tamen poſtea Imperatores *ſoli* pœnam banni decernere cœperunt: quod cum diſpliceret Electoribus, cumprimis Saxoni & Brandenburgico, in P. W. quidem de modo declarandi Statum in bannum deliberatum, ſed cum nihil concluderetur, res in proxima Comitia rejecta.

XL. In Capitulatione etiam CAROLI V. (*a*) tantum cautum fuerat, ne Status *Sine prævia cauſſæ cognitione* in bannum ſint declarandi; in Cap. FERDINANDI III. (*b*) additum, ne fiat *ſine conſilio & conſenſu Electorum.* Cum igitur ex hoc præſcripto JOSEPHUS illud Jus exerceret (*c*), proteſtati ſunt nonnulli Principes: unde primum in Capitulatione CAROLI VI. (*d*) ac dein CAROLI VII. (*e*) modus

(*b*) v. *Conſt.* P. P. a. XXVII. R. I. a. 1287. STRUV. §. 13.

XXXIX. v. SCHWED. *P. Spec.* S. I. C. XXI. §. 2. I. P. a. VIII. §. 3. STRUV. §. 9.

XL. (*a*) v. A. XXII. (*b*) A. XXX.

(*c*) v. *Staats-Cantz.* P. XI. C. XI. STRUV. §. 9.

(*d*) A. XX. (*e*) Art. XX. §. 2.

modus declarandi Statum Imp., in bannum definitus eſt, ita, ut hodie iſtud non ſine *conſenſu comitiali* fieri poſſit.

XLI. Bannum eſt vel *primum* vel *ſecundum*, ſive *inferius* & *ſuperius*, *Acht und Oberacht*; quæ diſtinctio varie explicatur: Alii per *primum* & inferius *provinciale*, per *ſecundum* & ſuperius *Imperiale* intelligunt (*a*): Alii voce *Ober-Acht Imperiale* quidem notari putant, vocem *Acht* vero bannum *contumaciæ*, in qua ſi quis perſeveret, ac denuó in bannum declaretur, *reiteratum* iſtud bannum *die Ober-Acht* appellari (*b*): Alii denique ita diſtinguunt; qui banno ſimpliciter notatus eſt, nec bona nec famam amittit, qui vero in ſuperius bannum declaratus eſt, amittit utrumque (*c*).

XLII. Paulo aliter hæc diſtinctio noviſſime ab Auctore Illuſtri inferius (*a*) nominato ita explicatur: Sub Proſcriptione, quam alius

XLI. (*a*) v. SCHWED. l. c. §. I. LVDEVIG. ad A. B. p. 94.

(*b*) v. LIMN. ad *Cap.* CAR. V. a. XXXII. p. 251. MAVRIT. ad *Cap.* LEOP. a. XXVIII: v. *Acht und Aber-acht* 853. ſqq. *Medic.* ad C. JOS. a. XXVII. c) p. 270.

(*c*) v. NITSCH. ibid. *Ord. P. Publ.* a. 1521. Tit. *Pœn. aller friedbrecher.* STRUV. §. 12.

XLII. - XLIV. Dn. LVD. BERNH. L. B. de ZECH. de *Proſcript. Statuum Imp.* §. 5.

primam, alius *bannum* proprie dictum vocat, *primum* illud *decretum* intelligitur, quo alicui ſub *pœna banni* injungitur, ut mandato Imperiali pareat, aut ſi dicto audiens non fuerit, pro reo proſcriptionis habeatur; qualia Edicta quandoque per formam citationis, quandoque per epiſtolam expediri ſolent.

XLIII. Proſcriptionem vero *Iteratam* (*Aberacht*) prioris decreti executionem, ipſumque proſcriptionis actum denotare arbitratur.

XLIV. Sed & *Superiorem* & *Inferiorem* Proſcriptionem, *Oberacht und Unteracht*, ita diſcernit, ut *Superiorem* vocet, quando quis ab Imperatore & Imperio proſcribitur: *Inferiorem* vero, quæ ſit ab Inferiori, eo effectu, ut bannitus in proſcribentis territorio, neutiquam vero alibi, pro tali habeatur.

XLV. *Epiſcopi* & *Prælati* Catholici banno proprie dicto notari nequeunt, propter exemtionem eorum a Juriſdictione ſeculari: bene vero *banno privationis*, vi cujus bonis Imperii, ac regalibus juribusque ſecularibus excidunt; ratione *perſonæ* vero a *læſione* ſunt immunes, licet a nemine recipi poſſint; nec dignitatem eccleſiaſticam amittunt, per conſequen-

XLV. V. BLUM. T. XXXIX. §. 86. 115. *Cap.* CAR. VI. a. XX. ibi: *Als Acht oder Privation.* PFEFFING. VITR. *ill.* LIII. T. IV. §. 10. b.) HORN. l. c. p. 590. STRUV. §. 10.

ſequentiam tamen muniis eccleſiaſticis fungi nequeunt. In *Proteſtantes* autem bannum proprie dictum cadere exiſtimatur.

XLVI. Amittunt igitur banniti & *ſecuritatem*, & *bona*, & *jura*, & *famam*, & *dignitates* (*a*): An autem impune occidi poſſint? merito dubitatur, imo rectius negatur; quod expreſſis verbis iſtud in Legibus Imp. haud conſtitutum ſit, eædemque mitiorem interpretationem omnino admittant.

XLVII. *Bona* vero ipſis ablata Imperator nec ſibi nec Domui ſuæ addiçere, ſed *Imperio*

XLVI. (*a*) Terribilis olim ſententia banni erat ap. GOLDAST. T. I. *Reichs-Satz*. p. 238. ibi: *Wir achten dich und nehmen dich von und aus allen Rechten, und ſetzen dich in alles Unrecht, und wir theilen deine Wirthin zu einer wiſſenhaften Wittwen, und deine Kinder zu ehehaftigen Wayſen, deine Lehen dem Herrn, von dem ſie zu Lehn herrühren, dein Erb und Eigen deinen Kindern, deinen Leib und dein Fleiſch den Thieren in den Waldern, den Vægeln in den Lüfften, und den Fiſchen in den Waſſern; wir erlauben dich auch manniglich auf allen Straſſen, und wo ein ieglicher Mann Friede und Gleit hat, da ſöltu keines haben, und wir weiſen dich die 4. Straſſen der Welt, in den Nahmen des Teuffels.* Sed hodie formula eſſe ſolet: *Seezen ſie aus den Frieden in den Unfrieden, und erlauben ihr Leib Haab und Güther Jedermanniglich*, iis nempe, quibus jus eſt

rio ſoli relinquere; ante omnia tamen *parti læſæ* illata damna inde reſarcire debet (*a*).

XLVIII. *Feuda* Imp., durante banno, Imperatoris nomine adminiſtrentur; *Subfeuda* vero Dominis ſuis directis aperiuntur: *Agnatorum* tamen, qui criminis non ſunt participes, *Juri ſuccedendi* in feuda & fideicommiſſa banni ſententia non præjudicat.

XLIX. Licet autem quis delictum, proſcriptione dignum, commiſerit, pro *bannito* tamen non prius eſt habendus, quam ubi reus, ad inſtantiam partis, vel Fiſcalis, citatus, atque cauſſa cognita, per ſententiam in bannum legitime declaratus fuerit, idque etiam ſi delictum ſit notorium.

L.

eſt bona vacantia & delinquentium occupandi. v. TITIVS §. 64. VITR. *III. L. 3. T. IV. §. 1.* STRUV. §. 11.

v. A. B. T. I. §. 2. ibi: *Daß an ihm Ieder ohne Straffe verfrevelen kænne. Ord. P. Publ.* a. 1521. T. II. ibi: *ihr Leib und Gut erlaubet haben.* SCHWED. §. 6. STRUV. §. 15. L. B. de ZECH. Diſſ. laud. §. 21.

XLVII. (*a*) *Cap.* CAROLI VI. a. XX. ibique *Spic. Obſ.*

XLVIII. v. *Cap.* CAROLI VI. d. a. ibique *Spic. Obſ.* p. 260. ſqq. CAROLI VII. l. c. §. 6.

XLIX. v. *Ord.* P. P. a. 1521. T. II. *Conſt.* a. 1548. §. *und ob Jemands.* C. CAR. VI. a. XX. SCHWED. §. 4. CAR. VII. l. c. §. 7. 8.

L. In decernendis *Citationibus* & *Mandatis*, ad pœnam banni vel privationis tendentibus, Ordinatio Cameralis aliarumque Legum Imperii præſcripta exacte obſervanda ſunt.

LI. Ceterum, poſt *concluſionem cauſſæ*, Acta ad *Comitia* perferuntur, ibique *certis Statibus*, ex *omnibus* Imp. Collegiis, *pari numero* quoad utramque *religionem*, deligendis, inſuper ſpeciali *juramento* huic negotio obſtringendis, examinanda committuntur, qui deinceps univerſis Electoribus, Principibus Statibusque *referre*, hi vero *ſententiam* definitivam concipere tenentur.

LII. Sententia deinceps, ubi per Imperatorem ejusve Commiſſarium *approbata* eſt, Imperatoris nomine ſolenni ritu *publicatur*: *Executio* vero ejusdem nonniſi a Directore *Circuli*, cujus membrum bannitus erat, peragenda. Hic modus procedendi ni adamusſim obſervetur, executio *nulla* eſt.

LIII. Banno notari poſſunt omnes, ſive Status Imp. ſint, ſive non: Etiam Principes

L. - LII. v. *Cap.* CAROLI VI. a. XX. ibique *Spic. Obſ.* CAROLI VII. l. c. §. 3. 4. 5.

* Sententia olim ſub dio, noviſſime in Aula Imp. publicata. v. STRUV. §. 14.

LIII. * Qv. 1. An Rex nationis exteræ, ſi ſimul Status Imp. ſit, proſcribi poſſit? aff.

2. An & Bohemiæ Reges a proſcriptione ſint immunes? neg. v. C.

Digitized by Google

Italiæ. An vero idem procedendi modus in *aliorum* quoque *non Statuum* proſcriptione obſervandus ſit? non adeo liquidum eſt, quamvis ex verbis Capitulationis noviſſimæ id fere colligendum videatur: Quodſi verum eſt, *Camera* Imp. bannum non amplius decernere poterit, præſertim cum bannum *Contumaciæ* eadem Capitulatione ſublatum ſit.

LIV. Præterea locum pœna hæc banni habet non ſolum adverſus Patratores ipſos delicti, ſed etiam contra omnes eorum receptatores; exceptis tamen bannitorum parentibus ac liberis, nec non ſpeciatim hoc nomine privilegiatis.

LV. Durat bannum, usque dum *relaxatum* fuerit: quod an hodie ab Imperatore absque Statuum conſenſu fieri poſſit, itidem non extra controverſiam poſitum eſt.

LVI.

v. C. CAR. VI l. c. ibi: *Daß hinführo niemand, hohen oder niedrigen Standes, Churf. Fürſt oder Stand, oder anderer, ohne &c.* CAR. VII. l. c. §. 2. conf. *Medit.* ad *Cap.* JOS. a. XXVII. a) p. 268. STRUV. §. 13. L. B. de ZECH. Diſp. cit. §. 12. 14. 15.

LIV. STRUV. §. 16.

LV. v. SCHWED. §. 7. qui nihil definit. LYNCKER. de *Conſens. Elect.* §. 15. & HORN. C. XLIV. §. 25. qui affirmant. STRUV. §. 15. qui negat.

LVI. Ceterum in cauſſis, ubi pœna pecuniaria locum habet, illud cautum, ne *pars mulctæ* promittatur iis, qui forte ad cognoſcendum de hujusmodi cauſſis delegati fuerint.

LVII. De *Papæ* banno etiam aliquando diſquiſitum; an iſtud in temporalibus quoque habeat effectum, adeo, ut Principem Imp. & Septemvirum dignitate ſua poſſit privare? quod ab Evangelicis negatum.

LVIII. Quodſi porro *Princeps* aut *Comes in alieno Territorio* delinquat, an *forum delicti*, vel *deprehenſionis* locum habeat? dubium: CÆSAR certe ſibi ſoli in hujusmodi caſu Jurisdictionem aſſerit; nec uſus fert, ſaltim in Principem Imp. a Principe ſupplicia decerni. Ceterum nec alia facile tunc pœna, niſi pecuniaria, a Cæſare Statui ſolet irrogari.

LVI. v. *Cap.* CAROL. VI. a. XIX. f. CAROLI VII. a. XIX. §. 8.

LVII. v. STRUV. l. c. §. 19.

LVIII. v. BRUNNEM. ad L. 1. C. *ubi Senat. vel Clariſſ.* & HORN. C. LVII. p. 588. qui affirmant. L. B. de LYNCKER. Reſp. XLVII. n. 27. & de *Libert. Stat.* p. 43. qui negat, atque ſoli Cæſari jurisdictionem in his caſibus vindicat. v. HORN. l. c. STRUV. §. 21. exempla contraria. Add. Elect. J. Publ. Tom. IX. n. LIII. p. 651. ſqq. ubi exemplum Comitis *Ranzovii* a Rege Boruſſiæ captivi detenti, licet a Cæſare ſuo Judicio vindicati.

LIX. Idem dicendum erit de *Uxore* & *Liberis* Principis aut Comitis, itemque *Apanagiatis*, in alieno Territorio delinquentibus: quamvis ſi intra Territorium delinquant, judex eorum ipſe Dominus Territorialis eſſe videatur; quin & in Comites Imp. in alieno Territorio delinquentes exerciti a Domino Territoriali judicii extent exempla.

LX. *Legati* Statuum ſive in *Aula*, ſive in *Comitiis* verſentur, ſi deliquerint, ſtricto quidem Jure Cæſaris Judicio obnoxii eſſe videntur, ſed ex moribus Domini ſibi judicium in eos vindicant. Idem dicendum, ſi in alterius Status aula delinquant.

LXI. In *Comitiis* Judicium Criminale in Statuum Legatorumq; *Secretarios*, ceteroſque Domeſticos, non minus ac alios *forenſes* *MARESCHALLVS IMP.* ſibi aſſerit; cujus tamen modus transactione a. 1614. cum Civitatibus Imp. inita definitus eſt: quamvis in *Secretarios famuloſque* ſuos Jurisdictionem Legati ſibi ipſis vindicent.

LXII.

LX. V. PFEFFING. *Vitr. Ill.* L. IV. T. I. §. 36. LVNIG. *Staats-Conſil.* T. II. p. 1131. ubi extat *Bedencken* de hac cauſſa. HORN. l. c. p. 589. STRUV. §. 14.

V. JO. GODOFR. KRAVSII Diſſ. de *Jurisdictione in Legatos Statuum, eorumque Comites, Archi-Mareſchallo competente.* It. JO. PAVL. KRESII

LXII. *Perſonæ Camerales* denique ſi deliquerint, minora quidem delicta Judicio Cameræ ſubjiciuntur, ita tamen, ut, facta inquiſitione, executio Magiſtratui loci relinquatur (*a*); majora vero, quæ corpus & famam lædunt, ad Imperii cognitionem ſpectare cenſentur: quamvis alii hoc jus puniendi Præſidem & Aſſeſſores Cameræ Imperatori tribuant. (*b*).

LXIII. Jam de *JUDICIO IMPERII FEUDALI* diſpiciendum, ubi ante omnia diverſi caſus diſcernendi: Vel enim de Feudis *Regalibus*, vel de *non regalibus* diſceptatur: Et de Regalibus iterum vel inter *Imperatorem*, ceu Dominum, & *Vaſallum*, vel inter *Vaſallos* ipſos, lis agitatur; de priori caſu jam ſupra actum, hic de poſteriori agendum.

LXIV. *Jus* igitur *cognoſcendi de Feudis Regalibus* inter Vaſallos Imp. quin CAESARI non ſolum ut Domino directo, ſed & ſummo in

KRESSII Diſſ. de *Variis Juriſdictionis Criminalis in Germania generibus* Obſ. VI. *ubi de Juriſdictione Criminali Mareſchalli Imp.* ex inſtituto agit, atque utriusque partis argumenta recenſet.

LXII. (*a*) v. *Ord. Cam.* P. I. T. L. §. ult. EUR. HER. p. 911.

(*b*) v. Deduct. ap. LUNIG. *Grundfeſte.* T. I. C. I. NITSCH. ad Cap. JOS. a. XLI. §. 3. STRUV. l. c.

in Imperio Judici, competat, nullum eſt dubium: ſed an *ſoli*, an vero *Judicium Procerum* adhuc hodie concurrat, varie diſputatur.

LXV. Olim *Jus Principum*, ſeu *Parium Curiæ Judicium*, *, in hujusmodi Feudorum Regalium cauſſis locum habuiſſe, ſuperius obſervatum eſt: Igitur, an idem adhuc hodie obtineat, jam disquirendum erit.

LXVI. Equidem invaleſcentibus in Germania turbis, ſufflaminata nonnihil Judicia fuerunt per *jus manuarium* ac *diffidationes*, cumprimis a tempore FRIDERICI II. ubi controverſiæ Procerum non jure, ſed armis, diſceptari cœpere. Sed & novum Judicii genus, *conventionale* & *arbitrarium*, ſub *Auſtrægarum* nomine, inter Proceres ea tempeſtate enatum.

LXVII. Imo *Pontifices* quoque cauſſas Principum ſeculares ad ſe traxerunt: dum, imminuta Cæſarum poteſtate, ſæpe vel ſuperſtitio, vel commodi privati ſtudium, Principes compulit, ut, Pontificis judicio controverſias ſubmittere non dubitaverint.

LXVIII.

LXV. * *Das Fürſten-Recht*, item *das Mann-und Lehn-Gerichte* vocatum. v. BESOLD. *Theſ. Pract.* v. *Mann-Gericht*. SCHILT. *Theſaur. Antiqu. Teut.* p. 338. ERIC. MAURIT. ad Cap. LEOPOLDI Cap. XXVIII. p. 720.

LXVII. v. LEHM. L. V. C. 121. 122. L. VII. C. 3. 6. 85. 109. CONRING. §. 55. 56. TITIUS §. 26.

LXVIII. Nihilominus adhuc *poſt Interregnum* Judicio Principum locum fuiſſe, exemplis & teſtimoniis illius ævi facile eſt ad demonſtrandum.

LXIX. At MAXIMILIANI I. ætate uti *Pontificum* iniquitas quodammodo abrogata, Jus *manuarium* ſublatum, *Auſtregarum* Judicium limitatum magisque formatum, novum quoque *Cameræ* Imp. Judicium inſtitutum fuit: ita ejusdem Imperatoris vel CAROLI V. potiſſimum auſpiciis, poteſtas de maximis Principum cauſſis cognoſcendi, *Judicio Aulico* aſſeri cœpit.

LXX. Hoc pacto igitur, & ab hoc tempore, *Jus Principum* per *Judicium Aulicum* videtur expunctum, idque *proprio Statuum conſenſu*, dum cauſſas majores momenti ad id Judicium vel detulerunt, vel deferri paſſi ſunt: non ſine propriæ libertatis detrimento, quod mirandum.

LXXI.

LXVIII. * Extant exempla RUDOLPHI I. CAROLI IV. WENCESLAI, SIGISMUNDI. v. HENNIG. §. 15. Conf. JER. EBERH. LINCK. de *Jure Princip.* §. 13.-16.

LXIX. v. LEHM. L. VII. C. 118. in addit. CONRING. §. 57. 65. TITIUS. §. 26. Add. Dn. ESTOR. de *Judicio Princ.* Sect. IV. §. 207. 212.-218. Sect. V. §. 229. ſqq. §. 264.

LXX. v. TITIUS §. 28.--31. STRUV. §. 23.

LXXI. Imo mirandum, cum Ordines Imp. privilegia ſua & regalia, proximis duobus ſeculis expreſſis ſanctionibus vel Receſſuum Imp. vel Capitulationum, vel denique Inſtrumento P. exprimi curarint, altum ubique de hoc Jure Principum eſſe ſilentium; adeo, ut non ſolum ipſi cognitionem de feudis regalibus uni Imperatori addicerent, ſed nonnulli etiam, de eo ſibi haud conſtare, apperte faterentur.

LXXII. Sunt equidem, qui hodieque Jus iſtud Principum propugnant, * atque hoc nomine provocant tum ad antiquum ejus uſum, & illuſtria omnis ævi exempla ac teſtimonia (*a*), tum legis expreſſæ iſtud abrogantis defectum, imo Inſtrumenti P. (*b*) & Capitulationum (*c*), illud approbantium, diſpoſitiones.

LXXIII.

LXXI. v. HENNIG. §. 21. 25. & quæ ibi partim ex Litteris Electorum ad RUDOLPHUM d. a. 1611. d. 17. Nov. partim Saxonis ad Principes unitos d. a. 1610. d. 10. Febr. allegantur.

LXXII. (*) Huic ſententiæ patrocinantur LIMNAEUS, STRAUCHIUS, TEXTOR, MYLERUS, MERCKELBACH, CONRING, G. A. STRUV. BURGOLD. MONZAMBANO, SCHWEDER, aliique. LINCK. Diſp. cit.

(*a*) v. HENNIG. §. 25. ſqq. STRUV. §. 22. (*b*) v. A. V. §. 54. (*c*) C. JOS. a. XXXVIII. CAR. VI. a. VI.

LXXIII. Sed nec deſunt, qui negant*, non ſolum exempla contraria, quæ non neceſſitatis, ſed arbitrii iſtud fuiſſe, arguant, (*a*) ſed etiam Ordinationes Judicii Aulici & Cameralis (*b*), quibus Imperatores expreſſe cognitionem de feudis Regalibus ſibi reſervarunt, præterea in Inſtrumento P. (*c*) arbitrio Imperatoris illud relinqui, in Capitulationibus vero de negotiis comitialibus agi, urgentes.

LXXIV. Praxis pro *Judicio Aulico*, ejusque *ſolitaria* in his cauſſis jurisdictione, militare videtur: ita tamen, ut melius fecerit Imperator, ſi, ex monito J. P., in *cauſſis majoribus* conſilium *Electorum* & *Principum* nonnullorum adhibeat; id quod etiam nonnunquam

---

LXXIII. (*) Ita ſtatuunt BUXTORFF. MICHAEL, SCHÜTZ, STAMLER, SPRENGER, CARPZOV, ARUMAEUS, WURMSER, alii.

(*a*) V. HENNING. §. 20. ſqq.

(*b*) v. *Ord. Cam.* P. II. T. VII. ibi: *Ob auch Sachen fürſtelen, Fürſtenthum, Hertzogthum, Graffſchafften &c. belangend, ſo vom Reich zu Lehen rühren, und einem Theil gantzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen, deroſelben Erkantniß wollen wir der Kayſ. M. &c. vorbehalten haben. Ord. J. Aul.* T. II. pr. ibi: *hohe und niedere Lehen.*

(*c*) l. c. ibi: *Liberum erit ſuæ Majeſtati in cauſſis majoribus.*

quam fieri, (*a*) imo & nonnunquam per modum gravaminis hujusmodi cauſſas ad Comitia deferri, (*b*) conſtat.

LXXV. Illud certum, quod cauſſæ feudorum regalium *Judicio* Imp. *Aulico* ita reſervatæ ſint, ut & *Camera* prorſus excludatur, nec præventioni, ſed avocationi potius locus ſit, nec in arbitros, Imperatore repudiato, compromittere liceat, nec *Auſtregis*, ne per modum reconventionis quidem, hic quidquam Juris competat.

LXXVI. Illud tamen adhuc dubium, an Camera quoque excludatur, ubi controverſia tantum de *parte* feudi regalis agitatur? quod plerique affirmant: (*a*) alii vero negant, ſi pars controverſa feudum Imperii non ſit, ſed v. g. partim allodialis, partim aliis Statibus ut Dominis directis obnoxia (*b*): admittitur

LXXIV. (*a*) A FERDINANDO II. a. 1623. in cauſſa *Heſſen* contra *Heſſen* id factum eſſe, teſtatur REINKING. de REG. *S. & Eccl.* L. I. Cl. IX. C. XXX. n. 29. SCHWED. §. 14.

(*b*) Quod obſervat STRUV. §. 40.

LXXV. v. *Ord. Cam.* P. II. T. VII. SCHWED. §. 10. STRYK. de *Proc. Auſtreg.* n. 23.

LXXVI. (*a*) v. SCHWED. §. 17. HORN. C. XLIV. §. 28.

(*b*) v. *Bedencken über die Frage: ob ein Kayſer allein in Sachen Fürſtenthum &c.* ap. LUNIG. *Staats-Conſ.* T. I. p. 667. STRUV. §. 41.

titur etiam Camera, ſi de uno aut altero Principatus vel Comitatus *Regalis*, vel de urbe, caſtro, villa, in terra feudali ſitis, quæſtio ſit (c).

LXXVII. Denique & hoc controverſum, an in *petitorio* tantum, an vero & in *poſſeſſorio*, Imperator cum excluſione Cameræ de feudis regalibus judicet? De *non regalibus* vero & *minoribus*, Imp. Feudis Cameram quoque cognoſcere, praxis docet quotidiana.

LXXVIII. Eadem ratione & *REGI ROM.* abſente Imperatore, & *VICARIIS* Imp. in Interregno, Jus cognoſcendi de feudis regalibus utique aſſerendum videtur, cum Judicii Imp. Aulici ceſſantis vice fungantur *Vicariatus Judicia*, nec jus hoc, uti jus inveſtiendi de his feudis, iis ademtum ſit.

LXXIX. Sequitur *JUDICIUM* Statuum aliorumve Immediatorum *CIVILE*, quod obtinet in cauſſis civilibus, ubi reus eſt Status

(c) v. SCHWED. §. 15. GERDES de *Mand. avocat.* C. XVI. §. 9. STRUV. §. 41. Diſſ. KUCHELBECK de *Feud. Imp.* C. 10. *ſqq.*

LXXVII. v. SCHWED. §. 16. 18. STRUV. *§.* 41. add. LYNCK de *J. Princ.* §. 33. ubi & in *poſſeſſorio* Cameram excludi, non ſine ratione, exiſtimat.

LXXVIII. v. *Ord. Cam.* P. II, T. VII.: *Ob auch Sachen- oder Jhrer Kayſerl. Majeſt. Abweſens Uns, als Rœm. Kœnig &c.* SCHWED. §. 17.

LXXIX. v. *Cap.* JOS. a. XVII. CAROLI VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 4.

Dddd

tus Imp. vel alius Immediatus, qui coram ſummis Imp. Tribunalibus poteſt conveniri, niſi obſtet certum privilegium, quod vel in jure *primæ inſtantiæ*, vel *electione fori*, vel *immunitate* a certo *Judicio* conſiſtit; qualia privilegia ſarta tecta ſervare Imperator tenetur.

LXXX. *Electio fori* privilegium eſt, Statibus nonnullis (a) competens, vi cujus reis, ſpeciatim hoc nomine ab Actore requirendis, integrum eſt, intra certum tempus, vel Judicium Aulicum, vel Camerale, forum ſibi eligere (b).

LXXXI. Jus *primæ inſtantiæ*, ſpeciatim *Auſtregarum*, eſt privilegium, ad quod Status provocant, quoties immediate coram ſummis Imp. Tribunalibus conveniuntur, ut cauſſa prius coram Judicio Auſtregarum vel Subalternis, agatur.

LXXXII.

LXXX. (a) v. g. Regi Sveciæ ratione provinciarum Germ. it. Ducibus Brunſvico-Luneburgenſibus. v. I. P. C. X. §. 12. LUNIG. *Reichs-Archiv* P. Sp. S. IV. p. 138. ubi Privil. FERDINANDI III. d. a. 1648.

* Dicendum de privilegio Auſtriacorum & Wurtenbergenſium. v. *Medit.* ad C. JOS. a. XIV. (d). LUDEWIG. de *Prærogat. Wurtenb. Duc.* C. IV.

(b) NITSCH. ad *Cap.* JOS. a. XVII. §. 4. 5. STRUV. §. 49.

LXXXII. *Exemti* etiam ſunt Electores aliique nonnulli Status, a Judicio Aulico Rothweilenſi, ac provincialibus Sveviæ, de quibus infra.

LXXXIII. Ad cauſſas Statuum *civiles* ſpectant *Privilegia.* Jus igitur cognoſcendi de Privilegiis, a Cæſare conceſſis, ſi de ſenſu aut validitate eorum dubia oriantur, ſoli Cæſari tribuitur: ſi vero de violatione, ejusque pœna agatur, Camera quoque concurrit.

LXXXIV. Ceterum in diſtributione juris Imperator nullam *inæqualitatem* admittere, nec provinciarum indigenis præ Statibus Imp. immediatis indulgentiorem ſeſe præbere debet.

LXXXV. Idem Statibus & ordini Equeſtri ſuper *Regalibus*, *immediate* &c. aliis litem intentantibus, nullam remoram injicere, ſed ut talium controverſiarum finis acceleretur, efficere debet.

LXXXVI. Subditis vero aut Statibus Provincialibus, qui Dominos ſuos actionibus,

LXXXIII. v. LIMN. L. IX. C. II. n. 148. SCHWED. §. 5. *Medit.* ad *Cap.* JOS. a. XXIII. p. 257. SCHOLECKI. §. 15.

LXXXIV. -- LXXXVI. v. *Cap* JOS. XXXI. XXV. XVII. CAROLI VI. a. XIX. CAROLI VII. a. XIX. §. 4.

LXXXVI. *Capit.* CAROLI VI. a. XV. CAROLI VII. a. XV. §. 4. LUDOLPH. *Symph.* V. p. 153. Diſp. m. de *Jure Collect. Provinc.* §. 18.

Superioritatis Terr. jura concernentibus, impetunt, maxime ſi jura *collectarum*, *ſequelæ* & ſimilia in dubium vocentur, nec Mandata, nec Protectoria ad *nudam* eorum *inſtantiam*, Dominis non auditis, ab Imperatore concedenda: ſecus mandata effectu & neceſſitate parendi carebunt.

LXXXVII. Denique ſi qua vis injuſta per alterum alteri illata fuerit, ſollicitum eſſe oportet Imperatorem, ut partibus læſis oborta damna & incommoda vel per *Arbitros*, vel etiam prævia *Comitiali* deliberatione & *concluſo*, confeſtim reſarciantur.

LXXXVIII. Quod ad *SUBDITOS VASALLOSQUE MEDIATOS* attinet, hos forum *primæ inſtantiæ* in *Judiciis Territorialibus* nanciſci, extra dubium eſt: unde *Jus de non evocando*, quod olim *Electoribus*, & nonnullis aliis, per modum privilegii conceſſum erat, hodie omnibus Imp. Statibus commune eſt.

LXXXIX. Excipiuntur tamen *caſus*, ubi *ſubditi* Statuum citra appellationem ad ſuprema

---

LXXXVII. v. *Cap.* CAROL. VI. a. XXI. ibique *Spicil. Obſ.* p. 271. CAROLI VII. a. XXI. §. 8.

LXXXVIII. v. *Ord. Cam.* P. II. T. I. *Meditat.* ad *Cap.* JOS. a. XVII. p. 205. STRUV. §. 50. Diſp. m. de *Jure de non evocando Electorum Princip. & Statuum Imp.*

LXXXIX. v. *Ord. Cam.* P. II. T. XX. GAIL. L. I. *Obſ.*

ma Imperii Tribunalia *evocari* poſſunt: ſcil. 1. in cauſſis *fractæ pacis* publicæ, 2. in cauſſis *fiſcalibus*, 3. propter *violatum privilegium* Cæſareum, 4 propter *rem immediate* ſub Imperio *ſitam*, 5. propter *continentiam cauſſarum*, 6. denique in *caſu teſtimonii* dicendi.

XC. At in *Appellationis* inſtantia cauſſæ etiam *mediatorum civiles* & *feudales* ad ſumma Imp. Tribunalia devolvuntur: unde hoc intuitu Cæſari competit *Jus ſupremæ provocationis*, niſi obſtet *privilegium de non appellando*; quod iterum ad priſtini ſtatus Monarchici reliquias pertinet.

XCI. Eſt autem privilegium iſtud vel *illimitatum*, quo non ſolum Electores, (*a*) ſed etiam Status nonnulli (*b*) gaudent: vel *limitatum*,

Obſ. 108. RVLAND. de *Commiſſar.* P. I. L. VI. C. 3. f MAVRIT. ad *Cap.* LEOP. a. XVIII. p. 819. *Medit.* ad *Cap.* IOS. l. c.

XCI. (*a*) v. A. B. T. VIII. & XI. *Trevirenſis* tamen & *Colonienſis* eodem illimitate non utuntur. v. Supra L. IV. C. VIII. §. 5 10. SCHWED. C. XI. §. 2. BLVM., *Proc. Cam. Tit. XLVII. Tab. I.*

(*b*) v. Nim. A Duces *Auſtriæ*, Duces *Burgundiæ*, *Saxoniæ*, *Lotharingiæ* & *Wurtenbergici*, item Rex *Sueciæ* in terris Imp. v. LVNIG. *Reichs-Archiv* P. *Spec. Cent.* I. p. 10. LIMN. L. III. c. X. n. 41. L. V. C. XVI. n. 11. CARPZ. de *Saxon. non apell. jure.* C. V. §. 56. ſqq. I. P. a. X. §. 12. SCHWED. l. c. MONZ. C. V. §. 18. BLVM. l. c. *Tab. II. - VI.*

tatum, & hic diſtingvendæ ſunt cauſſæ *criminales*, quarum intuitu nulla datur appellatio (*c*), & *civiles*: Quoad *has* iterum intereſt, an ſint *liquidæ*, & ceſſat appellatio; (*d*) an *illiquidæ*, quoad has generaliter deficit appellatio,

* Pertinet huc *Bulla Brabantina*, h. e. privilegium a CAROLO IV. a. 1349. *Johanni* Duci Lotharingiæ Brabantiæ & Limburgiæ datum, quo Judicum Imperii jurisdictio, quoad ſubditos Brabantinos, in caſibus ſecularibus tollitur, ac ſoli Duci aſſignatur. v. LEHMANN. *Chr. Spir.* L. VII. C. 13. ſ. it C. 21. Sed Status Imp. ſæpe de abuſu hujus Bullæ conqueſti ſunt, (1) quod Duces Brab. pati noluerint, ut ſubditi Brabantini alibi ob contractum, delictum & rem ſitam forum ſortirentur, (2) quod aliorum ſubditos, imo ipſos Status Imp. in actionibus mere perſonalibus evocare non dubitaverint, dummodo in Brabantia bona habuerint: Priori tuendo *Repreſſalias*, poſteriori *Arreſta* exercuerunt. Unde cum de tollenda hac Bulla laborarunt, *Proceſſus evocationum* ſublati, & *jus retorſionis* permiſſum. v. *J. P. W. a. IX.* Cap. CAROLI VI. a. XXVII. CAR. VII. a. XXVI §. 4. Conf. TITIUS *J. Publ. L. 3. C. VIII.* §. 51. 53. STRUV. *Corp. J. Publ. Cap. VI.* §. 12. - 18

(*c*) Quod miratur SCHWED. C. XIII. §. 11. conf. *Ord. Cam* P. II T. XXVIII. § 5.

(*d*) v. R. I. 1654. §. 107. RHET. *J. Publ.* L. II. T. III. §. 24.

tio, ſi ſumma ſit infra 400. Imperiales; (e) in reliquis cauſſis admittitur (f), niſi quis majori privilegio fruatur (g).

XCII. Olim hujusmodi privilegia Imperatores libere concedebant, ſed hodie in iis concedendis *parciores* eſſe debent, quamvis extenſiones jam conceſſorum facilius admittantur.

XCIII. Quemadmodum vero contra violatores hujusmodi privilegiorum de violato agi poteſt: (a) ita nihilominus ea *querelam nullitatis*, item *protractæ* vel *denegatæ Juſtitiæ*, ad ſumma Imp. Tribunalia deferendam, haud impediunt; (b) quamvis per modum *ſupplicationis*, ſeu *appellationis politicæ*,

 omnes

(e) v. R. I. 1654. §. 112.
(f) v. RHET. l. c. §. 21. L. IV. T. XXI. §. 2. ſqq.
(g) v. SCHWED. C. XI. §. 3. C. XIII. §. 12. THOMAS. *Not.* ad STRAUCH. Diſſ. XXVII. §. 7. BLUM. l. c. TITIUS L. VI. C. II. §. 49. STRUV. § 46.
XCII. v. R. I. noviſſ. § 115. 116. *Cap.* CAROLI VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 6. RHET. l. c. §. 23. TITIUS § 50.
XCIII. (a) v. C. M. MÜLLERN de *Compet. fori violantium Privil. Caſ. de non apell.* STRUV. §. 48.
(b) *A. B. Tit. XI.* §. 4. *Ord. Cam. P. II. T. I.* §. 2. & *Tit. XXVI.* v. LIMN. ad A. B. C. XI. §. 2. Obſ. 2. 3. SCHWED. §. 8. TITIUS §. 45. STRUV. §. 48.

omnes cauſſas *Jurisdictioni Cæſareæ* ſubjici poſſe, merito negetur (c).

XCIV. In Summis Imperii Judiciis dantur quidem gravatis remedia extraordinaria *Supplicationis*, vel *Reviſionis*, quæ tamen hodie vim ſuſpenſivam non habent: ſed ulterior provocatio vel a *Cæſare male* informato ad *melius* informandum, vel ad *Cæſarem & Ordines*, vel etiam ad *Pontificem*, neutiquam admittitur, idque ſub pœna nullitatis & pecuniaria.

XCV. Datur vero nonnunquam *remedium* plane *extraordinarium*, ſub *RECURSUS* ad *COMITIA* nomine hodie notum: de quo inferius ex inſtituto agendi locus erit.

XCVI. Ultimo Judiciorum Imperialium, Poteſtatisque Judiciariæ pars eſt EXECUTIO *Decretorum Sententiarumque* Judicialium, ubi tamen Jus *decernendi* ac *mandandi* Executionem a *modo executionis* probe ſecernendum eſt.

XCVII. Jus nimirum *decernendi* ac *mandandi* Executionem ſine dubio eſt penes CAESAREM, ceu ſummum Imperii Judicem, cujus adeo auctoritate illud in ſummis Imperii Tribunalibus exercetur. XCVIII.

(c) v. KULPIS. ad MONZ. C. V. §. 18. CARPZ. *Proc.* T. XVIII. a. 1. n. 19. TITIUS. §. 46. 47.

XCIV. v. SCHWED. §. 4. 5. add. Dn. MOSER Tr. *von der im Reichs - Hoff - Rath übliche* Reviſion. Sect. VII. §. 6.

XCVIII. Modus vero Executionis hic eſt: In Immediatos ea non niſi per DIRECTORES & DUCES CIRCULORUM, quorum Membra ſunt condemnati; in *mediatos* vero per DOMINOS TERRITORIALES, vel *Magiſtratus*, quibus ſubſunt, fieri debet.

XCIX. Et quidem primo, ſententiæ ut pareatur, condemnato injungitur, ſub *comminatione* certæ ſummæ *marcarum* auri puri, partim *Fiſco*, partim victori ſolvendarum.

C. Si tergiverſatus fuerit, *Mandata executorialia*, ad implorationem victoris, decernuntur: mox *Executio realis* vi armata ab illis, quibus mandata eſt, perficitur, atque adeo victus ad parendum ſententiæ compellitur.

CI. Decreta igitur ac Sententiæ Judiciorum Imperialium ubi in rem judicatam tranſierunt, citra moram atque exceptionum, contra executionem haud admiſſibilium, habitam rationem, a Cæſare executioni mandari, atque adeo indilata cuique juſtitia ſine reſpectu perſonarum, adminiſtranda.

CII. Olim quoque banno contumaces affecti ſunt, quod tamen Capitulationibus Noviſſimis ſublatum.

C.-CIII. R. *J. Noviſſ.* §. 159. 160. MONZAMB. C. V. §. 22. STRYK. de *Jure exeqv. ſent. Imp. C. V. & VI.* GRASS. de *Jure exequ. in Imp.* C. III.

CI. Capit. CAROLI VII. a. XVII. §. 1.

CII. CAR. VI. a. XX. CAROLI VII. a. XX. §. 11.

CAP. V.

DE

JVDICIO IMPERII

§. I.

INter Summa Imperii Tri
locum merito occupat JV
PERII AVLICVM, quod
Cæſare conſtitutum, in aula C
nomine & auctoritate, Stat
Immediatis, eorumque ſubdit
pertinentibus, jus dicens.

II. *Origo* hujus Judicii der
Judicio Palatino, olim in Pal
Francos conſtituto, cui ipſe
Comes Palatii, cum ſuis *Scab*
fuit, ita, ut hic cauſſas mino
ro ipſe Rex, judicaret, ide
per Imperium & provincia
licet deinceps etiam per pr
tatibus Palatinis ſive *Pallenti*
dicia Palatina ordinata, iiſq
tini vel *Burggravii*, præfect
tamen *Summum Judicium* in
Imperatoris, qui & ipſe ſæpiu

II. v. HINCMAR. *Admon. ad Pr*
Sax. L. III. a. LIII. §. 1. *Spe*
SCHILT. *J. Publ.* L. IV. T. I
C. J. Publ. C. XXI. §. 3. ſqq. C

provincialibus, ubi adfuit, Judicio præſedit, atque jus dixit.

III. Cum autem poſtea inter turbas Germaniæ Judicia Palatina paſſim collapſa fuerint & controverſiæ Illuſtrium vel armis, vel per arbitros, vel in Comitiis deciderentur; in Civitatibus Imp. paſſim certa *Judicia Aulica* conſtituta, iisque certi Principes Comites atque Dynaſtæ, tanquam Judices Palatini, *Hoffrichter*, præfecti fuerunt: (*a*) Et licet adhuc & ante & poſt interregnum duraret *Judicium* Imperatoris *Camerale* ſive *Aulicum* (*b*); tamen ſæpius de eodem, aliisque Imperii

III. (*a*) v. DATT. L. I. C. XVIII. n. 15. WENCKER. *App. Arch.* p. 327. STRUV. C. XXVI. §. 1.

(*b*) In Conſtit. FRIDERICI II. *Curia noſtra, Imperialis Curia*, interdum & *Camera* appellatur. In Rec. I. a. 1236. dicitur: *Wir ſetzen, daß des Riches-Hove habe einem Hoverichter.* ap. LEHM. L. V. C. 100. In A. B. CAROLI IV. T. XI. §. 4. mentio fit hujus *Imperialis Curiæ & Tribunalis*, ſive *Audientia Judicis immediate in Imperiali Curia pro tempore præſidentis.* In vernaculo: *Am Kayſerl Hoff Gericht oder in des unmittelbaren Cammer-Richters offener* Audienz *und Verhær.* Tit. XXVII. *Cancellarius Imperialis Curiæ, der Cantzler des Kayſerl. Hoffs.* *aliquoties* memoratur, in hac ipſa *Curia* Imp. *Rex coram Comite Palatino Rheni reſpondere* debet. T. V. f. SIGISM. *Conſt.* a. 1431. ibi: *Mit unſern und des Heil. Reiches*

rii Judiciis, melius formandis, in Comitiis actum fuit (c).

IV. Tandem inſtituto a MAXIMILIANO I. in Comitiis Wormatienſibus a. 1495. novo *Judicio Camerali*, *Judicium Aulicum* quoque inſtauratum atque CAROLI V. & FERDINANDI I. tempore magis magisque ordinatum, cauſſæ etiam Principum majores antea in Comitiis ventilatæ, eidem ſoli ſubjectæ ſunt.

V. Ex dictis liquet, Judicium Aulicum *vulgare*, quod ad cauſſas ſubditorum, aut controverſias Procerum minores, pertinuit, Regno Germanico coævum, adeoque Judicio Came-

ches Hoffgerichte, FRIDER. III. in *Reform.* C. fin. meminit *des Reichs-Hoffgerichts*, & in Reſcripto in cauſa D. Bavar. *Kœnigl. Cammer-Gerichte*, conf. TEXTOR Diſp. ad R. I. Diſp. I. §. 67. conf. SCHILT. l. c. §. 3.

(c) DATT. L. IV. C. 1. n. 40. ibi: *Cum vero ſic certum ſit, conſilia Electorum ſaluberrima de conſtituendo Camerali Judicio* (*peculiari ſcil.*) *ad exitum non deducta, de Camerali iterum, ſive Aulico Imperatoris Judicio certis legibus ordinando, de conſtituendis Aſſeſſoribus, & forma Proceſſus in variis conventibus deliberari cœpit.*

IV. v. BOECLER. *Not.* I. L. XIII. C. 4. RHET. L. IV. T. IV. §. 1. SCHWED. S. I. C. XII. §. 2. SCHILT. l. c. §. 4. STRUV. §. 2.

V. v. TITIUS L. VII. C. V. §. 2.

Camerali longe antiquius eſſe, ſed *eminens*, quod de vita & fortunis Statuum judicet, a tempore CAROLI V. repetendum eſſe.

VI. Supremum hujus Judicii *Caput* & Judex eſt ipſe IMPERATOR, cujus etiam nomine & auctoritate *Jurisdictio* unice exercetur, quæ tamen non delegata, ſed ordinaria cenſenda. *Judicium* vero ipſum in *SENATVM* & *CANCELLARIAM* diſtinguitur.

VII. *SENATVS* conſtat ex *Præſide*, *Vice-Præſide*, & *Aſſeſſoribus*, quos omnes conſtituit ſolus Imperator, cui etiam ſoli jurejurando obſtringuntur.

VIII. *Præſes* & *Vice-Præſes* ex ordine Principum Comitum aut Baronum ſumuntur: quorum officium eſt, rogare ſententias, ex illis decreta formare, dirigere negotia Senatus, & ejus auctoritatem tueri ita, ut a nemine turbandus ſit; item recipere memorialia & ſupplices pro decernendis proceſſibus, quod quidem & *Vice-Cancellarius* ſibi tribuit.

IX.

VI. v. *R. H. O.* T. I. pr. ibi: *Unſer Kayſerl. Reichs-Hoffrath, deſſen Obriſtes Haupt und Richter allein wir, und ein jeder Röm. Kayſer iſt.* LYNCKER. ad SCHWED. §. 13. TITIVS §. 10.

VII. v. SCHWED. §. 3. RHET. §. 6. KVLPIS. ad MONZ. C. V. §. 21.

VIII. *R. H. O.* Tit. I. III. *Cap.* CAR. VI. a. XXIV. CAR. VII. a. XXIV. §. 1. 2. 11. SCHWED. §. 3.

IX. *Aſſeſſores*, qui & *Conſiliarii Imperii Aulici* dicuntur, his gaudeant requiſitis, oportet: Sint Illuſtres, vel Nobiles, vel Gradu Academico, vel ſaltem generis ac famæ honeſtate conſpicui; ſint Germani, ſed non ex ſolis terris Auſtriacis, ſed & ex aliis provinciis, & Circulis Imperii oriundi, bona quoque dignitati congrua in Imperio poſſidentes, cumprimis legum rerumque Imperii ac forenſium periti, denique non niſi Cæſari & Imperio ſpeciali juramento, vel Salarii perceptione, obſtricti.

X. Et ne quid amori vel odio Religionis detur, litibus inter Catholicos & Evangelicos enatis, cautum, ut Evangelici quoque Aſſeſſores cooptentur, atque, caſu exiſtente, *Paritas* judicantium ex *utraque Religione* Aſſeſſorum, obſervetur: ita ut vel æquali numero deputatis negotia expedienda committantur, vel in pleno Senatu Proteſtantes, in unam con-

IX. v. *Cap.* CAR. VI. a XXIV. CAR. VII a. XXIV §. 2. SCHWED §. 3. HORN. C. LIII. §. 3. STRUV. §. 3.

X. v. I. P. a. V. §. 54. 56. *R. H. O.* T. I. §. 2 LUNIG. *Grundfeſte* P. I. p. 179. *Vorſtellung der* Corporis Evang. *auff dem R. Tage, an K.* Leopoldum, *daß bey Beſtellung des Reichs. Hoffr. die* Paritas Religionum *beobachtet werden mochte.* d. a. 1666. SCHWED. §. 5. HERDEN. *Grundf.* P. III. C. V. p. 241 FRITSCH. ad LIMN. L. IX. C. IV. n. 5. p. 397. ſq. TITIUS §. 31. STRUV. l. c.

conſpirantes ſententiam, Pontificiis æquales habeantur, vel ſi unus e Catholicis iis accedat, iidem majora conſtituant.

XI. *Numerus* Aſſeſſorum, juxta Ordinationem noviſſimam, ad XVIII. quorum VI. *Evangelici* eſſe debent, reſtrictus, ſub LEOPOLDO vero, & ſequentibus Imperatoribus, magis magisque auctus fuit: imo & *Honorarii* dantur, in Aulis Principum degentes, quibus nonnunquam Commiſſiones a Cæſare demandari ſolent.

XII. Dividuntur in *dua Scamna*, quorum primum *Comites, Barones* & *Equites* ſive *Nobiles* antiquiores, ſecundum *Nobiles* recentiores & *Doctores*, ſeu *Litterati*, & quidem utrumque ſecundum ordinem receptionis, occupant: inter *Præſidem* vero, & *Vice-Præſidem*, *Vice-Cancellarius* locum habet.

XIII. Salaria Conſiliariis Aulicis e reditibus Imperii, &, his non ſufficientibus, e propriis Imperatoris bonis exacte ſolvenda ſunt. Iidem omnes reliquos Cæſaris Miniſtros & Conſiliarios, exceptis intimioribus, præcedunt.

XIV.

XI. v. *R. H. O.* T. I. BVR. HER. p. 903. PFEFF. VITR. *Ill.* L. IV. T. VII. §. 13. STRUV. l. c.

XII. v. *Cap.* CAR. VI. a. XXIV. XXV. CAR. VII. a. XXIV. §. 9.

XIII MAVRIT. de *Jud. Aul.* th. 9. p. 397. *R. H. O.* Tit. I. §. *So iſt auch. Medit.* ad *Cap.* IOS. a. XL. p. 330. Cap. CAR. VII. a. XXV. §. 5.

XIV. Gaudent quoque non minus ac Statuum Legati, Reſidentes & Agentes variis immunitatibus: dum a tributis & vectigalibus, aliisque oneribus perſonalibus, nec non a jurisdictione Marechallatus Aulici, Regiminis provincialis, aliorumve Judiciorum, etiam quod ad obſignationem, aperturam, inventarii confectionem, Editiones Teſtamentorum, ſuſtentationem ac tutelam liberorum, & ſimilia, itemque a jure detractus, liberi atque exemti ſunt, ita, ut plena emigrandi libertas & ſecuritas illis competat.

XV. *CANCELLARIAM* dirigit *Vice-Cancellarius*, qui & Archivum, & Sigillum cuſtodit, ac tabulas, ubi opus, ſubſcriptione ſua munit; eidem ſubſunt Secretarii, Protonotarii, Protocolliſtæ, aliique ad Cancellariam pertinentes; omnes vero, una cum Vice-Cancellario, a Moguntino Electore, tanquam Archi-Cancellario Imp. conſtituuntur, eique Juramento obſtringuntur.

XVI. Habent etiam Principes & Status in Judicio Aulico ſuos Mandatarios, qui *Agentes* vocantur: Hi cum ordinarii hujus Judicii Procu-

XIV. v. *Cap.* CAR. VI. a. XXV. CAR. VII. a. XXV. §. 5. 6. 7. 8.

XV. v. *Cap.* JOS. a. XXXIX. CAROLI VI. a. XXV. CAR. VII. a. XXV. §. 2. SCHWED. §. 3. TITIUS §. 6. 7.

XVI. v. *R. H. O.* Tit. VII. *Med.* ad *Cap.* JOS. l. c.

Procuratores ſint, ante receptionem examen ſubire coguntur, ut de moribus, ſtudiis & legitima nativitate eorum conſtet; numerus autem trigeſimum excedere non debet.

XVII. Conveniri coram Judicio Aulico poſſunt omnes, ſive *immediati*, ſive *mediati*: *Status* quidem, ſalvis privilegiis Auſtregarum & primæ inſtantiæ, vel electionis fori; *ſubditi* mediati, ſi per appellationem a Judicio quodam provinciali cauſa ad Judicium Aulicum devolvatur, niſi obſtet privilegium de non appellando.

XVIII. *Cauſſæ*, quæ ad Judicium Aulicum ſpectant, ſunt omnes, Imperatoris Jurisdictioni ſubjectæ, ſive in prima inſtantia, ſive per appellationem, illuc delatæ: quarum aliæ illi cum Camera ſunt *communes*, aliæ vero *propriæ*.

XIX. *Prioris* generis quæ ſint, ex Cap. ſeq. patebit; atque in his concurrentem cum *Camera* Jurisdictionem habet Judicium Aulicum, ita, ut præventioni locus ſit: ad *poſteriorem* claſſem ſpectant omnia *Reſervata* Imperatoris, quæ ita huic judicio propria ſunt, ut cauſſas, hujusmodi in Camera pendentes, avocare queat.

XX.

XVII. v. R. *H.* *O.* Tit. II. §. *Wir befehlen.* MAVRIT. §. 10. 13. HORN. §. 5. STRUV. §. 4.

* An & Legati Principum, aliique, in Aula Cæſarea commorantes, in Judicio Aul. conveniri poſſint? v. MAVRIT. l. c. §. 10.

XX. Sunt autem hujus generis cauſſæ, vel *voluntariæ* jurisdictionis; ut *Privilegiorum conceſſio* aut *confirmatio*, *Veniæ ætatis conceſſio*, *legitimatio*, *famæ reſtitutio*, *moratoriorum conceſſio*, *inveſtitura feudorum*: vel *contentioſæ*, ut controverſiæ de *Feudis Regalibus*, *Præcedentia Statuum*, *Vectigalibus*, *validitate Privilegiorum*, denique cauſſæ *Italicæ*, exceptis Sabaudicis, quæ ad Cameram quoque pertinent.

XXI. An & *Criminales* Statuum aut Immediatorum, præter fractam Pacem? dubium; vindicat ſibi tamen illas Judicium Aulicum (*a*); *Spirituales* vero, ſive *Eccleſiaſticæ*, & *Matrimoniales*, ab hoc Judicio, æque ac Camera, eximuntur; niſi in caſibus, ubi ſeculare forum agnoſcunt, ut, ſi de *poſſeſſione* tantum, aut

XVIII. - - XX. v. SCHWED. C. XII. §. 7. SCHULECKI de *Camera Imp. cum Judicio Aul. non concurrente*. §. 8. - - 41. add. Dn. H. N. GAERTNER dictus HERT. de *Imperatore Reſervatorum ſuorum Judice ac Executore*.

XXI. (*a*) v. SCHULECKI l. c. §. 42. ſqq. TITIUS §. 16. 17. SCHWED. S. II. C. XVII. §. 17. STRUV. §. 4.

(*b*) v. LEHM *Chr. Sp.* L. VII. C. 109. BLUM. *Proc. Cam.* Tit. XLIII. n. 10. 11. CRAMER. de *Cauſ. Conſiſt. ad Jud. Aul. pertin.* SCHWED. §. 8. HORN. *J. Publ.* C. XLI. §. 28. BOEHMER. *J. Eccleſ.* L. II. T. II. §. 21. 22. TITIUS §. 17. ſqq.

aut nudo *facto*, quæratur, vel cauſſa ex eccleſiaſtica tantum fluat, vel periculum ſeditionis immineat; quibus caſibus & cum Camera concurrit (*b*).

XXII. *Locus* hujus Judicii in Aula Imperatoris eſt, quam & ſequi ſolet, niſi forte ad breve tempus tantum ſecedat, vel extra Germaniam proficiſcatur Imperator, quo caſu in loco ordinario Aulæ manet Judicium, & citationes ſemper ad aulam Cæſaream fiunt.

XXIII. *Ordinationes* Judicii Aulici, præter antiquas illas FRIDERICI II. & RVDOLPHI I., ſunt tres: prima FERDINANDI I. d. a. 1559. altera MATTHIÆ an. 1614. quæ tamen nunquam uſu recepta; & tertia FERDINANDI III. durantibus Comitiis a. 1654. publicata.

XXIV. Hanc licet Status Imp. cumprimis Proteſtantes, eo quod communicata non eſſet, agnoſcere noluerint: attamen ea Capitulationibus, cumprimis Noviſſima, ita pro-

XXII. v. *R. H. O.* T. I. §. 3. SCHWED. C. XII. §. 9. ubi formula citationis. & S. II. C. XVII. §. 3. §. 27. 28. TITIVS §. 36.

XXIII. v. LEHMAN. L. V. C. 108. LIMN. J. P. L. IX. C. IV. n. 34. *Addit.* T. V. & FRITSCH. *Addit.* n. 4. VFFENBACH. Tr. de *Judic. Aul.* Mantiſſ. LVNIG. *R. Arch.* P. Gen. p. 295. *Grundſ.* P. III. C. 3. MAVRIT. de *Judic. Aul.* §. 29. SCHWED. §. 10.

XXIV. Capit. CAROLI VII. a. XXVI. §. 8.

bata eſt, ut eadem, juxta cum Edicto CAROLI VI. de a. 1714. iisque, quæ eidem ex Monitis inſerta ſunt, interim, donec ab Imperatore ac toto Imperio, plena perfectaque Judicii Aulici Ordinatio, præſentibus circumſtantiis accommodata, conſtituta fuerit, pro regula agnoſci atque accurate obſervari, idemque ut fiat ſerio curari debet.

XXV. *Proceſſus* ſecundum Ordinationem Cameræ per omnia dirigi debebat, licet hodie in quibusdam diſcrepet, & brevior ſit (*a*). Ceterum omnes ad Judicium Imp. Aulicum pertinentes cauſæ in pleno tractari, & neque antea neque poſtea coram Deputatione quadam, Commiſſione Aulica, aut quacunque alia extraordinaria via, agitari, neque adeo directus earum curſus interrumpi aut inhiberi debet. Quid vero in cauſſis gravioribus ac dubiis circa *relationem ad Cæſarem* hodie obtineat, ſuperius expoſitum eſt (*b*).

XXVI.

XXV. v. (*a*) J. P. a. V. §. 5. ibique *Medit. H. R. O.* T. II. ibi: *So viel mæglich*. Cap. CAR. VII. a. XXIV. §. 13. KULPIS. ad MONZ. C. V. §. 21. MAURIT. l. c. §. 23. ſqq.

* Hæc quoque notabilis inter *Judicium Aulicum & Cameram Imp.* ratione modi procedendi obtinet differentia, quod in *illo* cauſæ proprie loquendo tantum extrajudicialiter tractantur & diciduntur; in hac vero omnes cauſæ, paucis exceptis, poſt decretos extrajudicialiter proceſſus, judi-

Digitized by Google

XXVI. Non datur vero ab hoc Judicio ulterior Appellatio, neque ad *Curiam Romanam* neque ad *Ordines* Imp. niſi quod in caſibus nonnullis, de quibus poſtea, *Recurſus ad Comitia* admittatur; neque ab *Imperatore male informato* ad *melius informandum*, cujus loco remedium *Supplicationis* introductum eſt.

XXVII. Alia remedia, puta, *Nullitatis*, *Syndicatus*, & *Reſtitutionis* in *integrum* contra ſententias Imperiales directo in hoc Judicio locum non habent: Per indirectum tamen admittuntur, quoties ſub velamine aut forma *Supplicationis*, vel *Reviſionis*, proponuntur.

XXVIII. Remedium *Supplicationis* vero, quod & *Reviſionis* nomine venit, quamvis

 & in

judicialiter in Audientia per procuratores, in certis ordinibus, proponuntur, atque ſententiæ ſolenniter publicantur. Conf. *Elect. J. Publ.* T.IV. n. 1. *vom Unterſcheid und* Jurisdiction *der Hœchſten Gerichte im Rœm. Reich*.

(*b*) v. Supra L. V. C. VI. §. 7.

XXVI. - XXVIII. v. SCHWED. *J. in J. Publ. P. Spec. Sect. I. Cap. IX.* §. 5.

XXVII. UFFENBACH. de *Conſil. Cæſar. Aul. C. XXIII. Sect. 1. 2. 3.* SCHWED. de *Concurſ. & Elect. remed. contra ſent. Imp. C. II.* §. *10.* DECKHERR. *Concord. Suprem. Imp. Jud. C. XXIII. T. 4. p. 194.*

& in Judicio Imp. Aulico, contra dcreta ejus aut ſententias, quin & proprias ipſius Imperatoris Reſolutiones, ex Judicii Imp. Aulici placito conceptas, locum habeat, neque adeo pro odioſo aut illicito habendum ſit, nec ſi formalia recte ſe habeant, cuiquam denegandum, nec per nimias ſportulas difficile reddendum.

XXIX. Attamen ne per iſtud cauſæ per ſententiam deciſæ redintegrentur, nec lites motæ in Judiciis Imperii plane immortales fiant, aut juſtitia inefficax reddatur, Reviſiones hujusmodi pro virili ab Imperatore accelerandæ ac promovendæ. Speciatim circa uſitatam, loco *Reviſionis* in Judicio Imp. Aulico *Supplicationem*, ſecundum *Inſtrumenti Pacis* Ar. V. §. quoad Proc. Jud. atque *Ordinationem* Judic. Imp. Aul. procedendum, atque opera danda, ut illi ſatis fiat, neque eidem contraveniatur.

XXX. Et licet remedium *Supplicationis* olim *ſuſpenſivum* fuerit, nec *vis* ejus *ſuſpenſiva*

XXIX. XXX. v. *R. H. O.* T. V. §. 2. J. P. a. V. §. 56. R. I. §. I. 124. *Cap.* JOS. a. XLI. CAR. VI. a. XVII. CAR. VII. a. XVII. §. 214. UFFENBACH. C. XXII. S. IV. p. 269. HORN. §. 8. STRUV. §. 59. 60. SCHWED. de *Concurſu & Elect. Remedior. contra ſentent. in ſupr. I. Trib. &c.* MOSER. Tr. *von dem am Kayſerl. Reichs-Hoffrath üblichen* Reviſion *oder* Supplication Sect. VII.

ſiva vel per Capitulationem, vel per aliam legem, diſerte ſublata ſit: poſtea tamen in Judicio Imp. Aulico quoque *uſu* receptum, ut, præſtita a victore cautione, de reſtituendo, *Executio* nihilominus decernatur.

XXXI. Quamvis autem hoc Judicium ab initio Regni Germanici fuerit introductum, poſtea MAXIMILIANI I. & CAROLI V. tempore inſtauratum, per P. W. etiam confirmatum: non defuere tamen *Gravamina*, variis temporibus tum ab omnibus Statibus, tum ab Evangelicis inprimis, adverſus illud propoſita; qualis cum & Auguſtiſſ. CAROLO VI. exhibita fuiſſent, ipſe per peculiarem Conſtitutionem iis mederi conatus eſt.

XXXII. Cumque querelæ de contraventionibus adverſus Ordinationem iſtam Judicii Aulici admiſſis enatæ nondum ceſſarint, Imperatoris adhuc erit, in Judicio Imp. Aulico providere, ut medela illis afferatur, neque in poſterum tale quid admittatur, ſed

XXXI v. *Donawert. Information* p. 147. *Gründl. Unterricht von der Frage, ob der Kayſerl. Hoffrath mit und neben dem Kayſerl. Cammer-Gericht zu Speyer* Concurrentem Juriſd. *habe.* ap. LUNIG. *Staats-* Conſil. T. I. p. 645. EUR. H. p. 903. 904. PFANNER. *Hiſt. Com.* L. VII. C. I. *Medit.* ad I. P. *Specim.* V. Mantiſſ. II. de *Judicii Aul. nævis defect. & vitiis. Elect. J. P.* T. VII p. 161 *Staats-Cantz.* T. XXIV. C. 13. STRUV. Cap. XXVI. §. 15.

quovis modo, uti par eſt, obviam potius illis eatur.

XXXIII. Sed & Placitum de emendanda Judicii Aulici Ordinatione per Decretum ab Imperio eidem requirendum, atque ſic porro emendatio iſta pro virili promovenda, & ad exitum perducenda.

XXXIV. Nec minus per Commiſſionis Decretum ab Electoribus Principibus & Statibus placitum Imperii de iis, quæ in Inſtrumento Pacis proximæ deliberationi comitiali reſervata ſunt, & modum viſitandi concernunt, requirendum, atque ſequuturo Decreto Imperiali ſua vis & efficacia impertienda.

XXXV. Interim a Moguntino Electore ceu Cancellario Imperii, *Viſitatio* Judicii Aulici, elapſo poſt aditum a Cæſare regimen anno, ſuſcipienda, atque ſic quolibet triennio elapſo, donec in Comitiis aliud decretum fuerit, continuanda, Acta viſitationis ſemper Conventui Imp. exhibenda, atque ſi quis defectus

XXXII. - XXXIV. Cap. CAROLI VII. a. XXIV. §. 4.

XXXV. v. J. P. a. V. §. 55 *Cap.* JOS. XLI. ibique NITSCH. p. 642. & *Medit.* p. 331. CAROLI VI. ibique *Spicil. Obſ.* p. 294. ubi monitum Civitatum de adjungendis Deputatis trium Collegiorum. Capit. CAROLI VII. a. XXIV. §. 7. PFEFFING. V. I. L. III. T. X. §. 12.

ſectus in iis animadvertatur, ſtatim in Comitiis eius emendatio decernenda.

XXXVI. Mortuo Imperatore, Acta hujus Judicii ſtatim a Regiſtratore obſignantur: interea Vicarii, durante interregno, Judicium Aulicum, quilibet ſcil. in terris Vicariatus ſui, exercent.

Cap. VI.

DE JVDICIO CAMERALI.

§. I.

ALterum Supremum Imperii Judicium eſt JVDICIVM CAMERALE, quod eſt *Collegium a Cæſare & Statibus inſtitutum, ac poteſtate judiciaria inſtructum, ut eorum nomine, Statibus aliisque Immediatis, eorumve ſubditis, in cauſis illuc pertinentibus, Jus dicat.*

II. Fundamenta hujus Judicii ſub FRIDERICO III. jacta ſunt in Comitiis an. 1467. ubi Statuum conſenſu placuit ejusmodi Judicium, quod in cauſis fractæ Pacis judicaret,

Eeee 5

XXXVI. v. SCHWED. §. 13.

§. II. v. R. I. an 1467. ap. SCHILT. *J. Publ.* T. II. p. 179. LEHMANN. L. VII. C. 118. DATT. L. IV. C. I. n. 50. STRAVCH. Diſſ. Exot. Diſſ. XIII. th. 4. SCHWED. C. XIII. §. 2. STRUV. Cap. XXVI. §. 16.

ret, ſalva tamen Cæſaris juriſdictione: Cum vero poſtea in variis Comitiis de Judicio hujusmodi Camerali in perpetuum ſtabiliendo actum fuiſſet, tandem auſpiciis MAXIMILIANI I. in Comitiis Wormatienſibus a. 1495. conſenſu Statuum iſtud ita ordinatum eſt, ut per certos Judices, ab Imperatore ſimul ac Statibus, conſtituendos, communi nomine Juriſdictio in loco fixo exerceretur.

III. *Locus* huic Judicio primum *Francofurti* fuit aſſignatus: deinceps, poſt varias viciſſitudines, iſtud a. 1527. Spiram; & hac a. 1689. per Gallos vaſtata, tandem *Wetzlariam* a. 1692. translatum fuit: licet poſtea quoque, de eodem in alium locum transferendo, actum ſit.

IV. Perſonæ, ex quibus hoc Collegium conſtat, vel formant (1) ipſum *Judicium*, vel (2) *Cancellariam*, vel (3) *Ærario* Cameræ præſunt.

V. Quæ ad *JUDICIUM* ipſum ſpectant, Perſonæ, vel jus dicunt, ut *Judex Cameralis*, *Præ-*

III. V. SCHWED. §. 3. THUCEL. *Elect. J. P. C. IX.* LUNIG. *R. A. P. Gen.* p. 266. *Staats-Conſil.* T. II. p. 1295. *Bedencken, warum ein oder ander Reichs-Stadt Cammergericht einzunehmen bemühet ſeyn ſolle. J. P.* T. VI. p. 904.

V. V. OSTERMANN. *Diſſ. Cam.* III. Concl. 1. num. 2.

Præſides & *Aſſeſſores*; vel jus dici petunt, ut *Procuratores* & *Advocati*, vel Judicio inſerviunt, ut *Pedelli*.

VI. *JUDEX CAMERÆ* caput eſt judicii, negotia ejus ſecundum præſcriptum ordinem dirigens: Hic *Germanus* eſſe debet, ex *Principum*, *Comitum*, vel *Baronum* ordine, ab IMPERATORE, deligendus, ita tamen, ut vel Clericus vel Laicus, vel Catholicus vel Evangelicus eſſe poſſit; Abſentis autem Cameræ Judicis vice Præſes Vicarius, *Cammerrichter-Amtsverwalter* fungitur. Salarium habet 4400. Imperialium.

VII. *PRÆSIDES* abſentis Judicis vices ſuſtinent, & in Senatibus præſident; ut adeo offi-

---

VI. * Not. Comites Imp. non niſi Comitem Imp. Judicem Cameræ admittere velle. Dic. de Controverſia deſuper enata.

v. *Ord. Cam.* P. I. T. I. §. 1. III, §. 3. XXI. BLUM. T. V. OSTERM. l. c. n. 13. ſqq. THUCEL. c. 10. R. I. 1654. §. 11. LUNIG. *P. Gen.* II. *Forſetz.* Cont. p. 388. MOSER. *Reichs-Fama T. IV. Cap. III.* STRUV. C. *XXVI.* §. *18.*

VII. v. *Ord. Cam.* P. I. T. XII. BLUM. T. VI. §. 2. ſqq. ubi origo & hiſtoria hujus muneris. J. P. a. V. §. 53. SCHWED. §. 5. KULPIS. ad MONZ. C. V. §. 10. SCHILT. *J. Publ.* T. II. p. 44. ubi de conſtitutis an. 1675. IV. Senatibus.

* An Imperator Cameræ Præſidem ſuſpendere queat? v. *Staats-Cantzl.* T. IX. p. 207. LUNIG. *Grundſ.* P. I. p. 9.

officium eorum in pleriſque cum Judicis officio coincidat: Conſtituuntur, æque ac Judex, a ſolo CÆSARE, plerumque ex *Comitum* aut *Baronum* ordine; olim duo, hodie *quatuor*, duo nempe *Catholici*, & duo *Evangelici*, ut *quatuor Senatus* fieri poſſint; quilibet ſalarium accipit 1371. Imperialium.

VIII. *ASSESSORES*, qui una cum Judice vel Præſide jus dicunt, Germani, legitime nati, juris periti, Equeſtri Dignitate vel Academica inſignes, atque ex utraque Religione deſumti, XXVI. nempe Catholici, & XXIV. Proteſtantes, eſſe debent; dum numerus a XX. ad L. per J. P. fuit porrectus, quamvis, ob defectum ſalarii, ne quidem dimidia ejus pars expleta ſit.

IX. Conſtituuntur ab *Imperatore*, *Electoribus*, & *Circulis*, ita, ut, ſi intra ſex menſes utiles, a die inſinuatæ requiſitionis, locus vacans non expleatur, ipſi Judicio jus conſtituendi competat.

X.

VIII. v. *Ord. Cam.* P. I. BLUM. T. VII. §. 32. J. P. a. V. §. 53. KULPIS. §. 20.

L. Noviſſime de augendo numero Aſſeſſorum æque ac ſalario in Comitiis deliberatum eſt. v. *Staats-Cantz.* T. XXIX. C. 13. SCHWED. §. 5.

IX. v. I. P. 1654. §. 22. ſqq. RHET. L. IV. T. I. §. 8. ſqq. STRUV. §. 21.

X. Conſtitutio *Catholicorum* hoc modo fit: IMPERATOR binos, & totidem ſinguli Electores, Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, & Bavarus: Circuli, Auſtriacus & Burgundicus, ſinguli binos, Bavaricus quatuor, Franconicus, Svevicus, Rhenanus, Superior, Weſtphalicus, ſinguli binos, præſentant, Rhenanus Inferior nullum.

XI. *Proteſtantium* vero conſtituendorum ratio hæc eſt: Præſentantur ab Electoribus, Saxoniæ, Brandenburgico, & olim Palatino, a ſingulis bini; a Circulo Saxonico Super. quatuor, totidem a Saxonico inferiori, uterque per alternationem quintum adjicit: Franconicus, Svevicus, Rhenanus, Superior, Weſtphalicus, ſinguli binos legunt, & per alternationem unum addunt.

XII. Eliguntur autem a Statibus cujusque Circuli vel per majora, prout in plerisque obtinet, vel per alternationem, prout hucusque

X.-XI. v. J. P. a. V. §. 57. BLUM. T. VII. §. 9. SCHWED. §. 6. STRUV. §. 19. 20. 21.

XII. * Dic. de Controverſiis circa Præſentationem Aſſeſſoris in Circulo Saxoniæ Superioris & Inferioris enatis.

v. MÜLLERI *Juriſtich-Hiſtoriſche Electa Com. I. C. I. Staats-Cantz.* T. LIII. C. XVIII. T. CIV. C. IX. T. LV. C. X. MOSER. *Reichs*-Fama T. IX. C. XXXI. T. XII. C. X. T. XIII. C. I. Ej. *vermiſchte Schriffien* P. I. 40. 42. J. P. KRESSII Diſſ. de *Jure*

que in Circulo Saxonico Sup
in quo Duces Saxoniæ in co
culi Aſſeſſore alternant, E
Electoratus eos præſentantib
Rhenano Sup. Comites eti
cupiunt, quod iis hactenus n

XIII. *Salario* mille Imperia
ſeſſores fruuntur, ac *immunit*
oneribus, nec non ſpeciali Imp
gaudent.

XIV. *Procuratorem & Advoc*
conſtituit. Reliqui *Procurato*
quorum dantur XXIV. a Jud
bus conſtituuntur, atque ce
formula obſtringuntur: Salar
bent, ſed a Partibus accipiunt.

XV. De cetero Judicium ho
diverſitate objectorum, forma
mirum aliud eſt *Judicium Audi*
natus: in illo Procuratores po
untur; in hoc de cauſſis propo
decidendis conſultatur.

Jure præſentandi Aſſeſſorem Ca
& in Circulo Sax. Infer. in ſp
XXVI. §. 20. 21.

XIII. v. *Ord. Cam.* T. I. §. 63. R. I.
OSTERM. Diſp. II. n. 2. ſqq. BL
XXIII. §. 16. ſqq.

XIV. v. R. I. Nov §. 11. OSTERM.

XV. v. BLVM. T. 59. 60. SCHWED.

XVI. Ad *Cancellariam* pertinent *Præfectus* ſeu *Adminiſtrator Cancellariæ*, *Protonotarii*, *Notarii*, *Lectores*, *Ingroſſiſtæ*, *Copiſtæ*, *Famulus Cancellariæ*, *Receptor*, *Magiſter Nunciorum*, & *Nuncii equites* & *pedites*: priores quatuor conſtituit Elector Moguntinus, reliquos præſcitu & conſenſu ejus Præfectus recipit.

XVII. *Ærario* Cameræ præeſt *Quæſtor* ſeu *Præfectus* rei nummariæ, qui a Statibus Imperii conſtituitur, atque collectas Imp. ad ſuſtentationem Cameræ deſtinatas, ipſique transmiſſas, diſpenſat.

XVIII. *Jurisdictio* in hoc Judicio non ſolum CÆSARIS, ſed & STATVVM, nomine exercetur: ſiquidem Cæſar, dum Status ad conſtitutionem hujus Judicii admiſit, Jurisdictionem, quam ipſe antea ſolus (excepto tamen Judicio Principum) exercuerat, cum Statibus ita communicavit, ut hoc Judicium CÆSAREM & STATVS ſimul repræſentare recte dicatur. *Ordinaria*, an delegata ſit jurisdictio, otioſe quæritur; prius tamen recte aſſeritur.

XIX.

XVI. v. *Ord. Cam.* P. I. T. 29. BLVM. Tit. XI. ſqq.
XVII. v. O C P. I. T. XL.
XVIII. v. R I. *Nov.* §. 165. ibi: *Damit aber unſer und des Heil Reich Cammer Gerichte, als welches uns ſamt Churfürſten und Standen des Reichs repræſentiret.* EVR. H T. I. p. 785 ſqq. VITR. *J. Publ.* L. III. T. II §. 68. TITIVS C. IV. §. 21. 22. HORN. C. LIV. §. 6.

XIX. *Perſonæ*, quæ in ho
niri poſſunt, ſunt primum
que Immediati; ſalvo tamen
inſtantiæ, vel *electionis fori*
quo nonnulli gaudent: dei
diti, quorum cauſſæ tamen
pellationem, ſed ſalvo priv
pellando, vel querelam nul
dicium devolvuntur; excep
quarum intuitu & *Mediati*
ſtantiæ in hoc Judicio forti
minus ſubditos conveniat,
qui habet domicilium ſub
gioſa, vel connexitas cauſſæ

XX. *Cauſſæ* quoque omn
Judicium pertinent, niſi ex
Illarum quædam eo pertinen
tia, omiſſis Auſtregis, quæ
appellationem. Quæ in *prima*
pertinent ſimpliciter, etſi re
vel non niſi reus ſit *immedia*
utraque pars ſit *immediata*.

XXI. Cauſſæ, quæ in *prima*
meram, ſimpliciter & ſua na
ſive reus ſit *immediatus*, ſive *m*

XIX. v. *Ord. Cam.* P. II. T. I.
Obſ. I. SCHWED. §. 10. COCC
ſq. TITIVS §. 24. ſqq HORN.
XXI. v. *Grundſ.* 1495. R. I. 1557.
T. 9. 10. BLVM. T. 28. 29. 30. 40

Cauſſæ fractæ *pacis publicæ* vel *religioſæ*; cauſſæ *fiſcales*; cauſſæ *miſerabilium*, ſi nempe duo immediati contendant de jurisdictione; & *continentia* cauſſæ, ſi ſcil plures rei, diverſique eorum judices, Cameræ autem proxima in omnes jurisdictio ſit.

XXII Cauſſæ, quæ ad Cameram in prima inſtantia non pertinent, niſi reus ſaltem ſit *immediatus*, ſunt hæ: 1. Cauſſæ *feudales minores*; 2. Cauſſæ *mandatorum* ſine clauſula; 3. *Relaxationis Juramenti* ad effectum agendi; 4. Legis *Diffamari*, Diffamato ſaltem immediato; 5. *Denegatæ* vel *protractæ* Juſtitiæ.

XXIII. Cauſſæ, quæ eo in prima inſtantia non pertinent, niſi *utraque* pars ſit *immediata*, ſunt hæ: 1 ex conſtitutione de litigioſa *poſſeſſione* immobilium, eaque retinenda; 2. ex conſtitutione de *Pignorationibus*; 3. ex conſtit. de *Arreſtis*: quibus caſibus Mandata S. C. decernuntur.

XXIV.

XXII. v. O. C. P II T. 23. 24. 25. 26. GAIL. P. I. Obſ. 13. ſqq. 22. ſqq. 9. ſqq. 53 ſqq. BLUM. T. 24. 35. 36. 37. COCCEJ. §. 18

XXIII. * Dic, de inſigni hujus articuli *difficultate*, inprimis in applicatione ad factum; nec non de *tribus caſibus* in Ord. Cam. huc relatis.

v. O. C. T. 21. 22. R. I. 1579. §. 84. BLUM. T. 31. 32. 33.

Ffff

Digitized by Google

XXIV. Per *Appellationem*
feruntur omnes cauſſæ *Ci*
Summa ſit *appellabilis*, quæ
Imperiales definita eſt, ita ta
ma litis, ſed gravaminis, att
tus, coram quo appellatur
non apellando non habeat, v
quoad certam quantitatem
fiat per gradus non per ſalt
vero cauſſæ in prima inſta
non pertinent, vel appellati
mittunt, illæ nec per appe
meram devolvi poſſunt.

XXV. Præterea quoque
voluntariæ Juriſdictionis, u
Tutorum, Contractuum,
Arrogationes, ad Cameram

XXVI. Atque in omnibu
mera cum Judicio Aulico *co*
Juriſdictionem, adeo, ut ne
licum cauſſas in Camera pe
vel proceſſus annullare, vel
cernere, nec Partes ad Judic
transferre queant.

XXIV. v. O. C. T. 28. §. 4. R.
COCCEJ. §. 22. HORN. §. 6.
XXV. v. BLVM. T. 42.
XXVI. v. *R. I. Nov*. §. 166. JOS.
25. ANDLER *Jurisprud*. L. I
SCHVLECKI de *Cam. Imp. cu*
§. 12.

XXVII. Excluduntur vero a Cameræ Jurisdictione cauſſæ: 1 *Eccleſiaſticæ* ſeu *Spirituales*, atque *Matrimoniales*, niſi quatenus de his etiam ſecularis Judex cognoſcit; *2. *Criminales*, quæ ad pœnam capitalem, vel corporis afflictivam, vel proſcriptionem Status, tendunt, ſecus, ſi de pœna pecuniaria, vel fracta pace, vel delictis perſonarum Cameralium agitur, vel de nullitate quæſtio ſit; 3. ubi de privatione *Feudorum regalium*, etſi in poſſeſſorio tantum ordinario, agitur, ſecus ſi de Comitatu vel Baronia allodiali; 4. denique *Reſervata* Imperatoris reliqua.

XXVIII. *Modus procedendi* ſecundum *Ordinationem Cameræ* potiſſimum dirigitur, quæ ab a. 1495. ad 1555. aliquoties recognita, de nova etiam in Comitiis actum, atque formula a. 1613. conſcripta, quæ tamen auctoritatem publicam nondum nacta eſt: Præterea vero & *Receſſus* Imp. *Noviſſimus* & *Decreta Cameræ*, pro norma ſunt.

XXVII. * Veluti ex capite nullitatis. v. Electa J Publ. T. V. n. 36. *Wetzlariſcher Bethſtunden Streit vor dem Kayſerl. Cammer Gericht.* T. VI 6.

v. J. P. a. V. § 48 52. LIMN. J. P. L. IV. C VIII. n. 92. *Rec. Viſit.* 1570. O C. P. II. T. 7. 9. 11. 28. SCHWED. §. 11. EVR. H p. 911. COCCEJ. §. 6. ſqq. HORN. §. 6. STRUV. §. 24.

XXVIII. v. HORN. §. 7. STRUV. §. 26.

* Dic. de Decretorum Cameralium auctoritate v. SCHWED. §. 17. TITIUS §. 35.

XXIX. Sed Exercitium Juriſdictionis Cameralis eſt *tardiſſimum*: cujus tarditatis cauſſæ & a vitio hominum, & laxitate Reipublicæ, & Proceſſus, per Jus Canonicum & Romanum introducti, ambagibus, derivantur.

XXX. Ceterum a Judicio Camerali itidem non datur *appellatio*, quod iſtud Rempublicam ſui juris repræſentat: dantur tamen remediorum loco; 1. *Reſtitutio in integrum*, qua Partis error redarguitur, petita a Judice Cameræ; 2. *Reviſio*, qua Judicis culpa redarguitur, a *Moguntino*, vel, ſi cauſſa ipſum tangat, *Treviro*, petenda, atque a *Viſitatoribus* peragenda, modo ſumma litis 2000. Imperiales in ſorte, absque uſuris involvat, & cauſa talis ſit, in qua jure communi appellari poſſit, quæ tamen hodie effectum ſuſpenſivum non habet; 3. *Syndicatus*, quo Judicis dolus, aut Procuratoris prævaricatio, redarguitur,

XXIX. v. R. I. 1654. §. 42. ſqq. OSTERM. Diſp. I. Concl. 34. ſqq. TITIUS §. 31.

XXX. * Dic. de Reviſione extraordinaria nuper in cauſa Erbmannorum Monaſterienſium in Comitiis decreta. v. *Staats-Cantz.* T. XI. p. 239. ſqq. T. XII. p. 690. 701. 733. T. XIII. c. 8. T. XV. c. 4. T. XVII. c. 3.

v. O. C. P. III. T. 51. 53. BLUM. T. 98. 79. R. N. §. 125. 128. SCHWED. §. 15. 16. HORN. §. 7. TITIUS. §. 32. ſqq. STRUV. §. 28. COCCEJ. de *Reviſor. Judic.*

gitur, atque ad pœnam ſimul agitur eodem, quo in Reviſione, proceſſu.

XXXI. Beneficium hujusmodi *REVISIONIS* licet in Camera Imp. ex Legibus Imp. locum habeat, attamen ne per iſtud cauſæ deciſæ in controverſiam revocentur, nec lites motæ in Judicio hoc immortales fiant, neque adeo Juſtitia inefficax reddatur, *Reviſiones* ejusmodi a Cæſare non ſolum pro viribus accelerandæ & promovendæ, atque Reviſores per Mandata convenientia, quoties opus, hoc nomine admonendi.

XXXII. Sed etiam ut eo breviores reddantur Reviſiones iſtæ in Camera Imperiali, probata hoc nomine in Receſſu Imp. de A. 1654. & porro probanda Ordinatio accurate obſervanda, neque adeo *effectus ſuſpenſivus* illi concedendus, nec admittendum, ut cognitio ſuper præſtanda, ſecundum Receſſum Imp. de A. 1654. §. 124 in caſum ſuccumbentiæ, cautione de reſtituendo, ejusque ſufficientia, Cameræ auferatur, atque ad Reviſores transferatur.

XXXIII. Mortuo Imperatore, Acta non obſignantur, nec Audientiæ ceſſant, ſed Proceſſus decernuntur. Expeditio autem ad Electorem Moguntinum remittitur, usque dum a *Vicariis* ſigillum Cameræ transmittatur, quorum nomine Judicium exercetur.

XXXI. XXXII. Capit. CAROLI VII. art. XVII. §. 1.
XXXIII. v. HORN. §. 9.

XXXIV. Cum autem variis defectibus laboraret hoc Judicium, non ſolum de emendatione illius varie actum, ſed etiam *Viſitatio* ejuſdem ordinata, quæ vel *ordinaria* eſt, vel *extraordinaria*.

XXXV. *Illa* olim quotannis fiebat, a Viſitatoribus ordinariis, qui erant, præter Commiſſarios Cæſaris & Moguntini: duo Principes Eccleſiaſtici vel Seculares, quorum unus Comes, una Civitas; qui non ſolum in geſta perſonarum Cameralium inquirere, ſed etiam Reviſionem Actorum ſuſcipere debebant: Sed hæc a. 1582. ceſſavit.

XXXVI. Igitur poſtea, exigente neceſſitate, *Extraordinaria Viſitatio* decreta fuit: cujus exemplum noſtra ætas vidit, turbis inter Præſides & Aſſeſſores Cameræ enatis, & juſtitio inde ſubſequuto, quæ Receſſu Viſitationis publicato, finita eſt.

XXXVII. Sed cum Cæſar in *Capitulatione* Noviſſima ſe obſtrinxerit, ad Ordinariam Imperii Deputationem quantocyus inſtaurandam, adeoque & alias uſitatam *Viſitationem* & *Reviſionem* Cameræ Imperialis vigori ſuo & ordini reſtituendam, interea vero conſervatio Cameræ Imp. & Juſtitiæ moram pati

XXXIV. - - XXX. v. STRUV. §. 30. 31. LUNIG. P. Gen. p. 269. *Staats-Cantz*. & *Electa J. P.* paſſim.
XXXVII. Capit. Noviſſ. art. XII. §. 6. art. XVII. §. 3.

pati nequeat, præterea recentiori ætate, deficiente Reviſionis remedio, quæſitis ad Comitia *Recurſibus* modus ponendus ſit; ſicut & Receſſus Imp. Noviſſimus §. 130. docet, per decretam in eo Extraordinariam Imp. Deputationem huic rei medendum: Cæſar operam dabit, ut Decretum iſtud Imperii ad effectum deducatur.

XXXVIII. Sed & mox poſt aditum Regimen, minimum intra tres menſes, Cæſar providebit, ut, juxta cum *Commiſſariis Cæſareis*, denominati per Rec. Imp. Noviſſ. & adjunctam ei primam claſſem, ad ejusmodi *Deputationem* Imp. *Status*, primo die Septembris proxime in Camera Imp. per delegatos eo rerum peritos Conſiliarios certo compareant, & ad hoc a *Moguntino*, ceu Archi-Cancellario Imp. tempeſtive ſecundum præſcriptum ordinem, convocentur.

XXXIX. Deputati autem Imp. Status in rebus ſuis gerendis, usque ad ulteriora Imperatoris & Imperii mandata, pro norma obſervabunt ea, quæ de graviſſimo hoc negotio extantes Imp. Leges, præſertim Receſſus Imp. Noviſſimus, antiquiores & recentiores Viſitationis Receſſus, quæque huc

 ſpectant,

XXXVIII. * Not. inter Status Deputatos, in locum Palatino-Lautern Ducatum *Bremenſem*, & in locum Argentorati *Norimbergam*, proviſorie ſurrogandos.

ſpectant, nec non ultimæ extraordinariæ Imperii Deputationi data Inſtructio, in quantum ea ad præſentes circumſtantias quadrat, continent.

XL. Quodſi etiam, præter ſpem, Deputatus aliquis Status in curanda hujusmodi Deputationis delegatione, citra legitimam ac tempeſtivam excuſationem, negligens fuerit, aut plane emanſerit, pœnæ hoc nomine in Legibus Imp. antea ſtatutæ porro obtinebunt, donec ratione futuri, de exaſperatione illarum ulterius quid ſtatutum fuerit; cumprimis in tali caſu, loco Status negligentis, proxime ſequens a Moguntino vocandus.

XLI. Cumque ſecundum prædictum Receſſum Imp. Nov. *Extraordinaria* iſta Imp. *Deputatio* partim ad *Viſitationem* Cameræ Imperialis, partim ad *Reviſionem* cauſarum tum antiquiorum, tum recentiorum, deſtinata ſit: hinc una cum Commiſſariis Cæſareis comparentes in Termino Status mox ita ſe diſpertiantur, atque *Senatus* forment, ut *primus* Viſitationem illam ſuſcipiat, ex tribus reliquis vero Senatibus *duo* antiquiores reviſionis cauſas, & *quartus* recentiores examinet, atque legitime decidat.

XLII. Inprimis etiam prædictus primus, ad Viſitationem deſtinatus Senatus, hac finita,

XXXVIII. - - XXXIX. Capit. CAROL. VII. a. XVII. §. 4. 5. 6. 7.

XLI. - XLII. Cap. l. c. §. 8. 9.

ta, itidem ex præſcripto Receſſus Imp. Nov. reviſionem & emendationem Conceptus Ordinationis Cameræ, qua par eſt induſtria, ſuſcipiant, atque deſuper relationem ad Imperatorem & Imperium conficiant.

XLIII. Quod ad *Reviſionem* attinet, a Cæſare intra tres illos menſes, poſt aditum ipſius regimen, edictum in Imperio promulgandum, vi cujus omnes & ſinguli Impetrantes, proſequendæ Reviſionis cauſa, inter quatuor menſes nomina apud Electorem Moguntinum & Cameram Imp. ſub pœna deſertionis, profiteri debeant.

XLIV. Nihilominus neque per Viſitationem hujusmodi, neque per Reviſionem, Cameræ Imperii in negotiis ſuis remora injicienda, ſed potius in iis rite progrediendum.

XLV. De Proviſionali hac ordinatione intra tres menſes, poſt aditum regimen, non ſolum Conventus Imperii, per Decretum Commiſſionis Cæſareum, certior reddendus, ſed & Placitum Imperii, quomodo in poſterum in utilitatem patriæ hac in parte procedendum ſit, quantocyus requirendum, ſed & ſumma ope nitendum, ut Receſſui Imp. Noviſſ. penitus ſatisfiat, atque decreta ab Imperio Extraordinaria Deputatio éxitum ſortiatur.

XLIII. - XLIV. Capit. art. cit. §. 10. 11.
XLV. Capit. art. cit. §. 12.

XLVI. Denique & opera a Cæſare danda, atque ſtrenue eo allaborandum, ut citra moram atque defectum adimpleatur, quicquid decretum Imperii de a. 1719: de meliori ſuſtentatione Cameræ Imperialis, atque augmento Aſſeſſorum continet.

CAP. VII.

DE RECVRSV AD COMITIA.

§. I.

RECVRSVS ad *COMITIA*, in cauſis, puta, juſtitiæ, eſt *remedium juris extraordinarium & ſubſidiarium, quo Status Imperii, aut Immediatus Imp. Nobilis, cauſam, in qua per decretum aut ſententiam Judicii Imperii gravamen, per reviſionem haud ſanabile, idque manifeſtum, vel ſaltem maxime probabile, ſibi illatum exiſtimat, aut inferendum metuit, ad Comitia defert, atque per* deci-

§. I * *Provocationem* alii vocant, itemque *refugium*, vel *perfugium*. Definiunt *communem inveſtigationem facti, formula republica contrarii, a Procerum aliquo rite indicati, quo emendetur illud per Cæſarem & ordines.*

Conf. Dn. ESTOR de *Principum Judicio, principio provocationis ad Imperii conventum, & Append. de Ordinum Perfugio ad Conventum Imp. quod Recurſum vocant.*

[illegible] Imperatoris & Statuum Comitialem, auxilium adverſus illud quærit.

II. Eſt hoc remedium *extraordinarium* & *ſubſidiarium*; ſiquidem ordinarium remedium adverſus gravamen, Parti litiganti illatum, in Camera Imp. eſt *Reviſio*, in Judicio Imperii Aulico vero *Supplicatio*, quæ & *Reviſionis* nomine venit. quodſi igitur per hujusmodi remedium gravamen illatum tolli aut emendari nequeat, tum demum hoc remedium in ſubſidium adhiberi poterit.

III. Unde intelligitur, Recurſum hujusmodi neutiquam prorſus illicitum, neque adeo vel ſummis Imperii Tribunalibus eorumque auctoritati adverſum, vel in ſummam Imperatoris Poteſtatem injurium, cenſendum:

I. Conf. Capit. CAROLI VII. a. XVII. §. 2. 3.

II. *Inſtrum. P. W.* a. V. §. 55. verb. *Si vero dubia - - remittantur ad Comitia.* Capit. FERDINANDI IV. art. XLIII. LEOPOLDI a. XLIII. JOSEPHI a. XLI. CAROLI VI. a. XIII. CAR. VII. a. XIII. § 6. verb.: *Wie auch der klagenden Stænden Beſchwernüß - - an alle Reichs -* Collegia *- - zur* deliberation *zuſtellen.* §. 8 verb. *Die bey den Reichs* Convent *einkommende* Gravamina *und* Deſideria Statuum *- - zur* Propoſition *und Berathſchlagung gebracht werden.* R. I. de a. 1654. §. 165. *an Ort und Enden - über Cammer-Gerichts Decreten und Urtheln ſich beſchwehren dörffen. Kayſerl.* Commiſſ. Decret. d. d. 6. Sept. 1715. in

ſendum: præſertim cum iſtud in *Inſtrumento Pacis* W. pariter ac *Capitulationibus Cæſareis*, quin & *Receſſum* Imp. Noviſſ. & *Decretum Commiſſionis Cæſar*, ceteris paribus probatum, atque per Obſervantiam inſuper firmatum ſit.

IV. *Perſonæ*, quibus beneficium hoc, recurrendi in certis caſibus ad comitia, competit, ſecundum Inſtrumentum P. non niſi *Status Imperii* ſunt, & qui ſub his, vi hujus legis, comprehenduntur, *Nobiles* Imperii *Immediati*. Inter *Mediatos* vero ſimilis licet caſus eveniat, remiſſio ad Comitia ceſſat.

V.

1715. in Elect. J. Publ. T. IX. N. III. p. 63. ubi initio quidem Recurſus talis in cauſſis iuſtitiæ improbari videtur, in fine tamen certa ratione admittitur, verb.: *Da Deroſelben einig erhebliche Beſchwerden wieder Dero Hœchſte Reichs-Gerichte, oder deren beſondere Glieder mit rechtem Grund geziemend beygebracht werden wollen. Select. J. Publ. Noviſſ.* P. I. C. I. *von dem* Comitial-Recurs *und ob derſelbe Jhro Kayſerl. Maj. allerhœchſten Anſehen und Gewalt zuentgegen oder nicht.* Dn. IO. I. MOSER *Betracht. des* Recurſus Cap. II. & V. Dn. I. H. AYRER *Comment. Proluſ.* de Recurſu ad *Comitia* per *Capit. Cæſ. Noviſſ. reſtricto non ſublato.* §. 10. 11. ſqq.

IV. Inſtr. P. l. c.

V. Ut autem locum habere queat Recurſus, requiritur *Gravamen*, h. e. factum, quo quis in jure ſuo vel jam læſum ſe eſſe, exiſtimat, vel ſaltem læſum iri juſte metuit; idque manifeſtum, vel ſaltem probabile, ita, ut læſionis hujus vel factæ, vel imminentis, certas aut probabiles rationes, in jure aut facto fundatas, allegare valeat: namque ſi vel maxime Judicium Imperii in aliqua cauſa contra jus agere videatur, attamen is, quem ea res non tangit, remedio contra læſionem haud indigere videtur.

VI. Gravamen vel *publicum* eſſe poteſt, vel *privatum*: *Publicum* eſt, quod Leges Imperii publicas, ipſam juſtitiæ adminiſtrationem concernentes, & per conſequens etiam

---

V. Nimirum Denunciatoris munere, ut fungatur quilibet alius Status, uti apud Romanos olim, propter crimina publica, quilibet e populo accuſare poterat, nulla lex aut obligatio exigere videtur: quamvis aliter ſentire videatur Autor *Appendicula* de Ordinum *Perfugio ad Comitia* ſupra alleg. §. 2. ubi putat illos, quibus curæ cordique eſt regni ſtatus, ſuas explere partes, atque Cæſarem ac totum regni conventum de vitiis ſupremorum Imperii tribunalium certiores facere.

VI. * Publicum hujusmodi gravamen Auctor *Appendiculæ* allegatæ non incommode ita deſcribit: Ejusmodi nævus ſeu factum, formulæ reipublicæ noſtræ contrarium, in eo conſiſtit, ſi Judicem Impe-

etiam jura Statuum inde quæſita violat; quale oritur, ubi Judicium Imp. vel poteſtatem legislatoriam ſibi arrogat, vel cancellos in adminiſtratione juſtitiæ ſibi præſcriptos, ſupergreditur: Publicum enim dicitur negotium, quod adminiſtrationem Reipublicæ concernit, ad hanc vero etiam juſtitiæ adminiſtratio pertinet. Publicum ejusmodi gravamen, quod jura violat, pluribus Statibus communia, *Commune* etiam dicitur: *Privatum* vero eſt, quod jura, privatam ſingulorum utilitatem concernentia, lædit.

VII. Nondum tamen hoc ſufficere videtur, quod Gravamen exiſtat; ſed ulterius requiritur,

---

Imperii, adminiſtrandæ juſtitiæ cauſa conſtituti, in officio ſuo non manent, & contra leges Imperii, licentiam pro arbitrio ſuo faciendi uſurpantes, maximum illud legum interpretandarum jus invadunt, & jura Procerum Imperii imminuunt & convellunt.

VII. * Recte B. Do. G. M. de LUDOLFF, in *Animadverſ.* ad CHR. VAL. HAPPELII Diſſert. de *Recurſu ad Cæſaream Maj. vel Comitia univer.* N. 1. notat. *Recurſum in ſenſu genuino non dici, niſi in cauſis, quarum tractatio & deciſio eſt ordinario Judici ſupremo demandata, qui ſi ſuo officio non fungatur, vel quod non poſſit, vel nolit, ut tunc demum ad Cæſarem & Imp. Status, quorum partes ſunt eximiæ in Legibus ferendis vel interpretandis, juxta Inſtr. Pac. W. Art. 8. ſit*

ritur; ut vulnus hac ratione cauſæ alterius Partis illatum per ordinaria juris remedia, nempe *Reviſionem* in Camera Imp. vel *Suppli-*

ſit recurrendum: Proinde quæ Auctor Diſſertationis Theſ. XIII. de *Reviſione* interpoſita contra ſententias Camerales, & Theſ. XIX. de remedio *Supplicationis* tradit, ad *Recurſum* minime pertinere, putat.

** Nititur hoc requiſitum natura & indole *Judiciorum Imperialium* & *Comitiorum Imp. univerſalium:* Cum ad illa, ex conſtitutione Imperii, cauſæ *Juſtitiæ*, ad jura ſingulorum privata in litem deducta ſpectantes; ad hæc vero *negotia publica*, ad ſalutem totius Reipublicæ pertinentia, ſint relata. Unde rationis eſt, cavere, ne per cauſas juſtitiæ ad Comitia delatas, negotia publica ibidem tractanda remoram patiantur. Nihilominus ut etiam in cauſis juſtitiæ Statibus Imp. Nobilibusque Imp. Immediatis proſpiceretur, iidemque adverſus gravamina, a Summis Imp. Judiciis, a quibus ad ſuperiora provocare non licet, illata, remediis gauderent, quibus læſio talis corrigi queat: duo in hunc finem remedia ordinata ſunt, *Reviſionis* nempe in *Camera Imperii*, & *Supplicationis* in *Judicio Imperii Aulico*, ubi Acta judicialia denuo accuratiori oculo perluſtrentur, omniaque ſumma cura & induſtria examinentur, atque adeo ſi quis forte error in jure aut facto admiſſus videatur, is curis ſecundis emendetur. Præterea etiam *Deputatio* Imp. *Ordinaria* conſtituta

plicationis in Judicio Imp. Aulico ſanari non poſſit: eo quod hoc remedium tantum extra ordinem & in ſubſidium locum habeat.

VIII. Quod igitur ad Gravamina *publica* attinet, vix dabitur caſus, ubi talia per *Reviſionem* vel *Supplicationem* emendari poterunt: non ſolum quod Deputatio Imp. Ordina-

ſtituta, atque Inſpectio quædam in *Cameram Imperii*, adminiſtrationemque juſtitiæ in ea eidem demandata eſt: quamvis dolendum ſit, quod ſaluberrimum hoc inſtitutum jam per diuturnum tempus ceſſarit, atque adeo Reviſiones in Camera juſtitium paſſa ſint; cui nævo obviam ire voluit *Capitulatio* CAROLI VII. Noviſſima, vi cujus Deputationes Imp. Ordinariæ quin & *Extraordinariæ* inſtaurandæ ſunt. v. Capit. CAR. VII. a. XVII. §. 3. 8.

*** Nihilominus cum Suprema Legislatoria non ſolum ſed & Judiciaria Poteſtas penes Imperatorem & Status Imp. manſerit, inque Comitiis Imp. exerceri poſſit: ultimum hoc Parti in Judicio Imp. læſæ refugium per *Recurſum* hunc ad *Comitia* relictum, ut quod ordinaria hujusmodi juris via removeri non poterat, extra ordinem ab ipſo Imperatore & Statibus, vi Summæ Poteſtatis Judiciariæ, tandem tolleretur.

VIII. * Hinc patet ratio, quare in caſibus ab Inſtrumento Pacis ſubminiſtratis, ſtatim Recurſus ad Comitia, citra intercedentem Reviſionem aut Supplicationem, admittatur.

** Equi-

dinaria, cui Reviſio in Camera demandata eſt, adhuc ceſſet, ſed etiam quod adminiſtratio juſtitiæ ejusque emendatio ſit negotium publicum, quod neque a Deputatione, neque ab ipſo Judicio Imperii expediri poſſe, ſed deciſionem Imperatoris & Statuum Comitialem requirere videtur. Proinde circa ſola fere *privata* gravamina prius *Reviſionis* aut *Supplicationis* remedium tentandum erit.

IX. Poſitis hac ratione principiis & fundamentis Recurſus, reliquum eſt, ut ad Concluſiones deveniamus, atque Caſus ſpeciaiores, in quibus Recurſus ad Comitia, in cauſis juſtitiæ, locum habere poſſit, evolvendi erunt: quamvis potiora ſaltem exempla eorum jam evolvere ſufficiat.

X. Et primum quidem ex natura & indole Judiciorum facile intelligitur, Judicia Imperii, ſalvis Legibus publicis, ſalvisque Statuum juribus, munere ſuo fungi haud poſſe, ubi, in cauſa

ſa

** Equidem in caſibus allegatis, per Inſtrumenti P. legem cauſa ab ipſo Judicio ex officio, citra implorationem, ad Comitia remittenda videtur: inde tamen haud ſequitur, non etiam a Parte gravata, ſi Judicium id intermittat, hoc remedium contra gravamen illatum aut metuendum, interponi poſſe.

v. Inſtr. P. l. c. Conf. Dn. AYRER *Commentat.* all. §. 24.

X. Inſtr. P. *art. VIII.* §. 2. Capit. CAROLI VII. a. II. §. 5.

ſa juſtitiæ, non tam de applicatione legis ad facta, quam de ipſo legis ſenſu atque interpretatione illius avthentica, quæritur: eo quod jus interpretandi hoc modo Leges publicas, neque Cameræ Imperii, neque Judicio Imperii Aulico, ſed illis, qui Poteſtate gaudent Legislatoria, nempe Imperatori & Statibus in Comitiis, competat.

XI. Quodſi igitur caſus in Judicio Imperii circa adminiſtrationem juſtitiæ eveniat, ubi *dubia* circa *interpretationem* Conſtitutionum aut

XI. v. Inſtr. P. a. V. §. 56. verb.: *Si quæ dubia circa interpretationem Conſtitutionum & Receſſuum Imp. publicorum occurrunt.*

* Sane nec *Deputatio Imp.* ſive Ordinaria ſive Extraordinaria, per *Reviſionem* hujusmodi gravamen tollere poterit, quod nec facultas leges publicas condendi, neque adeo eas avthentice interpretandi, eidem regulariter competat. v. R. I. Noviſſ. §. 191. verb.: *Die* Caſus dubios *aber, und welche allererſt* ex Inſtrumento Pacis *ihre* Interpretation *haben müſſen, betreffend, - dieſelbe auf den nächſten Reichs-Tag ausgeſtellet und verwieſen werden.* Conf. CHR. G. HOFFMANN Diſſ. de *Ratione Interpretandi Leges J. R. G. publicas Cap. V.* §. 7. ibique verba ex Actis Deputationis MStis: *Die Chur- und Fürſtl. auch andre* Deputirten *Stände Räthe und Geſandten ſich erinnert, daß Ihnen neuere Satzungen in Sachen, ſo Ihnen nicht anbefohlen, zumachen nicht gebüren wil.*

** Mi-

aut Receſſuum Imp. publicorum occurrant, ita, ut non ſolum Partes litigantes de ſenſu Legis diſceptent, altera Parte hanc, altera vero contrariam tuente ſententiam, ſed etiam Judicium Imp. talem amplectatur interpretationem, quam altera Pars, ſalvo jure ſuo, admittere haud poſſe, allegatis probabilibus rationibus, exiſtimat; gravamen inde haud dubie enaſcitur, quod non aliter, niſi per Interpretationem Legis avthenticam Imperatoris & Statuum, tolli poteſt; adeoque neceſſarius hoc caſu erit ad comitia recurſus, isque immediatus, remedio etiam Reviſionis aut Supplicationis prætermiſſo.

XII. Deinde huc pertinet caſus, in J. P. itidem memoratus, ubi Partes litigantes di-

 verſæ

** Mirari ergo merito ſubit, quod Dn. MOSER in Tr. de *Recurſu* ſupra citato Cap. I. §. 2. a Caſibus, quibus de Recurſu a Summis Imp. Judicus ad Comitia quæri poſſit, contra expreſſam Inſtrumenti P. legem, hunc caſum, *wenn wegen des Verſtandes und Auslegung eines Reichs-Geſetzes zwiſchen denen Beyſitzern derer Hœchſten Reichs-Gerichte, unterſchiedliche Meynungen entſtehen*, excludendum putaverit. Quod rectius intellexit Dn. AYRER in Comment. ſupra laudata §. 13. ubi primo loco collocat hunc caſum, *ubi de ambiguo & latente legis Imperialis ſenſu inter partes litigantes diſceptatur.*

XII. Inſtr. P. l. cit.

* Hic

verſæ ſunt religionis, & ex paritate Aſſeſſorum utriusque religionis, poſtquam in pleno etiam Senatu, pari tamen ſemper utrinque Judicantium numero, examinata fuerint dubia, circa cauſam occurrentia, ita quidem, ut omnes Catholici in unam, Auguſtanæ vero Confeſſioni Addicti in contrariam abeant ſententiam: Siquidem hic talis eſt caſus, ubi ſententia deciſiva, propter paritatem votorum, ex legibus publicis neceſſariam, dici nequit; adeoque neceſſario cauſa ab illis, qui ſuprema Poteſtate Judiciaria gaudent, decidi debet.

XIII. Porro huc referendi erunt caſus, ubi Judicia Imperii Partibus litigantibus juſtitiam vel denegant, vel ſaltem protrahunt; unde gravamen oritur, Legibus publicis, per quas adminiſtratio Juſtitiæ indilata Judiciis Imp. demandata eſt, oppido adverſum; quale ſi in Camera inferatur, quamdiu Deputatio Imp. ceſſabit, per Reviſionem emendari haud poterit; ſi vero e Judicio Aulico proficiſcatur, emen-

* Hic iterum nulla apparet ratio, cur Dn. MOSER l. c. §. 3. hunc caſum a caſibus, in quibus *Recurſus* ad Comitia locum habeat, removeat; cum tamen ipſe negare nequeat; hujusmodi cauſam ad Comitia pertinere; ſiquidem hac ipſa de cauſa hic talis eſt caſus, ubi recurſus ad Comitia locum habet. Quod itidem recte obſervavit Dn. AYRER l. c. §. 24.

emendatio per Supplicationem a Judicio, munere ſuo fungi nolente, itidem vix ſperanda.

XIV. Viciſſim huc ſpectant caſus, ubi Judicia Imperii cancellos jurisdictionis ſuæ migrant, dum proceſſus decernunt in cauſis, in quibus jurisdictio ipſorum vel plane non, vel nondum fundata eſt: Unde non poteſt non gravamen enaſci Partibus, in quarum præjudicium proceſſus decreti vergere videntur.

XV. *Prioris* generis exempla ſunt, ubi Judicia Imperii proceſſus decernunt, vel in cauſis mere *eccleſiaſticis*, vel etiam *criminalibus* mediatorum, per appellationem perperam eo delatis, vel in altero Judicio Imperii jam *pendentibus*; denique ſi Camera Imp. aliquid decernat in cauſis Cæſari reſervatis, atque ad ſolum Judicium Aulicum pertinentibus.

XVI. *Poſterioris* generis exempla ſunt, ſi Judicia Imp. proceſſus quoque decernant, neglectis fori privilegiis, Statibus ex legibus Imperii competentibus, veluti *Electionis fori*, jure de *non appellando*, vel *non evocando*, *primæ inſtantiæ*; cumprimis *Auſtrægarum*, tam legalium quam conventionalium vel familiarium, judicio: quo ipſo gravamen infertur Statibus non ſolum privatum jura ipſorum violans, ſed etiam publicum, cancellos jurisdictionis, in modo adminiſtrandi juſtitiam ipſis legibus Imp. præſcriptos; Cujus

Digitized by

jus remedium rurſus aliunde, niſi a Summa Poteſtate Legislatoria & Judiciaria, ſperari vix poteſt.

XVII. Gravamen hujusmodi dein a Parte gravata per Supplicationem ad Electorem Moguntinum defertur, ut ab eo per Dictaturam publicam cum Conventu Imperii communicetur, atque in omnibus Tribus Collegiis ad deliberandum proponatur, tandemque per Decretum Imperii gravamen emendetur vel tollatur: quamvis & nonnunquam decernatur, Recurſum in hac cauſa locum non habere, atque adeo eam ad Judicium Imp. ubi pependit, remittendam eſſe.

XVIII. Denique licet Recurſus hic non ſit remedium ordinarium, attamen iſtud, ex natura & indole ſua, non ſolum effectum *devolutivum*, ſed & *ſuſpenſivum*, more aliorum remediorum juris, habere, non dubitandum: ſiquidem cauſa, in qua remedium aliquod adverſus gravamen, per decretum aut ſententiam illatum, interpoſitum, neque per aliud decretum a Poteſtate competente remotum eſt, nec deciſa aut judicata dici, neque adeo executioni mandari poteſt; ſicut nec ulla lege effectus ejus ſuſpenſivus, quemadmodum Reviſionis in Camera, ſublatus eſt.

CAP.

XVII. Conf. STRUV. C. J. P. Cap. XXIV. §. 49.
XVIII. Conf. STRUV. l. c.

Cap. VIII.

DE JVDICO AVSTRAEGARVM.

§. I.

SUmma Imperii Judicia excipiunt ſubalterna, & inter hæc primum JVDICIVM AVSTRAEGARVM, quod eſt *Judicium, arbitrio quorundam Statuum ac Membrorum Immediatorum, ſecundum normam Legum fundamentalium, eo fine conſtitutum, ut eorum controverſiæ quædam in prima inſtantia coram eo diſceptari queant. AVSTRÆGÆ* vero ſunt ipſi Judices ita conſtituti.

II. *Origo* Auſtrægarum ab *Interregni* magni tempore, non tam teſtimoniis, quam conjecturis, vulgo repetitur; quod, ceſſantibus Judiciis & Comitiis, nonnulli Principes & Status ſibi ipſis Judices, arbitrio ſuo, vel pacto, conſtituiſſe videantur (*a*). Alii ab antiquiſſima Germanicæ libertatis, Judices ſibi ſuo arbitrio conſtituere amantis, obſervantia easdem repetunt (*b*): At rariſſima tamen ante

§. II. (*a*) v. CONRING. de *Judic Germ.* §. 53. *Ord. Cam.* 1495. Tit. *Wir Churfürſten.* STRUV. *Hiſt. Germ.* Diſſ. XXII. §. 7. 14. LUDEWIG de *Prærog. Duc. Wurtenb.* S. III. C. IV. §. 7. TITIUS L. VIII. C. III. §. 2. 4.

* (*b*) v. DECKHERR. *Vind.* S. Not. ad BLUM. *Proc. Cam.*

ante Seculum XIII. Auſtrægarum reperientur exempla.

III. Seculo quidem XIII. ſtatim ab initio, atque adeo jam ante magnum iſtud interregnum, exempla extare Auſtrægarum, ſive Judicum, in cauſis Procerum quoque, ex compromiſſo Partium, ſed auctoritate Cæſarea, judicantium, negari nequit. Per ipſum vero *Interregnum*, imo & per inſequutum reliquum Seculi XIII. tempus, vix unicum Auſtrægarum conventione conſtitutorum obſervare licuit exemplum.

IV. Frequentiora Seculum XIV. & XV. Auſtrægarum hujusmodi, exhibent exempla (*a*): Circa quæ ſimul id notari meretur, conſvetudinem & obſervantiam, arbitrarios hujusmodi Judices ſibi conſtituendi his temporibus ita invaluiſſe, ut in pactis & fœderibus

Cam. Tit. XXVII. §. 8. n. 11. p. m. 211. B. Dn. de LUDEWIG de *Prærog. Wurtenb. Duc.* S. II §. 7.

III. v. Diſſ. mea de *Auſtragis Comitum Conventional.* Sect. I. § 2.

IV. (*a*) Inter hæc Sec. XIV. maxime increbuerunt *Goslarienſium* Auſtrægæ, primum *conventione*, ad lites, a vicinis nobilibus tunc motas, decidendas, conſtituti: privilegio dein Cæſaris WENCESLAI, qua in quacunque cauſa civili ſibi ipſis Judices eligendi facultas ipſis conceſſa eſt, aucti. v. HARTMANN. de *Jure Auſtr. Legal. Lib. ac Imp. Reip. Goslar. compet.* p. 16. 21. 29. ſeq.

ribus Socii mutuum ſibi auxilium pollicerentur, ſi quis Electorem, Principem, vel Comitem, Imp. neglecto Auſtrægali foro, aliove, quo ipſum conveniri moris erat, armis peteret (*b*).

V. Conſtat autem ex memoratis exemplis, non alios primis temporibus Auſtrægas obtinuiſſe, niſi qui vel *conventionibus* Statuum aliorumve Immediatorum, vel *privilegiis* Cæſarum, conſtituti fuerunt: quorum illi adeo *Conventionales*, quales plerique fuerunt; hi *Privilegiati*, quorum pauciores extiterunt, appellari ſuevere.

VI. Sed & conſtat, *Conventionales* iterum vel per modum *Compromiſſi*, exorta demum controverſia, electos; vel per modum *Con-*

(*b*) In Seculo XV. maxime celebrari merentur illuſtria Auſtrægarum exempla, quæ ſe offerunt in *Confœderationibus*, ſive *Unionibus* inclytarum Gentium, *Saxonica*, *Brandenburgica* & *Haſſica*; itemque in *Regum Bohemiæ*, nec non *Electorum* ac *Ducum Saxoniæ*, hereditariis; & cumprimis in celebratiſſimo *Unionis Electoralis* fœdere. v. JO. JOACH. MÜLLER *Reichs-Tags* Theatr. ſub MAXIM. I. IV*te Vorſtell.* Cap. XXIV. §. 5. 6. 7. LIMN. *J. Publ. L. IV.* §. 8. *n.* 25. CARPZ. de *Pacto Conf. rat. Sax. Gaſſ. Cap. I.* §. 14. *art.* 24. ut hujus Seculi alia exempla non minus memorata digna taceam.

VI. v. DATT. de *Pacis Publ. L. II. Cap.* 27. *n.* 67. Diſſ. m. §. 6.

fœderationis, inter complures Socios, uno eodemque fœdere conjunctos, ita, ut Socii etiam potiores cauſas ſuas cognitioni judiciali vel omnium Sociorum, vel eorum, qui Irenarchæ ſeu Judices fœderis erant, arbitrio ſubmitterent, inſtitutos fuiſſe.

VII. Forma hujusmodi Judiciorum Auſtrægalium, præſertim qualitas & numerus Judicum eligendorum, nec non ratio eos eligendi, ac modus ordoque in iis procedendi, non rectius, quam ex ipſis Pactorum ac Fœderum diverſis tabulis perdiſci poteſt: quippe quarum formulæ variant, ita, ut ſub certam regulam conſtringi nequeant.

VIII. Mos tamen ille fere communis omnium Confœderatorum fuit, ut ſuborta inter Socios controverſia, ſive Electores Principibus, ſive Principes inter ſe, ſive cum Civitatibus Imp. fœdere jungerentur, Reus ex Actoris Conſiliariis Judicem quendam communem, *einen gemeinen Obmann*, eligeret; hic autem cum adjunctis ſibi pari numero ab utraque litigantium parte Aſſeſſoribus, duobus vel pluribus, qui *Zuſetz* dicuntur, citatis in locum opportunum Partibus, &, ſi amicabilis compoſitio nihil proficeret, ſententia, cui utraque Pars obſequeretur, lata, litem terminaret.

IX. Hunc in finem, & ne vaga eſſet electio, deſignari in Fœderum tabulis ſolebant aliquot

VII. v. Diſſ. III. § 7.

aliquot utriusque Partis Conſiliarii; interdum quinque ſex, ſeptem, novem, aut quandoque plures, ex quibus Judicem quæque Pars litigans deligeret. Libertati quoque hoc Germanicorum Principum tributum, quod coram Conſiliariis ſuis conveniri deberent.

X. In deſignatos autem hoc pacto, vel per modum ſimplicis compromiſſi, vel per modum confœderationis, Judices, Partes plerumque ita conſenſerunt, ut horum ſententiæ, ſive æqua ſive iniqua eſſet, parere & ſtare vellent. Unde nec appellationi regulariter talis ſententia ſubjacebat: eo quod Partes, præſertim Rei, ut imminens a ſe bellum averterent, appellandi beneficio renunciarent.

XI. Et cum ſæpius eveniret, ut compromiſſio haud ſufficiens adverſario videretur, adjecta clauſula, vel Cæſaris, vel aliorum Imp. Statuum, qui neutrarum adhuc Partium erant, judicio relictum eſt, ut de tota re amplius cognoſcerent. Ceterum compromiſſo ſic facto, arma in Reos, etiam pacis publicæ turbatores, ſummi, nefas habitum: ita, ut ex multorum fœderum legibus, etiam his deberetur auxilium, ſi, qui læſum ſe dicebat, rejecto, quo bellum vitari poterat, arbitrio, armis, quam judicio, mallet contendere.

XII.

VIII. - - XI. DATT. l. c. n. 78. 79. 80. 88. - 91. 93. 95. 96. 101. & ſqq. 114. ſqq.

XII. Acceſſit tandem tertium Auſtrægarum genus, qui *Legibus* Imp. univerſalibus, Imperatoris & Statuum Imp. auctoritate, ordinati, atque hinc *Legales*, itemque *Ordinationis* Auſtrægæ appellati ſunt: Qualibus jam ALBERTUS Imp. in Conſtitutione de *Pace Publica* * A. 1437. præluſit; quamvis poſtea adhuc Statibus Imp. qui in Comitiis A. 1466. pace publica conſtituta, Judices quosdam Auſtrægales perpetuos introducere voluerunt, contradictum fuerit, atque exiſtimatum, Jus Judiciorum Cæſari competens hac ratione nimium reſtringi.

XIII. Perfecit vero rem ex voto MAXIMILIANUS I. qui in Comitiis *Wormatienſibus* A. 1495. in quibus Pax Publica in perpetuum ſtabilita, & Camera Imp. erecta fuit, *Lege*

XII. * Qua in Comitiis *Norimbergenſibus* Auſtrægas inſtituit, in cauſis Principum inter ſe, vel cum Comitibus, Baronibus, Equitibus, aut Civitatibus Imp. iisdem intercedentibus, jus dicturos. v. SCHILTER. *Tom. II. Inſt. J. Publ. Tit. XIX.* p. 339. DATT. l. c. Diſſ. cit. §. 8.

XIII. v. *Ordnung des Cammer-Gerichts zu Wormbs* A. 1495. *aufgericht* Tit. XXIV. & XXVI. Concept *der Cammer-Gerichts Ordn.* de A. 1598. P. II. Tit. II. & ſqq. Inſtr. P. W. A. V. §. 56. Rec. Imp. Noviſſ. §. 168. *Reichs-Hoff-Raths Ordn.* d. A. 1654. Tit. II. §. 2. Capit. CAROLI VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 4. Diſſ. cit. §. 8.

Lege Ordinationis Cameralis *Auſtrægas* ejusmodi *Legales*, tanquam Judices primæ inſtantiæ, ſuo veluti arbitrio atque conſenſu, ex legis tamen præſcripto, ſibi eligendos, ſaltem *Electoribus* & *Principibus*, aut *Principali* dignitate gaudentibus: CAROLVS V. vero etiam *Prælatis*, *Comitibus*, *Baronibus* & *Nobilibus* Immediatis, largitus eſt; aliis deinceps Imperii Legibus firmatos.

XIV. Quod ad *Cauſas* attinet, quæ vel Proceres Imperii ac Cives impulerunt, ad Judicia Auſtregarum ſibi conſtituenda, vel Cæſares permoverunt, ad eadem non ſolum permittenda aut confirmanda, ſed etiam nova privilegiis aut legibus concedenda, forte plures hujus inſtituti fuerunt cauſæ.

XV. Primum quidem, ex parte Ordinum, forte antiqua libertas Germanica, Judices ſibi ſuo arbitrio conſtituere gaudens, eaque, increſcente eorundem potentia, magis adhuc aucta, nonnihil hac in parte polluit, uti jam ſuperius obſervatum.

XVI. Acceſſerunt deinceps & aliæ cauſæ. Cumprimis ſtatus Imperii turbulentus, vileſcens aut decreſcens Cæſarum auctoritas, Judiciorum, omnibus omni tempore patentium,

---

XIV. Conf. DECKHERR. Vind. ad BLVM. Tit. XXVI. n. 10. p. 215. Diſſ. m. cit. §. 9. 10.

XVI. CONRING. de *Judiciis Germ.* §. 53. DECKHERR. l. c. Diſſ. m. §. 10.

tium, juſtitiamque ita, uti par erat, ſine longis ambagibus aut ſumptibus, adminiſtrantium, defectus, nec non averſatio juris manuarii; & hinc natum deſiderium, juſtitiam celerius facilius ſecurius & in locis vicinis conſequendi; indeque porro enata neceſſitas, evitandi belli inteſtini cauſa, de judicibus, lites ſuas hoc pacto terminaturis, ſibi ipſis proſpiciendi.

XVII. Acceſſit denique primæ inſtantiæ beneficium: quæ cauſa ab illis inprimis temporibus, ubi novum; præter Judicium Imp. Aulicum, Judicium Imperii Superius inſtitutum, locum habuit: indeque diſerte pro cauſa Auſtrægarum legalium, a MAXIMILIANO I. inſtitutorum, atque conventionalium confirmatorum, a CAROLO V. allegatur.

XVIII. Igitur ante MAXIMILIANUM I. Auſtregæ fere tantum *Conventionales* fuerunt, quippe quos nonnulli Proceres aliive Cives Imp. Immediati, arbitrio ſuo vel pacto conſtituerunt; quos adeo MAXIMILIANUS I. confirmavit, magisque efformavit, ac ſtatui Reip. attemperavit: paucis ſaltem *Privilegiatis* exceptis. XIX.

XVII. V. GE. SCHUBHARD de *Auſtreg.* Cap. II. n. 58. OSTERMANN. *Diſp. Cam. VI.* §. 4. BLUM. *Proc. Cam. Tit. XXVI.* COCCEJ. *J. Publ. C. XXXII* §. 27. SCHWED. *J. Publ. C. XXIII.* §. 12. f. Diſſ. m. l. c.

XIX. Hodie vero alii quidem ſunt *Legales*, in totum vel ex parte, i. e. talia judicia, quæ compromiſſo quidem conſtituuntur, ſed ſecundum præſcriptum legum fundamentalium, a quibus vel conceſſa, vel magis formata ſunt; alii mere *Conventionales*, qui ſcil. ſola conventione adhuc conſtituuntur vel formantur: quibus & *Privilegiatos* nunc addere licet.

XX. *LEGALES*, ſive *Ordinationis*, Auſtregæ, licet, deficientibus conventionalibus, demum locum habeant, prius tamen conſiderari merentur: *Cauſſa* eorum *impulſiva*, tum ex parte Cæſaris, tum ex parte Statuum, diverſa eſſe potuit; defectus ſcil. Judiciorum, pax publica, litium multitudo, libertas Statuum, beneficium primæ inſtantiæ: *Fundamentum* vero & *norma* in Ordinatione Cameræ continetur.

XXI. *Jurisdictio* Auſtregarum Legalium uti *compromiſſo*, ſive conſenſu litigantium, alieno judicio ſponte ſeſe ſubmittentium, nititur, atque hactenus *Arbitria* imitatur, ita nec cum imperio conjuncta eſt, ſed ſola *notione* abſol-

XX. V. LIMN. I. P. L. IX. C. V. §. 43. REINKING. de R. S. & E. L. II. Cl. 2. C. XVI. n. 6. CONRING. th. 26. SCHILT. J. P. L. IV. T. VII. §. 2. COCCEJ. C. XXXII. §. 27. SCHWED. C. XVII. §. 12. f. EVRNER. T. I. p. 921. TITIVS §. 4. LVDEWIG. l. c.
¶ Dicend. de differentia Auſtregarum ab Arbitris.

Digitized by Google

abſolvitur: ut tamen, poſtquam lege publica, Cæſaris & Statuum conſenſu, confirmata eſt, non exigua ei acceſſerit auctoritas.

XXII. Quamvis quæ legibus de Auſtregis diſpoſita ſunt, non tam ad *jurisdictionem* eorum *producendam*, quam *facultatem* & *modum eligendi* Auſtregas pertineant, & Judices Auſtregarii, conſenſu Partium electi, *ſuo nomine* judicent, Jurisdictione Cameræ & Judicii Aulici interim ſuſpenſa.

XXIII. Ceterum, *ordinaria*, an *delegata* ſit illorum Jurisdictio, fruſtra quæritur, cum plane *ſingularis* ſit, ex *ordinaria* & *arbitraria* quaſi mixta.

XXIV. Gaudent hodie *Jure Auſtregarum* nonniſi *Immediati*, Reorum partes ſuſtinentes; non tamen omnes indiſtincte, exceptis etiam

XXI. -- XXIII. v. TITIUS §. 21. 22. 23. 25. COCCEJ. §. 35. HORN. §. 2.

XXIV. v. *Ord. Cam.* P. II. T. 4. & 5. R. N. §. 156. *Cap.* CAROL. VI. a. XVIII. SCHWED. S. II. C. XVII. §. 6. COCCEJ. §. 17. 34. TITIUS §. 6. HORN. §. 3. STRUV. C. XXVI. §. 37.

*) Olim ſoli Electores & Principes iis utebantur, & quidem ab immediatis conventi, deinde a quovis non ſubdito, dedique & a ſubditis.

**) An & Appanagiati, & Principum regentium Uxores, vel liberi? multi affirmant, hodie rectius negari videtur. v. SPRINGSFELD de *Apanag.* C. XI. n. 140. COCCEJ. §. 34. TITIUS §. 8.

etiam regulariter *Civitatibus* Imperialibus in ſcil. ſoli, qui ex *conceſſione* CÆSARIS *ex-preſſa* vel *tacita, generali* vel *ſpeciali* privi-legia talia acquiſiverunt, quæ tamen non amplius facile concedenda.

XXV. Diſtinguuntur autem, qui Jure Au-ſtrægarum Legalium gaudent, in duos *ordi-nes*. *Primus* continet Electores, Principes, & qui ſunt Principalis dignitatis, ſive Seculares, ſive Eccleſiaſtici; *ſecundus* vero, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles Immediatos.

XXVI. Ratio differentiæ hæc eſt. *Primi ordinis* perſonæ utuntur Jure Auſtrægarum indiſtincte, ſive ab immediato, ſive mediato, incola vel peregrino, conveniendi ſint, *ſe-cundi ordinis* vero tum demum, ſi conveni-untur ab actore Auſtrægas habente.

XXVII. *Modus* conſtituendi Judicium Au-ſtrægarum, pro varietate ordinis variat. Nam ſi *Primi Ordinis* perſonæ conveniuntur, & quidem (1) ab *Actore ejuſdem ordinis*, tum Princeps ex quatuor, a Reo nominatis, quo-rum duo Eccleſiaſtici, duo Seculares, ex di-verſis

XXV. - XXVI. v. *Ord. Cam.* d. a. 1495. T. 25. 27. d. a. 1555. T. 2. 5. COCCEJ. § 30. SCHWED. § 7. KRET. *J. Publ.* L. IV. T. II. §. 5. - 8. HORN. §. 5. LYNCKER. de *Grav. Extraj.* p. 397.

* Not. Comites etiam ſibi Jus Auſtrægarum aſſerere contra actorem mediatum. v. LVNIG. *Grundf.* P. II. p. 308.

verſis Familiis, actu regentes, nec ultra 12. leucas ab actore diſſiti, eſſe debent, electus, Judex eſt.

XXVIII. Si (2) ab *Actore ſecundi ordinis*, vel qui omnino Auſtrægis deſtituitur, *octo viæ* ordinatione Cameræ introductæ ſunt, quæ tamen forte ad *tres* revocari poſſunt: vel enim a Reo *tres* nominantur *Principes*, qui etiam ejusdem Familiæ eſſe poſſunt, ex quibus Actor unum Judicem eligit, vel a Cæſare *Commiſſarium auff die Austræge* petit Actor, vel denique agitur coram *Conſiliariis Rei* conventi, aut aliis utrinque electis; atque his viis etiam locus eſt, ubi Princeps a ſubditis convenitur, niſi dentur Judicia in provinciis, in quibus & Principum cauſſæ tractari poſſint.

XXIX. Quod ſi autem *ſecundi ordinis* perſonæ conveniri debeant, idque vel (1) a *primi ordinis*, vel (2) *ſecundi ordinis* Actore: tum utroque caſu duplex modus obtinet; vel Actor a Cæſare petit *Commiſſarium* ſui ordinis, vel ex tribus a Reo nominatis Principibus, ut ſupra in ſecundo caſu, unum eligit.

XXX. Judices electi munus delatum ſuſcipere tenentur; alias vel ab ipſo Reo, ſi ei ſub-

XXVII. - XXIX. v. O. C. I. SCHWED. §. 10. 11. COCCEJ. §. 31. RHET. §. 15. ſqq. STRYK. de *Foro Auſtreg.* n. 25. EUR. H p. 912.

XXX. v. BLUM. *Proc. Cam.* C. XXVII. S. 90.

ſubſunt, vel a Camera, aut Judicio Aulico, mandatis pœnalibus ad illud cogi poſſunt.

XXXI. *Cauſſæ*, quæ ad forum Auſtrægarum ſpectant, ſunt tantum *Civiles*, reales & perſonales, quæ per appellationem ad Cameram poſſunt devolvi; ita tamen, ut & harum intuitu jurisdictio Auſtrægaria in certis caſibus ceſſet; Excluduntur vero cauſſæ *feudales*, *fiſcales* & *matrimoniales*, quæque in *prima inſtantia* ad *Cameram*, vel ad *Reſervata* Imperatoris, pertinent.

XXXII. *Proceſſus* coram *Principe* hic eſt; (1) Actor requirit Reum *auff die Auſtræge*, datis ad eum litteris, quibus omnia intentionis ſuæ capita una inſinuat; (2) Reus intra 4. ſeptimanas a die inſinuationis nominat 4. vel 3. Principes, pro diverſitate ordinis; (3) Uterque intra 14. dies implorat electum; (4) Electus citat Partes, dato termino; (5) Tum propere cauſſam cognoſcit, & pronunciat.

XXXI. v. *Ord. Cam.* P. II. §. 2. ibi: *Spruch und Forderung, ſo einer zu dem andern hat.* SCHWED. §. 13. -- 15. BLVM. T. XXVII. n 163 -- 187. TITIVS §. 15. -- 20. STRYK. de *F. Auſtr.* n. 40. HORN. §. 5.

* Annon per modum reconventionis cauſſæ exceptæ Auſtrægæ poſſint ſubjici? dubium.

XXXII. v. O. p. II. T. 2. COCCEJ. §. 32. STRYK. de *Proceſſu Auſtreg.* n. 15. ſqq.

XXXIII. *Proceſſus* coram *Commiſſario* vulgaris & ſummarius eſt. At Proceſſus coram Conſiliariis Rei, vel utrinque electis, hic eſt: (1) Actor requirit & inſinuat, ut ſupra; (2) Reus intra menſem citat Actorem ad aulam ſuam, dato ſalvo conducto; (3) Tum exhibet & ſubdelegat Conſiliarios ſuos; (4) Eos ſolvit a nexu, quo ſibi tenentur; (5) Invicem jurant; (6) Inde cauſſa cognoſcitur & deciditur.

XXXIV. Ceterum cognitio intra ſex menſes, vel ſaltem annum & diem, a tempore litis cœptæ, finiri debet, quod tamen adeo præciſe non ſervatur: Pœna contumaciæ eſt amiſſio hujus fori.

XXXV. *Ceſſant* aut finiuntur Auſtrægæ: (1) Si Reus (non actor) formam & tempus præſcriptum non obſervát. (2) Si cœptum judicium non abſolvitur facto vel mora Rei intra ſtatutum tempus. (3) Si Judex deſinat eſſe Status, vel ejus conditionis, in qua electus eſt. (4) Morte Judicis.

XXXVI.

XXXIII. v. O. C. P. II. T. 3. 4. 5. 6. COCCEJ. §. 33. STRYK. l. c.

XXXIV. v. STRYK. l. c. HORN. §. 6.

XXXV. v. O. C. l. c. T. 2. §. fin. verb. *Der Antworter* T. 4. §. 2. v. *Wolte aber der Churfürſt.* COCCEJ. §. 36. Qu. 1. An heres vel ſucceſſor in officio ſuccedat in hoc Judicio? 2. An nominari alius pro lubitu poſſit, an vero tantum e reliquis jam nominatis? v. COCCEJ. §. 37. 38.

Digitized by Google

XXXVI. *Appellari* ab Auſtrægis ad judicium Aulicum, vel Cameram, poteſt, licet vel Partes, vel Judex, privilegio extremæ provocationis alias gaudeant (*a*): ceſſante vero appellatione, an Auſtrægæ ſententiam ſuam *exequi* poſſint, non immerito dubitatur, imo negatur, licet ab aliis affirmetur; quod nullibi id Auſtrægis conceſſum legatur: unde Cæſar vel Camera implorari ſolet, ut Executio Ducibus Circuli demandetur (*b*).

XXXVII. Ceterum licet *abrogatos* eſſe Auſtrægas, nemo recte dixerit; nec Reus, invito Actore, iis renunciare queat: tamen, ob ſcrupuloſa requiſita, jurisdictionis incertitudinem, aliaque incommoda, *rariſſimum* eorum *uſum* eſſe, forte non immerito aſſeritur.

XXXVIII. Præter Auſtrægas legales, de quibus hactenus, dantur etiam *CONVENTIONALES*, *Gewillkührte Austræge*, qui ſunt

XXXVI. (*a*) v. O. C. T. 6. *J. Jud. Aul.* T. 1. §. *Dieweil.* EVR. H. p. 923. HORN. §. 6.
(*b*) v. O. C. T. 4. §. 14. ibi: *vor denen die Haupt-Sache und* Execution *in erſter* Inſtanz *gehæret*. Sed diſt. inter executionem judicati, & proceſſus. Conf. O. C. P. II. T. 8. §. 8. & P. III. T. 48. BLVM. T. XXVII. §. 203. COCCEJ. §. 35. LYNCKER. ad SCHWED. §. 16. E. H. l. c. HORN. l. c.
XXXVII. v. CONRING. de *Judic. Germ.* §. 62. MONZ. C. V. §. 19. f. TITIVS §. 28.

Judices primæ inſtantiæ, a Statibus, aut Membris Immediatis per pactum conſtituti, ad lites eorum ſecundum normam conventionis, ſopiendas & dijudicandas.

XXXIX. Hi generatim duplicis generis eſſe videntur; vel enim *pacto perpetuo* Judices Auſtrægarii jam *in anteceſſum* ad quaſcunque lites futuras dirimendas, conſtituti ſunt, vel *orta demum controverſia*, pro lubitu litigantium, vel ſecundum modum præſcriptum *eliguntur:* Illi *Certi*, hi *Incerti* erunt dicendi.

XL. Priores iterum ſunt (1) vel *conventionales* in ſpecie, *bedingte Auſtræge* forte, deficiente alia voce, dicendi, qui inter diverſas Familias ſive Gentes illuſtres conſtituuntur; vel *Statutarii* ſive *Familiares*, rectius forte *Gentilitii* ſeu *Domeſtici* dicendi, *Stamm-Auſtræge*, *Haus-Auſtræge*, qui in una Familia aut ſi mavis Gente ac Domo, ad

XXXVI. - - XXXIX. v. O. C. 1495. Tit. *Wir Churfürſten.* STRYK. de *Foro Princip. & privator. communi.* C. I. n. 65. ſqq. TITIUS §. 29. Dn. G. H. HEYDENREICH. Diſp. inaug. de *Auſtrægis Convention. Ser. Dom. Saxon.* C. I. §. 9.

XL. * Illuſtria hujuſmodi Auſtrægarum conventionalium, ſpeciatim familiarium ac perpetuorum, exempla extant in Sereniſſ. Domo Saxonica, itemque Haſſiaca.

v. LUD. HER. p. 911. STRUV. §. 57. D. HEYDENREICH. l. c. §. 10. Cap. II.

ad cauſas ejusdem domeſticas deficiendas, ſtatuti ſunt: (2) vel *perpetui*, *Erb-Austræge*, qui perpetuo durant; vel *temporarii*, qui ad certum tempus, cauſſam, vel perſonam, conſtituuntur; atque adeo tempore elapſo, vel cauſa finita, vel perſona extincta, expirant.

XLI. Gaudent jure Auſtrægas conventionales ſibi conſtituendi ſoli *Status* ac *Membra* Imp. *Immediata*; quod mediati Jurisdictioni territoriali ſunt ſubjecti, in cujus præjudicium, Domino invito, alios judices ſibi conſtituere nequeunt. Ex illis vero Familiis, quæ Auſtrægas conventionales conſtitutos habent, ſoli Domini regentes, non etiam uxores, liberi, apanagiati, illis uti poſſe videntur.

XLII. Inter Status Imp. etiam *COMITES* Imperii, licet a CAROLI V. ſaltem temporibus jam *Legalibus* gauderent Auſtrægis, facultate pollent, Auſtrægas quoque *Conventionales* ſibi conſtituendi.

XLIII. Non unius autem generis tales quoque Auſtrægæ eſſe poſſunt. Alii enim integro Comitum Ordini, vel ſaltem integro Comitum Scamno, vel duobus aut tribus

 Scamnis,

XLI. v. D. HEYDENREICH Cap. I. §. n. 15. ibique allegati, qui quoad poſterius diſſentiunt.

XLII. v. Exerc. m. d. *Auſtrægis Comitum Conventionalibus Sect. II. §. 1.*

Scamnis, ſunt *communes;* quos adeo & *univerſales*, ratione perſonarum nempe, eosque vel abſolute, vel ſecundum quid tales, appellare poſſes: Alii vero certis tantum Comitibus *propriis* ſunt; atque adeo hoc nomine & *Particulares* recte cenſentur.

XLIV. Quamvis & alio reſpectu *Univerſales* dici queant, ratione cauſarum puta, qui ſcilicet ad omnis generis cauſas Comitum, ſive cum aliis Comitibus, ſive cum Extraneis, res ſit, pacto conſtituti ſunt: *Particulares* vero, qui ad certas duntaxat cauſas adſtricti ſunt.

XLV. *Particulares* iſtiusmodi ac *Proprii* ſive *Peculiares*, Comitum Auſtrægæ itidem ſunt vel *Familiares* ſive *Gentilitii*, *Reichs-Græfliche Haus-Austræge*, *Stamm-Austræge*, qui in una eademque Comitum Familia ſive Gente ac Domo, locum habent *: vel *Conventionales* in ſpecie, *Bedingte Austræge*, quæ inter diverſas Familias Illuſtres vigent.

XLVI. Poſterioris generis Auſtrægæ vel inter diverſas duntaxat Comitum vel Dominorum Familias; vel inter certos Comites aliasque extraneas aliorum Ordinum Perſonas aut Familias, ſive Superiores, ſive æquales,

XLV. * Illuſtre hujusmodi Auſtrægarum exemplum præbet Illuſtriſſ. *Hohenloicorum* Comitum Gens.

XLV. XLVI. Conf. Exercit. III. l. c. §. 4. not. (*a*) (*b*) (*c*), ubi exemplar.

les, ſive inferiores, juri dicundo præfecti ſunt. Illi forte *homogenei*, hi autem *heterogenei*, vocari poſſunt.

XLVII. Tam *Univerſales* & *Communes*, quam *Particulares* & *Proprii*, Comitum Auſtrægæ porro vel *Perpetui* ſunt atque *Hereditarii Erb-Austræge*, qui perpetuo durant, atque inter poſteros quoque & heredes locum habent: vel *Temporarii*, qui ad certum tempus tantum durant, eoque elapſo expirant.

XLVIII. Ad *Communes* Comitum Auſtrægas, atque *Univerſales* ſecundum quid tales, haud dubie referendi ſunt Auſtrægæ, quos *COMITES WETTERAVICI* & *SVEVICI* A. 1579. arctiſſimæ *Unionis fœdere* inito, ſibi conſtituerunt *: Unde & *Reichs-Græfliche Bunds-Austræge* non incommode ſalutantur **.

XLVII. v. Exerc. m. l. c. §. 4.

XLVIII. * Extant *Fœderis* tabulæ apud LUNIG. Spicil. II. Secul. *von Grafen und Herren* ſub rubr. *Einigung und Verbündniß zwiſchen denen Wetterauiſchen und Schwabiſchen auch andern des H. Reichs Grafen.* Conf. Exercit. m. l. cit. §. 5.

** Tales enim Auſtrægæ, a Sociis Fœderis conſtituti, *Bunds-Austræge*, in ſpecie vocantur a SCHILTERO J. Publ. L. 4. T. VII. §. 3.

Digitized by Google

XLIX. Denique & Auſtrægæ *GANERBIORUM* Nobilitatis Immediatæ *Conventionales*, *Geſchlechts-Erkohrne*, dari poſſunt, qui ſunt Judices, a Ganerbiis Nobilium Immediatorum, in pacto Familiæ, ſolenni jurejurando & confirmatione Cæſarea roborato, electi & conſtituti, ut coram ipſis lites inter illos exortæ, ſecundum tenorem pacti, decidantur. Quales itidem vel in una Familia, vel inter diverſas Familias, locum habere poſſunt.

L. An *Imperatoris conſenſus* ad hujusmodi *conventionem* qua Auſtrægæ Conventionales conſtituuntur, *neceſſarius* ſit? a nonnullis dubitatur, rectius vero, eundem temere haud negligendum eſſe, cenſetur: quod ad diminuendam Cæſaris jurisdictionem tendere, nec ſine Cæſaris confirmatione exceptio horum Auſtregarum facile attendenda, videatur: quamvis Imperatoris conſenſus, ob reſtrictam hac in parte poteſtatem ejus, difficilis fuerit ad impetrandum.

LI.

XLIX. v. D. EL. FRID. HEITMANN. de *Auſtragis Conventional. Ganerb. Nobil. Immed.* §. 14. 15. & ſqq.

L. v. STRYCK. de *Foro Auſtreg.* §. 6. SCHILTER. *J. Publ.* L. IV. T. VII. §. 4. L. B. de LYNCKER. de *Grav. extraj.* C. V. S. I. §. 20. n. I. 3. *R. J. Nov.* §. 116. *Cap.* CAROL. VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 7. D. HEYDENR. §. 13.

LI. *Norma* horum Auſtregarum eſt *conventio*, ex qua adeo tum de eorum perſonis & poteſtate, tum de iis, qui illorum judicio ſubſunt, tum de cauſſis eo pertinentibus, tum de forma & modo procedendi, judicandum erit. Idem dicendum, ubi *teſtamento* conſtituti fuerunt.

LII. Quod *appellari* poſſit ab Auſtrægis etiam conventionalibus ad Superiora Imp. Judicia, Aulicum nempe & Camerale, hodie forte minus dubitandum; quamvis initio ante MAXIMILIANVM I. appellationes non ſtatim frequentes fuiſſe videantur, nec dubium, quin hodieque inter partes conveniri queat, ne appellare liceat. Sed devolvi quoque poſſunt cauſſæ Auſtregarum ad Superiora Judicia, protracta vel denegata Juſticia. *Executionis* vero, ſi nihil de ea conventum, eadem, quæ in Legalibus erit ratio.

LIII. Neutiquam vero integrum Imperatori

LI. v. O. C. 1495. T. *Wir Churfürſten* O. C. *noviſſ.* P. II. T. II. §. 1. STRYK. l. c. HEYDENR. §. 14. - 18.

LII. v. O. C. P. II. §. 1. VI. pr. *O. J. Aul.* T. II. *Dieweil.* CONRING. de *Judic. Rom. Germ.* th. 61. 63. E. H. p. 935. STAYR. de *Proc. Auſtreg.* §. 36. RHET. *J. Publ.* L. IV. T. II. §. 32. TITIVS §. 32. HEYDENREICH §. 20. 21. 18.

LIII. v. *Cap.* CAROLI VI. a. XVIII. CAROLI VII. a. XVIII. §. 4. 5. HEYDENR. §. 26. 27.

tori aut ſummis Imp. Judiciis eſt, pro lubitu, præteritis Auſtrægis his, cauſſas eo pertinentes ad ſe trahere, vel via Reſcriptorum, aut Commiſſionum, in cauſſis ad Auſtrægas pertinentibus, procedere.

LIV. *Ceſſant* tamen Auſtrægæ conventionales: (1) *Renunciatione* utriusque Partis, non unius; (2) Si illi, qui Auſtrægas tales conſtitutos habent, *banniti*, aut *regalibus* privati, fuerint; (3) Si perſonæ miſerabiles, veluti viduæ, pupilli, morbo ſontico laborantes &c. vi privilegii ſui, ſtatim Cameram vel Imperatorem adeant; (5) Si plures ſint litis conſortes, non omnes privilegio Auſtrægarum gaudentes; (6) Si cauſſa ita comparata ſit, ut a mandato S. C. præcepto, vel executione, incipi poſſit; (7) Si Auſtrægales Judices alterutri parti juſte ſuſpecti ſint.

LV. *Poſterius* Auſtrægarum conventionalium genus imitatur fere *Arbitria compromiſſoria*, ſola conventione conſtantia, vel plane cum illis coincidit: quales toties locum habere poſſunt, quoties controverſia incidit, de qua diſponendi libertas Statibus competit.

LVI. *Uſus* Auſtrægarum conventionalium prio-

LIV. v. D. HEYDENREICH. §. 22. - 25.

LV. v. TITIUS §. 33. STRUV. §. 41. HEYDENR. §. 30.

LVI. v. STRYK. de *Proceſſu Auſtr.* §. 3. TITIUS §. 34.

prioris generis hodie forte non adeo frequens eſt, non tamen omnino nullus: Frequentior vero poſterioris, compromiſſariorum ſcilicet, quorum & varia reperiuntur exempla.

LVII. Sed & *tertium* genus Auſtrægarum dari videtur, qui tamen vel ad *legales*, vel *conventionales* forte referri poterunt: *PRIVILEGIATI* ſcil. qui vel ex ſpeciali Cæſaris conceſſione, vel præſcriptione aut obſervantia originem trahunt; qualibus non ſolum *Principes* * nonnulli, ſed & *Civitates* ** quædam *Imperiales* gaudent.

LVIII. Denique huc referri poteſt *JVDICIVM*

§. 34. 38. STRUV. *Hiſt. Germ.* Diſſ. XXIII. §. 9. 24. XXXII. §. 69. *C. J. Publ.* l. c. HEYDENREICH §. 28. -- 30.

* e. g. Duces Wurtenbergici. v. LUDEWIG. de *Prærogat. Duc. Wurtenb* P. II. C. 4.

** Ut Noriberga, Ratisbona, Eslinga, Reutlinga, Dinckelſpühla, Svinfurtum, Zell am Hammerbach, item Northuſa.

LVII. v. LIMN. J. P. L. IX. C. V. n. 16. SCHWED. §. 6. COCCEJ. §. 28. TITIUS §. 30. 31. STRUV. §. 58. HEYDENR. § 31. G. CHR. HULS de RATSBERG. Diſſ. de *Auſtregis Reip. Noriberg.* cui & privilegium Carol. inſertum.

LVIII. v. UFFENBACH de *Conſ. Imp. Cæſ. Aul.* C. XII. S. I. Subſect. 7. p. 157. b. fin. MILLER. de *Lib. S. R. I. Civit. Judicio amicabili.*

DICIVM AMICABILE CIVITATVM IMP quod eſt *litium, inter Magiſtratum maxime, Civesque Imperialium Civitatum, quin & inter has ipſas invicem, exortarum, amica tractatio, in loco inquietato; a Deputatis proxime vicinarum Civitatum Imp. eodem miſſis, eum in finem inſtituta, ut, ipſorum ope, lites hæ amicabili finiantur modo:* cujus origo, fundamentum, & norma ex variis Receſſibus conventuum Civitatenſium, inprimis d. a. 1591. repetitur.

CAP. IX.

DE JVDICIO IMP ROTHWILENSI CETERISQVE JVDICIIS IMP PROVINCIALIBVS.

§ I.

DAntur & alia *Judicia* Imperii *particularia*, Statuum potiſſimum juriſdictionem concurſu ſuo temperantia, ac Summis Imperii Judiciis ſubordinata. Tale eſt JVDICIVM ROTHWILENSE, quod eſt *Collegium Judicis & Aſſeſſorum, nomine & auctoritate Cæſaris, per certas Germaniæ provincias, jus dicens.*

II. Inſtitutum creditur a CONRADO III. ec-

§. II. v. CONRING. de *Judic. Germ.* §. 19. MAVRIT. de *Jud. Rothw.* C. II. §. 4. STRUV. C. XXV. §. 65.

* Spe-

atque Rothwilæ in præmium fidei, & præſtiti contra LOTHARIUM auxilii, a. 1146. conceſſum quamvis antiquitus jam fuiſſe videatur, ſed mobile, usque dum CONRADUS Rothwilæ ſedem figeret perpetuam. A MAXIMILIANO I autem poſtea peculiari privilegio confirmatum eſt.

III. Judex vel *Præſes* Judicii, ſub nexu feudali, perpetuus quondam fuit *Comes Sulzenſis*, hodie eſt *Princeps Schwartzenbergicus*, in quem per filiam ultimi Comitis officium hoc translatum eſt. *Vice-Præſes* ex Comitum vel Baronum numerum ſumitur, atque a Judice eligitur: *Aſſeſſores* partim ex Equeſtri ordine, partim ex *Senatu* Rothwilano a Septemviris, in hanc rem ſingulis annis conſtitutis, prævio examine Judicis & Aſſeſſorum, deliguntur.

IV.

* Speciem *Judicii provincialis* fuiſſe, & ad reliquum *Palatinorum* in terris *Alemannicis*, uti *Magdeburgense* in terris *Saxonicis & Slavicis*, pertinuiſſe, obſervat SCHILTER. *J. Publ.* L. IV. C. IX. §. 1. 2. & cumprimis ex Diplomate CONRADI Imp. LIMN. L. IX. C. III. §. 6. & RUPERTI Imp. ubi, *Unſer und des Reichs - Land - Gerichte zu Rothweil*, illud vocat, & contradiſtinguit Judicio, Aulico, *vor Uns oder unſer Königlich Hoffgerichte*, demonſtrat.

III. v. RHET. J. P. L. IV. T. V. §. 3. SCHWED. S. I. C. XIV. §. 6. SCHILT. J. P. L. IV. T. IX. §. 5. STR. MAR. p. 390. STRUV. VITR. *Ill.* L. IX. C. VIII. §. 4.

IV. *Jurisdictio* hujus Judicii a ſolo CÆSARE dependet, atque, *ordinaria* recte dicitur: Non vero niſi quatuor Circulos, *Auſtriacum*, *Franconicum*, *Suevicum* & *Rhenanum*, nec tamen integros, complectitur: Nec in *Immediatos* ſolum, exercetur, ſed & *mediatos*, ita, ut horum intuitu cum Magiſtratibus horum diſtrictuum *concurrat;* quod ad reliquias exercitæ olim in ſubditos mediatos jurisdictionis Cæſareæ refertur: idque quoad omnes *Cauſſas*, voluntariæ & contentioſæ jurisdictionis, *civiles* & *criminales*, exceptis tamen feudalibus & eccleſiaſticis, item Reſervatis Cæſareis.

V. Sed iſta procedunt, *niſi Exemtio doceatur*, quæ hic frequentiſſima eſt, ut forte nullus majorum gentium Status in diſtrictu Rothwilenſi occurrat, quin vel ipſe, vel ſimul etiam ſubditi ejus, ſive privilegio, ſive ordinatione, ſive transactione, ſive præſcriptione, exemti ſint.

VI. Exemtionis vero privilegium tempeſtive opponendum & Rothwilenſibus exhibendum eſt; quo facto cauſſæ exemtæ a Judicio

---

IV. v. MAURIT. de *Jud. Rothw.* C. II. §. 5. 9. C. III. §. 1. 2. 5. SCHWED. §. 4. LYNCKER. de *Rel. Obſeq.* th. 74.

V. v. *Cap.* CAROL. VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 9. 11. MAURIT. C. II. §. 9. 10. SCHWED. §. 4.

VI. v. MAURIT. C. II. §. 11. C. III. TITIUS §. 8. 10.

Digitized by Google

dicio illo avocantur: Poteſt tamen eidem a Domino, non vero ſubditis, renunciari. Neque etiam regulariter adverſus *cauſſas reſervatas*, *Ebehaſticæ*, quarum 28 numerantur, iſtud allegari poteſt, quamvis contra has etiam exemtionem concipi poſſe, non ſit dubitandum.

VII. Deferuntur autem cauſſæ ad Judicium Rothwilenſe vel per modum *ſimplicis querelæ*, dum vel Status coram eo conveniuntur, vel id cum Statuum territorialibus Magiſtratibus concurrit elective & cumulative, vel per *Viam appellationis*, quod ultimum tamen ad ſolos ſubditos videtur reſtringendum.

VIII. Nonnullæ etiam cauſſæ promiſcue ad Judicium *Aulicum*, *Camerale* & *Rothwilenſe*, deferri poſſunt: quamvis, an propterea hoc cum illis *concurrentem juriſdictionem* habeat, a nonnullis dubitetur, quod Judiciis illis Superioribus cauſſas a Rothwilenſi avocare liceat, quæ avocatio concurſui contrarietur.

IX. *Appellatur* ab hoc Judicio ad Cameram vel Judicium Aulicum. Si vero, citra appellatio-

VII. v. MAURIT C. II. §. 5. C. IV. §. 3. SCHWED. §. 12. TITIUS §. 13.

VIII. v. MAURIT l. c. §. AUR. HER. p. 919. SCHILT. l. c. p. 379. TITIUS §. 14.

IX. v. R. I. 1570. §. 72. *Cap.* JOS. a. XVII. CAROL. VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 10. MAURIT. C. IV. §. 2. 3. ROBT. *J. Publ.* L. IV. T. V. §. 12.

Illl

lationem, alio remedio cauſſa transferenda ſit, ſolum Judicium Aulicum competens eſſe, quidam exiſtimant.

X. *Proceſſus* in plerisque obſervatur Cameralis, niſi Reformatio Judicii alium indicet, qui brevior eſſe ſolet: *Ordinatio* hujus Judicii, duplex innotuit, prima a. 1146. CONRADI III. ſed nova MAXIMILIANI II. auſpiciis prodiit, quae hodie adhuc in uſu eſt.

XI. Jurisdictionis effectus eſt *Executio:* Hæc, ſi cauſſa reſpiciat Statum, aliis Statibus, & fortaſſis Circulo; ſi Statuum ſubditos, illi Statui, cui reus ſubeſt, committenda videtur.

XII. Sed cum jam dudum adverſus hoc Judicium variæ Statuum *querelæ* enatæ fuerint, tum quod ſubditi mediati illuc traherentur, tum quod caſus reſervati plus juſto extenderentur: non ſolum MAXIMILIANVS II. remedium iis reformatione ſua afferre conatus eſt,

X. v. MAVRIT. C. II. III. SCHWED. §. 8. WEHNER. ad *Reform. Jud. Rothw.* HORN. C. LV. §. 3.

XI. v. MAVRIT. C. IV. §. 4. TITIVS §. 15. 16.

XII. v. R. I. 1521. §. 17. R. 164. §. 93. J. P. a. V. §. 29. *Capit.* MATTHIAE a. XVI. FERD. II. a. XVII. LEOP. a. XVIII. JOS. a. XVII. CAROL. VI. a. XVIII CAR. VII a. XVIII. §. 8. LVNIG *Grundſ.* P. II p. 584. ibique *Handhab der Röm. Kayſerl. Majeſt. Ubralten Kayſerl. Hoffgerichte zu Rothweil.* LIMN. T. II. *Addit.* L. IX. C. III. p. 395. SCHWED. §. 17. TITIVS §. 18. - - 25.

eſt, ſed & in Capitulationibus Cæſareis de abuſibus tollendis conventum; at vota Statuum de abolendo eo exitu caruere, licet illud, ſalva juſtitia fieri poſſe, nonnulli exiſtiment.

XIII. Præter hoc, alia quoque *Judicia Provincialia*, a tempore Interregni, paſſim ab Imperatoribus conſtituta fuerunt, ad Pacem publicam inprimis tuendam: Horum nonnulla quidem Dominis Territorialibus ceſſerunt, nonnulla vero, in *Svevia* inprimis & *Franconia*, Immediata Imperii Judicia manſerunt.

XIV. Cumprimis ***JUDICIUM PROVINCIALE SVEVICUM*** hic conſiderari meretur, quod olim ipſi Duces Sveviæ in loco publico, dicto *Künig-Stuhl*, vice Imperatoris, exercuiſſe videntur; unde, iis extinctis, ejusdem reliquiæ remanſerunt.

XV. Hodie iſtud in tribus hiſce civitatibus Imp. *Ravensburg*, *Wangen*, *Jsney*, ac in pago *Alltorff genant Weingarten*, habetur; quolibet loco tot conſtituente Aſſeſſores ut ſingulis juridicis XII. illorum præſto eſſe poſſint.

Iiii 2 XVI.

XIII. v. DATT. L. I. C. XVIII.

XIV. v. Dn. STRUV. C. XXV. §. 71. ibique Diploma FRIDERICI Svev. Duc. d. a. 1224. in cauſſa Salmannsweiler.

XVI. *Jurisdictio* ejus certo ad Danubium diſtrictu terminatur, atque in omnes ibi degentes ſeſe extendit, cumque Statibus Circuli Svevici non privilegiatus concurrit, ut tamen in privilegiatis quoque caſus reſervati locum habeant: Appellatio vero hodie citra dubium ad ſumma Imperii Tribunalia admittenda, licet olim Judicium Supremum Oenipontanum Auſtriacum contradixerit.

XVII. Datur & aliud Judicium provinciale in *Svevia auff der Leutkircher Heyde in der Purſch*, cujus jurisdictio non ultra diſtrictum Civitatis Leutkirchenſis ſe extendit.

XVIII. In *Franconia* quoque duo ſunt Imperii Judicia; Primum eſt *JUDICIUM PROVINCIALE BURGGRAVIATUS NORIBERGENSIS*, quod olim Norибergæ viguit, poſtea ex privilegio FRIDERICI III. in alia loca, ac tandem *Onoldinum* translatum eſt, imo & omnia huic Judicio contraria abolita ſunt.

XIX.

XVI. v. *Freye Kayſerl. Landger. in Ober- und Nieder-Schwaben Ordn.* P. I. T. I. SCHWED. §. 11. 12. *Cap.* 105 L. XVII. CAROLI VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 10.

XVII. v. LIMN. *Enucl* L. IV. C. 45.

XVIII. v. LIMN. Addit. ad L. V. C. VII. n. 20. n. 21. LUNIG. P. Spec. III. *Abſ.* p. 14. ubi Privilegium FRIDERICI III. STRUV. §. 73.

XIX. *Judex* igitur fuit *BURGGRAVIUS NORIBERGENSIS*, qui vice IMPERATORIS judicavit: unde hodieque *MARCHIONES BRANDENBURGICI* Judicium hoc Imperiale exercent, atque ex privilegio CAROLI IV. ſubſtituunt Vicarium, unum ſcil. ex Nobilibus Præſidem hujus Judicii conſtituendo.

XX. Celebratur iſtud adhuc *quater* quotannis, quod *die 4. hohen Gerichte* appellant; quo uterque *Marchionem* unum ex Conſiliariis Nobilibus, *Magiſter Ordinis Teutonici* Commendatorem in Ellingen & Virnsberg, *Noriberga* duos ex Senatu ablegat, qui ab Aſſeſſoribus ordinariis de Proceſſibus coram hoc Judicio inſtitutis informantur, atque adſunt publicationi ſententiarum.

XXI. Extendit hoc Judicium olim limites ſuos etiam extra Franconiam in Sveviam, Bavariam, & Terram Rhenenſem, in Principes etiam aliosque Immediatos; ſed hodie jurisdictio ejus admodum circumſcripta eſt: Ipſi etiam Burggravii forum hoc agnoverunt: Judicia

XIX. v. LIMN. Addit. L. V. C. VII. p. 745. ibique Privil. RUDOLPHI. Habſp. verb. *Judicium provinciale in Nürnberg, cui etiam vice Imperatoris exiſtens, omne Judicium judicans exercebit.* & p. 749. ubi Privil. CAROLI IV.

XX. XXI. v. PACHELB AGEHAG. de *Judic. Provinc. Norinb.* STRUV. § 75.

dicia duellica quoque ibi locum habuerunt. Ceterum ab eo appellatur ad Summa Imperii Judicia, ſi ſumma ſit 850. florenorum.

XXII. Alterum eſt *JUDICIUM IMP. PROVINCIALE DUCATUS FRANCONICI HERBIPOLENSE*, quod cœpit, ex quo Epiſcopus Judiciariam poteſtatem, ſub Ducis titulo, in terris ſuis, ex privilegio FRIDERICI I. adeptus eſt: Sed cum jurisdictionem ſuam plus juſto extenderet, Civitates quædam Imp. exemtionem impetrarunt: Ceterum ab hoc Judicio primum ad Epiſcopum, inde ad Cameram appellatur.

XXIII. Denique huc ſpectabat *JUDICIUM PROVINCIALE HAGENOVIENSE*, cujus jurisdictio *decem Civitates Alſatiæ* complectebatur: ſed iſtud per P. W. Gallis ceſſum eſt.

XXIV. Ceterum *abolitio* horum quoque Judiciorum Provincialium in *Franconia*, *Suevia*, & ad *Rhenum*, utpote quæ in præjudicium Superioritatis Territorialis Statuum vergerent, & variis abuſibus laborarent, ſæpius quæſita: ſed nihil aliud impetratum eſt, quam pro-

XXII. v. STRUV. §. 77.

XXIII. v. HERTZOG. *Elſaſſ. Chron.* L. IX. C. 3. INST P. MON. §. *Tertio Imp.*

XXIV. v. *Cap.* JOS. a. XVII. CAROL. VI. a. XVIII. CAR. VII. a. XVIII. §. 8. HORN. §. 5. STRUV. §. 49.

promiſſio de abuſibus tollendis, Capitulationibus facta, Auſtriacis in primis renitentibus.

XXV. Peculiare quoque Judiciorum Provincialium genus fuerunt *JUDICIA WESTPHALICA, SECRETA*, h. e. *Judicia criminalia Saxonica, ſeu Germanica, per Papas, Imperatores & Epiſcopos, inprimis autem Archi-Epiſcopum Colonienſem, tanquam Ducem Weſtphaliæ, & Vicarium Imperatoris in Weſtphalia, Seculi XIV. initio, ita emendata, ut loco probationum vulgarium, alia quædam forma ſecreta illis daretur, eo fine, ut celerius juſtitia*

XXV. v. Ill. THOMAS. Diſſ. de *Orig. Nat. Progr. & Inter. Judic. Weſtph.* §. 11. ſqq.

* Dicta *Vemica*, *Fehm-Gerichte*, *Fehm-Ding*, a voce *faimen*, quod eſt ſeparare, & *verfehmen*, quod eſt *in die Acht thun*; *Libera*, *Frey-Stühle*, *Frie-Gerichte*, *Frie-Geding*, ſive, quod Comes & Scabini deberent liberi eſſe, ſive quod magna in puniendis reis libertate uterentur; *Stuhl-Gerichte*, a ſedibus Judicum; *Still-Gerichte*, *Heimliche Gerichte*, a modo procedendi occulto & tacito.

** Præſes dicebatur *der Frie-Graff*, Aſſeſſores *die Stuhl-Herren*: Judex etiam *Foimeri* vocati.

*** Reperiebantur hujusmodi Judicia paſſim inter Rhenum & Viſurgim, & Epiſcopatibus, Colonienſi, Monaſterienſi, Paderbornenſi, Mindenſi, Ultrajectino, item in Landgraviatu Haſſiæ.

ſtitia adminiſtraretur, & regiones ab hominibus maleficis purgarentur.

XXVI. *Originem* habuiſſe videntur ab antiquis Saxoniæ Iudiciis criminalibus, a CAROLO M. quidem inſtitutis, ſed poſtea varie mutatis imo plane in abuſum tractis: Hinc, cum variæ de iis orirentur querelæ, emendatio eorum aliquoties ab Imperatoribus, SIGISMVNDO, FRIDERICO III, & MAXIMILIANO I. tentata, ac nimia eorum poteſtas circumſcripta eſt. Tandem cum Status ipſi Juriſdictionem criminalem nacti, ab Imperatoribus *mit Frey Stuhlen* inveſtirentur, ex Judiciis Imperii facta ſunt Judicia Statuum Weſtphaliæ, & Haſſiæ, provincialia.

CAP.

XXVI. 1 *Dipl.* CAROLI M. pro TRVTMANNO Comite ap. MEIBOM. *R. Germ.* T. I. p. 489. HENR. de HERFORDIA de *fatis illuſtr.* ab O. C. ad a. 555 ap. MEIBOM. de IRMENS. C. XII. p. 61 qui primus *legem Secreti Judicii*, quod *Veme* dicitur, memorat. AEN. SYLV. de *Statu Eur. ſub Frid. III.* C. 29 SCHOTTEL. de *ſingular. & antiqu. Germ. Jud. & Jur.* C. 29. FREHER. pec. Tr. de *Secretis Judic. in Weſtph.* DATT. R. G. L. IV. C. 2. ſq. SCHILT. *J. Publ.* L. IV. T. X. THOMASIVS Diſp. laud. STRUV. *Hiſt. Jur.* C. IX. §. 16 ſqq.

Cap. X.

DE
CANCELLARIA ARCHIVO ET IDIOMATE IMPERII.

§. I.

IN Comitiis æque ac Judiciis Imperii locum & uſum habent & *Cancellaria*, & *Archivum*, & *Idioma* Imperii.

II. CANCELLARIA IMPERII eſt locus, ex quo Acta publica expediuntur. Eſtque triplex, vel in *Comitiis*, vel in *Judicio Aulico*, vel in *Camera Imperii*. Singulas dirigit *Elector Moguntinus*, tanquam Archi-Cancellarius Imperii.

III. *CANCELLARIA* in *COMITIIS* quæ *die Chur-Mayntziſche Cantzeley*, interdum etiam *die Reichs-Cantzeley* vocatur, dirigitur per Legatos Moguntinos, atque ex hac omnia Acta Comitialia eduntur, quo & Protocollum Moguntinum, quod fidem habet authenticam, ſpectat.

IV. Altera *CANCELLARIA* eſt *JUDICII AULICI*, dicta *die Reichs-Hoff-Cantzeley*, interdum & *die Reichs-Cantzeley*, ex quo omnia decreta Judicii Aulici, litteræ inveſtituræ, diplomata, privilegia, & quæ alias ad regalia Imperii pertinent, ut Capitulationes, expedienda ſunt. De ſingulis certa taxa ſolvenda, e quibus Vice-Cancellario, ceterisque Cancellariæ miniſtris ſua ſunt emolumenta.

V. Dirigit eandem ELECTOR MOGUNTINUS per Vicarium ſuum, *VICE-CANCELLARIUM*, non tantum Imperatori, ſed & ipſi ſacramento obnoxium, qui Sigillum Imperii majus & medium adſervat, litteras Juſtitiæ ac Gratiæ una cum Imperatore, decreta vero una cum Secretario, ſubſcribit, curam gerit negotiorum Imperii, atque in feudorum majorum inveſtituris nomine Imperatoris proponit; ſub ſe autem habet Secretarios, Taxatores, Regiſtratores, Protonotarios, pluresque miniſtros minores, qui omnes una cum ipſo ab Electore Moguntino conſtituuntur.

VI. Tertia *CANCELLARIA* eſt *CAMERALIS*, ex qua omnia decreta Cameralia ſunt expedienda: Hanc itidem Moguntinus per *Adminiſtratorem* ſuum, cui *Protonotarii* & reliqui miniſtri ſubſunt, dirigit. Ab eadem dependent *Notarii Immatriculati*, prævio ſcil. legitimo examine, in matriculam Cameræ relati, qui tum in Camera, tum alibi paſſim reperiuntur, atque ad inſinuanda decreta Cameralia adhibentur.

VII.

§. II. - - VI. v. L. B. de LYNCKER. de *Archivo Imp.* p. 9. ſqq. *Cap.* JOS. a. XXXIX. XLIII. CAROLI VI. a. XXV. a. XXII. CAR. VII. a. XXII. §. 7. ſqq. a. XXV. §. 4. STRUV. C. XXVIII. §. 1. - 4.

VII. ARCHIVUM IMPERII eſt locus publicus, ubi Acta, Inſtrumenta & Documenta publica deponuntur & aſſervantur. Eſtque duplex, vel IMPERATORIS, vel *IMPERII*. *Illud* a ſolo IMPERATORE dependet eidemque omnia Acta Imperii, vel Domus Auſtriacæ, inferuntur. Hoc vero a *MOGUNTINI* directione dependet, eſtque triplex, vel primarium *Imperii*, vel *Judicii Aulici*, vel *Cameræ Imperialis*.

VIII. *PRIMARIUM IMPERII ARCHIVUM*, a MAXIMILIANI I. tempore inprimis magis magisque ordinatum, Moguntinus in aula ſua ſervat, atque in eo *Acta* & Monumenta Imperii *publica*, tam *comitialia*, quam *extracomitialia*, etiam *Italica*, recondita

VII. v. BOECLER. *Not. ad* L. III. C. IV. App. LYNCKER ad h. l. Diſſ. cit. p. 8. 9. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXXII. §. 48. SCHILT. *J. Publ.* L. IV. T. VI. §. 1. STRUV. §. 10. ſqq.

* Venit quoque *Cancellariæ* nomine: quamquam hoc non modo Archivum, ſed & totam actorum expediendorum & conſervandorum rationem, quæ perſonis, rebus & juribus illorum abſolvitur, deſignet. v. LYNCKER. l. c. p. 9.

VIII. v. R. I. 1548. §. 75. junct. 54. & 76. R. 1559. §. 10. WAGENSEIL. de *Archivo Imp.* §. 8. l. c. §. 9. LYNCKER. l. c. p. 11. STRUV. §. 11.

* Not. *Archivum Imperatoris* ratione Notitiarum locupletius eſſe. v. LYNCK. l. c. p. 12.

** Dic.

dita habet; Unde etiam cum hoc Archivum Imperatoris ſæpiſſime concurrit: Quin imo par *fides* Archivo Moguntino, ſi non major, cum Cæſaris Archivo in his, quæ in iſtud *recepta* ſunt, habetur; quod pro religione jurisjurandi ſui invigilare muneri ſuo vel maxime credatur, ne in *ſcrinia* ſua, niſi *Originalia* & *formæ præcipuæ*, recipiat.

IX. Pars Archivi Imperialis, ad *Judicium Aulicum*, pars ad *Cameram Imperii*, ſub Cancellariæ nomine, pertinet: illa *Viennæ* ſervatur, ac per *Vice-Cancellarium* dirigitur; hæc vero in *loco Cameræ*, & quidem non tantum in ipſo *Cancellariæ* loco, ſed & *Lectoria*, ad quam *Cryptæ* duæ pertinent, cui *Præfectus Cancellariæ* præeſt: In utraque Acta Judicialia, & Privilegia Statuum & Immediatorum, cuſtodiuntur. X.

** Dic. de Exemplari authentico *Auguſtanæ Confeſſionis*, cui inſiſtit Pax Religioſa, ex Archivo Moguntino, edito. v. *Vertheid. des Aug. Apffels*, p. 351. 303. Conf. *Amœnit. in. J. Publ. VI. §. IV.*

*** Exemplar *Inſtrumenti Pacis W.* Saxoni traditum an eandem cum Moguntino fidem habeat? v. STRUV. l. c.

* An & penes Colonienſem Archivum *Italicum*, & penes Trevirenſem Archivum *Gallicum* detur? v. LIMN. ad a. XII. *Capit.* CAROLVS V. BOECL. & LYNCK. ll. cc.

IX. v. *O. Cam.* P. I. T. 30. §. 3. 4. BOECLER. l. c. LYNCKER l. c. p. 10. 11.

X. Cæterum Editio & copia Documentorum, quæ in Archivo Imperii *Primario* aſſervantur, ab *Electore Moguntino*, quæ vero in *Camerali* vel *Viennenſi* habentur, nonniſi a *Camera*, vel *Judicio Aulico*, etiam per compulſoriales, ubi opus fuerit, petitur.

XI. IDIOMA IMPERII, quo nomine venit Lingva, in negotiis publicis, Comitiis & Judiciis Imperii, adhiberi ſolita, hodie non niſi *Germanicum* & *Latinum* eſt, ad quorum uſum Imperatores a CAROLI V. tempore per Capitulationes ita adſtricti ſunt, ut alia lingva exotica in negotiis Imperii uti non liceat.

XII. Olim licet Lingva *Theotiſca* ſive *Teutonica* Regibus Francorum propria fuerit, tamen ejus uſus in actis publicis non admodum frequentatus fuit.

XIII. Frequentior fuit uſus ſermonis *Latini*, utpote Eccleſiæ Romanæ, æque ac Romano Imperio, proprii. Unde patet ratio introducti ejusdem uſus, dum & Romana ſacra coleret Germania, & Imperium Romanum crederet in Germanico continuari, & Clericorum intereſſet, Laicos, Latinæ lingvæ plerumque imperitos, a ſummis Imperii officiis, ac

X. v. BOECLER. n. 3. LYNCKER p. 14.

XI. v. HECHMANN, de *Jure Idiom.* ch. 31. *Cap.* JOS. a. XLII. ibique *Medit.* p. 358. Capit. CAROLI VI. a. XXIII. CAROLI VII. a. XXIII. §. 3.

ac negotiorum publicorum moderatione, excludi: Ut adeo non mirum ſit, lingvam Latinam per tot ſecula in Germania regnaſſe.

XIV. At cœpit t·ndem uſus *vernaculi* ſermonis revocari, FRIDERICI II. inprimis, & magis adhuc RVDOLPHI I. ætate: dum ſub *illo* primus Receſſus Teutonicus extat, *hic* vero Idiomatis Germanici uſum edicto publico præcepiſſe memoratur; quamvis poſterius nonnulli de uſus ejusdem in actis judicialibus tantum, vel de neceſſitate ſermonis Latini remiſſa, interpretentur: Saltem poſtea vernaculæ uſus magis invaluit, ut tamen *utriusque Linguæ* uſus remanſerit, Capitulationibus confirmatus.

XV. Equidem in *Comitiis* non niſi *Germanicum* idioma hodie in uſu eſt, exceptis *Burgundo Sabaudo* & *Lotharingo*, qui ſcripta & vota etiam Latino idiomate proferunt. In *Judicio* quoque *Camerali* non niſi in cauſſis *Burgundicis*, & in Aulico in *Italicis* etiam, Latina lingva admittitur. In Negotiis vero cum *Exteris* ſola *Latina* lingva uſum habet.

CAP.

XII. - - XIV. v. BALVZ. *Cap.* T. II. p. 144. B. RHEN. *Rer. Germ.* L. II. p. 362. LEHM. L. II. C. 45. L. V. C. 107. HERT. de *Fide Dipl.* S. I. §. 2. 3. SCHILT. Præf. ad *J. F. Alem.* §. 9. ſqq. BECMAN. Diſſ. cit. C. II. §. 5.

XV. v. LIMN. ad *Cap.* CAROL. VI. a. XIV. p. 221. n. 14. *Cap.* JOS. a. XLII. ibique *Medit.* p. 337. 338. *Cap.*

CAP. XI.
DE
CIRCULIS IMPERII.

§. I.

UT Adminiſtratio Imperii per *Comitia & Judicia* Imperii eo felicius procederet, *Circulorum* nexus acceſſit. De quorum origine, numero, diviſione, ac membris jam ſuperius actum; hic vero de illorum ſtatu politico ac juribus ulterius agendum erit.

II. Eſt autem CIRCULUS *complexus diverſorum Statuum eorumque Territoriorum perpetuo ac æquali fœdere, ad tranquillitatem & utilitatem communem, ſalvo nexu univerſali, inter ſe ſociatorum.*

III. *Uſus* Circulorum in eo ponitur, ut eo ordinatius in vaſto Imperii *corpore* omnia dirigi poſſint, qui olim forte major fuiſſe cenſetur, ac hodie cum ratio, a vaſtitate corporis politici, ſubalternam diſtributionem provinciarum poſtulante, deſinit, ad Monarchiam potius, quam præſentem Imperii ſtatum, ex plu-

ſtit. Cap. CAROL. VI. a. XXIII. ZUNCKER, de *Membr. Imp.* p. 19. STRUV § 8. 9.

III. v. LIMN. J. P. L. I. C. VII. n. 15. SCHWED. C. V. § 1. BOECLER. *Not. A.* L. III. C. I. COCCEJ. *J. Publ.* C. IV. § 10. ſqq. VITR. L. III. T. XIX. § 8. SISIUS *J. Publ.* L. VI. C. III. § 30. ſqq.

pluribus Rebuspublicis particularibus compoſitum, quadrare videatur; nihilominus nec hodie omnino nullus ſed inſignis Circulorum uſus cenſendus eſt.

IV. Præcipuus uſus ac finis, ex intentione MAXIMILIANI I. haud dubie fuit, ut hac vicinarum provinciarum ac territoriorum arctiori conjunctione in certa Corpora, ſub dependentia a Directorio Circuli, ſubordinata univerſali Corpori, *Pax Publica* per vires unitas eo melius ſervari poſſet.

V. Deinde & uſus eorum hodieque ſe exerit in præſentandis Aſſeſſoribus Cameralibus, ut olim Regimenti, in promulgandis Edictis & Mandatis Cæſareis; in exequendis Summorum Tribunalium ſententiis; in diſtribuendis colligendis ac moderandis collectis in Comitiis decretis: in redintegranda Imp. Matricula; in cura rei monetariæ & vectigalium; in cura rei militaris pro ſecuritate Imperii conſervanda; in præconſultationibus de

IV. v. R. I. 1555. §. 54. 62. ſqq. SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. I. §. 7.

V. v *O. Cam.* P. I. T. I. R. *Nov.* §. 107. 169. *Erkler. des Landfried.* 1522. T. I. R. 1551. §. 55. R. 1504. §. 63 J. P. a. XV. § 8. FERD. *Müntz Ordn.* 1559. §. 31. 32. R. 1576. §. 118. R. 1532. § 8 ſqq. COCCEJ. §. 11. ſqq. SCHWED. §. I. 2. STRUV. *Corp. P. Publ.* Cap. V. §. 15. 16.

* An antiquiores Circuli in his negotiis prærogativam præ recentioribus habeant.

de rebus in comitiis decernendis; denique generatim in cura eorum, quæ non unius Status territoriique poteſtate concluſa ſunt, ſed ad publicam Imperii vel Circuli rem pertinent.

VI. Illi fines ut obtineantur, certa *Politia* ordinata eſt, dum non ſolum inter *Status* cujusque *Circuli* datur *nexus*, vi cujus quilibet Circulus peculiare Corpus conſtituit, ſed etiam cuilibet Circulo ſui ſunt *Officiales*, ſui *Conventus*, ſuum *Archivum*, ſuum *Ærarium*, ſuus *Apparatus* circularis.

VII. *Officiales* ſunt vel *majores*, quorum munus cum ſplendore quodam, & dirigendi facultate conjunctum eſt; tu *Principes* & *Directores*, *Duces* & *Adjuncti*: vel *minores*, qui miniſteria circularia obeunt, ut *Secretarii*, *Receptores*, *Monetarii Zygoſtatæ*.

VIII. *PRINCEPS CIRCULI convocans, der Crayſs-ausſchreibende Fürſt*, eſt *Primarius Circuli Status, qui jure gaudet indicendi conventus circulares, atque Status Circuli reliquos ad eosdem convocandi.*

IX. Huic juri atque officio & aliæ quædam prærogativæ a nonnullis junguntur, nimirum,

VI. v. *Medit.* ad I. P. Specim. VIII. Mant. 1. *Von Beſchaffenheit des Urſprungs der Ausſchreib-Aemter.* p. 1328.

VIII. IX. v. * Vocantur *die Ausſchreibende Creyß-Fürſten.* v. R. I. 1551. §. 40. R. I. 1544. §. 13. ibi:

mirum, quod Reſcripta Cæſarea, aliaque ſcripta, Status aut res Circuli concernentia, ad eosdem dirigantur; quod gravamina Statuum ad eos deferantur, atque gravatis ab iisdem, quantum fieri poteſt, adſiſtatur; quod, tempore ceſſantium conventuum circularium, ſaluti Circuli invigilent, quod negotia Circuli ad eos delata, vel ſoli, vel, prævio Collegiali placito, expediant; quod decreta circularia ad effectum deducere conentur, quod decreta Imperii comitialia, itemque ſententias Judiciorum Imperii, executioni mandari curent; denique omnia Circuli negotia ſub nomine ipſorum expediantur.

X. *DIRECTOR* vero *CIRCVLI der Creyſs-Director* eſt itidem *unus ex præcipuis Circuli Statibus, ſub cujus directione & moderamine reliqua Circuli Membra in commune conſulunt & agunt.*

XI.

Ein jeder Creyß-Furſt (dem ſolches zu thun von Rechts- oder Gewohnheitswegen gebühret) die Creyß Stand in ſeinem Creyß zum furderlichſten an eine gelegne Malſtatt erfordern und beſchreiben ſoll. SCHWED. §. 10. COCCEJ. §. 15. 18. 20. TITIVS §. 11. 12. 13. PFEFFING. *V. III.* L. II. T. VI. §. 11. p. 1094. STRUV l. c. §. 7. MOSER *Nachleſe zum Jure Publ. L. IV. C. VII.* §. 5.

XI. Huic juri & officio ſequentia quoque munia cenſentur annexa: quod ipſius ſit, in Conventibus circularibus præſidere, ſuffragia exquirere; concluſum inde ſecundum majora formare; Receſſus Circuli ipſorum cura conſcriptos ſubſcribere; omniaque ea agere, quæ Præſidi ac Directori alias in Collegio competunt; Reſcripta Cæſarea, & ab aliis Circulis, aut Exteris, exhibita ſcripta, litteras & gravamina, Conſtatibus, ad deliberandum, communicare; ſed &, exigente neceſſitate, Circuli nomine conſcripta Memorialia ad Cæſarem, aut alios circulos, Exterosve Principes, nec non litteras reſponſorias, harumque transmiſſionem, curare, Atteſtata ac Teſtimoniales expedire; de rebus magni momenti, quæ in Conventibus Circularibus ad exitum perduci haud potuerunt, Cæſarem & Comitialem Conventum certiorem reddere; Inſtructiones Legatorum Circuli nomine miſſorum ſubſcribere; Circulos explendæ obligationis ſuæ admonere, atque Status moroſos ad præſtanda ſua ac debita exolvenda, modo legibus Imperii convenienti, adigere; tranquillitatem Circulorum, quæque illis expediant, quocunque modo

XI. v. SCHWEDER. *J. Publ.* P. Gen. C. V. §. 10. l. c. MOSER *Compend. J. Publ.* L. IV. C. VII. §. 7. DR. de GÜNDERODE *Unterſuchung von dem Teutſchen Creyßweſen.* §. 76.

procurare; demandatas Executiones promovere, & ſecundum Commiſſionem ac juſtitiam ad exitum perducere; Archivum Circulare aſſervare, Cancellariam Circularem dirigere, Secretarium Circuli præſentare; denique concluſa Circularia effectui dare, ac totius conſtitutionis Circularis curam gerere; ut tamen nihil, niſi communicato cum Principe Circuli, *dem Creyſs-ausſchreibenden Fürſten*, conſilio, ab ipſo agatur, nullamque in Status Circuli reliquos ſuperioritatem aut jurisdictionem ſibi arroget.

XII. Differre *Directoris Circuli*, *des Creyſs-Directoris* officium, ab officio *Principis Circuli Convocantis*, *des Creyſs-ausſchreibenden Fürſten*, non dubitandum; quamvis vulgo confundantur, & ab aliis jura quædam *Principi Circuli Convocanti* adſcribantur, quæ ab aliis *Directori Circuli* tribuuntur: Cujus rei ratio eſſe videtur, quod nomina *Directoris* Circuli & *Principis* Circuli *Convocantis*, *der Creyſs-ausſchreibenden Fürſten*, in Legibus Imperii fere pro ſynonimis habeantur, quæque cujusque officii ſint partes ac jura, non ſatis definita videantur; unde in dubio obſervantia reſpicienda, indeque quod cuique jus competat, decidendum.

XIII.

XII. J. P. W. a. XVI. §. 2. Capit. CAR. VI. a. XII. CAR. VII. a. XII. §. 2. SCHWED. l. c. STRUV. l. c. §. 17. de GENDERODE l. c. §. 71. 76. MOSER l. c. §. 7.

Digitized by Google

XIII. Munus Directorum non tam *lege*, quam *conſvetudine*, invaluiſſe videtur, inprimis poſtquam CAROLVS V. binis Superioribus cujusque Circuli per ſingulare Edictum, vel promulgationem pacis publicæ, vel convocationem Statuum ad eligendum Capitaneum Circuli, demandavit: unde forte occaſio nata his, qui auctoritate dignitate potentia ceteris prævaluere, jura Directorum ſibi ſenſim aſſerendi; ut adeo munus iſtud, certis Statibus velut hereditarium factum, hodie Territorio cohæreat.

XIV. Cum vero in nonnullis Circulis etiam potentiores *Epiſcopi* darentur, mirum non eſt, quod & hi, pro auctoritate, qua in rebus Imperii valent, in Directorio cum *Secularibus* Principibus concurrere voluerint: Et cum Eccleſiaſticorum & Secularium paria in Comitiis jura ſint, *Directorium* quoque in dubio & *Eccleſiaſtico* & *Seculari* Principi commune eſt.

XV. Hinc ſex dantur Circuli; in quibus *duo* ſunt *Directores*, Eccleſiaſticus & Secularis: ut in Franconico, *Bambergenſis* & *Culmbacenſis*; in Rhenenſi, *Wormatienſis* & olim *Simmerenſis*, hodie *Neoburgicus* in Bavarico, *Saltzburgicus* & *Bavarus*; in Svevico, *Conſtantienſis* &

 Wur-

XIII. v. LIMN. T. I. Addit. ad L. IX. C. I. n. 242. p. 423. *Manifeſt.* cit. *von Urſprung der Ausſchreib-A.* p. 1331. ſqq. STRUV. §. 19.

Wurtenbergicus; in Saxonico inferiori, *Luneburgicus* & *Magdeburgenſis* vel *Bremenſis* alternatim; in Weſtphalico denique *Monaſterienſis*, & *Juliacenſis* vel *Clivienſis* alternando.

XVII. In Rhenano inferiori, ſolus *Moguntinus*, ob eximiam, qua pollet, auctoritatem, Director eſt: In *Auſtriaco* vero, *Burgundico* & *Saxonico Superiori*, ubi Epiſcopi ſub clientela Ducum degunt, Secularium Directorum tantum ratio habita fuit.

XVIII. Obſervari autem meretur, quod Circuli, ubi *Religio mixta* eſt, Directorio etiam

XIV., XVII. * Monaſterienſis cur Paderbornenſi in Directorio prælatus ſit?

** Dic. de litibus ratione Directorii inter Bambergenſem & Wurtzburgenſem, inter Bambergenſem & Brandenburgenſem, inter Conſtantienſem, & Wurtenbergenſem, & inter Wormatienſem & Simmerenſem, exortis.

v. LIMN. Addit. T. I. L. I. C. VII. n. 23. L. V. C. VII. n. 147. COCCEJ. §. 17. SCHWED. §. 10. *Mantiſſ.* cit. p. 1333. 1336. ſqq. STRUV. §. 18. 19.

XVIII. * Dic. de controverſia, in Circulo Rhenano Superiori a. 1698. enata; Evangelicis, extincta linea Simmerenſi, & Neoburgica ſuccedente, Evangelicum Directorem poſcentibus, quod talis anno decretorio fuerit, & paritas religionis requiratur.

v. *Mantiſſ.* cit. I. p. 1337. & *Mant.* II. p. 1338. ſqq.

ex *utraque religione* mixto gaudeant; Exemplo circuli Franconici, Svevici, Rhenani Superioris, & Weſtphalici: contra ubi *alterutra Religio* prævalet, Directorium quoque vel *Catholicum* tantum, vel *Evangelicum* ſit; exemplo reliquorum Circulorum.

XIX. Sed & obſervandum, in nonnullis quidem Circulis officium *Principis convocantis des Creyſs-auſſchreibenden Fürſten*, & *Directoris* conjunctum eſſe, ut in Bavarico, West-

Kkkk 4

XIX. * In *Bavarico* utrumque officium ſimul gerunt Æpiſcopus Salisburg. & Dux Bavariæ.

In *Weſtphalico* utroque officio olim ſimul fungebantur Epiſc. Monaſterienſis & Dux Juliacen. Sed hoc defuncto, inter Brandenburgicum & Neoburgicum ita transactum, ut una cum Ep. Monaſterienſi Condirectorium alternatim gerant Elect. Brandenburgicus & Palatinus, primum ſemper locum occupante Monaſterienſi.

In *Saxonico Inferiori* ante Pacem W. utrumque officium ſimul geſſerunt Æpiſcopus Magdeburgenſis & ex Ducibus Brunſvicenſibus Senior. Per P. W. hoc etiam ad Sveciæ Regem, tanquam Ducem Bremenſem extenſum. Placuit quoque poſtea inter Magdeburgenſem & Bremenſem alternatio per triennium, condirigente ſemper Duce Braunſvico-Luneburg. Seniore: quamvis deinceps Elector Hannoveranus præcedentiam præ ceteris prætenderet.

In *Franconico Creyſsauſſchreibender Fürſt* eſt Epiſc. Ham-

Weſtphalico, Saxonico inferiori, & quatuor recentioribus: in nonnullis vero disjunctum, ita, ut uterque quidem convocet, unus autem dirigat conventus circulares, isque vel Eccleſiaſticus, ut in Franconico & Rhenano Superiori, vel Secularis, ut in Svevico.

XX. *DUX CIRCULI* dicitur *rei militari Circuli præfectus:* Hoc munus ſi non cum ipſis Circulis ſtatim, non tamen multo poſt enatum

Bambergenſis atque unus ex Marchionibus Bambergenſibus per triennium alternantibus; ſolo Bambergenſi in Conventibus dirigente.

In *Svevico* Ep. Conſtantienſis una cum Duce Würtenbergico Status convocat: ſed Directorium, vi transactionis, eſt penes D. Würtenbergicum, communicato tamen cum Ep. Conſtantienſi exercendum.

In *Rhenano Superiori* per conventiones noviſſimas convocant Ep. Wormatienſis & Elect. Palatinus ratione Simmern, licet Directorium ſolus exerceat Wormatienſis, communicato tamen cum Simmerenſi conſilio.

v. STRUV. §. 17. 18. ibique allegati. Conf. GÜNDERODE § 73-77.

XX * Olim Dictus *Greyß-Hauptmann*, hodie *Greyß-Obriſter*.

v. R. I 1512. §. *Und ob Jemands*. ibi: *als dan ſoll der Hauptmann. Mantiſſ.* cit. 1. p. 1328. J. P. a. XVI. §. 2. SCHWED. §. 11. STRUV. §. 20. de GÜNDERODE l. c. p. 78. 79.

enatum videtur, dum a. 1512. electio *Præfecti* (*eines Hauptmanns*) decreta fuit.

XXI. *Eligitur* autem Dux Circuli regulariter a Statibus circularibus, omnium vel plurium conſenſu; ut adeo ſucceſſio locum non habeat, quamvis familia Anteceſſoris non facile negligi ſoleat: Electionem factam Dux electus præſens vel abſens *acceptat*, ac officio ſuo ſe rite functurum eſſe, ſolenni jurejurando, vel ſi Princeps eſt, nuda aſſertione *promittit*.

XXII. Eligi poteſt vel ipſe Circuli Director, quod plerumque fit, vel Status ex eodem, vel alieno etiam Circulo: modo ſit idoneus,

Kkkk 5 &

XXI. v. R. I. 1522. Tit. *Wie ein Creyß mit Erwehlung*. R. I. 1654. §. 183. SCHWED. §. 11. VITR. §. 18. TITIUS §. 18. 19. de GÜNDERODE §. 80. 84.

XXII. v. R. I. 1521. a. III. ibi: *Und ſoll darauff ein jeder der jetztgemeldten Creyß, inſonderheit, alsbald einen Hauptmann, der ein Fürſt, Freyherr, oder ſonſt in treffentlichen und Weltlichen Stand, auch zu ſolchen geſchickt und fertig ſey, erwahlen*. R. I. 1555. §. 56. LIMN. Addit. T. I. L. I. C. VII. p. 49. 51. SCHWED. §. 13. STRUV. §. 20. PFEFF. L. II. T. VI. §. 14. Not. c). STRAUCH. *Diſſ. Exot*. D. I. §. 5.

* Dic. de quæſtione ſtatus mota 1. Bambergenſi Ducis Circ. munus ambienti: 2. Regi Daniæ, in Ducem Circuli Sax. inf. electo. de GÜNDERODE l. c. §. 81. 82. 83.

& eminentioris dignitatis, ſaltem Comes, vel Baro; an ſecularis tantum? diſceptatum quidem, ſed forte non immerito affirmatum fuit: Imperio quoque obnoxius eſſe debet, ſed an ſoli?-itidem diſputatum; licet id præciſe requiri haud videatur.

XXIII. Ceterum inter *Statum Circularem* & *Extraneum* hæc cenſetur differentia eſſe, quod ille gratis, hic accepto ſalario munus ſubeat, ille immediate vel mediate, hic tantum immediate, eodem fungi queat.

XXIV. Elapſo anno, Dux munus reſignare poteſt, ut tamen ſex menſibus ante id Circuli Directori indicet: Poſſe etiam Ducem, male officio functum, eodem a ceteris excludi, ex natura pactorum æqualium certum videtur, licet talis excluſio, ſine Circuli periculo, fieri vix queat.

XXV. *Officium* Ducis Circuli eſt, Pacem publicam in Circulo ſuo tueri, ac turbas enatas, communicato cum Adjunctis conſilio, copiarum circularium auxilio compeſcere, militem circularem a Statibus debitum cogere, de apparatu circulari ſollicitum eſſe, providere, ne delectus ab exteris in ſuo Circulo inſtituantur, denique ſententias banni, aliasve exequi. XXVI.

XXIII. v. SCHWED. §. 14. VITR. §. 19. 20. TITIVS §. 21. GÜNDERODE §. 85.

XXIV. v. VITRIAR. §. 21. TITIVS §. 22. de GÜNDERODE §. 86.

XXVI. Neutiquam vero poteſtate ſua in præjudicium Statuum abuti debet, nec ſuperioritatem ſibi adrogare, nec auxilia circularia in privatos uſus convertere: quodſi vero ipſe Dux alterum invadat, unus ex Adjunctis officio eo fungi debet.

XXVII. *Executio* modo dicta etſi ab Imperatore abſque conſenſu Statuum decerni poſſit, niſi rem cum Statibus communicare ſatius videatur: non tamen niſi *Circulo*, cui Status con-

XXV. XXVI. R. I. 1555. §. 58. 60. 73. 76. *Ord. Cam.* P. III. T. 48. R. I. 1582. §. 40 R. *Noviſſ.* §. 179. SCHWED. §. 15. HORN. C. LII. §. 5. de GUNDERODE §. 89.

XXVII. * Dic. de Executione Donawerdenſi, Erfurtenſi, & Mecklenburgenſi:

v. R. *I. Trev. & Col.* 1512. §. 9. *Erklar. des Landfr. zu Nürnb.* 1522. T. 14. R. I. Aug. 1555. §. 58. 59. 60. 70. 71. *Ord. Cam. Aug.* P. III. T. 48. 49. §. 1. ibi: *Denn Oberſten und zugeordneten des Creyß, unter welchen der ungehorſam Churfürſt, Fürſt oder Stand geſeſſen*, die Execution *alsbald befehlen und gebiethen.* J. P. a. XVI. §. 11. ibi: *Injungendo tam Directoribus Auſſchreibenden Fürſten, quam Præfectis militiæ Circularis Creyß-Obriſten, ut ad requiſitionem reſtituendorum, juxta ordinem executionis, & hac pacta, reſtitutionem cujusque promoveant & perficiant. R. I. Nov.* §. 160. ibi: *oder wen derſelben bey der Sachen intereſſirt.* Conf. LIMN. T. II. Addit. L. I. C. VII. p. 103. *Relatio*

condemnatus ſubeſt, ſecundum Leges Imp. demandari debet, a *Directoribus* promovenda, & a *Duce*, vel, ſi hic deficiat, a Directoribus etiam, perficienda; licet aliquando Imperatori ſecus viſum fuerit: Aliud obtinet, ſi ipſorum Directorum, vel Ducum Circuli cauſſa agatur, quippe quo caſu Executio alterius quoque Circuli Ducibus demandari poteſt.

XXVIII. *ADJUNCTI DUCIS*, *zugeordnete*, quorum præcipuus dicitur *der Nachgeordnete*, ſunt *Perſonæ habiles, eo fine conſtitutæ, ut Duci conſiliis & opera adſiſtant, & eo impedito, vel negligente officium, ejus vices ſubeant*.

XXIX. Quod ad *habilitatem* Adjunctorum, *conſtitutionem*, *officium*, ejuſque durationem, eadem fere locum habent, quæ de Duce modo

do

latio Donaverdenſis, it. *Informatio Juris & facti in cauſſa Donawerdenſi.* Anon. Sched. de *Officio Directorum & Ducum Circul. in Execut. ſent.* a. 1697. Ill. THOMAS. *Theſes Juris Publ. oppoſitæ Diſſertationi de Officio Dir. & Duc. Circ.*, PFEFFING. VITR. *Ill.* L. II. T. VI. §. 16. BUR. HER. p. 930. ſqq. HORN. §. 5. STRUV. *Hiſt. Germ.* Diſſ. XXXVII. §. 92. & *J. Publ.* C. V. §. 21.

XXVIII. XXIX. v. I. 1555. §. 56. 57. 59. 76. R. 1576. §. 47. 48. 124. LIMN. T. I. *Addit.* L. I. C. VII. n. 32. p. 83. SCHWED. §. 16. VITR. §. 24. ſqq. TITIUS §. 23. 24. STRUV. §. 24. de GÜNDERODE §. 88. - 94.

do dicta ſunt, quod huic Adjuncti ſubordinentur, & numerus eorum ab arbitrio Circuli pendeat.

XXX. De Officialibus *minoribus*, eorumque *conſtitutione* & *officio*, multa dicere nihil attinet: cum *illa* ex generalibus principiis facile intelligatur, *hoc* vero ex fine muneris demandati, appareat.

XXXI. *CONVENTUS* quoque a *Circulis* celebrantur, qui vel *Univerſales* ſunt, ubi omnes Circuli, vel *Particulares*, ubi quidam Circuli, vel *Singulares*, ubi unius tantum Circuli Membra, conveniunt.

XXXII. *Univerſales* Circulorum *Conventus* indicuntur a *Moguntino*, & conveniunt, præter *Commiſſarium Cæſareum*, qui jus proponendi habet, *Deputati Circulorum*, plerumque Directores & Duces cum ſuis Adjunctis, qui de cauſſa, quæ proponitur, probe inſtructi, ſecum communicant *die Creyſs-Bedencken*, ſive *præconſultationes* in quovis Circulo factas: Inde *Receſſus* a Moguntino, conſenſu Commiſſariorum Cæſaris & Deputatorum Circularium, conficitur.

XXXIII. Inſtituti olim fuerunt ob varias cauſſas, ob moderationem Matriculæ, ob rem monetariam, ob refundendos ſumtus in execu-

XXXII. XXXIII. v. SCHWED. §. 19. HORN. §. 7. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXIII. §. 76. & ſqq. de GÜNDERODE §. 96. 97. 79.

Digitized by

executionem Imp. factos, quo nomine Erfurti a. 1576 hujusmodi conventus celebratus fuit. Sed cum hodie ejusmodi negotia in Comitiis pertractentur, atque Circuli inter ſe de ordine contendant, vix amplius tales Conventus ſperandi ſunt.

XXXIV. *Particulares* Circulorum *Conventus* itidem interdum inſtituuntur, vel ob rem monetariam, ut inter *Correſpondentes* Circulos fieri ſolet; vel ob executionem conſociatis Circulis peragendam, ut a. 1554 inter Rhenanum Superiorem & Inferiorem, vel ob mutuam ſecuritatem, ut a Circulis *Aſſociatis* noviſſime factum.

XXXV. Cumprimis *Conventus Monetales*, monetæ probandæ cauſa, in Circulis ſæpius inſtitui expedit. Quocirca Cæſaris eſt, ſtrenue id agere, ut conventus hujusmodi in illis Circulis, in quibus usque adhuc ceſſarunt, redintegrentur, atque ſuis temporibus, uti par eſt, inſtituantur.

XXXVI. Quod ut felicius procedat, certi dantur Circuli, in re monetaria *Correſpondentes*,

XXXV v. FERD. I. *Müntz-Ordn.* d. a. 1559. §. *Aumus unſere* Capit. CAROLI VII. a. IX. §. 5. de GÜNDERODE §. 101. 103.

XXXVI LIMN. *Addit.* ad *Lib. IX. C. I. p. 185.* SCHWEDER. *J. Publ. P. Gen. C. V. §. 19.* STRUV. *Cap. XXIII. §. 77.* GÜNDERODE l. c. GOEBEL *Comment. Circ. Cap. II. §. 8*

tes, quales in tres diſtribuuntur claſſes. In prima exiſtunt Circulus *Rhenanus Inferior* ſive *Electoralis* & *Superior*, juxta cum *Weſtphalico*; In ſecunda *Saxonicus Superior* & *Inferior*, ut tamen poſteriori integrum ſit, priſtinum cum *Weſtphalico* correſpondendi morem adhuc ſervare, In tertia denique *Franconicus*, *Bavaricus*, *Suevicus*, & *Auſtriacus*.

XXXVII. *Conventus* hujuſmodi *monetales* Circulorum *Correſpondentium* ſemel aut bis, prout neceſſitas exigit, frequentari debent.

XXXVIII. Et inter tres quidem Germaniæ Superioris Circulos, *Franconicum*, *Bavaricum* & *Suevicum*, illi adhuc ſtatis temporibus frequentantur. Indicit eos Bambergenſis, præfinito ad comparendum ſex hebdomadum ſpatio. Conveniunt ex quolibet Circulo duo vel tres legati Statuum, quibus jus monetandi & officinas monetales habendi competit. Hi per Zygoſtatas, dictos Wardeinos, monetas in Circulis ſuis occurrentes examinari curant, abuſus monetæ tollunt, defectus corri-

XXXVII. RESP. I. *Müntz-Ordn.* d. a. d. a. 1559. §. *damit unſere* Rec. I. d. a. 1570. §. *ſintemal auch zu Handhabung* VITRIAR. *Inſt.* J P L. 4. *Tit.* II. §. 19. de GUNDERODE §. 104.

XXXVIII. *Francof.* Deput. *Abſchied* d. a. 1571. §. 28. SCHMELZELIN de *Convent. Monet. trium Superior. Correſp. Circul.* STRUV. l. c. COLLER l. c. §. 9. de GUNDERODE §. 104.

corrigunt, denique Receſſum format, & ſubſcribunt, qui vocatur *Müntz-Abſchied*.

XXXIX. Innotuere quoque recentiori ætate Circuli *Aſſociati*, pacis tuendæ atque mutuæ defenſionis, communisque ſecuritatis cauſa, inito peculiari fœdere, quod *Aſſociationis* nomine venit, arctius uniti.

XL. Jam ſub finem ſuperioris ſeculi, occaſione belli Gallici, fundamentum hujusmodi *Aſſociationis*, inter quinque Circulos Rheno viciniores, inſtitutis variis Conventibus Circularibus, & confecto tandem Francofurti A. 1697. *Aſſociationis Receſſu*, in quo leges fœderis continebantur, jactum eſt.

XLI. A. 1700. novum Aſſociationis fœdus, ob novi belli Gallici imminentis periculum, ſed mutuæ duntaxat defenſionis & internæ tranquillitatis conſervandæ cauſa, inter *Franconicum* & *Svecum* Circulum, *Heidenhemii* coaluit: ad quod etiam reliqui Circuli vicini invitati ſunt, atque *Rhenanus Inferior* & *Superior*, nec non *Auſtriacus*, præviis variis Conventibus Circularibus, tandem acceſſerunt, novusque Aſſociationis Receſſus, *Nordlingæ* confectus eſt, *der Nördlinger* Tractat dictus.

XLII.

XXXIX.-XLI. v. KOPP *Abhandlung von der* Aſſociation *der vordern Reichs-Creyſſe*, P. *II*. §. 5. 6. 7. de GÜNDERODE §. 104.

XLII. Conveniunt Circuli Aſſociati, imminente in finibus Imperii bello: Convocat eos plerumque Elector Moguntinus, prævio Circulorum Aſſociatorum conſenſu, qui & interdum a Cæſare hujus rei cauſſa admonentur.

XLIII. Poſtquam capita, de quibus deliberandum, cum litteris convocatoriis ad unum quemque Circulum transmiſſa ſunt, ſinguli, niſi periculum ſit nimis magnum, conventus ſuos inſtituere ſolent, de propoſitis conſultare, & compoſito deſuper Receſſu, dein ablegationem ad Aſſociationis conventum Principi convocanti curandam relinquere ſolent.

XLIV. *Conventus* Circulorum *Singulares* duplicis ſunt generis: vel enim *omnes* Circuli Status conveniunt, vel *nonnulli* tantum: Et ex his iterum vel *Directores* cum Deputatis ex ſingulis ſcamnis, qui *die engern Creyſs-Convente* vocantur; vel Status *Eccleſiaſtici*, vel *Seculares* tantum, vel *Principes* unius Circuli &c.

XLV. *Indicunt* iſtos conventus *Directores* ſive *Principes convocantes*, per *litteras*, ad ſingulos

XLII. - XLIII. FABRI *Staats-Cantz.* T. LXII. C. 16. T. LVIII. C. 10. MOSER. J. Publ. L. IV. C. 7. §. 16. de GÜNDERODE §. 105.

XLIV. v. SCHWED. §. 9. TITIUS L. VI. C. VI. §. 3.

XLV. * *Tempus* ad comparendum præfigitur plerumque ſex hebdomadum.

gulo. Status circulares directas, quæ *tempus*, *locum* & *cauſſam* conventus habendi continent.

XLVI. Liberum hodie etiam eſt, ſine *præſcitu* vel *conſenſu Imperatoris* Conventus ejusmodi inſtituere, quoties neceſſitas vel utilitas Circuli eos exigit; atque tunc Commiſſarii Cæſarei rarius mittuntur, ſaltem ad deliberationes, invitis Statibus, haud admittuntur: Nonnunquam tamen CÆSAR ipſe conventus circulares urget vel jubet, quo caſu non ſolum indictio facta a Directoribus Cæſari ſignificanda, ſed etiam Commiſſarii ipſius admittendi.

XLVII. *Negotia*, in his Conventibus Circularibus tractari ſveta, ſunt vel *Imperii*, vel *Circuli*. Prioris generis cenſentur *Præſentatio*

Locus eſſe ſolet Civitas, in medio fere cujusque Circuli ſita; veluti in Svevico *Ulma*, in Franconico *Norimberga*, in Saxonico *Lipſia*, in Weſtphalico *Colonia*, in Rhenano Superiore *Francofurtum ad Mœnum*.

v. SCHWED. §. 21. VITR. L. IV. II. §. 24. ſqq. HORN. §. 8 STRUV. § 78. GOEBEL. l. c. §. 14. ibique notæ *u*) *w*) *z*) GUNDERODE l. c. §. 108. 114.

XLVII. *Cap*. JOS. a. VI. CAROL. VI. a. XIII. CAR. VII a. XIII. §. 10. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. II. T. VI p. 1094. SCHWED. §. 10. L. B. de LYNCKER. de *Commiſſ. Imp.* §. 16. GOEBEL. §. 13.

tio Aſſeſſorum Cameræ, Probatio monetæ, Conſervatio tranquillitatis publicæ, Collectæ circulares ad utilitatem Imperii adhibendæ, Sententiarum & mandatorum Imperialium executio, Collectio militum, Emendatio matriculæ præparanda: Sed nonnulla horum etiam extra conventus, nonnulla in Comitiis hodie tractari ſolent. Nonnunquam etiam alia negotia publica, univerſum Imperium concernentia in Conventibus Circulorum præconſultando expenduntur, ut facilius in Comitiis expediri queant.

XLVIII. Ad poſterius genus ſpectant: *Collectæ circulares*, ad conſervationem Circuli exigendæ, *conſtitutio officialium circularium*, denique omnia, quæ ad *utilitatem Circuli* pertinent.

XLIX. Status, ſive vocati, ſive non vocati, vel ipſi, qui legatos præcedunt, vel per legatum, comparent; illi nomina apud Directorium profitentur, hi mandata exhibent: deinde ſtatuto tempore conſidentibus ſingulis in ſuis Scamnis convenienti ordine, ad operationes procedunt, ubi prima congregatio directorii *Propoſitione*, ac *mandatorum litterarumque credentialium lectione*, fere abſolvitur.

L. Poſtea de negotiis propoſitis *deliberant*, ſententias viritim dicunt, rogante Directo-

XLVII. . . L. * Diſtingvuntur Status Circulares ſecundum

rio, ſuumque addente, & vel unanimi conſenſu, vel per majora concludunt: Concluſa in *Receſſum Circularem* a Directorio rediguntur, qui, ſi placet prælectus, ſubſcriptione & ſigillis munitur, originali in Archivum Circuli relato, interdum & Cæſaris confirmatio expetitur.

LI.

cundum Scamna, quorum in aliis Circulis plura, in aliis pauciora dantur. In *Suevico* ſunt quinque: 1. Eccleſiaſticorum, 2. Secularium, 3. Prælatorum, 4. Comitum, 5. Civitatum Imperialium. In *Franconico* quatuor: 1. Eccleſiaſticorum, 2. Secularium Principum, 3. Comitum, 4. Civitatum Imp. In *Bavarico* ſunt duo: In altero conſident Eccleſiaſtici Principes, cum Prælatis; in altero Seculares Principes, cum Comitibus & Civitate Imp. Ratisbona.

v. TITIVS §. 7. ſqq. STRYK. de *Milit. Circ.* C. II. §. 2. 10. EVR. H. p. 951. CONRING. de *Negot. Convent.* I. §. 89. 90. LIMN. *in Addit.* ad L. IX. C. I. p. 427. *Grundſ.* P. III. C. III. a. IV. num. 3. p. 89. 90. GOCKEL. de Majeſt. Sveviæ & Francon. Circularium Comitiorum jure p. 140. 143. 146. ſqq. STRYK. de *Milit. Circ.* p. 27. *Staats-Canzl.* P. VIII. p. 310. T. LXIV. p. 656. MOSER *Nachleſe* ad *L. IV. C. 7.* §. *20.* SCHWEDER. §. 23. HORN. §. 9. STRUV. §. 78. 79. de GÜNDERODE §. 118. -- 131.

LI. Ceterum Conventus Circulares, cumprimis particulares & ſingulares, etiam dividuntur in *Statarios*, qui ſtatuto tempore inſtituuntur, quod inprimis monetæ probandæ cauſſa, inter Circulos *Correſpondentes* fieri debet; & *Arbitrarios*; qui habentur, quoties utilitas & neceſſitas poſtulat.

LII. Licet autem Conventus cujuslibet Circuli *annui* eſſe debeant, idque a pleriſque adhuc obſervetur: in Circulo tamen Saxonico Superiori & Inferiori jam ab aliquo tempore ceſſarunt, licet aliquoties de iis reſtituendis actum ſit.

LIII. Denique quilibet Circulus certo *Apparatu*, *Creyſſbereitſchafft*, inſtructus eſſe debet, qui partim *militia*, partim *ærario* circulari abſolvitur.

LIV. Sed laborant quoque Circuli non exiguis *defectibus*, dum non ſolum variæ *provinciæ* iis ſubtractæ, ſed nec *ſtructura* eorum ubique ſatis concinna & ſufficiens eſt, imo & *actus* eorundem ſenſim magis magisque laxari cœpit.

LI. v. *Müntz-Ordn.* 1559. §. 158. ſqq. 1570. §. 158. VITR. §. 18. 19. TITIVS §. 4.

LII. v. LVD. II. p. 951. HORN. §. 9. STRUV. §. 66.

LIII. v. R. I. 1559. §. 21. STRYK. de milit. Circ.

LIV. - LVI. v. TITIVS C. III. §. 28. 29. FORSTNER. L. III. C. 13. HEVNNIVS. l. c. qu. 11. Cap. JOH. a. XII. ibique Medic. p. 138. CAR. VI. a. XII. CAR. VII. a. XII. §. 8. STRUV. C. V. §. 29.

LV. Hinc *Ordinationes* Circulorum indies negliguntur: *Executiones* in illis ut plurimum claudicant, vel ſecundum Ordinationem Executionum Circularium ambagioſæ, & præſenti tempori parum accommodatæ ſunt; antiqua illa Circulorum *Correſpondentia* omittitur, *Colliſiones* inter Membra unius Circuli, *religione* & *viribus* inæqualia, facile oboriuntur; denique mutua *renitentia* inter *Circulos* & *Cameram* ſæpius ſe exerit.

LVI. Inde ſæpius cum de *Redintegratione*, tum de *Reformatione* Circulorum, quorum illa ad reducendos exemtos, hæc vero ad tollendos ac emendandos ſtructuræ aut nexus aut ordinationum defectus, pertinet, conſilia agitata ſunt, ſed usque adhuc absque ſucceſſu: Ut tamen Capitulatione Noviſſima cautum ſit, pro re nata, Placitum Imperii hoc nomine ab Imperatore requirendum eſſe, ac providendum, ut Status reſtituti in ſua libertate ac Immediate Imp. illibati conſerventur atque omnis attentata vis evitetur ac tollatur.

LIB. VII.
DE
JURE PUBLICO STATUUM IMPERII.

CAP. I.
DE
SPECIALIBUS IMPERII R. G. REBUSPUBLICIS, SIVE TERRITORIIS STATUUM ET SUPERIORITATE TERRITORIALI IN GENERE.

§. I.

POſtquam Jus Publicum *Univerſi Imperii* conſideratum eſt, *Specialium* quoque I. R. G. *Rerumpublicarum* Jus Publicum, quod in *Territoriis Statuum Imp.* locum habet, conſiderandum erit.

II. Scilicet ex ſupra dictis liquet, univerſum *IMPERIUM* in varia TERRITORIA diſtributum eſſe. Hæc autem nihil aliud ſunt, quam *Provinciæ Imperii particulares, jure Status poſſeſſæ, atque imperio civili, ſub Superioritatis Territorialis nomine animatæ, ita, ut quælibet peculiaris Reipublicæ ſpeciem exhibeat, cum univerſi tamen Imperii Republica certo nexu unitam.*

III. Dividuntur Territoria (1) in *IMMEDIATA & MEDIATA*: quæ diſtinctio e

§. III. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. IX. § 2. ſqq. conf. Supra L. I. C. XX. § 6.

nonnullis ita explicatur, ut *illa* dicantur, quæ, ſine intermedio Domino Territoriali, Imperio ſunt ſubjecta; *hæc* vero, quæ Dominum habent Territorialem, &, hoc mediante, Imperio ſubſunt: Origo autem & fundamenta diſtinctionis ſub Imperio FRANCORUM quærenda.

IV. Sed ut uſus diſtinctionis pateat, tempora diſtingvenda ſunt. Sub Francis *CAROLINGIS* omnia Territoria fuerunt *immediata*, poſtquam CAROLUS M. magnos Ducatus fregit, & in Comitatus minores diviſit, Regi, ſine intermedio Duce, ſubjectos.

V. Poſt *CAROLINGOS* vero, cum majores iterum Duces ſurrexerunt, qui univerſali ſub poteſtate ſua integras provincias complexi ſunt, & non ſolum hereditario, ſed & proprio jure easdem ſibi aſſeruerunt, *mediatæ* ſenſim factæ ſunt omnes Imperii Germanici Provinciæ; ita ut ſolus *Dux* eſſet *immediatus*, reliqui Ordines cum ſuis terris *mediati*; exceptis tamen *Epiſcopis* & *Abbatibus*, itemque *Comitibus*, & *Civitatibus* nonnullis; exceptis etiam *Terris fiſcalibus*, immediate Regi in qualibet Provincia reſervatis, quibus Comites Palatini præerant, quæ tamen ſenſim etiam defecerunt.

VI. Atque hic rerum ſtatus non ſolum in *SAXONIA Weſtphaliam* & *Thuringiam* ſimul ambitu ſuo complectente, & BAVARIA, ſed etiam *LOTHARINGIA*, *FRANCONIA* (quibus *Terræ Rhenenſis* partes acceſſerunt)

ſerunt) & *SVEVIA* ſunt, atque ſub SAXONICIS, (ubi cœpit, licet imperfectum) FRANCONICIS & SVEVICIS Imperatoribus aliquamdiu perduravit.

VII. Sed SVEVICORVM Imperatorum ætate magnam mutationem Provinciæ majores ſubierunt, dum primum fractis ac divulſis, proſcriptione HENRICORVM, magnis *SAXONIÆ* & *BAVARIÆ*, ac deinceps, extinctis HOHENSTAVFFIIS, etiam *FRANCONIÆ* & *SVEVIÆ*, Ducatibus, plura *Territoria Immediata*, quorum Domini hactenus mediati fuerant, enata ſunt.

VIII. Ex his, probe ſubductis rationibus, facile apparebit, quantum Diviſioni in terras *Immediatas*, & *mediatas*, eo ſenſu, quo ſub Francis uſu veniſſe dicitur, poſt tot rerum viciſſitudines, & magnorum Ducatuum diviſiones, hodie tribuendum ſit, quantumque uſum cumprimis in diſcernendis Territoriis clauſis & non clauſis (de quibus mox) habere poſſit.

IX. Hodie igitur alio ſenſu Territoria *Immediata* dicuntur, quæ immediate Imperio ſubſunt, quamvis habeant Dominum Territorialem, qualia ſunt Territoria Statuum. *Mediata* vero, quæ immediate quidem Do-

Llll 3 mino

VII. v. Supra L. IV. C. II. §. 16. ſeqq.

IX. v. COCCEJ. *Autorem*, *J. Publ.* C. XII. STRUV. C. XXIX. §. 6.

mino Territoriali, mediate vero demum Imperio [illegible] ſubjiciuntur; quales hodie ſunt terræ Landſaſſiorum.

X. Quamvis autem regulariter Territoria illorum, qui ſunt *Status*, etiam *Immediata* ſint, tamen dantur *Status* nonnulli, cumprimis inter Prælatos & Comites, qui vel *immediato* Territorio plane deſtituuntur, vel juxta cum *immediatis* etiam *mediatas* terras poſſident.

XI. Secundo Territoria dividuntur in **CLAUSA & NON-CLAUSA.** *Illa* dicuntur, de quibus conſtat, quod omnia, quæ illius finibus continentur, aliquando unius poteſtati territoriali ſubjecta fuerint; *hæc* vero, quæ ſub nomine & ambitu ſuo includunt terras, eidem Domino haud obnoxias, ſed [illegible] territoria conſtituentes, vel certe [illegible] ſuperioritati haud ſubjectas, vel de quibus

---

X. [illegible] de *Special.* R. G. I. *Rebus*. S. 1. §. 5. [illegible] l. c. ubi exempla.

XI. [illegible] B. Dn. de WERNHER Diſſ. de *Pro-* [illegible] *ſſeſſ.* ex *Stat. Terr.* §. 18.-21. Conf. [illegible] Dn. MENCKEN. Diſſ. de *Vi Superiorit.* [illegible] *n Terris Imp. Clauſ.* §. §. 10. 13. & de [illegible] *Competentia Vaſallorum* &c. Sect. II. §. 11. 12. [illegible] HEYM. de BUCHHOLTZ Annot. ad SCHWED. *J. Publ.* P. *Spec.* C. IX. § 5. p. 144. THOMAS. de *Inaeq. Brocard.* [illegible] *Quam* [illegible] *Territorio præſumuntur* [illegible] *de Territorio*. B. Dn. STRUV. C. J. *Publ.* C. V. §. 5.

quibus ſaltem, quod aliquando unius Superioritati Territoriali ſubfuerint, probari nequit.

XII. *Uſus* diſtinctionis vulgato iſto: *Quicquid eſt in Territorio, eſt etiam de Territorio;* exprimitur, atque adeo in probatione *Landſaſſiatus* vel *Immedietatis* ponitur, ita, ut terræ in Territorio *clauſo* ſitæ regulariter pro *mediatis*, in *non-clauſis* pro *immediatis* habeantur, eo quod res in eodem ſemper ſtatu manſiſſe *præſumatur*; ſed *Præſumtio* tamen hæc *contraria probatione* elidi queat: unde rationis eſt, ut, & qui in Territorio *clauſo* exemtionem prætendit, & qui in *non-clauſo* alterum ſibi ſubjectum eſſe contendit, onus probandi ſubire debeat.

XIII. Sed ſi ad ſpecialia deſcendamus, & quæ ſint Territoria *clauſa* vel *non-clauſa* quæramus, res difficultate non caret. Alii fundamenti loco ſitum in terra *immediata* vel *mediata* collocant (*a*): Alii attendendum putant, utrum *major* aliqua *Poteſtas* in Territorio ſit, nec ne (*b*): Sed uti priori, ob ante dicta, ſatis tuto inniti non licet, ita nec poſterioris ratio evidens apparet.

XIV.

XIII. (*a*) v. COCCEJ. J. P. C. XV. §. 40. ſqq. & C. IX. §. 1. B. Dn. de WERNHER. l. c §. 8. ſqq.
(*b*) v. TITIVS de *Habitu Territor. Germ.* C. 1. §. 71. ſ.

XIV Rectius forte *Status* provinciarum, qualis proxime *ante & poſt fractos* Saxoniæ, Bavariæ, Franconiæ & Sveviæ *Ducatus* fuit, fundamenti loco collocatur, atque hunc in modum rationes ſubducuntur.

XV (1) Quæcunque terræ, ante diviſionem Ducatuum, in Provinciis, ſub univerſali unius Ducis poteſtate concluſæ, in quibus alius Dux iterum ſucceſſit, ſitæ fuerunt, illæ adhuc *mediatæ* cenſentur, niſi *exemtio* illarum, vel ſtatim in iſta diviſione, vel poſtea, facta doceri queat, cujus probatio allegandi incumbit.

XVI. (2) Contra Provinciæ, quæ, extinctis Ducibus ſuis, alium Ducem univerſalem nactæ non fuerunt, *non-clauſæ* cenſentur: adeoque Ordines illarum, jam ſublato Duce, a mediatæ ſubjectionis, ſive Landſaſſiatus, vinculo ſoluti, cum ſuis terris, æquali *immediatæ* libertatis jure gaudere præſumuntur, donec *ſubjectio* ab allegante probetur.

XVII. (3) Denique Territoria particularia, quæ vel, ante diviſionem Ducatuum, jam

XIV. -- XVII. * Ex dictis liquet, cur *Svevia* & *Franconia* cum *Terra Rhenenſi* Territoriis *Non-clauſis*, *Saxonia* vero cum *Miſnia* & *Thuringia*, item *Bavaria* & *Auſtria*, *Clauſis* Territoriis annumerentur. Conf. Illuſtriſſ. A. *Examinis Diſſert. de Jurisd. Feud.* &c. Pechholtzio oppoſiti C. VIII. § 10. ſqq. & C. IX. 11. D. MENCKEN. de *Vi Imperatoris.* § 11. ſqq. ** Clau-

jam ſeparatas ab iis rationes habuerunt, vel divulſis Ducatibus, aut extinctis Ducibus, peculiaria immediati Territorii jura nacta ſunt, *Clauſis* Territoriis accenſentur; adeoque terræ iis incluſæ, cum ſuis poſſeſſoribus, *mediatæ ſubjectionis* ac *Landſaſſiatus* jure tenentur, donec *exemtio* ab allegante probetur.

XVIII. Tertio dividuntur in *FEVDA* & *ALLODIA; illa* ab Imperatore & Imperio, ſub lege fidelitatis, recognoſcuntur, *hæc* vero a nexu feudali, non tamen ab omni Supremo Dominio, ſunt libera: His accedit tertium genus, *TERRITORIA* nempe *CIVITATVM*, quæ nec Feuda, nec Allodia, proprie ſunt.

XIX. Equidem *ALLODIALIA* mere Territoria inter *Ducatus* & *Principatus*, præter Principatum Meurſenſem, hodie non dantur; niſi quod ſæpius terræ allodiales, vel ex bonis eccleſiaſticis ſeculo addictis, vel jure pignoris ab Imperio, vel per uxores, vel aliunde acqui-

** Clauſa Territoria etiam Civitatibus Imp. adſcribuntur. v. STRUV. de *Terr. Clauſo Civit. J.*

XVIII. v. Supra L. V. C. X. §. 3. ſqq. & 33. ubi origo hujus diſtinctionis expoſita eſt.

XIX. v. REINKING. de *Regim. Ec. & Sec.* cl. IV. c. XVI. n. 60. THOMAS. de *Nat. Bon. Secular.* §. 18. ſqq. COCCEJ de *Præſumt. Qualit. Feud. Comitat.* STRUV. de *Allod. Imp.* §. 39. 42. 43. *C. J. Publ.* C. XXIX. §. 4.

acquiſitæ, aliis intermixtæ ſint: bene vero inter *Comitatus* & *Baronatus*, quorum nonnulli adhuc ſunt pure allodiales, nonnulli allodiis mixti.

XX. Plerique Status *FEVDA* Imperii *immediata* poſſident, licet nullus facile ſit Elector, nec Princeps Imperii, qui non Dynaſtiam quandam, vel aliud feudum, ab alio Statu, quandoque inferiori, teneat.

XXI. Fieri etiam poteſt, ut Status *Territorium* immediatum, & *Superioritatem Territorialem*, vel *alterutrum* horum, alii *STATVI*, ſive ut *feudum oblatum*, ſive ut *datum* per ſubinfeudationem acceptum ferat, ſalva, extra nexum feudalem, immediati Territorii, vel Superioritatis Territorialis, a Cæſare recognoſcendæ, atque adeo Status, qualitate.

XXII.

XX. v. HERT. de *Spec. R. G. I. Rebuſp. S. II.* §. 33. STRUV. C. XXVI. §. 3.

XXI. * Dic. de Ducatu Wurtenbergico, Principatu Calenberg. Comit. Waldecenſi, Erpacenſi, Mansfeldenſi. it. de Comitibus, hodie Princip. Schwarzb. Comit. Rietberg. Rheingraviis.

v. HERT. de *Feud. Oblat.* STRAUCH *Diſſ. Exot.* X. §. 11. EUROP. HER. p. 625. 716. LYNCKER. de *Superioris Territor.* p. 38. 39. 40. 45. 50. HORN. C. LVII. §. 18. LUDEWIG. de *primo fere Subfeud. Imp.* STRUV. C. XXIX. §. 3.

XXII. Viciſſim fieri poteſt, ut aliquis Territorium quidem *immediate* a CÆSARE ut feudum recognoſcat, ac nihilominus & ipſe, & territorium, & jus territorii, *Superioritati* Status alicujus *Territoriali*, vel Sublimi Territorii juri, ſubjaceat.

XXIII. Quarto Territoria ſunt vel *ECCLESIASTICA*, vel *SECVLARIA*: utraque, pro diverſitate Statuum *Eccleſiaſticorum* vel *Secularium*, diverſis nominibus inſignita. Sed in illis diſtingvendæ terræ *fundationis*, *die Stiffts-Lande*, ab *acceſſoriis*: Diſtingvendum quoque inter *Territorium*, *Jus Metropolitanum* & *Diœceſin*. In his circa *Electoratus* diſtingvendæ *terræ Electorales* & *hereditariæ*: item circa *Civitates Imp.* diſtingvendum Territorium principale & acceſſorium; poſterius ſæpe integros Comitatus complectitur.

XXIV Denique Principum *Evangelicorum* Territoria ſunt vel *Secularia*, quæ vel ab initio talia fuere, vel ſeculi juri prorſus addicta: vel *Eccleſiaſtica*, quæ adhuc aliquam Epiſcopatus vel Regiminis Eccleſiaſtici formam ſervant: vel *Mixta*, quorum regimen quidem ſeculare eſt, ſalvo tamen jure Capitulorum.

XXV. SVPERIORITAS TERRITORIALIS eſt *Poteſtas*, *Statibus Imperii ex Legibus fundamentalibus competens*, *exercendi jura*

XXII. v. HORN. l. c. & pecul. *Progr.*
XXIII. XXIV. v. STRUV. §. 9. 10. 11.

jura majeſtatis æmula, intuitu Territorii, erga ſubditos pariter ac exteros, in quantum legibus aut pactis non eſt reſtricta.

XXVI. *Nomen* SUPERIORITATIS TERRITORIALIS ſerius innotuit, uti *res ipſa* ſenſim invaluit: Initio *Regalium*, vel *Juris & Jurisdictionis*, item *meri mixtique Imperii* nomine

---

XXVI. v. LIMN. *J. O. T. I.* Addit. L. IV. C. VIII. n. 182. ibi: *Die Landes-Fürſtliche Obrigkeit iſt vor alters im Reich ein gantz unbekant Ding geweſen, und iſt erſt ein neuer* fœtus noſtri Seculi. SCHATEN. *Ann. Paderb* T. I. L. 9. ubi OTTO IV. a. 1198. Corbejenſi Eccleſiæ *Jurisdictiones*, videlicet *Advocatias & Comitatus & Regales Bannos* conceſſiſſe legitur. LEHM. *Chr. Ep. L. II.* §. 35 A. B. C. XIII. Lit. inveſtit. Anhalt. d. a. 1495 ibi: *Daß wir ihnen ihre* Regalia, *Lehen, Fürſtenthum &c. Obrigkeiten, Gerichten- und ſonſt andern Fürſtlichen Herrligkeiten, &c.* CAROLI IV. Litt inveſt. 1377. quibus Gvilhelmum Gelriæ Ducem *Superioritatibus* quoque inveſtivit. INSTR P a. V. §. 12. & a. VIII. §. 1. R I. a. 1555. §. 40. A. 1550 §. 21. ibi: *Die Landes hohe Obrigkeit, die Landes herrliche Bothmaſſigkeit, Oberherrligkeit und Gebiete.* Capit. LEOP. a. III. ibi. *Der Fürſten, Prælaten, Graffen, Herren, Freyen, Reichs-Ritterſchafft, Hoheiten, Geiſtliche und Weltliche Würden, Gerechtigkeit, Macht und Gewalt* CAROLI VI. a. XV. *Landes-Fürſtliche hohe Obrigkeit.* HERT. de *Superiorit.* T. §. 2. 8. STRUV. §. 15. 16. 18.

* *Supe-*

mine Jura, Statibus in territoriis competentia, venerunt; vel plurimorum Jurium enumeratione res circumſcripta fuit: In J. P. demum *JVRIS TERRITORIALIS* nomen reperitur; *Superioritatis* autem vox licet hoc ſenſu in LL. Imp. vix occurrat, tamen hodie uſitatiſſima reique convenientiſſima eſt: Germ. pro diverſitate Statuum *Landes-Fürſtliche*, *Græffliche*, *Herrliche*, *Stædtiſche*, *Landes- und Hohe Obrigkeit*, ſalutatur.

XXVII. An *Majeſtas* ſit Superioritas Territorialis? diſputatur, & a nonnullis, ob liberum jurium illorum, quæ Majeſtatis ſunt, in Statuum Territoriis exercitium, affirmatur: Sed ſtylo juris publici recepto hactenus modeſta Superioritatis Territorialis vox magis

* *Superioritas* abſolute poſita, item *Suprematus*, Gall. *La Souveraineté*, non niſi Summam Majeſtatem, notare cenſetur v. *J. P. Mon* §. 74. 96. Sed *Superioritas* cum addito *Territorialis* Statibus recte tribui exiſtimatur; quamvis & *Suprematum* ad Principes armipotentes FVRSTENERIVS, peculiari ſenſu applicet. v. HORN. J. P. C. LVIII. §. I. STRUV. §. 17.

XXVII. v. MAGER. de *Advoc. Arm.* C. VI. n. 84. p. 205. RHET. L. II. T. II. §. I. COCCEJ. C. XXI. §. 7. THOMAS. de *Injuſta Oppoſ. Jur. Majeſt.* &c. TITIVS *J. Publ.* L. III. C. 5. HORN. §. II. BRVNNEM. *Exam. J. P.* L. III. qu. 2. GOEBEL. de *Jurib. Procer. Imp. Majeſtaticis.*

gis placuit, haud dubie, ob memoriam priſtini ſtatus, & inæqualis nonnullorum Statuum vires, quæ ſplendorem Majeſtatis deprecari videntur.

XXVIII. Olim S. T. a *beneficio* & *conceſſione* Cæſaris dependebat: Sed hodie Statibus ex *LL. fundamentalibus* ita competit, ut & *jure proprio*, & *libere* illam exerceant, nec in exercitio ejusdem a Cæſare & Imperio *turbari*, aut actus ejus *irriti* reddi, queant.

XXIX. Competit S. T. vel titulo *allodiali*, ubi, tacito vel expreſſo Imperatoris conſenſu, cum pleniori jure, acquiſita eſt: vel *feudali*, ubi *inveſtituræ* Cæſareæ conditio ad legitimam ejus poſſeſſionem requiritur; quamvis per eam jus hoc proprie non *conferatur*, ſed jam competens velut *agnoſcatur* & *ſolenniter confirmetur*.

XXX.

XXVIII. v. J. P. a. VIII. §. 1. 2. ibi: *libero juris territorialis, tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis, exercitio a nullo unquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint.* Cap. CAR. VI. a. I. CAROLI VII. a. I. §. 1. 8. TITIUS l. c. §. 10.-14. C. IX. §. 2. ſqq. SCHWED. P. Sp. S. II. C. X. §. 9. HORN. §. 7.

* An *dependens* hodie recte dicatur? v. HORN. §. 6. BRUNNEM. l. c. qu. 3.

XXIX. v. ITTER. de *Feud. J.* C. VIII. p. 424. HORN. §. 5. 6. TITIUS C. IV. §. 12.

XXX. Non autem competit S. T. niſi *Statibus* Imp. qui hinc *Domini Territoriales* appellantur, iisque omnibus & ſingulis, adeoque, uti *Electoribus* & *Principibus*, ita & *Comitibus* & *Civitatibus Imperii*, licet non *aequali plenitudine* & *ſplendore*. cum ad hoc poſterius etiam *habile ſubjectum* requiratur quod imprimis *potentia* producit, unde hactenus *Supremätus*, vel *Potentatus*, a *Superioritate* T. diſtingvendus videtur

XXXI. Quamvis autem S. T. nonniſi *Immediatis*, competat, fieri tamen poteſt, ut pars territorii cum jure territoriali, alteri, titulo allodiali, vel feudali, concedatur, ita, ut hic nihilominus Superioritati Territoriali concedentis obnoxius maneat. Sed uti rariſſime omnia Regalia, praeſertim majora, hoc pacto concedi ſolent, ita nec *Superioritas Territorialis* proprie conceſſa intelligitur,

XXX. v. J. P. O. V. §. 29. & 48. VIII. §. 1. 4. COCCEJ. C. XXI. §. 12. 14. BOECLER de *Superiorit. T. Comit.* SCHWED. §. 11. 12. & Diſſ. de *Pari nexu Civit.* J. Cap. II. § 7. ſqq. LUDEWIG de *Diſpari Ger. nexu* C. VI. § 4. TITIUS §. 15.-17.

* An etiam Foeminis competere poſſit? v. HERT. §. 3.

** An & Nobilitati Immediatae S. T. competat? aff. HERT. de *Spec. R. G. I. Rebusp.* §. 8. & TITIUS §. 16. Sed J. P. eam tantum *Statibus I. R.* tribuit. conf. ſupra L. IV. C. XIX. § 17.

XXXI. v. SCHWED. §. 11. HORN. §. 9. 10.

ſed jus *territorii ſubalternum*, *Sublimi Territorii* juri ſubordinatum.

XXXII *Partes* ſeu *Jura* Superioritatis Territorialis *REGALIA* quoque appellari ſolent: Quæ vox, in antiquioribus jam monumentis ob ia, primum Regii ſeu Imperatorii fiſci jura plerumque ſignificavit; Sed deinceps, Italorum forte auſpiciis; ad omnia jura, quibus Reges pollent, producta, & ab ipſis pariter ac Germanis Territorii juribus, utpote a Regibus derivatis, applicata fuit.

XXXIII. Quænam vero Regalia *ſpeciatim* partes Superioritatis Territorialis conſtituant, in LL. Imperii *definitum* non eſt, ſed indefinite *jus Territorii tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis*, Statibus confirmatum.

XXXIV. Hinc ſpecialia ex Jure publico univerſali deducenda venient, & fundamenti loco regula ponenda: *Quod Superioritas T. complectatur omnia jura, ad regendum ac tuendum Territorium neceſſaria, niſi reſtrictio ex legibus, vel pactis, doceatur.*

XXXV. Hinc valet brocardicum: *Conceſſo Territorio univerſali, conceſſa exiſtimantur omnia*

XXXII. v. CONRING. de *Urb. Germ.* §. 59. HERT. § 8.

XXXIII. - XXXV. v. J. P. a. VIII. §. 1. 2. TITIUS L. III C. V. §. 5. - 7. HERT. §. 8.

* Dic. de brocardico: *Tantum quisque Status poteſt in ſuo Territorio, quantum Imperator in Imperio.*

omnia Regalia, & qui Territorium habet, habere Regalia : Sed valet etiam hoc: *Poſſe quem habere Regalia, etſi non habeat Superioritatem Territorialem.*

XXXVI. Quemadmodum vero Majeſtas, ita & Superioritas T. vel jura *Imperii* ac *Domini* exercet in *Territorium*, vel ex *Libertate* civili agit cum *Exteris* intuitu Territorii: hinc jura Superioritatis Terr. etiam in *Immanentia* & *Tranſeuntia*, & illa iterum, pro diverſitate objecti, dum vel circa *Eccleſiaſtica*, vel *Politica*, verſantur, commode diſtribui poſſunt.

XXXVII. Sed & dividi ſolent Regalia in *Majora* ſeu principalia, quæ in ipſa poteſtate regendi ac tuendi Territorium conſiſtunt: & *Minora* ſeu ſubſidiaria, quæ in mediis & ſubſidiis ad regimen & tutamen iſtud pertinentibus.

XXXVIII. Regalia *minora* iterum duplicis generis ſunt: alia ad regendum ac tuendum territorium faciunt; alia ad commoda privata vel voluptatem Principis, quæ non alio ſenſu regalia dicuntur, quam quia non privatis, ſed Principi competunt, etſi non officio Principali.

perio. V. SCHWED. §. 4. HVGO de *Stat. Reg.* G. C. IV. §. 9.

XXXVII. XXXVIII. V. COCCEI. C. XXI. §. 5.

CAP. II.

DE ORIGINE SPECIALIVM I. R. G. RERVMPVBLICARVM, SPECIATIM SVPERIORITATIS TERRITORIALIS STATVVM SECVLARIVM.

§. I.

NAtales SPECIALIVM IMP. R. G. RERVMPVBLICARVM hi ſunt: TERRITORIA ex diverſis Provinciis, ac Populis, in quos omni tempore Germania diſtributa fuit *, enata ſunt; SVPERIORITAS vero TERRITORIALIS ex Regalibus, ſive juribus Regiis, in Proceres primum jure officii, poſtea feudi, in Civitates vero per modum privilegii, translatis, originem traxit.

II. Sed uti TERRITORIORVM non eadem omni tempore fuit ratio, dum ex majoribus ſenſim minora fuere exorta: ita nec SVPERIORITAS TERRITORIALIS uno momento omnibus collata fuit, ſed per Spira-

§. I. * Dic. de ſententia FÜRSTENERI de *Suprem. C. XIV. ſqq.* Status eorumque Jura, non eſt Magiſtratibus, ſed vetuſtiſſimis Gentium Germanicarum Regulis, ſerie non interrupta, derivantis. Contra quem diſputat Autor. Tract. de *Superioritate Territ. Specim.* 10. *Medit.* ad *J. P.* adjectæ §. 14.

Spiramenta temporum proceſſit, & Regalia Regalibus, quaſi per incrementum latens, acceſſerunt, aliis citius, aliis tardius, acquiſita; id quod jam luculentius, per diverſas *Ducum* & *Comitum*, *Epiſcoporum* & *Abbatum*, nec non *Civitatum Imp.* claſſes eundo, ex rerum monumentis demonſtrandum.

III. Scilicet Germania omni tempore ab abſoluto unius Imperio abhorruit: In ſtatu primævo quot *Populi*, tot *Reſpublicæ* fuerunt, in Pagos iterum, vicosque diſtributæ; Harum Magiſtratus in pace PRINCIPES, *Vorſten*, vel GRAVIONES, *Grauen*, in bello DVCES, *Herzoge*, ſalutati ſunt.

IV. FRANCORVM auſpiciis quidem diverſi ac ſegreges iſti Germaniæ Populi in *unum* Regni *Corpus* ſenſim coaluere: quod tamen in certas iterum Provincias, certosque Pagos, deſcriptum fuit: His DVCES & COMITES, more, ut videtur, Romanorum præficiebantur, qui tamen nonniſi *Magiſtratus* erant, negotia belli & pacis, Regni nomine, adminiſtrantes, & uſufructu quodam terræ, ſalarii loco, gaudentes; ſucceſſionis vero nullum iis jus erat, niſi beneficio Regis & Comitiorum.

III. v. TACIT. de *Mor Germ.* C. 7. 13. HERT. de *Orig. Spec. R. G I. Rerump.* §. 2. de *Statu Region. Germ.* C. 1. §. 1.

IV. v. HVGOL. c. §. 2. HERT. §. 3.

V Sed ſucceſſu temporis Germania in eum ſtatum, in quem ſemper propendit, relabi cœpit: vinculum Imperii Monarchici ſenſim laxatum eſt; unum Regni Corpus in plura corpora minora abiit; DVCES & COMITES munera, ad tempus mandata, & perpetua & hereditaria fecere, atque poteſtatem vicariam, ſenſim auctam, una cum provinciis, jure proprio ſibi aſſeruere; adeoque ex Præfecturis Regna, vel quaſi Regna, enata ſunt.

VI Initia tantæ mutationis jam ante CAROLVM M facta ſunt: Cumprimis DVCES, quorum officium initio tantum militare fuerat, jam declinante MEROVINGORVM ſtirpe, integras Provincias, ex pluribus Comitatibus coagmentatas, civili & militari imperio, adminiſtrandas ſibi ſumſerunt, & pene Regiam poteſtatem in iis exercere cœperunt.

VII. CAROLVS M. quidem, animadverſo Majorum errore, fregit hanc Ducum potentiam, atque magnos DVCATVS in plures COMITATVS diſtinxit, nonniſi *vicario* jure a *Præfectis* adminiſtrandos: At jam LVDO-

VI. v. HVGO §. 3. HERT. §. 4.

VII. v MONACH. SANGELL. L. I. de *geſt.* CAR. M. C. 14. THEGAN. de *geſt. Ludov. Imp.* C. 19. *Annal Bert.* 819. HERT. §. 5. 6. HVGO l. c. Tr. de *Super. Terr.* §. 30. 32.

LVDOVICO P. Imp. Provinciæ, ſalubri Patris conſilio in Comitatus diviſæ, in DVCATVS iterum reeligi cœperunt, & ſub ejus poſteris, cumprimis ARNVLPHO & LVDOVICO, magis adhuc & numerus & potentia Ducum ſuccrevit.

VIII. Ita factum, ut, extincta *Carolingorum* familia, univerſa Germania in quinque DVCATVS, SAXONICVM, (*Thuringiam* quoque complexum) BOJOARICVM, LOTHARINGICVM, FRANCICVM & SVEVICVM, quibus potentiſſimi tunc Principes præerant, diviſa eſſet.

IX. An vero tunc temporis *Superioritas Territorialis* nata ſit? ſtrenue diſceptatur:

VIII. v. LVITPRAND. Hiſt. L. I. C. III. *ſub Conrado Rege, potentiſſimi Principes, Arnoldus in Bojoaria, Burcardus in Suevia, Eberhardus Comes potentiſſimus in Francia, Giſelbertus Dux in Lotharingia erant. Quos inter Henricus Saxonum & Thuringorum Dux præpotens clarebat.*

IX. * Affirmant quæſtionem LEHM. *Chr. Sp.* L. II. C. 47. ibi: *Die Hertzogen haben ſich mit dem Schwerdt ihre Hertzogthume nicht alleine erb- und eigenthümlich für ſich und ihre Erben zu erſtreiten; ſondern ein Jeder gleich als ein Kœnig im Kœnigreich in ſeinem Lande zu regiren fürgenommen.* MONZ. C. III. §. 4. qui, Proceres Territoria Cæſari velut *feuda obtuliſſe*, exiſtimat. Quod ita explicat THOMAS. de *Feud. oblat.* §. 24. *non alia*

Sui juris quidem facti Germaniæ Populi, extincta regnatrice familia, ſummoque imperio Duces, Provinciarum Præſides, conſenſu cujusque Populi, gaudere videbantur; ſed Regem iterum eligendo, libertatem haud ſerva-

alia conditione novo Regi regnum detuliſſe, quam ut poſſeſſionem ampliſſimorum Territoriorum ipſis confirmaret COCCEJ. *J. Publ.* C. XV. §. 43. ibi: *Extinctis Carolingis, cum videretur reddita Poteſtas, quam ſinguli Populi & Provinciæ ante Francorum victorias Regiam habuerant: placuit, ut ſinguli Populi ac Provinciæ ſub Ducibus ſuis ſalva Majeſtate Regis & Regni, haberent propriam poteſtatem & regalia.* B. de LYNCKER de *Super. Terr.* p. 8. de LUDEWIG. *Germ. Princ. Poſt Caroling.* C. IV. §. ubi de Ducibus: *Poteſtatem regiæ proximam exercent; non alienæ rei fiduciarii procuratores, ſed ſuarum regionum Domini, Jus belli & pacis, Jus legum ferendarum, & Conſtituendi Judices alioſque magiſtratus, jus fœderum & comitiorum, imo & ſacrorum, exercentes; nec jam a Regibus conſtituuntur &c.* A. Tr. de *Super. Terr.* §. 32. qui, jam ſub ultimis Carolingis jacta poteſtatis territorialis fundamenta, ſub CONRADO, HENRICO, OTTONE, firmata. provinciasque proprio jure, & lege Feudi conceſſas, non tamen cum omnibus juribus territorialibus, exiſtimat. STRUV. *J. Publ.* C. XXIX. §. 19.

Negant ITTER. de *Feud. I.* C. I. §. 17. KULPIS de *Legat.*

ſervarunt, neque expreſſæ de minuenda Regis, & augenda DVCVM poteſtate, pactiones extant; quamvis ipſo facto DVCES ad majorem libertatem adſpirarint: Igitur fundamenta eius ſaltem jacta videntur, plenum jus Territoriale nondum acquiſitum.

X. Scilicet cum firmare potentiam ſub ultimis Carolingis partam, ac liberiori poteſtate pleniorique Jure, Provincias ſibi aſſerere conarentur DVCES: in ordinem redacti ſunt a CONRADO, HENRICO, OTTONE, & Provinciæ quidem integræ iis permiſſæ, ſed beneficio Regis, & ſub fidelitatis lege, nondum tamen proprio, nec prorſus hereditario jure.

XI. Namque DVCATVS tunc temporis nonniſi honor ac munus erat, a Rege dependens, cum poteſtate, univerſam Provinciam Regis & Regni nomine gubernandi, cumprimis de Salute provinciæ cum ceteris Statibus conſultandi, ac parte provinciæ, ſtipendii loco utendi fruendi, beneficii vel feudi nomine, Duci a Rege conceſſum.

XII.

Legat. Stat. I. C. 7. HERT. de *Feud. oblat.* C. I. §. 17. de *Orig. Spec.* J. R. G. *Rerump.* §. 8. TITIVS J. Publ. L. I. C. IV §. 29. GVNDLING. de *Statu Reip. Germ. ſub Conrado I.* § 7.

X. XI. v. Supra L. I. C. I. §. 63. 67. 75. L. IV. C. XVI. §. 3.

XII. Etſi autem ſatis ampla eſſet iſthæc Ducum poteſtas, nondum tamen omnia Regalia complexa eſt, ſed plura, cumprimis majori pleraque, Regibus & Comitiis reſervata fuerunt, ſucceſſu temporis demum Ducibus, æque ac ceteris ſtatibus, acquiſita.

XIII. Etſi etiam ad filios & fratres plerumque tranſiret Ducalis poteſtas, ita, ut non temere excluderentur: tamen ad HENRICI IV. ætatem adhuc Imperatores nonnunquam pro arbitrio de Ducatibus diſpoſuerunt. XIV.

XII. v. COCCEJ. C XIV. §. 43. A. Tr. de *Super. Terr.* §. 34 ubi cenſet, Jus territoriale tunc haud longe ultra *jurisdictionis*, *merique imperii*, fines ſeſe penetraſſe, cum aliqua tamen *armorum* poteſtate, ad contumaces coercendos, ac ſubitam vim repellendam.

* Not. 1. per *Comites Palatinos* auctoritatem *Ducis* valde temperatam fuiſſe, quippe qui Cæſaris nomine Senatui præſidebant, intercedebant, ad Cæſarem referebant, jus reddebant, fiſcum procurabant. v. AVENT. L. I. ap. HERT. l. c.

2. Nec privilegium primæ inſtantiæ locum habuiſſe, cum Regi Judicia ubique parerent.

XIII, XV. v. *J. F Alem.* C. XLII. COCCEJ. l. c. HERT. §. 8. ITTER. de *F. J.* C. I. §. 18. p. 43. Tr. de *Super. Terr.* §. 35. 36. conf. Supra L. I. C. I. §. 84. 108. C. IV. ſqq. ubi exempla Ducatus Franconici & Svevici, item Lotharingici, Bavarici, Saxonici, it. Palatinatus Rheni, Marchionatus

XIV. Verum ab HENRICI IV. & V. temporibus non ſolum plerique DVCATVS & *Principatus* nonnulli, *hereditarii* facti, ſed & *Regalibus* aucti ſunt; adeo, ut ſub SVEVICIS Impp. in vera *Feuda* converſi, ac Duces & Principes jam non amplius Magiſtratus, ſed *Domini* territoriorum ſuorum facti fuiſſe videantur: quæ res per *Interregnum* maximum robur & incrementum cœpit; dum, Imperatore non exiſtente, Proceres uti ſummum imperium in Territoriis ſuis, ita Jus belli & fœderum erga alios exercuerunt

XV. Et licet poſt *Interregnum* adhuc etiam ELECTORES quædam Regalia non niſi ex *privilegio* exercerent: attamen & ipſi, & alii Prin-

natus Brandenburgici & Miſnici, & Landgraviatus Thuringici.

XV. v. A. B. Tit. 9. 10. *Reform.* SIGISMVNDI C. XX. ap. GOLD. T. VII. p. 199. ibi: *Zwing und aller Pann nach Kayſerl. Ordnung. Es iſt zu wiſſen, daß hohe Fürſten, die groſſe Land haben, noch faſt Kayſerl. Recht zu ihren Theil halten; aber Grafen, Freyen, Ritter und Knechte, die auch Zwing und Pann haben, die eignent Leut haben, ſie jetzt für eigen, und ſteuren ſie, und nehmen ungewœhnlich Steuer von ihn &c* Unde COCCEJ. *J. Publ.* C. XXI. §. 11. colligit, majores Principes tunc temporis jam habuiſſe fere Cæſarea jura, i. e. regalia, Comites vero & Dominos tantum juris-

Principes majores majora ſenſim jura adſequuti ſunt; imo tandem Proceres omnes omnia *Jura territorialia* in *politicis* & *eccleſiaſticis*, per Pacem Weſtphalicam & Capitulationes firmata obtinuerunt.

XVI. Cum vero, præter Duces, alii quoque PRINCIPES, COMITES PALATINI, MARCHIONES, LANDGRAVII, ac PRINCIPES in ſpecie, ſenſim emergerent, qui vel ab initio ſtatim immediati, vel diviſis Ducatibus, demum a poteſtate Ducum exemti fuerunt: hi quoque exemplo Ducum,

jurisdictionem: ſed. J. M. LANGGUTH. in *Animadverſ.* ad h. l. n. 4. notat, per verba, *Kayſerl. Rechte*, ibi non intelligi jura regalia, ſed conſtitutiones Cæſareas, ac ſenſum eſſe, *Principes tum adhuc juribus ſuis regalibus intra modum, per Conſtitutiones Cæſareas præſcriptum, uſos; Comites vero & reliquos in exercendo banno & jurisdictione ſua modum illum exceſſiſſe, adeoque per abuſum poteſtatis ſibi conceſſa ſubditos ſuos graviter afflixiſſe.* SCHILT *J. Publ.* L. I. T. XXIV. §. 6. ubi ex *Regeſtis Imperialibus* RUPERTI Palatini obſervat, ſub ejus Imperio nondum Jus *Superioritatis* in Germania fuiſſe.

XVI. XVII. V. AVENT. L. I. CONRING. de *Judic.* C. §. 59. ad LAMP. P. III. C. V. §. 4. COCCEJ. C. XIV. §. 43. D. H. TITIUS §. 17. STRUV. §. 22.

Ducum, territoria & jura territorialia ſucceſſu temporis acquiſiverunt.

XVII. Quamvis initio, imo poſt *Interregnum* adhuc, PRINCIPES, cum plerique ex Comitum ordine nati fuerint, nonniſi poteſtate judiciaria, jure banni, & Regalibus quibusdam minoribus, vel majoribus ſpeciatim conceſſis, jure provinciali, juribus monetæ, telonioram, feudorum, metallifodinarum, de quibus a Sec. XIV. ſpeciatim, ſub nomine *Regalien* & *Herrlichkeiten*, inveſtiebantur, uſi ſint; quibus ſenſim alia jura majora, ex privilegio vel uſu, acceſſerunt, in bellis, Smalcaldico & Weſtphalico, magis magisque adaucta, ac tandem Legibus expreſſis itidem confirmata.

XVIII. COMITVM Superioritas ſerius cœpit: Hi cum initio nonniſi Præfecti Regii eſſent, qui in Pagis Jurisdictionem & res fiſcales adminiſtrabant, interdum & rei militaris curam gerebant, certis hoc nomine redditibus gaudentes, tandem exemplo Ducum poteſtatem cum Comitatu, & hereditariam & propriam ſenſim redditam, Jure feudi obtinuerunt.

XIX. Cum vero plerique COMITES initio DVCIBVS ſubordinati eſſent, ſucceſſu tem-

XVIII. XIX. v. Supra L. X. C. XVII. §. 2. 3. REFORM. SIGISM. cit. ibi: *Aber Graffen, Freyen, &c. Zwang und Bann.* COCCEI. C. XIV. §. 43. n. III.

temporis, cumprimis disjectis Ducatibus, multi ab horum poteſtate exemti, ac immediati facti ſunt: quamvis per aliquot tempus poſt Interregnum adhuc nonniſi poteſtate judiciaria, & jure banni, regalibusque nonnullis plerumque minoribus, uterentur; donec omnia *jura territorialia* iisdem, æque ac reliquis Statibus, ſine diſcrimine per P. W. firmata, acceſſerunt.

XX. CIVITATES, ſive *Urbes*, *Vici*, *Villæ*, *Palatia* regia, quotquot ab initio fuerunt in Germania, tempore FRANCORUM & SAXONUM, æque ac terræ reliquæ, per *Duces* aut *Comites*, *Miſſosve*, in ſecularibus, uti in ſacris per *Epiſcopos*, gubernatæ; Jurisdictio quoque & Regalia in illis Regis nomine adminiſtrata, tributaque & vectigalia, ceteraque emolumenta, fiſco Regio illata fuere.

XXI. *Comitibus* in jurisdictione exercenda *Scabini* adjuncti, a Miſſis populi, Comitis conſenſu, e plebe meliore electi: Haud dubie

n. III. C. XXX. §. 12. ubi obſervat ex tabulis Archivi Palatini, ante 2. vel 3. Secula Epiſcopis & Comitibus terras tantum conceſſa eſſe *mit Ober- und Gerechtsbarkeiten*; *Ober und Erbgerichten*, *Zwang*, *Bannzent &c. und Nutzungen*; rarius addi *Herrligkeiten*. STRUV. §. 17. BOECLER. de *Superioritate Comit.*

XX. v. CONRING. de *Urb. Germ.* §. 63. 69. 70.

dubie tamen & ſui civitatibus *Burgimagiſtri* fuere, dirigendis rebus ad politiam ſpectantibus præfecti.

XXII. Quamvis autem poteſtas *Ducum & Comitum* nonnullorum, qui forte inſolentius ſe geſſerant, deinceps *Epiſcopis & Abbatibus*, eorumque *Advocatis*, a Cæſaribus tributa fuerit: tamen ſucceſſu temporis tam *Duces & Comites*, quam iis ſurrogati Epiſcopi & Abbates pleraſque urbes ſibi commiſſas, una cum terris reliquis, pleniori jure ſibi aſſerere cœperunt, adeo, ut non amplius *Præfecti*, ſed *Domini* earum eſſe voluerint.

XXIII. Cum vero nonnullæ vel ab initio *immediate* CAESARI ſubjectæ manerent, vel poſtea, ſive *Ducum & Comitum*, ſive *Epiſcoporum & Abbatum*, poteſtati iterum eximerentur: ita jacta videntur fundamenta CIVITATVM IMPERIALIVM, earumque *Superioritatis Territorialis;* cujus mutationis initia forte a ſeculo XII. repetenda ſunt.

XXIV. Non tamen prorſus liberæ ſtatim factæ ſunt iſtæ Civitates, ſed pleræque a Cæſare

XXI. v. CONRING. §. 74. 75.

XXII. v. CONRING. l. c. §. 118. 119.

XXIII. v. CONRING. §. 119. ſqq.

XXIV. v. HEIDER. Diſc. *von Reichs-Vogteyen* p. 21. & *Apolog.* p. 56. *Acta Lindav.* p. 59. 919. HERT. de *Orig. Sp.* J. R. §. 7. STRUV. J. P. C. XXII. §. 22.-24.

ſare cum *Præfectos* ſeu *Advocatos Urbicos*, tum *Prætores* ſeu *Scultetos* Imperiales, *Reichs-Voigte und Reichs-Schultheiſſen*, acceperunt: quorum illi ſtatum publicum Civitatum dirigebant, atque jus gladii, hi vero Jurisdictionem Civilem dirigebant; utrique Magiſtratus Cæſarei erant, ſalarii loco reditus ex certis pagis aut regalibus ſibi aſſignatos capientes.

XXV. Ab utrisque diſtincti *Judices & Advocati Provinciales*, *Landvoigte*, qui in integras provincias, atque plures civitates Cæſaris nomine Jurisdictionem exercebant: exemplo *Advocatiæ Provincialis Alſatiæ*, quæ Landgraviatui tandem acceſſit.

XXVI. Sicuti vero jam antea *Epiſcopis* nonnullis poteſtas quædam in ſuas metropoles conceſſa, quæ & poſtea in aliquibus remanſit: ita deinceps ſæpe jura *Præfectorum* atque *Sculteterum* a Cæſaribus oppignorata ſunt, *Principibus* aut *Comitibus* vicinis, quæ, velut priſtinæ ſubjectionis veſtigia, adhuc a quibusdam exercentur.

XXVII. At plures urbes jura & reditus *Advocatorum* pariter ac *Sculteterum* vel pretio

---

XXV. v. STRUV. l. c. §. 25.

XXVI. v. LEHM. Chr. Sp. L. IV. C. III. KNIPSCHILD. L. III. C. X. n 20. & C. VII. WEHNER. *Obſ. Pract. v. Frey-Reichs-Stædte.* HUGO l. c. §. 8.

XXVII. v. KNIPSCHILD. L. III. C. III. n. 54. C. XLVI. n. 23. C. LXVII. n. 10.

tio redemerunt, vel alio modo excuſſerunt, atque adeo ſenſim in pleniorem libertatem ſeſe vindicarunt.

XXVIII. Nimirum liberatæ hoc pacto a Præfectis ſuis, diverſisque privilegiis ornatæ, ſenſim acquiſiverunt Jura & Reditus Imperii, Territoria ſua vel ex pagis ad Præfecturam ſpectantibus, vel coemtis variis Comitatibus ac dynaſtiis, adauxerunt, immunitatem a collectis Imp. adeptæ, jura fiſcalia ſibi vindicarunt, atque adeo jura *Superioritatis Territorialis* pedetentim nactæ ſunt, plenius deinceps confirmata.

Cap. III.

DE ORIGINE SVPERIORITATIS TERRITORIALIS STATVVM ECCLESIASTICORVM.

§. I.

EPISCOPI initio, fervore religionis, ac demandati muneris ſacri virtute, divitias & civiles ambitus adſpernati, nonniſi ſacra & diſciplinam eccleſiaſticam curabant.

II. Sed ſucceſſu temporis cum opibus animi

XXVIII. v. J. P. a. VIII. §. 4. WILDVOGEL. Diſp. de *Super. Terr. Civit. Imp.* SCHWED. de *Pari nexu Civit. Imp* C. II §. 7 ſqq.

§. I. II. v. HVGO C. I. §. 5. LEHM. *Chr. Sp.* L. IV. C. 3.

mi creverunt: Igitur non tantum diſciplinam eccleſiaſticam majori vi & auctoritate exercuerunt, Epiſcopali audientia, initio conceſſa, in veram quandam jurisdictionem degenerante; ſed cœperunt etiam ad civilem poteſtatem animum adjicere, maxime poſtquam illuſtres perſonæ Epiſcopatibus admotæ ſunt.

III. CAROLVS M. quidem, cum in Germania plures conſtituiſſet Epiſcopos, hos a latere Comitum, ſibi ut invicem adjutores eſſent, collocavit, conceſſa iis in Abbates & Clericos quoscunque Parochiæ ſuæ judicandi facultate: Secularem tamen poteſtatem, aut regalia, nondum conceſſit, niſi forte pauciſſimis; imo mores eorum jam ſeculum olentes mature correxit, & Advocatos iis adjunxit.

IV. At vero mox ingens divitiarum, honoris & poteſtatis incrementum acceſſit; eo quod perſuaſione quadam pietatis, aliisve cauſſis permoti, Reges, Proceres & privati, certatim ampliſſimos reditus & poſſeſſiones iis conferrent: Id quod jam ſub CAROLINGIS fieri cœpit, quamvis hujus ævi libera-

III. v. HERT. de *O. Sp. J. R. G. Rerump.* §. 5.

IV. v. * Dic. de conſiliis Impp. Epiſcopos ditantium ac evehentium, dominatus ſtabiliendi magis, quam pietatis cauſa, it. de ſiniſtro hujus rei eventu.

beralitas intra donati juris privati, aut prædii minoris, limites conſtitiſſe videatur.

V. Longius progreſſi SAXONICI Impp. Epiſcopos Regalibus, caſtris, civitatibus, quin & integris Ducatibus & Comitatibus, donarunt, atque ad maxima togæ munera eos evexerunt: adeoque ab hoc tempore Secularis poteſtas cum Epiſcopali conjungi cœpit.

VI. Tanta fortuna animos addidit, ut alii Comitatus omnes in ſuis territoriis, alii etiam *Advocatos*, velut potentiæ ſubſeſſores, ſatis mature ſuſtulerint, nullo amplius Advocato in Epiſcopatu aliquo Germaniæ poſt exceſſum FRIDERICI ſuperſtite; quæ res inter turbas, HENRICORVM & FRIDERICORVM tempore enatas, feliciter proceſſit, neque exigua firmandæ potentiæ occaſio *Interregnum* extitit.

VII. Nihilominus nec Epiſcopis *poſt Interregnum* ſtatim omnia *Regalia*, ſed ſenſim cedi cœpere; ſiquidem ex tabularum fide

V. MONZ. C. III. §. 7. ibique KVLPIS. ITTER. C. V. §. 17. HVGO. l. c. HERT. §. 7.

VI. v. LEHM. L. V. C. 95. 96. L. VII. C. 3. CONRING. de *Judic. Germ.* §. 71. HERT. §. 16. VITRIAR. L. I. T. XV. §. 8. ibique cit.

VII. v. COCCEJ. C. XXI. §. 12. KVLPIS ad MONZ. C. II. §. 10. de *Legat. Stat.* C. II. §. 8. ſqq. TITIVS L. I. C. V. §. 9.

conſtat, ante duo vel tria Secula adhuc Epiſcopis quoque terras cum reditibus & jurisdictione, ſeu mero mixtoque imperio, tantum conceſſas eſſe: quamvis poſtea tandem omnia jura territorialia LL. publicis his quoque firmata ſint.

VIII. Ita factum, ut jam duplicem perſonam ſuſtineant EPISCOPI & ARCHIEPISCOPI, *Principis* nempe *Secularis* & *Eccleſiaſtici*, ac ditiones ab Imperatoribus donatas poteſtate gladii, & omni civilis imperii, ſive Superioritatis Territorialis, jure, dioeceſin autem jurisdictione ſacra, adminiſtrent: Sicut & nonnulli *Ducum* vel *Comitum* titulo utuntur, a quo tamen alii abſtinent

IX. Exemplo Epiſcoporum, ABBATES quoque nonnulli, ABBATISSAE & PRAELATI, itemque Equitum *Teutonicorum & Johanniticorum* MAGISTRI, terris ac regalibus aucti, eodem modo uti locum inter Status Imp. ita & *jura territorialia* obtinuerunt

X. An vero jure fiat, nec ne, quod Epiſcopi & Abbates ſeculare imperium exerceant, quodque illi, qui Chriſto militare debebant

VIII. v. REINKING. de *Regim. Sec. & Eccl.* L. I. & IV. C 9 HVGO l c. p. 17.

IX. v. CONRING ad LAMP. P. III. C. VI. §. 3. 6.

X. v. CONRING. de *Conſt. Epiſc* §. 91. 95. KVLPIS ad MONZ. C. II. §. 10. HVGO l. c. TITIVS §. 10. - 13.

bant, ſecularibus negotiis implicentur, imo an hæc Pontificatus & Potentatus civilis conjunctio Imperio noſtro utilis, an perniencioſa fuerit? alii diſquirant: Saltem legibus divinis contrarium haud videtur, ut ſub nomine Epiſcopi vel Abbatis, Principem vel Comitem quis agat.

Cap. IV.

DE JURIBUS SUPERIORITATIS TERRITORIALIS CIRCA SACRA.

§. I.

JUS circa SACRA, quod Summis Imperantibus, vi Majeſtatis, competit, atque in Germania penes Imperatores olim fuit, tandem ad STATUS IMPERII quoque pervenit, hodieque, vi *Superioritatis Territorialis*, ab illis exercetur.

II. Vulgo JUS EPISCOPALE etiam a Proteſtantibus ſalutatur, eo quod multa complectitur jura, quæ olim Epiſcopi ſibi aſſeruerunt; atque adeo duplex in Proceribus Secularibus fingitur perſona, *Principis*, qui ſeculari, & *Epiſcopi*, qui eccleſiaſtica gaudeat poteſtate: Sed perperam, nec ſine præjudicio Principum cumprimis Proteſtantium, ex variis erroneis hypotheſibus, & reliquiis papalibus propullulante.

III. Nimirum (1.) falſo ſupponitur, Jus circa ſacra proprie Epiſcopis competere,

quod tamen pars eſt Imperii civilis, ac talia complectitur jura, quæ ſine Imperio exerceri nequeunt; cum e contrario Epiſcopi non niſi Miniſtri Eccleſiæ ſint, quibus omne imperium in S. Codice & Aug. Confeſſione negatum eſt.

IV. (2.) Confunditur hoc pacto perſona Imperantis & Miniſtri Eccleſiæ, atque huic imperium, illi poteſtas paſtoralis tribuitur; dum ex J. Can. hypotheſi Jus Epiſcopale ex utriusque generis Juribus conflatum eſt: (3.) Efficiuntur Principes uſurpatores juris, ex hypotheſi papali, a Papa dependentis, in cujus translationem Papa nunquam conſenſit; imo (4.) minus ipſis tribuitur, quam revera competit, cum jus epiſcopale per reſervata papalia valde limitatum ſit.

V. Ut res fiat clarior, primum naturam & indolem Eccleſiæ, deinde originem & progreſſum cum *Juris Epiſcopalis*, tum *Superioritatis*

II. - IV. v. *Luc.* XXII. v. 25. 26. *Aug. Conf.* art. XVIII. BRUNNEM. *J. Eccleſ.* L. I. C. II. §. 4. Ill. Dn. de BERGER. *Oecon. Jur.* L. II. T. II. §. 2. not. 2. *Medit.* ad J. P. a. V. §. 29. TITIUS *J. Publ* L. III. C. VI. §. 101. Excell. Dn. de BOEHMER. *J. Eccleſ.* L. I. T. XXXI. §. 43.

* Not. tamen, poſſe hanc vocem, ceu ſtylo curiæ publice receptam, in ſano ſenſu retineri. v. THOMAS. *Recht der Evangeliſchen Fürſten in* Theol. *Streitigk.* Th. XII. §. 1.

ritatis Territ. circa ſacra, ſtudioſius inquirere juvabit.

VI. Ante omnia Eccleſia *Inviſibilis* a *Viſibili* probe ſecernenda: *Illa* eſt corpus myſticum, ex omnibus fidelibus, Deum in Spiritu & veritate colentibus, ſub Capite Chriſto, per veram fidem & pietatem, mutuumque amorem, unitis, conſtans; quæ adeo, dum inviſibilis eſt, in mentibus & conſcientiis reſidens, viſibilis, h. e. humanæ poteſtatis imperium circa ſenſum de DEO, ejusque cultum internum, haud admittit.

VII. *Viſibilis* vero Eccleſia eſt ſocietas externa, ſive collegium æquale, hominum, externi cultus exercendi, ac internam animæ ſalutem per externa media promovendi cauſſa, coeuntium, certis hoc nomine inſtitutis, ac ordine certo, ex pactis vel legibus, utens: Atque de hac ſola, quousque Imperium civile h. l. Dominorum Terr. in eam locum habeat, diſquiritur.

VIII. Cum autem primitivæ Eccleſiæ, quamdiu ſub Ethnicorum imperio deliteſcebant, non niſi privata, imo publice *reprobata*, eſſent *collegia*, quibus vix in occulto congregari licebat; eædem ipſæ rebus ſuis conſulere cogebantur, atque adeo quæcun-

VII. v. THOMAS. Tr. cit. Th. XIII. §. 2. REINHARD. *Medit. de Jure Princip. Germ. cumpr. Sax. circa Sacra.* C. I. §. 5. 6.

quæ in iis agebantur, *privato* coeuntium *arbitrio*, interveniente *pacto*, fiebant; Sed *imperium* iis competere non potuit, quippe quod Jus Majeſtaticum eſt, nec a quoquam ſine crimine læſæ Majeſtatis, hac non concedente, ſibi arrogari poteſt.

IX. Hinc communi ſuffragio etiam *Perſonæ*, ad *miniſteria* Eccleſiæ obeunda, electæ, iisque cura rerum ad internam animarum ſalutem, & externam Eccleſiæ utilitatem, pertinentium, demandata fuit, quæ ſub EPISCOPORVM, PRESBYTERORVM, & DIACONORVM nominibus innotuere.

X. Hi vero cum omnes nonniſi *Miniſtri* Eccleſiæ eſſent, ſicut nec initio inter *Epiſcopos* & *Presbyteros* differentia erat, niſi quod primæ ſedis prærogativa illis accreverit: munus quoque illorum non in *imperio* aut *jurisdictione* vera, ſed in *docendo*, *inſpiciendo*, ac *dirigendo* conſiſtebat, absque ulla vi coactiva, exercendum, eo quod non ſolum imperium omne in S. Scriptura ipſis interdictum eſt, ſed etiam nemo jura, imperium involventia ſumere, ſine ſummi Imperantis voluntate ſibi queat.

XI. Cum vero jam eo tempore quædam *Eccleſiaſtica* Judicia, a conventione quidem potius,

VIII - X. v. *Luc*: XXI. 25. 26. *Act*. XX. 28. 1. *Petr*. V. 2. Dn. BOEHMER. c. l. §. 28. 29. 31.
XI. v. Dn. BOEHMER. §. 30.

potius, quam imperio dependentia, in uſu eſſent, quæ vel in ſingulis *Eccleſiis*, præſente & ſimul cognoſcente plebe, vel in *Synodis provincialibus*, exercebantur, utrisque vero EPISCOPI præeſſent; hinc iis in judicando ingens acceſſit auctoritas, adeo, ut quidam *jurisdictionem* quandam cum *imperio*, inſolito plane more, ſibi attribuerent.

XII At poſtquam, CONSTANTINI M. Chriſtianam fidem publice profeſſi, auctoritate, *Eccleſiæ* factæ ſunt *Collegia publice approbata:* Imperatores, ut in alia Collegia publica, ita in Eccleſia quoque *inſpectionem* & *directionem* ſibi vindicarunt, ne Reſp. ex iis detrimentum caperet; licet CONSTANTINVS initio auctoritatem Epiſcoporum, qui *imperium ſacrum* jam occupaverant, veritus, non tam ut *Imperantem*, quam ut *Epiſcopum*, ſe agere videri vellet, & ſucceſſores etiam nimium Epiſcopis indulgerent.

XIII. In Germania uti priſci IMPERATORES *Jura circa ſacra*, Jure proprio, & vi ſummi Imperii, ſibi aſſeruerunt, nec unquam

XII. v. SOCRAT. *H. Eccl.* L. V. procem. EVSEB. de *Vita Conſtant* L. IV. C. 24. ibi: *Vos quidem in iis, quae intra Eccleſiam ſunt, Epiſcopi eſtis, Ego vero in iis, quae extra geruntur, Epiſcopus a Deo ſum conſtitutus.* Dn. BOEHM. §. 31.

XIII. * Scil. ARNVLFI Bav. D. cui ab HENRICO AVC. Bavariæ Pontifices ſubjecti. v. ALB. STAD. a. 910.

quam clericis acceptum tulerunt: ita PROCERES quoque Imp., initio ex Cæſarum indulgentia, eorundem participes facti ſunt, ac tandem, firmata poteſtate, vi Juris Territorialis, quantum per artes clericorum, & ſuper-

a. 920. AVENT. *Annal. Boj.* L. 3. 4. ubi notat, ad *conventus* etiam *annuos Ducatus* Epiſcopos venire ſolitos fuiſſe. HENRICI LEONIS, qui jus inveſtiendi Epiſcopos, ex privilegio FRIDERICI I. imo & invito Imperatore, exercuit. v. HELMOLD. C. II. C. I. 9 13. CRANZ. Sax L. 6. MADER. de vet. *Sanct. &c. Duc. Brunſv. Lun.* Dipl. XII. p. 121. conf. Supra L. IV. C. II. §. 23. Ducum *Pomeraniæ*, quos Epiſcoporum Caminenſem Capitulares & Prælatos ſemper nominaſſe, teſtatur STEPHANI de *Jurisdict.* L. III. P. VI. C. IX. n. 9. A Ducum *Auſtriæ.* v. Privil. FRIDERIC. III. d. a. 1458. ap. SCHILT. ibi: *Und haben elteſter und regierender Landes-Fürſt - - In und iren Nachkommen Ertzbiſchowen, Thum-Probſten und Capitel daſelbſt zu Saltzburg die hernach geſchriebene Stück gnediglich nachgegeben, ſie damit fürgeſehen und begabet &c. auch den Ertz-Biſchowen zu Saltzburg für die Schranen und Hofgericht unſer Fürſtenthum - - gefreyet &c. ſo gebiethen wir aus Fürſtl. und Kayſerl. Macht &c.* Marchion. *Badenſ.* & Landgr. *Haſſiæ*, quorum illi a FRIDERICO III. a. 1475. hi a MAXIMILIANO I. a. 1495. *mit geiſtlichen und weltlichen Zwingen, Bannen &c.* inveſtiti ſunt GEORGII D. Sax.

ſuperſtitionem temporum, licuit, ea exercuerunt; cujus rei, ab HENRICI I. & OTTONVM tempore ad *Reformationem* usque, varia extant exempla.

XIV. Et licet ſub *Francorum* Imperio EPISCOPIS & METROPOLITANIS *Jurisdictio* quædam *eccleſiaſtica*, & *poteſtas* in perſonas eccleſiaſticas ſuæ diœceſeos conceſſa fuerit: tamen hæc tota ab IMPERATORIBVS pependit, eorumque nomine & auctoritate exercita fuit; ſicut & *Suprema poteſtas* & jurisdictio in perſonas & cauſſas eccleſiaſticas Imperatoribus reſervata fuit.

XV. Equidem a tempore HENRICI IV. maxima imperii ſacri pars ſenſim ad PAPAM & EPISCOPOS pervenit, adeo, ut proxime ante Reformationem tantum non omne Jus circa ſacra vel *Papale* vel *Epiſcopalè* videretur: At poſtquam per Reformationem non

D. Sax. cujus extat effatum; *daß er in ſeinem Lande ſelbſt Pabſt, Kayſer und Teutſchmeiſter ſey.* v. STRYK. de *Jur. Papal. Pr. Evang.* C. II. §. 10. HVGO de *Statu Region.* G. C. III. §. 24. HERT. de *Superior. Terr.* §. 11. BOEHMER. §. 35. - 37. REINHARD. l. c. Cap. II.

XIV. v. HINCMAR. Epiſt. III. C. 19. LEHM. *Chr. Spir.* p. 60. HERT. *Not. v. Pr. R.* C. V. §. 12. 14. 18.

XV. v. Dn. BOEHMER. §. 38. - 41. TITIVS §. 9. - 14. SCHWED. P. Sp. S. II. C. XII. §. 1.

non ſolum Papæ & Epiſcoporum jus in dubium vocatum, ſed etiam per P. Religioſam eorum Jurisdictio Eccleſiaſtica in terris Evangelicorum ſuſpenſa eſt; Principes Evangelici *Jus Sacrorum* ab injuſtis poſſeſſoribus vindicarunt, & quaſi jure poſtliminii pleniſſime ſibi aſſeruerunt, unde occaſio nata, jus iſtud, quod ex jure Territoriali debebatur, ſub nomine *Juris Epiſcopalis* iis adſcribendi.

XVI. JUS igitur CIRCA SACRA, quemadmodum PRINCIPIBUS & STATIBUS jam ante Reformationem, adeoque & ante P. Religioſam & Weſtphalicam competiit, ſive ex Cæſaris conceſſione, ſive ex uſu & obſervantia, Cæſare illud derelinquente, cum ceteris juribus territorialibus, acquiſitum: Ita in P. W. ſub nomine *Juris Territorialis in Eccleſiaſticis & Politicis*, item, *Juris*

XVI. v. J. P. a. V. §. 30. ibi: *Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure* TERRITORII, *&* SUPERIORITATIS, *per totum Imperium hactenus uſitata praxi, etiam Jus reformandi competat, &c. Conventum eſt, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus obſervari, nullique Statui Imm. Jus, quod ipſi RATIONE TERRITORII & SUPERIORITATIS in negotio Religionis competit, impedire oportet.* Art. VIII. §. 1. ibi: *libero Juris Territorialis tam in Eccleſiaſticis quam Politicis &c.* conf REINHARD. l. c. C. II. §. 4. TITIUS *J. Publ.* C. III. C. VI. §. 7. - 14.

ris Reformandi, *pacto* publico, & *expreſſo* Imperatoris & Imperii *conſenſu*, iisdem confirmatum eſt.

XVII. Hæc cum vera ſit *Juris circa Sacra*, Statibus competentis, *Origo*, liquet, illud pro parte *Superioritatis Territorialis* utique habendum, neque adeo vel *Papæ* vel *Epiſcopis*, ſed IMPERATORI potius & IMPERIO, acceptum ferendum: Liquet etiam, omnibus STATIBVS, tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis, *Electoribus*, *Principibus*, *Comitibus*, & *Civitatibus Imperialibus*, vi Superioritatis T. idem competere; ſicut & *Nobilitati immediatæ* illud in P. W. aſſertum eſt.

XVIII. Quamvis autem utriusque Religionis conſortes æquali jure ſacrorum gaudeant: tamen, quod ad uſum & exercitium, alia eſt ratio *Pontificiorum*, & inter hos iterum *Eccleſiaſticorum* & *Secularium*; alia *Proteſtantium*. XIX.

XVII. v. TITIVS *J. Publ.* L. III. C. VI. §. 7. - 17.
* Dic. de brocardico: *Cujus eſt regio*, *ejus etiam eſt religio*. v. RECHENBERG. *Diſſ. de eo*, Vol. Diſſ. præl. Tom. II. §. 48. p. 42. Add. MEV. ad *Jus Lubec.* in Diſc. prælim. qu. III. n. 22. ubi cenſet, *turbarum præcipuam facem & tubam fuiſſe nefandum illud axioma, religionem & conſcientia eſſe regionis, ſeu juris, territorialis.* Abuſum ejus hunc eſſe, quod crederent, ſubditos ad Principis arbitrium religionem mutare, eamque profiteri debere, quam Princeps recipiendam judicaverit.

XIX. Inter Pontificios *Eccleſiaſtici* exercent jus ſacrorum, ſed ſubordinatum *Papæ*, & ſalvis *Papæ reſervatis*, quæ vel ipſe vel Nuncius ejus exercet: *Seculares* vero *Papæ* & *Epiſcopis*, ad quorum diœceſin terræ ipſorum pertinent, multum indulgent, atque adeo præter *Jus reformandi*, parum vel nihil hujus juris ipſi retinent; quamvis non eadem omnium ſit conditio, ac nonnulli liberius eodem utantur.

XX. *Proteſtantes* contra, excuſſo jugo Pontificio, *pleniſſimo* jure, *liberaque* & *independenti* ratione, jus avtocraticum circa Sacra exercent: modo in Pacis R. aut W. conſtitutionem haud impingant, cui actus eorum utique ſubjacent.

XXI. Cum vero jus circa ſacra non tam ex natura Religionis, quam *Imperii civilis* h. l. terri-

XIX. - XX. v. A. G. ETTL. *Theatr. Super. T. App.* V. p. 99. ubi *id totale Jus ſacrorum repugnare e diametro Sanctiſſimae Rom. Sedis auctoritati, debitaque devotioni*, cauſatur HORN. *J. P.* C. LIX. §. 3. - 10. *Seckend. Fürſten - St.* P. II. C. XI. n. 2. f. RECHENBERG. Diſſ. de *Prærogat. Imp. Princ. Proteſt.* in Vol. Diſſ. P. II. n. 24. TITIVS §. 17. & 99. 101.

* Not. MAVRITII Haſſ. Landgr. dictum: *Die Freyheit in Religions - Sachen ſey der Stände hechſtes Regal.*

XXI. v. J. P. a. V. §. 26. 48. a. VII. BRVNNEM. *P. Eccl.*

territorialis, fluat: palam eſt, iſtud ad *univerſum Territorium* ſeſe extendere, & cuivis Domino Territ. promiſcue in *omnes ſubditos*, cujuscunque ſint religionis, omnesque *ſocietates eccleſiaſticas*, Territorio contentas, competere, adeoque non tantum in caſu *conſenſus*, ſed etiam *diſſenſus*, locum habere; quamvis *diverſitas Religionis* exercitium hujus juris non nunquam temperet.

XXII. Normam hujus juris generalem *Jus Naturæ*, cumprimis *Jus publicum univerſale*, ſpecialem cum *leges Imperii fundamentales*, tum Pacta *Statuum* & ſubditorum ſpecialia, conſtituunt: Ceterum exercitium ejusdem juris non minus ex *natura* & *indole Religionis*, quam ex *utilitate* cujusque *Territorii*, metiendum, ſemperque, ſalvis ſubditorum juribus, iſtud intelligendum.

XXIII. Hinc generatim *officia* circa exercitium hujus juris obſervanda ſunt ſequentia: (1.) Providendum, ut verior, & ſcopo Religionis convenientior, Religio floreat, quantum per legitima, & naturæ religionis haud adverſa media obtineri poteſt; (2) ut omnia ordine & decenter, cumprimis ad ſcopum

P. Eccl. C. I. C. II. §. 26. RHET. *J. Publ.* L. II. T. I. §. 35. 45. STRYK. de *Jure Papali Princip. Evang.* C. II. §. 10. C. III. §. 4. TITIVS §. 98. 100. BOEHM.

XXII. v. TITIVS §. 18. 101.

pum religionis accommodate, in externo cultu fiant; (3) ut ne pax & tranquillitas ſocietatis civilis occaſione religionis turbetur; denique (4) poteſtate hac non abutendum, nec ulterius ea extendenda, quam vel Religionis indoles, vel Reip. ſalus, vel Leges & Pacta, admittunt.

XXIV. Quemadmodum vero omne jus & officium Imperantis partim in *dirigendo*, partim in *defendendo*, conſiſtit; ita Jus ſacrorum Territoriale quoque generatim duabus abſolvitur partibus: 1. *Jure dirigendi* ſocietates eccleſiaſticas territorio contentas, 2. Jure *defendendi* ſeu *protegendi* eas; Prius iterum poteſtatem *conſultatoriam*, *legislatoriam* & *judiciariam* complectitur, poſterius juris *Advocatiæ* nomine vulgo venire ſolet.

XXV. Sed illud ante omnia pro certo præſupponendum, quod, uti nulli Imperanti, ita nec Domino Territoriali, competat *Imperium* in *Religionem* ipſam, quatenus vel in fide ac pietate *interna*, vel *externis* actibus a Deo *ordinatis*, & ex *intima religionis natura* fluentibus, conſiſtit; eo quod nec vis imperii humani, quæ in coactione externa conſiſtit, ex ſua natura, ad interna ſe extendere poſſit; nec in ea, quæ a Deo præcepta ſunt, homi-

XXV. v. NOODT. de *Religione ab Imperio J. G. libera* PVFEND. in Enucl. L. II. C. XXII. §. 15. 16. 17.

homini quidquam liceat: quamvis convenientibus mediis fidem & pietatem promovere, nec Principi prohibitum ſit.

XXVI. Verſatur ergo Jus Sacrorum Territoriale circa *Eccleſias viſibiles* ſeu *externas*, qua Societates Reip. ſubordinatas, easque, quod ad *externum religionis exercitium*, atque adeo vel doctrinam, vel ritus, vel perſonas, vel res, eodem pertinentes, ad utilitatem Eccleſiæ & Reipubl. dirigendas, atque adverſus injuriam defendendas: Hinc, pro diverſitate *objecti*, iterum varia naſcuntur *jura ſpecialiora*.

XXVII. *Primum eſt* JUS REFORMANDI, quod in ſenſu *generaliori* nihil aliud eſt, quam Jus *conſtituendi* vel *confirmandi*, & ap-

XXVII. * Neceſſitas hujus juris *ex diverſis* fidei *formulis* enata eſt, quippe quae in *partes* ſcindunt Chriſtianos, atque adeo *diverſas* conſtituunt *Religiones & Eccleſias*, mutuo ſaepius odio ſe invicem proſequentes

** Differentia inter *publicum & privatum* religionis *exercitium* inprimis æſtimatur 1. a *cauſa*, cujus ſcil auctoritate inſtituatur, 2. a conditione *loci*, quo ſacra fiunt, & 3 a *forma* ac *modo*, actionis ſcil celebritate, ac ceremoniarum oſtentatione vel occultatione: quamvis utrumque modo liberius, modo adſtrictum magis eſſe poſſit. v. REINHARD. C. II. § 7 BOEHMER. L. I. T. I. §. 64. A. *Medit.* ad J. P. a. V. §. 31. (d) p. 531. ſqq.

probandi *Eccleſias* & *Societates eccleſiaſticas* in territorio exiſtentes, iisque jura *publici collegii* largiendi, vel easdem *reprobandi:* Atque adeo ſimul complectitur *Jus publicum Religionis exercitium introducendi*, ſive *definiendi*, quænam Religio *publico privatove exercitio* gaudere debeat, tum Jus *tolerandi*, vel non tolerandi, *diſſentientes*.

XXVIII. In ſenſu *ſpecialiori* vero, quatenus errores, defectus & abuſus ſupponit, iſtud notat Jus *emendandi* vel doctrinam, vel ritus & ceremonias cultus externi, vel mores clericorum, vel denique abuſum bonorum eccleſiaſticorum.

XXIX. Competere autem Jus reformandi in utroque ſenſu *Dominis Territorialibus*, & quidem *qua talibus*, non qua Epiſcopis & clericis, (*a*) cum ex natura & indole imperii civilis (*b*) & ſocietatis eccleſiaſticæ, tam ex J. P.

XXIX. (*a*) Amœnit. meæ J. P. de *Jure Princ. circa Dogmata Fid.* Am. XII. de *Jure Reformandi*. Anon. *Medit.* de *Jure Reformandi*. Cap. I. & II. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXVIII. §. 29. - 31.

(*b*) Imperans enim non quidem poteſt prohibere, ut ſinguli privatim, ſecundum ſuam de Deo cognitionem, Deum colant: prohibere tamen poteſt ne, ſine auctoritate ſua, plures ejusdem religionis una, in forma ſocietatis congregati, in loco publico, ſtatis temporibus, & cum ſolenni ac publico ceremoniarum ſtrepitu, id faciant. v. REINHARD. C. II. §. 7. p. 70.

J. P. W. (*c*) clariſſime liquet: quamvis non *illimitate* competat, ſed varie, cum ex natura & indole religionis, tum ex J. P. diſpoſitione, reſtrictum & limitatum ſit (*d*).

XXX. Et primum quidem *Status* ipſi libertate gaudent, *religionem* pro ſua perſona *mutandi*, atque exercitium ejus in *ſacello aulico*, modo absque *præjudicio* ac *turbatione priſti-*

(*c*) v. Art. V. §. 30 ubi, *jure territorii & ſuperioritatis, ex communi per totum Imperium uſitata praxi*, iſtud Statibus aſſeritur.

(*d*) v. BOEHMER. Diſſ. prælim. T. II. *J. Eccl.* præmiſſ. de *Jure circa Libert. conſc.* §. 45. - 55.

XXX. v. R. I. 1555. §. 5. 16. J. P. a. V. §. 15. a. VII. ibi: *Concionatores aulicos ſuæ confeſſionis citra ſubditorum præjudicium & onus ſecum in Reſidentia habere:* quod licet inter Proteſtantes tantum cautum, forte tamen non immerito ad Catholica Sacra quoque, ceteris paribus, extenditur. HERT. l. c. Dn. BOEHMER. L. I. T. I. §. 66. Diſſ. de *J. circ. Lib. conſc.* §. 50. 51. 52. it. de *Poteſtate Civili in Templa* C. II. S. V. §. ſt. *Ungrund des Simultanei.* §. 53. STRUV. *J. Publ.* C. XXX. §. 29.

* Not. Non ſtatim templum, in quo ſacra ſua habuit, pro aulico eſſe habendum. v. Dn. BOEHM. de *Pot. Civ. in Templa* l. c. §. 13.

** Num Principi in alieno territorio bona habenti liceat ſacellum ibi extruere, ſine conſenſu Domini territorialis. v. Dn. BOEHMER. Diſſ. cit. §. 13.

*** An

næ religionis fiat, inſtituendi: quæ libertas tamen intuitu *Eccleſiaſticorum* per reſervatum eccleſiaſticum reſtricta, intuitu *Secularium* major quidem eſt, ut tamen & Religionum in imperio probatarum & Reverſalium pactorumque cum ſubditis initorum, ratio ſit habenda.

XXXI. Quod ad *Subditos* attinet, ex principiis Juris naturæ & religionis Chriſtianæ, illis pleniſſima *conſcientiæ libertas*, quoad *credenda* & *agenda*, in rebus *religionis* merito aſſerenda, quousque per illam *tranquillitas Reip.* non *turbatur*.

XXXII. Hinc ſequitur; ex iisdem principiis ſubditis etiam integrum eſſe, religionem profiteri, quæcunque verior cuique videtur, nec poſſe quemquam ad religionem aliquam amplectendam ab Imperante cogi.

XXXIII. Sequitur etiam, *recipi* poſſe ac *tolerari* cujuscunque religionis aſſeclas, quamdiu tranquillitati civili nihil inde metuen-

*** An Dominus T. litteris reverſalibus certæ religioni ſe adſtringere poſſit? Neg. BECMAN. *Paral. Pol.* C. XVIII. §. 12. Aff. HERT. de *Super. Terr.* §. 13.

XXXI.-XXXIII. v. TITIUS *J. Publ.* L. III. C. VI. §. 30. Dn. BOEHMER. de *J. c. Lib. Conſc.* §. 13. ſqq. ibique §. 15. exempla VALENTINIANI I. aliorumque, item MAXIMILIANI I. effatum, *Dominari conſcientiis eſſe cœli arcem invadere.* SCHWED.

tuendum: Nec tamen iisdem principiis repugnat, eos non recipere, aut emigrationem iis injungere; dummodo hoc fiat ſine emigrantium damno, nec intempeſtivus zelus cleri potius, ac odium diſſentientium minus chriſtianum, quam vera Reip. utilitas, ita exigat.

XXXIV. Sed per *pacta* Germaniæ libertas mutandi & tolerandi Religionem, primum ita reſtricta eſt, ut, *præter Religionem Catholicam, Lutheranam & Reformatam, nulla alia in Imperio tolerari debeat* (*a*): quamvis non deſint, qui his pactis *non prorſus* aliarum Religionum tolerantiam *prohiberi*, ſed tantum *nihil* in earum favorem *diſponi*, exiſtimant, eaque tantum de tolerantia *neceſſaria*, non *voluntaria*, accipiunt (*b*); ſaltem non de *perſonis*, ſed *religione*, ejusque exercitio non privato, ſed publico, accipienda videntur (*c*).

 XXXV.

SCHWED. P. Spec. Sect. II. C. XII. §. 3. ibique MAXIMIL. II. dictum, *nullam intolerabiliorem eſſe tyrannidem, quam conſcientiis dominari velle.*

XXXIV. (*a*) v. R. I. 1555. §. 15. I. P. a. VII. f. RHET. L. II. C. I. §. 8 HORN. §. 4.

(*b*) v. THOMAS. ad MONZ. C. V. v & Tr *vom Recht eines Evangel. F. in* Theol *Streit*. Th. XVIII. §. 6. p. 199. TITIVS §. 40. REINHARD. §. 7.

(*c*) v. BOEHMER L. I. T. I. §. 58 ibique *Reſponſ.* Fac. Jur. *Hall.* ad Comitem de *Iſenburg.* & *Budingen.*

XXXV Deinde quod ad Religiones, conventionibus religioſis ſubnixas, duplex caſus diſtinguendus: vel enim inter *Catholicos* & *A. C. conſortes* ſeu *Proteſtantes in genere* quæſtio eſt, vel *Proteſtantes inter ſe ſpectantur*. Comprehenduntur autem ſub his, vi I. P. & *Lutherani* & *Reformati*, ita, ut *hi* omnibus juribus, intuitu ſuæ Religionis, gaudeant, quibus *illi* frui poſſunt.

XXXVI. Priori caſu Jus reformandi, Statuum *Catholicorum* ad ſtatum a 1624. tanquam perpetuam *regulam*, ita adſtrictum eſt, ut eorum *Vaſalli* & *ſubditi A. C. addicti*, qui iſto anno publicum vel privatum religionis exercitium habuerint, in quieto ejus exercitio relinquendi ſint, nec Principi quidquam in præjudicium ejus attentare liceat, pacta quoque antea hoc nomine inita non, niſi quatenus obſervantiæ dicti anni haud adverſantur, rata & firma eſſe debeant, quamvis novo pacto aliud ſtatuere liceat. Idem inter *Dominum A. C. addictum* & *ſubditos Catholicos* obſervandum.

XXXVII. Sed quæſtio in ipſis Comitiis a. 1654. enata eſt, & usque adhuc diſceptatur: *An*

XXXV. v. I. P. a. VII. §. 1. Conf. *Cap.* LEOP. a. XIX. f. RHET. §. 41. 42.

XXXVI. v. P. a. V. §. 31. - 33. BOEHMER. §. 64. - 72.

XXXVII. * Affines Quæſtioni in hoc §o propoſitæ ſunt duæ ſequentes: Altera; *An Domino T. Catho-*

An Principi Catholico, ſalvo I. P. *liceat publicum Catholicæ Religionis exercitium introducere iis in locis, in quibus iſtud a. 1624. haud obtinuit,*

Catholico integrum ſit, Templa aut monaſteria collapſa inſtaurare, atque Catholicæ religioni addictis ſubditis concedere, ſub obtentu, quod Evangelici. A. 1624 eadem non poſſiderit? Altera; *An Catholicus Princeps Evangelicos ſubditos cogere queat, ut uſum Templorum ſuorum & Scholarum ita concedant, ut in exercitio ſuæ religionis, quod A. 1624. habuerunt, non turbarentur?*

**) Controverſiæ publicæ hoc nomine enatæ primum in cauſa *Hildeſienſi*, deinde in cauſa *Lœwenſteinio-Wertheimenſi*, denique in cauſa *Palatinatus.*

(I) Epiſcopus *Hildeſienſis* poſtulaverat, ut templum Hildeſii deſolatum Capucinis relinqueretur, Magiſtratus vero, ut expellerentur ex urbe, quod ibi a. 1624. non fuiſſent. Res a Statibus Provincialibus Evangelicis a. 1653. per *Memoriale* ad Comitia delata, conqueſtis, quod Epiſcopus contra obſervantiam A. 1624. Simultaneum introducere velit. Hinc prodiit a. 1654. *Synopſis fundamentorum, vermöge welcher beſtändig behauptet werden kan, daß das* jus reformandi, ſeu de religione diſponendi, *dem* Juri Territoriali *ankleben und davon* dependire *&c.*

Præceſſerat jam a. 1649. *Epiſtola* Legati & Cancellarii Cæſarei ISAACI VOLLMARI, ſive *Antwort-Schreiben des Kayſerl. Geh. Raths Hoff-Cantzlers und* Plenipotentiarii *auf den Friedens*

Tract.

ſi A. C. addictis ſuæ Religionis exercitium, atque conditionem, qua d. a. in celebrandis ſacris

---

Tract. a. 1649. *an einen Hildesheimiſchen* Patrem *abgelaſſen, in welchem von Austreibung derer Capuciner aus der Stadt Hildelsheim gehandelt wird, wieweit dieſelbe aus dem Friedens-* Inſtrumente *koenne gefordert werden.* Recruduit A. 1696 controverſia in Epiſcopatu Hildeſienſi, ubi Epiſcopus in Camera exhibuit: *Vindicias des Hoechſtverlezten Landesherrl.* Reſpects *und Gehorſams, d. i. Gründliche* Demonſtration *der unwahren Auflagen, womit des Hrn B. von Hildesheim* JOD EDMUNDI *Hochſt. Gnaden von einigen der* ab Hildeſienſibus *Hoch Stifts Edelleuten &c. verunglimpffet worden.* Quarum Auctor cenſetur Cancellarius Hildeſ. ZIMMERMANN. Quibus eod. a oppoſita Facti Species, *oder wahrhafftiger Bericht und Gegen* Demonſtration *der Evangel. Hildesheimiſchen Land-Stande;* itemque Anti-Vindiciæ Statuum Epiſcopatus Hildeſ. a. 1703. editæ.

(II) In Domo *Lœwenſteinio-Wertheimenſi* controverſiæ, inter Lineam *Evangelicam Virceburgicam* & *Catholicam Rupefortenſem*, de introducendo religionis Catholicæ coexercitio in templo Parochiali urbis Werthemii, a Catholica Linea attentato, jam a. 1631. exorta, poſt Pacem Weſtph. adhuc perdurarunt. Hinc ſcriptum in Comitiis a. 1653. 1654. exhibitum, in quo quæſtio propoſita; *Ob nicht; wen 2. Fürſten ein* Territorium *beſeſſen, die*

cris gaviſi ſunt, ſalvam relinquere velit? quod *Simultaneum* appellatur.

XXXVIII.

die von unterſchiedenen Religion *waren*, *deren jedweder das* Exercitium *ſeiner* Religion *daſelbſt einführen könne?* Quod BUCKISCH ad I. P. a. V Obſ. 60. 130. memorat. Edita quoque Deductio ſolida, primo, *daß kein Dominus Territorialis in puncto religionis rerumque exinde dependentium, extra caſus in Inſtrumento Pacis exceptos, ad A. 1624 ejusque ſtatum gebunden ſey; daß der Status A. 1624. ad res liberæ facultatis, mere ſecularia, politica & adiaphora, ſine manifeſta contraventione Pacis, nicht könne gezogen und allegiret werden.* Cujus auctor dicitur SCHUTZIUS, Cancellarius tunc Loewenſteinenſis, poſtea Aſſeſſor Cameræ Wetzlar. apud BUCKISCH l. c.

(III) A 1696. *Ryſwici*, in Tractatibus Pacis, breve ſcriptum contra *Simultaneum* diſtribuebatur, occaſione ſtatus religionis Proteſtantium in *Palatinatu* compoſitum, ſub titulo; *Wahrhafte, und in dem* Inſtrumento Pacis *gegründete Auslegung der Frage? Ob ein Catholiſcher Fürſt, in ſeinem Fürſtenthum, darinn das* exercitium Evangelicæ religionis reſpective a. 1618. *und* 1624. *bloß und allein in Übung geweſen, ſein* religionis exercitium in*troduciren könne?* quod negatur. Sed huic ſcripto famoſa Art. IV. clauſula obicem ponere debuit. Poſt aliquot vero annos ſcriptum iſtud refutare aggreſſus eſt CHRIST. RITMEIERUS,

Conſil.

XXXVIII. Pontificii, & nonnulli Evangelici quæſtionem *affirmarunt*: quod, ex mente Evan-

Conſil. Aul. Haſſo-Reinfelſenſis, poſt Conſiliarius Regiminis Electoris Palat. in *Vindiciis Juris reformandi*: Cui reſponſum in Tr. J. Publ. de *Jure Statuum I. R. G. reformandi, juxta temporum ſeriem, compoſitionis ſcil. Paſſav. & P. Weſtph.* ſive, *Examen Vindiciarum Ritmeier.* Gieſſæ A. 1710. Prodierunt quoque deinceps pro negativa in Comitiis Ratisbonenſibus duo ſcripta: alterum, ſub tit. *Urſprung des* Simultanei; alterum, *Ungrund des* Simultanei inſcriptum.

Conf. HERT. de *Sup. Terr.* §. 13. Ill. Dn BOEHMER. §. 66. - 71. Diſſ. de *Poteſt. Civ. in templa* C. II. S. V. §. 16. ſqq. it. *Medit.* ad I. P. a. V. §. 31. p. 555. ibique *Mant.* II. JCti alicujus *Bedencken, ob einem Landes-Herrn das* Exercitium *ſeiner* Religion *an dem Ort, wo ſolches* a. 1624. *nicht geweſen*, ſalva ſubditorum diverſæ Religionis poſſeſſione, ejusque uſu non turbato neque imminuto, *einzuführen, oder ſonſt etwas mehrers anzuordnen, und zuverfügen, durch den Weſtph. Friedens-Schluß erlaubet oder verbothen ſey?* SCHWEDER. Diſp. de *Coercitio ſeu Simultanea religionis exercitio licito & illicito.* CHR. G. HOFFMANN *Vorſtell. der* Religions *Beſchwerden* Cap. II. Sect. I. *von dem Simultaneo und dem Jure reformandi.* MASCOV. *Princ. J. Publ. Lib. VI. Cap. II. §. 10.* HECT. G. ERDMANN. *Geſprach vom* Simultaneo.

Evangelicorum, Jus reformandi Principi, vi ſuperioritatis T. competat; regulæ igitur inniti Principem, donec exceptio doceatur; nec per I. P. Principes jus hoc in totum amiſiſſe, neque ſubditos jus prohibendi Dominum T. in exercitio Juris Territorialis, ſed tantum retinendi, quod a. 1624. habuerint, adeptos eſſe; denique I. P. coercitum Jus Imperantium, quo ſubditis graves eſſe poſſint, non quo ſine horum fraude uterentur.

XXXIX. Sed plerique Evangelicorum *negativam* tuentur: quod Jus reformandi non ſit regula univerſalis & illimitata, ſed ad ſtatum a. 1624. adſtricta, imo hic annus decretorius potius pro regula ſit; nec dici poſſit, publicum Religionis exercitium, quod quovis in loco d. a. uſitatum fuit, idem manere, ſi aliud Religionis exercitium, quod d. a. eodem in loco non viguit, ſimul introduceretur; imo nec poſſit introductio publici exercitii Religionis Pontificiæ fieri ſine turbatione ſacrorum Proteſtantium, qui tamen in quieta illorum poſſeſſione, prout a. 1624. fuerunt, relinquendi ſint.

XL. Ardua eſt quæſtionis deciſio: Forte tamen rationibus haud deſtituuntur, qui eam, ſuppoſita genuina I. P. interpretatione, ſub debitis limitationibus, affirmandam cenſent; ſcil. *quatenus hæc introductio religionem, quæ a.* 1624. *ibidem viguit, non turbat, neque vel directe vel per indirectum in ejus præjudicium aliquid attentat;* quod ita ratio prohibitionis

bitionis ceſſare videatur: ſed nihil temere definio.

XLI. Stante vero hac hypotheſi, ſequetur: (1) Principem Evangelicum ſubditis catholicis ſacra publica concedere poſſe; modo ſolennia nulla illis concedat, quibus turbari poſſint Proteſtantium ſacra, atque ita exercitium eorum coerceat, ne ullum præjudicium horum ſacris adferant.

XLII. (2) Viciſſim Catholicum Principem Proteſtantibus uſum publicum ſacrorum in ſuis terris noviter concedere poſſe; cum hi rem divinam faciant, ſine ullo apparatu tali externo, qui Pontificiæ Religioni fraudi eſſe, aut ei addictos in quieto ſuæ Religionis exercitio turbare queat.

XLIII. (3) Neutiquam vero Principem, Catholica ſacra amplexum, in territorio ſuo *publicum*, *liberum* & *univerſale* Religionis Pontificiæ exercitium contra ſtatum a. 1624. introducere poſſe; cum hoc non ſine inſigni præjudicio Proteſtantium ac turbatione exercitii Religionis, quæ a. 1624. obtinuit, fieri queat.

XLIV. Illud autem dubio caret, *ſimultaneum* Religionis exercitium in *templa*, a. 1624. a Pro-

XL. - XLIV. v. omnino Excell. Dn. BOEHMER. §. 71. - 76.

XLIV. v. Dn. BOEHMER. §. 77. Ill. Dn. de LEYSER. *Medit. ad Pand.* Sp. XXIII. n. 3.

a Proteſtantibus poſſeſſa, a Catholicis introduci neutiquam poſſe; cum talis compoſſesſio magis turbet ſacra A. C. quam ſimplex Religionis Pontificiæ in Territorio introductio.

XLV. Quemadmodum igitur Dominus T. ſubditos diſſentientes, qui d. a. publicum vel privatum Religionis exercitium habuerunt, *neceſſario tolerare* debet: ita quoad eos, qui eodem anno in poſſeſſione exercitii non fuerunt, *liberum* ipſi eſt, eosdem vel *tolerare*, vel *non tolerare*.

XLVI. Ubi *tolerantur*, ſive ex gratia, ſive ex pacto, *patienter* tolerandi ſunt: h. e. nec prohibendi, conſcientia libera vel domi devotioni ſuæ, ſine inquiſitione aut turbatione; privatim vacare, vel in vicinia divino cultui adeſſe, vel liberos ſuos exteris ſuæ Religionis ſcholis, aut privatis domi præceptoribus

XLVI. * *Meditat.* mea Jurid de *Jure Heredit.* & *Feudi Succeſſorio*, Diſp Wirceburgenſi oppoſita. Qu. *Ob ein von der Evangel. zur Cathol. Religion getretener* Cavallier *dadurch eine Anwartung auf eine* Comthurey *verlhere, daß, wen er gleich die Evangel. Religion wieder annehme, dennoch der Commuthurey, wen ſie erlediget werden*, absque nova gratia, *nicht theilhaftig werden kœnne?* Affir. *in den Helmſtadt. Neben-Stunden.*

v. I. P. a. V. §. 34. 35. HERT. l. c. RHEZ. *J. Publ* L. II. T. I. §. 29. 30 31. BOEHM. de *J. c. Lib. conſc* §. 48.

ribus inſtituendos committere, nec deſpicatui habendi, vel a juribus ceterorum civium excludendi ſunt.

XLVII. Ubi vero *non tolerantur*, plenius ſeſe exerit Jus reformandi, adeo, ut non ſolum denegare diſſentientibus cultum publicum, & templa, aliaque bona eccleſiaſtica cum ſcholis publicis, aliisque annexis, adimere, ſed etiam *emigrationem* iis injungere, non minori tamen ſpatio, quam triennio, ſi poſt P. W. Religionem mutarint, ſi ante, quinquennio, ipſis præfixo, Princeps poſſit.

XLVIII. Hæc emigratio uti, quoad eos, qui a. 1624. exercitio Religionis caruerunt, *neceſſitatis eſt*: ita intuitu eorum, qui a. 1624. in poſſeſſione fuerunt, *voluntatis* eſt, ita, ut inviti detineri a Domino nequeant, etiam homines proprii, ſoluto tamen ab his æquo manumiſſionis pretio.

XLIX. Utroque emigrationis caſu, integrum eſt, bona vel alienare, vel retinere, ac per Procuratores adminiſtrare, libere etiam, ſi opus, accedere & recedere: nec deneganda ſunt emigrantibus nativitatis, ingenuitatis, & manumiſſionis, honeſtæque vitæ teſtimonia, nec inuſitatis reverſalibus, vel decimationibus iidem gravandi.

L.

XLVII.-XLIX. v. I. P. a. V. §. 35. 36. 37. RHET. §. 16.-28. HORN. §. 5. BECK de *eo quod juſtum eſt circa emigrationem Civium religionis cauſa.*

L. Ceterum Sileſiæ ac Auſtriacarum ditionum vaſallis ac ſubditis tanta quidem libertas Religionis non conceſſa eſt: conceſſa tamen aliqua, ſed ſaltem ex gratia.

LI. Cum vero Jus reformandi vi juris territorialis competat; palam eſt, neutiquam iſtud competere illis, qui duntaxat Jus *Feudi* directum, vel utile, vel *Jurisdictionem criminalem*, vel Jus *retentionis*, vel *Patronatus* aut *filialitatis*, conjunctim vel diviſim, abſque jure territoriali, habent: Secus, ſi feudum cum Jure territorii ad dominum redeat.

LII. Quod ſi *Jus territorii* ante vel poſt a. 1624. fuerit *controverſum*, etiam poſſeſſori d. a. Jus reformandi competit, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & decidatur: ut tamen ſubditi propter mutatam interim Religionem, pendente lite, migrare non cogantur.

LIII In caſu *oppignorati* territorii Creditori quidem poſſidenti Jus reformandi non denegandum videtur: ſed, facta reluitione, Domi-

L. v. I. P. a. V. §. 38. 41. RHET. §. 50. RHET. l. c. ubi Svecis hoc tribuitur.

LI. v. I. P. l. c. §. 41. 42. ibique A. *Medit.* p. 1652. RHET. §. 38. Dn. BOEHMER. J. E. L. I. T. I. §. 51. 55. 56. 57.

LII. v. I. P. §. 43. RHET. §. 37.

LIII. v. I. P. §. 27. ibique *Medit.* p. 434. RHET. §. 36. BOEHM. §. 52. ſeqq. 65. de *Lib. Conſc.* §. 48.

Domino, hactenus debitori, integrum utique erit, in terras ad ſe reverſas publicum ſuæ Religionis exercitium introducere; ſubditi tamen, qui d. a. exercitium Religionis non habuerunt, nec Religionem interim ſuſceptam deſerere, nec migrare coguntur, de publico vero Religionis exercitio cum Domino tranſigendum eſt.

LIV. De *Proteſtantibus inter ſe* ſpectatis ita conventum: Si poſt P. W. Status Lutheranus quocunque modo accipiat ſubditos Reformatos, vel vice verſa; tum eos in quieto Religionis exercitio relinquere debet.

LV. Ipſi autem Domino T. concionatorem aulicum ſecum in reſidentia habere, imo & publicum ſuæ Religionis exercitium non ſolum in templo aulico, ſed etiam alibi, introducere licebit; modo ſuis ſumtibus, citra onus & præjudicium ſubditorum, id faciat.

LVI. De tempore pacem antecedente nihil cautum, nec Jus reformandi per a. 1624. reſtrictum eſt: ut adeo Domino integrum eſſe videatur, vel tolerare diſſentientes, vel non tolerare, atque adeo publicum Religionis exercitium iis denegare, vel emigrationem etiam injungere; niſi pacta Statuum inter ſe, vel cum ſubditis, obſtent; quamvis

LIV. - LVI. v. I. P. a. VII. RHET. §. 44. - 47. TITIUS §. 44. 45. BOEHM. de *J. c. Lib. conſc.* §. 52.

vis vero haud abſimilis videatur, ſententia eorum, qui, tacite & indefinite quoad hoc tempus tolerantiam ſancitam eſſe, contendunt.

LVII. Ceterum an inter diverſæ Religionis conſortes, in caſu contraventionis, *Jus retorſionis* vel *Repreſſaliarum*, locum habeat? non immerito dubitatur: ſunt qui affirmant: ſed alii negant, quod unius Religionis conſortes corpus morale eo ſenſu haud conſtituant, ut unius delictum reliquis poſſit indiſtincte imputari, niſi forte, Catholicos hujusmodi corpus hierarchicum ſub capite Papa formare, velis aſſerere.

LVIII. Ad Jus reformandi ſpectat quoque *Jus* circa *DOCTRINAM ECCLESIÆ & CONTROVERSIAS THEOLOGICAS*,

 quod,

LVII. RHET. §. 31. TITIUS §. 47. C. G. HOFFMANN *Vorſtell. der Religions-Beſchwebrden* Sect. III. *von den* Repreſſalien *zwiſchen den Evangeliſchen und Catholiſchen Reichs-Standen* §. 5.

LVIII. - LXII. V. ZIEGLER. de *Jur. Maj.* L. I. C. 16. THOMAS. *Recht Evangel. Fürſten in* Theol. *Streitigk.* Diſp. *An hæreſis ſit crimen?* it. de *Jure Princ. c. hæreticos.* BOEHMER. J. E. L. I. T. I. §. 19. ſqq. TITIUS §. 20. 23. HORN. §. 7. PUFEND. *Enucl.* L. II. C. XXII. §. 31. ſeq. Conf. omnino *Amœnitates* meæ *Juris-Publici* de *Jure Principis circa Dogmata Fidei.* Amœn. III. IV. de *Judicio* impr. *Diſcretivo Principis*; Amœn. VII. de *Judi-*

cio

quod, ex principiis Juris publici univerſalis, ſequentibus fere abſolvitur capitibus.

LIX. Poteſt quidem Dominus T., uti quilibet Imperans, *inquirere* in *veritatem* doctrinarum & controverſiarum Theologicarum, Theologos quoque audire, diſſentientes hunc in finem convocare, vel coeundi facultatem iis concedere, atque adeo Concilia provincialia & colloquia inſtituere, iisque præſidere, ac de ſententiis vel decretis eorum judicare.

LX. Poteſt deinde *ſententiam*, quam ipſe *ſaniorem* judicat, *publice docendam* injungere, atque adeo certam *doctrinæ* publicæ *formulam* præſcribere, nevé quis huic adverſa dogmata diſſeminet, ſub pœna prohibere.

LXI. Sed non poteſt controverſias theologicas de rebus fidei per modum *imperii* decidere, nec cuiquam ſententiam, de cujus veritate nondum convictus eſt, pro vera obtrudere, aut ut ab aliis obtrudatur, permittere: quod res fidei & veritates intellectus coactionem externam haud admittunt, nec hujusmodi dominatus in conſcientias ſine injuria in Divinæ Majeſtatis reſervata exerceri poteſt.

LXII.

cio Princ. *Deciſivo* circa *Controverſias Theol.* Amœn. V. de *Diſputat. Theol.* Am. VI. de *Confeſſionibus Fidei.* Am. IX. de *Colloquiis.* Am. X. de *Synodiſ. Conciliis.* Am. XI. de *Symbolis.* Am. XIV. de *Jure tolerandi.* Am. XV. de *Jure Pr.* circa *Hæreticos.*

LXII. Unde porro ſequitur, neminem a Domino T. ob *hæreſin*, i. e. opinionem in eccleſia dominante pro falſa reputatam, puniri poſſe, licet admonitus, non vero convictus, eam rejicere nolit; modo Remp. non turbet; eo quod *hæreſis* non eſt *crimen* voluntatis, ſed *error* intellectus: nec *pertinacia* pro crimine venditari poteſt; cum nemini poſſit in crimen imputari, quod errorem non rejiciat, de cujus falſitate nondum convictus eſt; an vero convictus ſit, non aliorum, ſed errantis eſt, judicare.

LXIII. Spectat huc etiam Jus diſponendi circa *ADIAPHORA*, h. e. ritus & ceremonias circa externum cultum occurrentes, & a Deo, juxta ſeriam ſubditorum opinionem nec præceptas, nec prohibitas, atque abuſus & corruptelas eorum tollendi: id quod ex ipſa adiaphororum natura patet, quamvis non ſemper conſultum ſit, circa ea aliquid mutare.

LXIV. Eodem referendum Jus *indicendi Feſta*, *præſcribendi Preces* publicas, *reformandi Calendarium &c.* quamvis hoc poſterius ſine conſenſu totius Imperii non facile exerceri ſoleat.

LXIII. v. THOMAS. de *J. Princ. c. Adiaph.* TITIUS §. 26. - 31. LUDEWIG. de *Præcip. Princ. Evangel.* C. VI.

LXIV. v. BOEHMER. Diſſ. de *Jure Prec. publ.*

LXV. Porro competit Domino T. Jus in *PERSONAS ECCLESIASTICAS*, adeo, ut regulariter omnes Clerici in territorio commorantes, ſive majores, ſive minores, ſinguli & univerſi, Capitula & Monaſteria, Landſaſſiorum vel ſubditorum numero cenſeantur, atque ad homagium præſtandum, æque ac onera territorii ferenda, teneantur, niſi exemtionem doceant: id quod ex natura imperii civilis ac territorialis neceſſario fluit.

LXVI. Speciatim ex Jure dirigendi ſocietates eccleſiaſticas proficiſcitur Jus conſtituendi *Miniſtros Eccleſiæ:* Quod, cum primis ſeculis a Clero & Populo exerceretur, poſtea ab Imperatoribus vel in totum, vel ex parte vindicatum, ac tandem, quod ad Eccleſias mediatas, ad Dominos T. derivatum, hodie ab *Evangelicis* ſaltem pleniſſime exercetur, niſi quod nonnullis in locis electio adhuc, vel Jus Patronatus, locum habeat.

LXVII. Vi hujus igitur Juris Domini T. *MINISTROS ECCLESIÆ* vel ipſi *conſtituunt*, etiam in Catholicis Eccleſiis, juxta obſervan-

LXV. v. REINHARD. l. c. C. III. p. 146. 193. 200. STRYK. de *J. Pap. Princ. Ev.* C. IV. §. 12. *Medit.* ad *J. Publ.* Art. V. §. 25. (c) p. 309.

LXVI. v. HERT. l. c. p. 120. LVDEWIG. l. c. C. II. III. BOEHMER. L. I. T. VI. §. 3. 7. 14.

LXVII. v. SCHILT. *J. Can.* L. I. T. XIII. §. 8. 33. 34. 35. T. XVI. §. 1. ZIEGLER. de *Superint.* C. III. §. 4.

ſervantiam a. 1624. d. 1. Jan. vel electos a populo, aut ab Eccleſiæ Patrono nominatos vocatosque, *confirmant*, ad certam quoque *doctrinæ formulam* eos adſtringunt, itemque *Inſpectores*, *Præpoſitos* & *Superintendentes* cum poteſtate viſitandi Eccleſiis præficiunt, vel etiam hos omnes pro re nata iterum *deſtituunt*: quæ omnia etiam de docentibus in *Scholis*, & inferioris ordinis miniſtris, intelligenda ſunt.

LXVIII. Quodſi *Epiſcopatus* mediati A. C. & *Capitula*, itemque *Monaſteria*, in Territorio dantur, itidem Jus territoriale Evangelicorum ſeſe exerit, ita ut *Epiſcopi* vel *Prælati* ſine Domini T. auctoritate & confirmatione eligi & poſtulari nequeant, imo inte-

 grum

§. 4. TITIUS §. 33. 34. HORN. §. 18. HERT. l. c. SCHWED. l. c. §. 6.

* An Princeps a Religione ſubditorum diſſentiens Miniſtros Eccleſiæ diſſentientis confirmare poſſit, & quid circa examen Candidatorum, ubi Conſiſtorium illorum Religioni non eſt addictum, obtinere debeat? v. I. P. a. VII. §. 1. RHET. §. 45. conf. GROT. de *J. Sum. Pot. c. Sacra* C. X. p. 250.

LXVIII. v. STRYK. de *J. Papali Princ. Evang.* C. I. §. 5. EUR. HER. P. I. p. 245. 249. *Ord. Polit. Magd.* C. VI. §. 3. HORN. §. 10. BOEHM. de *Jure Statuum Proteſt. in Monaſter. Cathol.* C. II. §. 17. 18.

grum ei ſit poſtulatum quoque non admittere: quamvis in plerisque electiones aut poſtulationes per pacta ad certas familias aut perſonas adſtrictæ ſint.

LXIX. Deinde & circa *Canonicatus* & *Præbendas* conferendas Domino T. varia competunt jura: quæ tamen rectius intelligentur, ſi *Bonorum Eccleſiaſticorum* conſideratio conjungatur.

LXX. Scil. quemadmodum nonniſi Domino T. competit Jus *Eccleſias* & *Societates Eccleſiaſticas* in Territorio *conſtituendi*, adeo, ut nulla fundatio hujusmodi ſocietatis, nec translatio, vel transmutatio, vel incorporatio, ſine D. T. conſenſu & auctoritate fieri queat: ita & *ſuprema cura* & *poteſtas* circa *BONA ECCLESIASTICA*, *Capitula*, *Cœnobia mediata*, *Commendas Equitum Marianorum*, in Territorio ſitas, eidem merito aſſerenda; quod omnia ea, quæ in Territorio continentur, Superioritati quoque territoriali haud dubie ſubjacent. LXXI.

LXX. v. I. P. a. VIII. §. 1. a. V. §. 16. 48. REINHARD. C. II. §. 9. - II. C. IV. TITIUS §. 62. SCHWED. §. 7. 8. 10. BOEHMER. L. I. T. XXXI. §. 57.

* Not. 1. Bona eccleſiaſtica propric in patrimonio Eccleſiæ eſſe, ejusque adeo dominio ſubjacere; Jus vero quod D. T. in ea competit, ex imperio deducendum eſſe.

** Not. 2. Jura circa Bona eccleſiaſtica Jure Can. referri ad *L. Diœceſanam*.

LXXI. Sed reſtricta eſt, inter Catholicos & Proteſtantes, iſta poteſtas D. T. ad obſervantiam d. 1 Jan. A. 1624. ita, ut in quo ſtatu Bona Eccleſiaſtica cujuscunque generis iſta die fuerint, in eodem ſtatu relinquenda ſint: Quamvis in bonis, quæ a *ſubditis* Statuum poſſidentur, ſimpliciter annus 1624. absque intuitu diei reſpiciatur.

LXXII. Speciatim igitur in *Capitulis mediatis*, etiam *Catholicis*, ſuæ ditionis Dominus T. cum omnia ea facere poteſt, quæ olim PONTIFEX vi Concordatorum Germ. & CÆSAR in iis fecere, ſed a. 1624. d. 1. Jan. non amplius exercuere; tum ex proprio beneplacito, obſervantiæ tamen d. *diei* & *pactis* cum Capitulo initis attemperato, ad utilitatem Territorii, circa eadem diſponere: atque hoc omne vi Superioritatis T.

LXXIII. Natum hinc eſt *Jus Papale Principum Evangelicorum*, quod vocant, ſuſpenſa jurisdictione Papali, iis vi Superioritatis T. merito vindicatum: Et licet Jura Papalia ad corruptelas Eccleſiæ ſemper relata fuerint, tamen quæ a legitimo Domino exercentur,

 in-

LXXI. v. I. P. a. V. §. 14. 25. 30. 31. RHET. §. 51. BOEHM. L. III. T. V. §. 129.

LXXII. LXXIII. v. I. P. a. V. §. 14. 19. 25. 48. STRYK. de *J. Pap. Princ. Ev.* C. II. §. 9. C. III. §. 3. TITIVS §. 61. - 72. 87. HORN. §. 10. BOEHMER. L. III. T. V. §. 120.

injuſta cenſenda non ſunt, neque Eccleſiæ quidquam inde metuendum; præſertim cum Capitulorum & beneficiorum eccleſiaſticorum ratio a ſcopo plane degenerarit, hisque hodie non qui Eccleſiæ miniſteria præbent, ſed qui de Rep. bene meriti aut merituri ſunt, ſæpe etiam qui nullis meritis pollent, niſi quod nobiles audiant, mactentur: Capitula ſaltem ea, quæ Papæ præſtanda erant, Domino T. denegare non poterunt.

LXXIV. Hujus igitur Juris virtute Dominus T. *confert* beneficia in *menſibus papalibus* ſeu extraordinariis vacantia, ſi Papa a. 1624. d. 1. Jan. in poſſeſſione conferendi haud fuit, modo beneficium muneris non ſit appendix; quamvis nonnullis *alternativa collatio* citra menſium differentiam placuerit: in *menſibus* autem *capitularibus* Jus *proviſionum* extraordinariarum habet, ſi in *aula Principis*, aut ab ea, intra duas diætas, moriatur Canonicus, vel ob irregularitatem beneficio excidat, item ſi electio debito tempore ac modo non fiat.

LXXV. Sed & *Jus Primariarum Precum*, exemplum Cæſaris, in Capitulis mediatis, exer-

LXXIV. v. J. P. §. 16. 26. STRYK. C. III. W. TITIUS §. 73. 74. HORN. l. c. BOEHM. l. c. §. 110. 111.
LXXV. v. I. P. a. V. §. 26. SCHILT. de *E. Eccl.* G. in add. ad L. VI. C. V. §. 11. STRYK. C. IV. §. 3. ſqq. TITIUS §. 75. - 82. BOEHM. §. 105. 121.

* Not.

exercere poteſt, niſi Imperator iſtud a. 1624. d. 1. Jan. in iisdem exercuerit, ac deinde exercere velit: Ceterum ad eundem modum illud fieri debet, quo a Cæſare, idemque harum precum effectus eſt; nec minus Sereniſſimæ Conjugi intuitu Conventuum fœmininorum illud delegari poteſt.

LXXVI. Quibus caſibus collatio eſt penes Dominum T. iis quoque *Jus* habet *dandi Expectantias*, etiam, juſtam ob cauſam, cum clauſula *anteferri*: Et in genere, *Jus confirmandi* eos, qui beneficia obtinuerunt, cujus etiam actus peragendi tempus, modum & impenſas definire poteſt.

LXXVII. Porro nec *Jus exigendi Annatas* Domino T. denegari poteſt, niſi beneficium habeat rationem ſalarii, alias ſatis modici, item *tributum*.

LXXVIII. Et ſicuti *definire* poteſt *requiſita eorum*, qui bonis eccleſiaſticis frui debeant: ita *Jus diſpenſandi de ſtatutis Capitulorum*, v. g. circa

---

* Not. etiam Catholicos nonnullos hoc jure uti: Exempla v. ap. SCHWED. P. Sp. S. I. C. V. SCHILT. de *Lib. Eccl. Germ.* in Add. 5. 7.

LXXVI. v. STRYK. C. III. §. 8. 9. 10. TITIUS §. 83. 84.

LXXVII. v. STRYK. C. IV. §. 7. ſqq. TIT. §. 85. 90. LUDEWIG. de *Jure Annat.* C. III. §. 3. ſqq.

LXXVIII. v. STRYK. C. III. §. 4. & C. V. §. 3. ſqq. TIT. §. 86. - 90.

circa triennium academicum, reſidentiam, matrimonium Canonicorum, aliaque, eidem recte tribuitur.

LXXIX. Gravior eſt quæſtio, an Dominus T. *Capitula vel Commendas plane tollere queat?* de qua, juxta caſus diverſos, diverſimode pronunciandum videtur; forte ita:

LXXX. Si Pontificii Capitulum & bona eccleſiaſtica territorio Domini Evangelici, vel vice verſa, d. 1. Jan. a. 1624. tenuerunt; illa tollere non poterit: Secus, ſi eo tempore in poſſeſſione non fuerint.

LXXXI. Si Dominus T. & Canonici, vel alii bonorum eccleſiaſticorum poſſeſſores a. 1624. ejusdem fuere religionis, Domino facultas tollendi competet, quippe nullibi hoc caſu legibus reſtricta.

LXXXII. Denique ſi Dominus Lutheranus Capitulum Reformatum poſt P. W. acceperit, vel vice verſa, illud quoque in eodem ſtatu ſemper manere debet, ex communi quidem ſententia: quamvis alii, inter Proteſtantes facultatem tollendi Capitula, ſine reſtrictione, locum habere, exiſtiment.

LXXXIII. Juxta easdem diſtinctiones definienda & altera quæſtio; *an Dominus T. quosdam canonicatus & præbendas extingere poſſit?* Imo

LXXIX. LXXXII. v. I. P. a. V. §. 16. a. VIII. §. 1. a. VIII. §. 1. STRYK. C. III. §. 1. C. V. §. 1. 2. TIT. §. 91. - 96.

Imo compendioſius dixeris, facultatem tollendi eatenus competere, quatenus obſervantia 1624. non obſtat.

LXXXIV. Circa *Monaſteria*, in territorio ſita, non minus Jura territorii ſeſe exerunt, cum Domino T. non ſolum competat Jus *præſcribendi Leges* Monaſteriis catholicis, adeo, ut nec Papa, nec Epiſcopi, bullas aut mandata ad ea dirigere queant, ſine illius conceſſione, ſed etiam *Jus* eadem *viſitandi*.

LXXXV. Eodem pertinet *Jus translocandi* Monaſteria ſeu *ſurrogandi Ordinem* in locum ejecti vel *deficientis*: Quod licet Epiſcopo vulgo tribuatur, tamen Principes Evangelici illud, ut in monaſteriis ſibi ſubjectis ſine ſuo conſenſu fiat, permittere non tenentur.

LXXXVI. Secus, ſi Ordo, qui a. 1624. Epiſcopo catholico unice ſubfuit, plane interciderit: Hoc enim caſu Epiſcopus libere de monaſterio diſponit, & vel ex eodem Ordine, qui a. 1624. cœnobium tenuit, vel, ſi hoc fieri nequeat, ex alio, in Germania ante exorta Religionis diſſidia uſitato, novos religioſos ſubſtituit; ita tamen, ut iſtud etiam ſeculo

lo

LXXXIII. LXXXIV. v. BOEHM. de *Jure Stat. Proteſt. in Monaſt. Cath.* C. II. §. 6. - 10.

LXXXVI. v. I. P. a. V. §. 26. 31. 32. BOEHM. Diſſ. cit. §. 10. ibique Reſp. F. J. Hall. ad Magiſtr. Francof. LEYSER. *Medit. ad Pand.* Spec. XXIII. n. 8. 9. ibique Reſp. Helmſt.

lo addicere, idque ſine Pontificis conſenſu, queat.

LXXXVII. Ceterum Domini T. eſt, providere, ut *Bona Eccleſiarum* recte *adminiſtrentur* atque *diſpenſentur*; quod in Evangelicis Eccleſiis per Conſiſtoria & Superintendentes fieri ſolet: Imo & in Catholicis fundationibus idem Jus habet *inſpectionis*, & *Præpoſitos* illis præficiendi, ſi obſervantia a. 1624 exigat.

LXXXVIII. Et ſicut ejusdem eſt, de neceſſitate *alienandi* bona eccleſiaſtica *cognoſcere*, ac modum definire: ita idem bona ad ſuperſtitionem & abuſum vergentia ad *alios*, etiam *ſeculares*, *uſus*, ſecundum obſervantiam tamen a. 1624. convertere, imo & translationes bonorum in Eccleſias, & *amortizationes*, prohibere vel circumſcribere, poteſt.

LXXXIX. Idem, eodem territorii Jure, etiam vaſa ſacra & ornamenta unius Eccleſiæ ſuperflua, non vero res neceſſarias aut utiles, auferre, aliique egenæ tribuere, imo & res ſacras & ornamenta Eccleſiæ, tempore urgentis belli, in uſum publicum impendere & alienare poteſt.

XC. *Templa* quoque a diverſæ religionis homi-

LXXXVII. v. SCHILT. *J. Can. L. II. T. VI.* §. 22. HORN. §. 12.

LXXXVIII. v. SCHILT. l. c. ZIEGLER. de *J. Maj. L. I.* C. 20. HORN. l. c. SCHWED. §. 10.

LXXXVIII. LXXXIX. v. LEYSER. l. c. n. 1. 2. 6. 7.

hominibus olim poſſeſſa, ſed a. 1624. vacua & collapſa, occupare, & ſuæ Religionis exercitio aſſignare, vel in uſus profanos impendere, imo & ex uno loco in alterum, illæſa religione transferre, non vero partem redituum eccleſiaſticorum, a diverſæ religionis hominibus a. 1624. poſſeſſorum, licet ſuperfluam, auferre poteſt.

XCI. Omnia hæc jura, uti circa *dirigendam* Eccleſiam viſibilem, ejusque externum religionis exercitium, ſpeciatim doctrinam, ritus, perſonas & res, eodem pertinentes, occupentur: ita generatim vel poteſtatis *conſultatoriæ*, vel *legislatoriæ*, vel *judiciariæ*, virtute exercentur.

XCII. Scilicet primum *JUS CONSULTANDI* ac *DECERNENDI* generatim de rebus omnibus, ad ſalutem Eccleſiæ viſibilis ſpectantibus, Domino T. ſcilicet cum effectu deciſivo, competit: quod vel in Conſilio ſuo, vel in Comitiis provincialibus, vel in Synodis ac colloquiis, exercere poteſt.

XCIII. Namque integrum eſt Domino T. cumprimis ſi liberiori poteſtate in territorio gaudeat, res eccleſiaſticas vel in *Conſilio Sanctiori* ordinare, vel peculiarem *Senatum Eccle-*

XCIII. v. STRYK. ad BRUNNEM. *J. Eccl.* L. I. C. III. 12. §. 6. verb. *Jus convocandi Synod.* BOEHM. *J. Eccl.* L. I. T. II. §. 115. REINHARD. C. II. §. 19. p. 153.

cleſiaſticum conſtituere, eidemque facultatem de hujusmodi rebus decernendi, atque politiam Eccleſiæ dirigendi, delegare, ſupremum tamen Judicium ſibi Conſilioque intimiori reſervare.

XCIV. Sed nec infrequens eſt, Principes *Proteſtantes* in *Comitiis provincialibus* una cum Statibus Eccleſiaſticis & Politicis, de rebus ad Religionem pertinentibus, agere, atque ex communi eorum ſuffragio de iis decernere: quamvis *Catholici* hac in parte Jure ſuo raro utantur.

XCV. Eſt quoque penes Dominum T. non qua Epiſcopum, ſed qua Imperantem, *Synodos* particulares, in quibus de doctrinæ & morum integritate conſervanda, diſciplinaque eccleſiaſtica & ritibus obſervandis vel reformandis, ex conſilio Theologorum, & Principis auctoritate, ſtatuitur, in ſuis provinciis celebrare: quamvis id non ſit neceſſitatis ſed conſilii; nec facile tales Synodi, quales ſunt Epiſcopales, vel quæ Conciliorum provincialium rationem habeant, in terris Proteſtantium inſtituantur: Colloquia tamen Theologorum a D. T. nonnunquam inſtituta eſſe, exempla loquuntur.

XCVI.

XCIV. * Ante Reformationem tamen nonnulla hujus rei extant exempla, uti WILHELMI & GEORGII, Sax. Ducum MAXIMILIANI & PHILIPPI LUDOVICI Com. Palat. &c. REINHARD. C. II. §. 19. 20. HORN. §. 7.

XCVI. Sunt vero certa Synodorum, generalium vel ſpecialium, genera adhuc in terris Proteſtantium paſſim in uſu; ubi vel ſub directione Superintendentis Paſtores cujusque diœceſeos; vel Superintendentes tantum, aliique Theologi deputati, cum Conſiliariis Principis, ſtatis temporibus conveniunt, ac de rebus Eccleſiæ deliberant, quamvis ſine decidendi auctoritate, quæ ſoli Principi competit: Finis eſt, tum ut in ſtatum cujusque Eccleſiæ, defectusque eccleſiaſticos, penitius inquiratur, tum ut Miniſtri eccleſiæ ad reformandos mores excitentur.

XCVII. Nonnunquam & *extra ordinem* Synodi a Principe indicuntur, ut gravaminibus & defectibus eccleſiaſticis remedia quærantur: Quo caſu Synodo utique poteſtas, *decreta* eccleſiaſtica faciendi, conceſſa videtur, quæ tamen inſtar SCtorum tantum erunt, atque a Principis confirmatione demum vim *legum* obtinebuut.

XCVIII. Cohæret ergo huic Juri *POTESTAS LEGISLATORIA* circa Sacra, quæ non ſolum Statibus, vi Superioritatis T. ſed etiam Nobilitati immediatæ, per I. P. aſſerta, imo

XCV. - XCVII. BOEHM. §. 115. - 121. REINHARD. l. c. HORN. l. c.

XCVIII. * An & Eccleſiis, quæ privatum tantum exercitium habent, integrum ſit Ordinationes ſibi condere?

imo & Catholicorum Statuum Landſaſſiis vaſallis & ſubditis, qui a. 1624. publicum Religionis exercitium habuerunt, tanquam annexum, ex eodem I. P. aſſerenda eſt, ſicut & civitates nonnullæ mediatæ, ex præſcriptione immemoriali, eadem utuntur: quamvis Conſiſtoriis regulariter ea non competat.

XCIX. Vi hujus poteſtatis competit Domino T. aliisque, qui hoc jure gaudent, jus condendi *Leges* & *Ordinationes* eccleſiaſticas, idque pleniſſimo jure, niſi temperamentum vel ex Legibus publicis, vel pactis cum ſubditis, aut aliis, adſit: Plerumque ſaltem cum Statibus provincialibus communicantur, quorum conſenſu in nonnullis provinciis opus eſt, ut Sanctionis pragmaticæ auctoritatem conſequantur.

C. Imo poteſt Dominus T. hoc jus non ſolum erga *ſuæ religionis* conſortes, ſed etiam *alienis ſacris* addictos, exercere, idque circa *publicum* non minus, quam *privatum* Religionis exercitium: ita tamen, ut ne quid confesſioni ipſorum adverſum ſtatuat.

CI. Hinc nec Catholici circa Proteſtantium, nec Proteſtantes circa Catholicorum liturgiam, in Eccleſiis ſibi ſubjectis, quidquam mutare poſſunt; ut tamen Epiſcopis Jus diœceſanum, quatenus illud a. 1624. in catholicos Evangelici Status ſubditos exercuerunt, ſalvum ſit: Idem fere obtinet inter Proteſtantes Dominos & ſubditos diſſidentes.

CII.

Digitized by Google

CII. Ex eadem poteſtate Jus Domino T. competit, *Jus canonicum* in ſuo territorio vel admittendi, vel abrogandi: Jus quoque competit circa Leges eccleſiaſticas, vel a ſe conditas, vel ex Jure Pontificio receptas, itemque ſtatuta canonicorum, *diſpenſandi*, eaque mutandi, ſi vel maxime hæc confirmaverit; niſi per LL. Imp. aut pacta Capitulorum hæc facultas reſtricta ſit.

CIII. Denique & *POTESTAS JUDICIARIA* circa Sacra, ſive *JURISDICTIO ECCLESIASTICA*, pars Superioritatis T. eſt, quæ adeo *Proteſtantibus* Statibus, ſuſpenſa in ipſorum territoriis Jurisdictione Papali, plene perfecteque (excepto unico caſu*) & quidem non qua *Epiſcopis*, ſed qua *Imperantibus*, competit; quamvis *Catholici* Status eam *Epiſcopis* & *Pontifici* R. in cauſis, ubi jurisdictio eccleſiaſtica vere fundata eſt, relinquant.

XCVIII. - CII. v. I. P. a. VIII. §. 1. a. V. §. 16. 26. 48. a. VIII. §. 1. HORN. §. 8. BOEHM. *J. Eccl.* L. I. T. II. §. 81. ſqq. REINHARD. C. II. p. 104 - 112.

CIII. * Si Epiſcopi Cath. ratione redituum & cenſuum in poſſeſſione vel quaſi juriſd. eccl. a. 1624. fuere.

v. I. P. a. V. §. 48. a. VIII. §. 1. R. I. Nov. §. 160. REINKING, de *Reg. S. & E.* L. III. cl. 1. C. X. n. 2. HUGO de *Statu reg. Germ.* C. III. §. 28. BOEHMER. L. I. T. XXVIII. §. 15. XXXI. §. 74.

CIV. Vi hujus poteſtatis integrum eſt Dominis T. *Judicia Eccleſiaſtica*, quæ *Conſiſtoria* vocantur, & ex *Theologis* & *Politicis* plerumque conſtant, ut tamen ea mixtura abſolute neceſſaria non ſit, & *Directio* ubivis fere *Politico* demandetur, in Territoriis conſtituere: Integrum quoque eſt, limites illis præſcribere, & determinare, quænam cauſæ ad illud referri, quæ ſeculari judicio reſervari, quæ ad Presbyterium, ubi illud conſtitutum eſt, vel Superintendentes, pertinere, quæ denique ad reſervata ſua ſpectare debeant.

CV. In his igitur Judiciis Jurisdictio, non Eccleſiæ, ſed Domini T. nomine, exercetur, tum circa perſonas & res eccleſiaſticas, qua tales, tum ratione cauſarum eccleſiaſticarum & mixtarum; quo plerumque & cauſæ matrimo-

---

CIV. v. BOEHMER L. I. T. XXVIII. §. 17. ſqq. §. 47. ſqq. SCHWED. §. 4. 5.

* Not. Nonnullis in locis cauſſas eccleſiaſticas etiam in judiciis ſecularibus tractari.

** Qu. An merum mixtumque Imperium etiam Conſiſtoriis competat? v. CARPZ. *Jpr. Conſ.* L. III. d. 4.

CV. v. SCHILT. J. C. L. I. T. 5. HORN. §. 9. WILDVOGEL, de *Competent. Conſiſt. Evang.* Th. 9. ſqq.

* Dic. de Excommunicationum apud Proteſtantes uſu. v. CARPZ. d. 85. ſqq. BRVNN. L. I. C. VI. m. 9. §. 3. ibique STRYK. ZIEGL. de *J. Maj.* L. I. C. 7.

trimoniales, & a nonnullis etiam relaxationes Juramentorum, item cenſuræ eccleſiaſticæ, & pœnæ clericorum, niſi ſint corporis afflictivæ, & capitales, referuntur: quorum omnium determinatio ex LL. cujusque provinciæ, vel obſervantia, petenda.

CVI. Utut autem Jurisdictio hæc eccleſiaſtica Domino T. vi Juris territorialis competat: nihil tamen impedit, quominus eandem *Nobilibus & Civitatibus mediatis*, ſive expreſſe ſive tacite, eodem modo, quo ſecularem jurisdictionem, concedere poſſit; unde nullum eſt dubium, quin eadem & præſcriptione immemoriali a mediatis acquiri poſſit.

CVII. Imo nec dubitandum, quin Jurisdictio eccleſiaſtica & Jus Conſiſtorii lege publica *Landſaſſiis & ſubditis mediatis* ita tribui poſſit, ut *Jure proprio* his competat, nec a Domino T. dependeat, ullove modo ab eo impediri aut minui queat: Id quod inter Catholicos Status & ſubditos A. C. addictos, & vice verſa, ex I. P. diſpoſitione, uſu venit.

CVIII. Ita ſcil. cautum: Si Landſaſſii Vaſalli vel ſubditi Proteſtantes in territoriis Catholicorum Jurisdictionem eccleſiaſticam Epiſcoporum a. 1624. non agnoverunt, ſed etiam ipſi exercuerunt in poſterum etiam illam exercere, atque adeo & Conſiſtoria, Domino T. non ſubjecta, inſtituere, poſſunt.

CVI. v. BOEHM. l. c. §. 27. ibique Reſp. Fac. J. Hall. LINCK. de *J. Epiſc.* C. XV. n. 55.

Digitized by Google

CIX. Ubi vero Status provinciales vel ſubditi Evangelici a. 1624. Juriſdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum Catholicorum agnoverunt, eam porro agnoſcere debent, in illis ſcil. *quæ A. Confeſſionem nullatenus concernunt, modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur, A. Confeſſioni vel conſcientiis repugnans:* Eodem jure A. C. Magiſtratuum ſubditi Catholici cenſentur.

CX. Ubi denique ſubditi A. C. a. 1624. nec Epiſcoporum juriſdictionem agnoverunt, nec eam ipſi exercuerunt, nemini niſi Domino T. etiam in eccleſiaſticis ſubſunt, qui tamen ita poteſtatem eccleſiaſticam in illos exercere debet, ne quid A. C. vel conſcientiis, vel P. R. vel pactis adverſum in illos ſtatuant, vel ab illis exigant.

CXI. A Conſiſtoriis Evangelicis *appellatur* ad

CVII. - CIX. v. I. P. a. V. §. 31. 48. R. I. 1555. §. 20. ibi: *Der Augſp.* Conf. Religion, *Glauben, Beſtallung der* Miniſterien, *Kirchen-Gebraeuche, Ordnungen, und* Ceremonien, *ſo ſie aufgerichtet oder auffrichten mœchten;* RHET. L. II. T. I. §. 35. HORN. §. 9. BOEHM. T. XXVIII. §. 25. T. XXXI. §. 75.

CXI. v. Dn. BOEHM. L. I. T. XXVIII. §. 38. 39. 44. 46. T. XXIX. § 3. 4. T. XXXI. §. 71.

* Dic. de Attentatis Paparum & Nunciorum Papalium, Juriſdictionem Imp. ſæpe turbantium, ſed ab Imperatore & Imperio damnatis. v. *Cap.* 102. a. XVI.

ad *Dominum T.* vel ſuprema *Territorii*, non vero Imperii, *Tribunalia;* Cauſſas quoque a Conſiſtorio avocare poteſt Princeps: Sed utrumque in Conſiſtoriis evangelicis territoriorum catholicorum fieri nequit. A *Catholicis* Epiſcopis Appellatio ad *Papam*, vel ejus *Nuncium* ſed nonniſi in cauſis eccleſiaſticis: ab *Evangelicis* vero immediatis ad *Judicia Imp.* ſed in ſecularibus tantum, admittitur.

CXII. Jurisdictionis eccleſiaſticæ annexum eſt *Jus viſitandi Eccleſias*, quod itidem ad S. T. pertinet, atque a Statibus Evangelicis interdum per Conſiſtoria, interdum per Commiſſarios, vel alios in hanc rem deputatos, vel etiam per Superintendentes, peragi ſolet.

CXIII. Denique & Jus *ADVOCATIÆ*, ſive Jus defendendi Eccleſias territorio ſubjectas, cujuscunque ſint religionis, adverſus injuriam aliorum, Domino T. competere, nullum eſt dubium; quamvis Catholici Proceres non tam Jure territorii, quam vel ex antiqua Impp. conſtitutione, vel ex electione Eccleſiarum aut Monaſteriorum, vel Pontificis auctoritate,

 Advo-

a. XVII. CAR. VI. a. XIV. conf. Dn. BOEHM. *J. Eccl.* L. I. T. XXX. §. 16. ſqq. STRUV. §. 30.

CXII. v. SCHILT. *J. Eccl.* L. I. T. 6. SCHWED. §. 6. HORN. §. 10.

CXIII. v. R. I. a. 1524. §. 28. I. P. a. V. §. 26. STRAUCH. Diſſ. Exot. IX. SCHWED. *P. Spec.* S. II. C. XII. §. 2. 7. BRUNNEM. *J. Eccl.* L. II. C. VIII. §. 29. BOEHM. L. III. T. V. §. 35.

Digitized by Google

Advocatiam gerant; Quales & inter Proteſtantes dantur, extra territorium quoque ſeſe porrigentes, in Catholicos etiam, cum jurisdictione interdum conjunctæ.

CAP. V.

DE JVRIBVS SVPERIORITATIS TERRITORIALIS CIRCA SECVLARIA SPECIATIM POTESTATE CONSVLTATORIA LEGISLATORIA ET IVDICIARIA.

§. I.

SUperioritas Territorialis, quatenus circa *SECVLARIA* verſatur, itidem & Poteſtatem *Conſultatoriam* & *Legislatoriam*. & *Judiciariam* complectitur, & vel in *Perſonas*, vel in *Res* ſeu *Bona* exercetur.

II Ad *POTESTATEM CONSVLTATORIAM* Domini T. pertinet (1) Jus conſtituendi *Conſilium Intimum*, ac de negotiis Territorii pariter ac Imperii, quatenus quemque tangunt, decernendi; (2) Jus indicendi ac dirigendi *Diætas provinciales*, ubi in uſu ſunt, adeo, ut etiam ad comparendum cogi poſſint Status provinciales, his vero inconſulto Domino convenire non liceat.

III.

§. II. v. HVGO de *Statu Reg.* C. IV §. 27. ſqq. HERT. de *Conſult. L. & Jud.* §. 2 3. de *Super. T.* §. 24. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXX. §. 16.

III. Vi *POTESTATIS LEGISLATORIÆ*, quæ longiſſimo uſu, vel ſpeciali Imperatorum conceſſione, ad Status Imp. derivata, ac tandem pars Juris Terr. facta eſt, LL. Imp. firmata, Dominus T. *Leges* ſive *Conſtitutiones provinciales* condit, in territorio non ſolum adverſus advenas quoque, ſed etiam in Judiciis Imp. in cauſſis ſubditorum provincialium, valituras, ita, ut nec confirmatione Imperatoris, ut olim, opus ſit, nec ab Imperatore iis derogari poſſit.

III. v. *Dipl.* Comiti Henneb. de Principali dignit. datum d. a. 1310. MEIBOM. T. III. p. 209. ibi: *Concedimus eidem omnia jura Principum in ſententiis dictandis, pronunciandis in omni jure civili & plebiſcito, quod vulgo dicitur Landrecht.* ERNESTI Elect. & ALBERTI D. Sax. Præf. *Ord. Provinc.* d. a. 1482. ibi: *Aus Fürſtl. Macht und Gewalt Ordnung und Satzung zuthun. Ord. Cam. Nov.* P. I. T. 13. & 57. ibi: *Landiſchen Ordnungen R. Hoffr.* O. T. I. §. *Und weiln dan*, ibi: *Wie auch Jedes Standes und Landes &c. gute Ordnung und Gewonheiten, und in Mangel derſelben die Kayſerl. Rechten.* I. P. art. VIII. §. 1. *R. I. Nov.* §. 105. 137. 171. Cap. LEOP. & JOS. a. III. CAR. VI. a. I. HERT. de *Sup. T.* §. 25 ubi varia exempla hujus juris jam Sec. XII. XIII. & XIV. exerciti. THOMAS. de *Poteſt. Stat. Legislat. contra jus commune* §. 64. ſqq. HORN. J. P. C. LX. §. 1. STRUV. §. 11. TITIVS *J. Publ.* L. III. C. V. §. 15.

IV. *An* vero eousque hæc Statuum Poteſtas ſe extendat, ùt etiam *contra Jus commune leges ferre queant?* varie diſceptatur: Ante omnia Jus *naturale* & *poſitivum*, *divinum* & *humanum*, *publicum* & *privatum*, *domeſticum* & *extraneum*, probe ſecernenda ſunt.

V. Et primum quidem illud manifeſtum eſt, contra *Jus naturale* & *divinum* nihil ab ullo Imperante ſtatui poſſe: Certum quoque eſt, *Leges* Imp. *fundamentales*, quæ univerſum Imp. ſtatum & communem ſalutem tangunt, a ſingulis Statibus convelli ac aboleri neutiquam poſſe: At *ſtatum* cujusque *Territorii in ſe ſpectatum* per pacta & receſſus provinciales ſpecialius formare, integrum omnino Statibus eſſe videtur.

VI. Quod ad *Receſſus* Imp. quatenus leges *privatas* continent, regulariter pro libero Juris territorialis exercitio, atque adeo *facultate* per *LL. contrarias iis derogandi*, pronunciandum

V. v. HUGO l. c. C. III. §. 19. HERT. de S. T. l. c. TITIUS §. 16. THOMAS. Diſſ. cit. §. 47.

VI. v. *R. I. Nov.* §. 171. ibi: *nach deren ihnen am beſten bekanten Zuſtand &c.* Conf. loca ex LL. Imp. ad §. III. citata. THOMAS. l. c. §. 44. ſqq. COCCEJ. C. XXIII. §. 4. HERT. §. 25. Diſſent. MYLER. de *Stat. Imp.* P. II. C. XXXIX. §. 5. VITRIAR. *J. Publ.* L. III. T. XVII. §. 5.

* Expendi merentur quæſtiones: Utrum LL. Imp. quæ quoad Ordines ipſos conventionis naturam habent,

andum videtur: eo quod cuilibet Domino ſtatus ſui territorii optime cognitus ſit, adeoque quid ſubditis pro temporis ratione expediat, a ſingulis facilius, quam univerſis, definiri queat; nec regulariter Imperatoris & Statuum reliquorum interſit, quænam leges privatæ a ſubditis cujusque territorii obſerventur.

VII. Quod tamen forte ita limitandum: niſi communis omnium Territoriorum utilitas *conformitatem Juris* exigat, atque adeo communi conſenſu iſta facultas ſingulis expreſſe ademta ſit: Quamvis diverſiſſimus territoriorum ſtatus ac populorum genius vix uniformitatem ejusmodi admittere, nec ſalus Imperii eam exigere videatur, ſicut nec olim in ſtatu Monarchico ea obtinuit, ubi quot populi, tot Jura diverſa fuerunt.

VIII.

habent, ſingulorum ſubditos ex eo demum tempore, quo Princeps, cui ſubſunt, eas promulgavit, & vim juris habere declaravit, obligent? An eæ quoque vim & rationem juris provincialis habeant? v. D. GRIBN. de *J. Princ. L. reſtit. fam.* §. 11.

VII. v. R. I. 1577. T. XV. §. 3. ibi: *Daß wegen Ungleichheit der Lande, auch derſelben Gebrauche und Sitten, eine gemeine Ordnung nicht wohl vorgenommen werden mag.* PFEFFING. ad VITR. l. c. lit. a. ibique Concluſum Comit. d. a. 1641. HERT. l. c. THOMAS. §. 47. HUGO §. 28.

VIII. Sed an *Leges Imp. poſteriores derogent Juribus provincialibus pridem conſtitutis?* non minus dubium: Aliquando lex quidem univerſalis conditur, ut tamen Juribus particularibus non derogetur, vel libertas Jura conſtituta ſervandi, aut diverſum quid ſtatuendi, Statibus diſerte relinquatur; & ſic res ſalva eſt.

IX. Aliquando Lex univerſalis fertur cum *clauſula derogatoria*, non obſtante conſvetudine aut conſtitutione contraria: Atque tunc

VIII. v. *Ord. Cam.* CAR. V. pr. ibi: *Doch wollen wir durch dieſe gnädige Erinnerung Churfürſten, Fürſten und Stände an ihren alten wohlhergebrachten, rechtmäſſigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben Rec. Imp. Nov.* §. 171. ibi: *Demjenigen ebenmäſſig nachgelebet werden ſoll, was Churfürſten und Stände in ihren* Territoriis *nach deren ihnen am beſten bekanten Zuſtand und erlittenen Kriegs Schaden, wie es in* Credit-*Sachen unter ihren Unterthanen und Bürgern zuhalten, allbereit verordnet, und nach Anleitung folgender Regeln weiter verordnen möchten.* HVGO l. c. §. 21.

IX. v. CAROLI V. *Edict. von dem Regiment zu Nürnb. im 1521 Jahr ausgegangen, von* Succeſſion *Brüder und Schweſter Kinder &c.* ibi: *der Gewohnheit, ſo an etlichen Orten &c.* R. I. ejusd. a. §. 18. & 39 ubi de proteſtatione Saxonum. R. I. 1519. rubr. *Kayſerl.* Conſtit. *wie Brüder und Schwe-*

tunc vel proteſtati ſunt Status nonnulli, vel ſaltem non conſenſerunt, vel citra proteſtationem legi ſubſcripſerunt: Si prius; integra Jura in territorio conſtituta ſervata ſunt.

X. Sed poſteriori caſu eatenus illis derogatum videtur, ut nec in præjudicium aliorum Imp. Civium valeant, nec Judicia Imp. ſecundum ea amplius pronunciare teneantur; quamvis in Territorio adhuc valere queant, ex rationibus ſupra dictis: Imo & hoc conſiderari meretur, an hodie, poſtquam Poteſtas legislatoria Statibus ſingulis firmata eſt, leges privatas ab univerſo Imperio ferri, amplius opus ſit.

XI. Ceterum quin & reliqua *Germaniæ* Jura communis, quæ ex moribus pendent, & in Speculo *Svevico* & *Saxonico* continentur, non minus ac extranea, *Romanum* ſcil. *Canonicum* & *Longobardicum* vel mutari, vel plane tolli per Conſtitutiones provinciales queant, nullum eſt dubium: Quippe quæ omnia non niſi ex voluntate Domini T. tanquam Legislatoris vim legum & auctoritatem accipiunt.

XII.

Schweſter &c. ibi: *Alle und Jede* Statuta, *ſondere Satzungen &c.* HUGO l. c. HORN. §. 4. THOMAS. §. 51. ſqq.

X. v. I. P. a VIII. §. 4. *Cap.* CAR. VI. a. III. COCCEJ. l. c. THOMAS §. 26. HUGO l. c.

XI. v. HUGO §. 20. THOMAS. §. 71. ſqq. HORN. §. 5.

XII. An vero & *placitum Ordinum provincialium* ad condendas leges adhibendum ſit a forma cujusque provinciæ & pactis fundamentalibus dependet; dum alibi major, alibi minor, alibi nulla eorum eſt auctoritas: Sed in illis quoque provinciis, ubi illud neceſſitatis non eſt, tamen expedit, leges ferendas cum Statibus provincialibus communicari, ut voluntaria potius, quam coacta obedientia requiri videatur: Ceterum in *Civitatibus* Imp. etiam *Civium* ratio haberi ſolet.

XIII. Ex eadem poteſtate fluit Jus promulgandi *Edicta*, *Mandata*, & *Reſcripta*, itemque Jus *diſpenſandi*, nec non Jus *interpretandi*, vel *abrogandi* leges: Quæ omnia, excepto fere ultimo, in iis quoque provinciis, ubi non niſi cum conſenſu Statuum provincialium leges feruntur, Principi reſervata eſſe ſolent.

XIV.

XII. v. RHET. L. II. T. III. §. 4. SCHWED. C. XIII. §. 3. EUR. HER. p. 176. COCCEJ. C. XXIII. §. 4. HORN. §. 1.

XIII. * Qu. 1. An & Jus interpretandi ac diſpenſandi circa LL. Imp. Statibus competat? 2 An Princeps, qui ex gratia ſæpius quid indulſit, obligetur, ut in ſimili caſu hoc iterum indulgeat?

v. TITIUS §. 18. 19. HORN. §. 6. 7. 8. HERT. §. 16. LEYSER. *Medit. ad Pand.* Sp. X. n. 12. p. 112. Ill. BOEHMER. de *Sublimi Principum ac Statuum Evangelic. diſpenſandi jure in cauſis & negotiis tam ſacris quam profanis.*

Digitized by Google

XIV. Speciatim quoque Jus *concedendi Privilegia* inde fluit: quæ tamen nec adverſus Leges Imp. fundamentales, & in fraudem majoris Reip., nec adverſus pacta, cum Statibus provincialibus inita, valent.

XV. Ceterum in ſpecialibus Germaniæ Rebusp. invaluit, ut *Civitates* quoque *provinciales*, *Univerſitates* & *Collegia* ſibi *Statuta* condant: Quæ tamen, ſi Juri communi directe *derogent*, confirmatione Principis opus habent; Secus per modum pacti tantum obligant cives, qui in eorum receptionem conſenſerunt: Quæ vero ſaltem *præter* Jus commune quid ſtatuunt, etiam ſine confirmatione valent: Principi tamen ſemper integrum eſt, ſtatuta abrogare.

XVI. Proxima Legiſlatoriæ eſt *POTESTAS JUDICIARIA* ſive *JURISDICTIO* Territorialis, quæ olim a Ducibus & Comitibus, itemque Advocatis & Præfectis Imp. nonniſi Imperatoris nomine & Jure Magiſtratus exercebatur, hodie vero cuilibet Domino T. vi Superioritatis T. ac jure proprio competit.

XVII.

XIV. * Qu. An Princeps Hereditarius quoque privilegia concedere poſſit? v. LEYSER. l. c. n. 10.

XV. v. WEICHBILD. a. 24. ibi: *Willkühr bricht Landrecht*. HERT. l. c. LEYSER. Sp. VIII. n. 2. ſqq.

XVI. v. *O. Cam.* P. II. T. 2. & 5. §. *Und ſoll ſonſten* & T. 8. §. *Wo ſich aber* J. P. a. VIII. §. 1. HUGO C. III. §. 35. RHET. L. II. T. VI. §. 11. p. 398.

XVII. Hæc uti non ſolum *Juriſdictionem* in ſpecie, ſed & mixtum & merum *Imperium*, quod vocant, complectitur: ita omnes quoque ſubditorum actiones, adeoque & cauſſæ *civiles* & *criminales*, eidem ſubjacent.

XVIII. Peculiaris Juriſdictionis civilis ſpecies eſt *Poteſtas relaxandi juramentum*, cum ad *effectum agendi*, tum ob alias cauſas juſtas: quod intelligendum eſt de juramentis invalidis, quæ tranquillandæ conſcientiæ timidæ & dubiæ remittuntur; cum juramenta validam obligationem præſupponentia remittere, injuſtum fuerit.

XIX. Ceterum Juriſdictio hæc territorialis nulla ratione turbari debet: Neque a CÆSARE, *evocatione* ſubditorum mediatorum ad Imperii tribunalia, niſi in caſibus, ubi ea LL. Imp. permiſſa eſt; neque ab aliis *STATIBVS*, itidem vel *evocatione* alienorum ſubditorum ad ſua judicia, vel juriſdictionis in alieno territorio uſurpatione: Certe obſtat hujusmodi evocationibus *Jus de non evocando*; quod hodie omnibus Statibus commune eſt.

XX.

XVII. v. SCHWED. *J. Publ.* P. Spec. S. II. C. XIII. §. 12.

XVIII. v. COCCEJ. §. 12. TITIVS §. 26. Diſſ. m. de *Poteſt. relax. Juram.* in J. R.

XIX. v. *R. I.* 1512. T. III. §. 14. *O. C.* P. II. T. 1. 2. *Capit.* JOS. a. XVII. ibique *Medit.* (*b*) p. 205. CAR. VI. a. XVIII. CAROLI VII. a. XVIII. §. 3. 4. SCHWED. §. 13. HERT. §. 27.

XX. An vero *Subditis* liceat, prorogando Jurisdictionem, exterorum judicio ſe ſubjicere, dubium: In fraudem Domini & lege prohibente id fieri haud poſſe, certum eſt; extra hos caſus vero prorogatio per conventionem contrahentium licita eſſe videtur, quod & uſus comprobat.

XXI. Nobilior hujus Poteſtatis pars eſt *Poteſtas gladii*, ſive Jus puniendi delicta, quod Status absque provocatione in ſuis terris exercent: nec excluſo fractæ pacis publicæ crimine, quamvis ad pœnam banni Imp. apud illos ideo agi nequeat.

XXII. Extenditur eadem Poteſtas ad *exteros* quoque in territorio delinquentes, vel, delicto alibi commiſſo, eo confugientes, adeo, ut violetur jurisdictio territorialis, ſi quis in alieno territorio delinquentem capiat & abducat: quod ex natura Imperii patet.

XXIII. Profugum tamen poſt perpetratum deli-

XX. v. HERT. l. c. TITIUS §. 24. add. Diſp. m. de *Prorogatione Jurisdictionis* §. 19. 20.

XXI v. O. C. P. II. T. I. IX & XXVIII. §. 5 COCCEJ. C. XXIII. §. 13. TITIUS §. 22. HORN. §. 9.

XXII. v. TITIUS § 23. SCHWED. l. c. HORN. l. c.

* Qu. An Jurisdictio hæc etiam in alios Imp. Status in territorio delinquentes; it. in Conjugem & Apanagiatos, competat? v. STRUV. C. XXX. §. 20.

XXIII. v. *Handhab. des LFried.* 1495. Rub. *von Nach-*

delictum e veſtigio in alieno territorio perſequi licet, nec Domino loci apprehenſum remittere oportet; quod forum, ubi perſecutionis initium factum eſt, hic ſolum attenditur: Niſi fugitivus & captus ſit fractæ pacis publicæ reus, quippe qui Magiſtratui loci, ubi capitur, ſiſtendus eſt.

XXIV. Sed nec *Remiſſio* delinquentium ad forum delicti regulariter neceſſaria eſt, quamvis expediat ex humanitate illam fieri: *Deductio* vero an fieri queat per alienum territorium, dubium; ſaltem inſcio Domino T. fieri non ſolet: Quamvis ſola deductione hominis alibi capti & vincti Iurisdictio Domini, cujus territorium transeundo attingitur, turbari non videatur; cum via publica regulariter cuilibet transeunti patere ſoleat.

XXV. Juri puniendi cohæret *Jus aggratiandi*, ſeu remittendi pœnam delinquenti; quod adeo nec Statibus denegandum; Quamvis an in omnibus delictis illud locum habeat, non

eilen zu friſcher That. R. I. 1559. §. 22. & 26. R. I. 1555. §. 36. SCHWED. l. c. COCCEJ. §. 13. HERT. §. 27.

XXIV. v. RHET. §. 10. SCHWED. § 13. VITR. L. III. T. VII. §. 48. HERT. §. 27. p. 259. COCCEJ. §. 14. qui neg. TITIUS §. 23. qui ex *l. 11. C. de Serv.* hoc abſurde probari cenſet.

XXV. v. ZIEGLER. de J. Maj. L. I. C. 8. PFEFF. *Vitr. ill.* L. III. C. XVII. §. 112. (a) B. a. FRIESEN de J. *Princ. extra territor.* C. II. §. 8. n. 30. ſqq. SCHWED. P. Spec. S. II. C. XIV. §. 45.

non immerito dubitetur, ſaltem non ſemper, ut exerceatur, expediet: Facta autem ſubdito in ſui Domini territorio delinquenti gratia vim etiam extra territorium exeret.

XXVI. Eodem ſpectat Jus erigendi *Aſyla*, ita tamen, ut nec maleficis & doloſis delinquentibus ad impunitatem ſcelerum præſidio eſſe, nec in aliorum Statuum præjudicium, aut læſi injuriam, vergere debeant.

XXVII. Vi ejusdem Poteſtatis Judiciariæ Dominus T. etiam conſtituit *Magiſtratus* & *Judicia*, *Superiora* & *Inferiora*, varie ſibi invicem ſubordinata, quæ nomine & auctoritate ipſius jus dicant; unde poteſtas iis conceſſa *Jurisdictio* ſpeciatim appellatur: Conſtituit etiam Collegia Jurisconſultorum, *Scabinatus* & *Facultates Juridicas*, atque facultatem de Jure reſpondendi iisdem delegat.

XXVIII. Conceditur autem *Jurisdictio* vel jure *adminiſtratorio*, ut Dicaſteriis Superioribus, & Præfectis, vel jure *patrimoniali* & *perpetuo*,

XXVI. v. MYLER. de *Aſyl.* C. 10. VITR. *J. Publ.* L. III. C. XVII. §. 77. ibique PFEFF. COCCEJ. §. 10. RHET. L. II. C. VIII. TITIUS §. 40. STRUV. §. 17.

XXVII. * Qu. An coram his Judiciis etiam cauſæ ipſorum Dominorum T. agitari poſſint? v. Dn. de BERGER. de *Judiciar. Cancell. Prærog.* STRUV. C. XXX. §. 15. 16. 17. 18.

XXVIII. * Qu. An Nobiles titulum ſuæ Jurisdictionis edere teneantur?

petuo, ut Statibus Provincialibus; idque iterum titulo *allodiali* vel *feudali*: utraque *expreſſe* vel *tacite*.

XXIX. Quocunque autem nomine conceſſa ſit Jurisdictio, *ſubordinate* conceſſa intelligitur, ita, ut ſe ipſum poteſtate judiciaria Dominus non exuerit: Unde, licet regulariter impedire non poſſit conceſſionarium in exercitio jurisdictionis, jure patrimoniali conceſſæ, tamen integrum eſt, leges inferioribus Judiciis præſcribere, excitatoria dare, adjungere, ſi opus, Commiſſarios, vel etiam cauſſam avocare, denique appellationes ſuſcipere: Quæ omnia per *Regimina* exerceri ſolent.

XXX. Equidem Jus *ultimæ cognitionis* & *extremæ provocationis* non omnes habent Domini T. niſi qui privilegio de non appellando gaudent: A reliquis ad ſummam Imp. Majeſtatem, Judiciave ab ea conſtituta, provocatur; quamvis & hæc provocandi facultas ad certam ſummam, vel ad certas cauſſas, limitata eſſe ſoleat: ſaltem in cauſſis criminalibus nulla appellatio recepta eſt.

XXXI. His omnibus ſubſerviunt *Viſitationes Provinciales*, quæ varias ab cauſſas inſti-

tui

XXIX. V. ZIEGLER. C. XXIX. §. 11. ſqq. HORN. §. 9. SLEVOGT de *Jure recipiendi provocationes*.
XXX. V. HERT. de *Sup. T.* §. 18. 30.
XXXI. V. FRITSCH. de *Viſit. Provinc.* STRUV. §. 23.

Digitized by Google

tui poſſunt, & ad reſervata Principis regulariter pertinent, licet quandoque Ordines Provinciales easdem petant, & ad eas concurrant.

XXXII. Denique his accedit *Jus Archivi*, ſeu tabularii publici, inſtituendi, in quo colligantur Acta & documenta, ad Status ipſos eorumque regalia non minus, ac ſubditorum cauſſas, ſpectantia; Quod quatenus publica auctoritate & ad uſus publicos fit, ad jura territorialis pertinet, ceteroqui & a privatis fieri poteſt: Quamvis nec ſolum Archivum tabulis fidem omni exceptione majorem, ſed præſumtionem tamen inſignem, conciliet.

CAP. VI.
DE
IVRIBVS SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN PERSONAS.

§. I.

INter Jura, quæ Domino Territoriali in *PERSONAS* competunt, alia circa *Subditos* qua tales, ſeu intuitu *ſubjectionis*, verſantur:

XXXII. v. FRITSCH. de *Jure Archivi & Cancell.* C. III. n. 3. ſqq. & C. VIII. RHET. L. II. T. IV. COCCEJ. C. XXIII. §. 26. HERT. § 80. SCHWED. P. Spec. S. II. C. XIII § 14. ſq. STRUV. §. 22.

§. I. v. VITR. L. III. T. XVII. §. 81. HORN. C. IX. §. 11. TEXTIVS L. III. C. V. §. 11. ſqq. A. B. C. XVI.

tur: Qualia ſunt (1) Jus recipiendi ſubditos quoscunque præter *Pfalburgeros*, atque normam hoc nomine Magiſtratibus præſcribendi.

II. Speciatim (2) Jus *recipiendi Judæos*: quod olim ab Imperatore Electoribus per privilegium conceſſum, hodie omnibus Statibus vi Superioritatis T. competit; ut tamen Imperatori Jus protectionis univerſale in Judæos ſalvum maneat & ubi hi jam ex immemoriali tempore, vel privilegio Imperatoris, ſecuritatem & habitandi Jus habuerunt, inviti ejici non poſſint.

III. (3) Jus *alliciendi* ſeu *advocandi* novos ſubditos, vel *avocandi* ac *revocandi* alibi exiſtentes, niſi ſubjectionis vinculum legitime ſolutum fuerit; (4) vel eosdem aliosve a territorio *excludendi*.

IV. (5) Jus *exigendi Homagium*, ſive juratam fidei & obſequii promiſſionem, quod competit omnibus, qui *Superioritate T. non controverſa* gaudent, aut, in caſu controverſiæ, in *poſſeſſione exigendi* ſunt: iique non *ſibi* tantum,

II. v. VITR. l. c. §. 28. ibique PFEFF. COCCEJ. §. 11. TITIVS §. 12.

III. v. A. B. l. c. *Pax. P.* 1548. a. I. §. 1. SCHWED. P. Gen. C. V. §. 12. TITIVS §. 11. HORN. l. c.

IV. v. SCHWED. C. IX §. 1. 4. ibique LYNCKER in *Analect.* TITIVS L. IV. C. X. §. 9. HORN. C. LX. §. 11. add. JO. EISENHART. Exerc. de *Homagio*.

tantum, ſed & *futuris Succeſſoribus*, eventualiter id præſtari curant; imo interdum & *Uxori* vel *Viduæ* Principis, ratione dotalitii illud præſtatur: Interdum & illi, qui certa tantum regalia in alieno territorio hereditaria habent, fidelitatem eo nomine exigunt.

V. Exigitur homagium a *ſubditis*, ita, ut inviti, etiam armata manu, cogi poſſint; niſi de ſubjectione lis ſit, quo caſu ab exactione homagii abſtinendum, donec quæſtio præjudicialis finita ſit: Exigitur vero non ſolum *perſonale* ſeu *plenum*, ſed & *reale* ſeu *minus plenum*, intuitu ſcil. bonorum in territorio ſitorum.

VI. *Formulam* homagii in præjudicium privilegiorum legitime quæſitorum, vel reſtrictæ ſubjectionis, Dominus extendere nequit, ſed, ad nexum ſubjectionis nunquam negatæ eo liquidius confirmandum, eam omnino mutare poteſt.

VII. (6) Jus *exigendi Vaſallagium* a Vaſallis, quod quidem non vi Superioritatis Territorialis, ſed dominii directi, competit: ſæpius tamen utrumque conjunctum eſt.

VIII. Alia circa *ſtatum* & *exiſtimationem* ſubditorum verſantur, qualia ſunt: (1) *Jus legitiman-*

V. VI. v. SCHWED. § 2. 3. TITIUS l. c. §. 8. 10 ʒ. 12. COCCEJ. C. XXIII §. 37.
VII. v. HORN. *Jurisprud. Feud.* C. VIII. §. 3. ſqq.
VIII. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXIII. §. 9. Diſp. de *fund.*

timandi illegitime natos, quod hodie ad effectus Superioritatis T. recte refertur, adeo, ut ſubditi a Domino T. legitimati ubique locorum pro legitime natis merito habeantur, idque mutuæ humanitatis, & evitandæ retorſionis cauſſa, modo non fiat in præjudicium juris alii quæſiti: Et quamvis Comites Palatini etiam hoc exercere ſoleant in territoriis præſertim minoribus, tamen Statibus invitis id fieri nequit, qui & facultatem eorum reſtringere poſſunt.

IX. (2) Jus *concedendi veniam ætatis*, cujus eadem fere ratio eſt, niſi quod difficilius hoc Comitibus Palatinis in ſuis territoriis Principes præſertim majores hodie permittant, ut ſuperius obſervatum eſt

X. (3) *Jus reſtituendi famam*, quod Statibus itidem vi Superioritatis T. merito vindicatur, ita, ut etiam extra territorium effectum ha-

fund. in territ. poteſt. D. GRIBNER. de *Legitim. Princ.* I. th. 4. 12. - 21. it. de *Jure legitim. Comit. Palat. in ter. Princ. J.* §. 8. 9. ſqq TITIVS L. III. C. V. § 38. KVLPIS ad MONZ. P. II. C. V. § 27.

IX. v. Supra L. V. C. IX §. 44. conf. Dn. de BERGER. de *Prærog. Cancell. Judic.* th. 15. SCHWED. P. Sp. S. II. C. XIV. §. 9.

X. * Qu. An ſubditi Principum, qui delicta, per Receſſus I. infamia notata, perpetrant, ab Imperio, an a Territorii Domino fama multentur? v. Supra L. V. C. IX. §. 33. 34. 35. conf. R. I. 1525. §. 4.

habere queat; modo infamia ex legibus, quibus Status derogare poſſunt, contracta, & in judiciis provincialibus decreta ſit; Secus ſi in ſummis Imp. Tribunalibus irrogata, aut ex banno Imp. enata: Id quod ex natura poteſtatis legislatoriæ & juris aggratiandi facile intelligitur.

XI (4) Jus *conferendi* ſubditis *Dignitates* etiam extra territorium valituras; an & *Nobilitatem?* diſputant: Sicuti vero prius Statibus, vi Superioritatis T. merito aſſeritur, eorumque poteſtas quoad ſummas Aulæ, Cancellariæ & Militiæ, dignitates conferendas, a nemine facile in dubium vocatur; ita vix apparet ratio, cur nobilitatem iidem conferre nequeant, niſi forte hoc uſu minus rece-

 ptum,

§ 4 *Dieweil in jüngſten Auffruhr &c. etliche Unterthanen &c. und zum theil* infam *geachtet werden mœgten; Und aber - - daß dan von allen Standen ihren Unterthanen, ſo gedachten Auffruhr verwandt geweſen und von Herrſchafften wieder begnadet und zu hulden angenommen ſeyn, daß ſie - zu allen rechtlichen Sachen unverwürfflich gebrauchet werden &c.* D GRIBN. de *Jure Princ. I. reſtit. fam.* §. 6. ſqq. SCHWED. l. c. §. 8. RHET. L. II. T. IX.

XI. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXIII. §. 17. 19. Diſp. de *Poteſt. Stat. Imp. circ. dignit.* C. III. §. 4. ſqq. TITIUS §. 38. STRUV. *C. J. G.* C. XXX. §. 30.

ptum, cauſari velis: Saltem modum ponere illis, qui nobilitari cupiunt, integrum erit.

XII. (5) Jus definiendi *ordinem* & *praecedentiam* inter ſubditos, nec non honoris *titulos* diſtribuendi, atque de litibus deſuper exortis cognoſcendi; denique (6) Jus *Inſignia* conferendi.

XIII. Alia circa *Officia publica*, uti: (1) Jus conſtituendi *Miniſtros* publicos, *Magiſtratus* ac *Officiales togatos* & *ſagatos*, nec non *Collegia* regendo territorio neceſſaria, atque *fidelitatem* juratam ab iis exigendi; (2) Jus creandi *Notarios* in territorio valituros, vel eos confirmandi, ac poteſtatem eorum limitandi; itemque (3) Jus cogendi ad *tutelas*, *legationes*, aliaque munera publica, ſuſcipienda.

XIV. Alia denique circa *Collegia* & *Univerſitates*, uti: (1) Jus *dandi Jus civitatis*, quod hodie ad Jura S. T. merito refertur, & cumprimis jure concedendi privilegia nititur, exemplisque variis medii & recentioris ævi comprobatur; (2) Jus confirmandi *Opificum* aliaque *Collegia*; (3) Jus inſtituendi *Gymnaſia* &

XII. v. HORN. J. P. C. LX. §. 9. de *Jure Praedr.* Dec. II. qu. 4. ZIEGLER. de *J. Maj.* L. II. C. XXI. §. 9.

XIII. v. COCCEJ. ll. cc. SCHILT. ad STRUV. S. I. F. C. II. §. 15. STRUV. §. 15.

XIV. v. THOMAS. de *Jure dandi Civit.* §. 36. ſqq. SCHWED. l. c. §. 14.

& *Academias*, quamvis privilegia Academiarum, quantum ad conferendos gradus Academicos, adhuc a Cæſare peti ſoleant.

XV. Ad Jura circa Perſonas quoque referri poteſt (1) Jus *ſecuritatem publicam* peregrinantibus inprimis, in viis publicis ac fluminibus, præſtandi; & hinc (2) Jus *conducendi* per territorium; (3) Jus *indagandi* perſequendi, & conquirendi depopulatores agrorum ac graſſatores; (4) Jus *cognoſcendi* de *criminibus* in via publica admiſſis.

XVI. (5) Jus *concedendi tranſitum* per territorium exteris, vel eum denegandi; (6) Jus *cautiones exigendi* circa *tranſitum* militum; (7) Jus *dandi protectoria*; denique (8) *Jus ſequelæ*: Quamvis nonnulla horum, quatenus emolumenta inde percipiuntur, etiam ad Jura in *res* referri poſſint.

CAP. VII.

DE JVRIBVS SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN RES SEV BONA.

§. I.

RES ſeu BONA, quæ Territoriis continentur, vel *Publica* ſunt, vel *Privata*; Illa

XV. v. MYLER. de Stat. Imp. C. 59. 64. ſqq. COCCEJ. C XXIII. §. 38. 39. 42.
XVI. v. BVR. H. p. 168. HORN. C. LX. §. 14.

Illa ad Dominum Territorialem, hæc ad Subditos, ſpectant: Utraque Superioritati T. ſubjacent.

II. *Bona Publica* uno nomine *FISCUS* appellantur, atque omnia ea bona, quæ ad uſus Principis, vel Reipublicæ, deſtinata ſunt, complectuntur: In multis tamen territoriis *Fiſcus Principis* differt ab *Ærario provinciali*: Ad illum *Res fiſcales* ſeu *Bona Cameræ*, a bonis privatis ſeparata, atque ad uſus publicos, cumprimis Principis, ejusque Familiæ ac aulæ ſuſtentationem, deſtinata; Ad hoc *reditus* potiſſimum ex bonis ſubditorum, ad ferenda Reipubl. onera in ſubſidium *collecti*, ſpectant.

III. *Jura*, quæ circa Bona hujusmodi publica ſive *Fiſcum* utroque ſenſu acceptum, Domino T. competunt, vel ex *Imperio*, vel ex *Dominio* profluunt: quatenus ſcil. vel a ſubditis ea exigit, leges de iis præſcribit, jurisdictionem circa ea exercet, adminiſtrationem eorum dirigit; vel proprietate & uſufructu eorum, itemque facultate eadem alienandi, ac de iis diſponendi gaudet.

IV. Et quidem *RES FISCI*, ſeu *BONA CAMERALIA* quæ & novo *DOMANIORUM* nomine hodie nonnullis veniunt, haud dubie dominii jure ad Principem pertinent, adeo, ut de reditibus eorum liberrime diſponere & in uſus publicos ſuosque eos convertere queat; quamvis, quoad reliquos effectus, dominium hoc, vel ex indole horum bonorum,

norum, vel per pacta fundamentalia, plerumque reſtrictum ſit.

V. His affinia ſunt *Bona menſalia*, quæ ad ſuſtentationem Epiſcopi in primordio fundationis deſtinata, vel iis incorporata ſunt: Qualia hodieque cenſenda, quæ in Archi-Epiſcopatibus & Epiſcopatibus, in Ducatus vel Principatus converſis, talia antehac fuerunt; Sed indoles eorum magis cum *Domaniorum* proprie ſic dictorum, quam *Cameralium* bonorum natura convenire videtur.

VI. At quæ ad *ÆRARIUM PROVINCIALE* ſpectant, uti plerumque non ſine *Statuum provincialium* conſenſu colliguntur, ita iidem & in adminiſtratione eorum partes habere ſolent, ita tamen, ut eam *privative* ſibi aſſerere nequeant, ſed *Directio* Domino Territoriali relinquenda ſit, quamvis neque hic ad alios uſus, quam ad quem deſtinata ſunt, ea impendere poſſit.

VII. Ab omnibus hiſce differunt *Bona* Principis *Patrimonialia* ſive hereditaria, quæ mere

§. II. - VII. v. L. B. de LYNCKER. *Reſp.* II. n. 1. 7. 8. 15. 30. 31. 32. Dn. de BERGER. de *Jure Fiſci* §. 3. 4. TITIVS *J. Priv.* L. VIII. C. XIX. §. 2. - 6. LUDEWIG. *Differ. J. F. Luſ. & Comm.* §. 23. BOEHMER. L. II. T. XXVI. §. 27. HORN. §. 15. 19. ubi de dubia Domaniorum natura conqueritur. STRUV. C. J. P. C. XXX. §. 36. Dn. TOB. HOFFMANN. de *Patrimon. Principis privato*. D. ANDR. FLOR. RIVINI de *Bonis Principis patrimonial.*

re privata ſunt, & pleniſſimo proprietatis Jure ad ipſum pertinent.

VIII. Complectitur autem *FISCVS PRINCIPIS*, ſeu *CAMERA*, varias *Res*, quæ *fiſcales*, variaque *Jura*, quæ *Regalia* appellantur: Hæc quatenus ad emolumenta ex rebus iſtis capienda ſpectant, *minora* cenſenda, atque ad *Dominium*, Principi cum privatis commune, referenda ſunt, quamvis id *publicum* intuitu ſubjecti appelletur; quatenus vero illa ex *imperio* fluunt, ad *majora* pertinent.

IX. *Res* iſtæ cum *Juribus* annexis, in univerſum duplicis ſunt generis: (1) *Præfecturæ*, h. e. *Prædia Fiſcalia* ſeu *Cameralia*, a privatorum prædiis ſeparata, atque ad uſus publicos, inprimis ſuſtentationem Domini T. ſpeciatim deſtinata, cum oppidis, caſtris, palatiis,

* Vox *Domaniorum*, a Gallis mutuata, & ad Bona Cameræ applicata, in ſenſu Juris Germanici exaudienda eſt: Secus ad horum naturam non prorſus quadrat: Notant enim bona, quæ ad ſuſtentationem ſtatus & dignitatis Principis in primordio a Republ. deſtinata, vel iis incorporata ſunt, ita, ut alienari nequeant: qualis deſtinatio perpetua in aliis, quam menſalibus bonis Epiſcoporum, vel quæ ex illis orta ſunt, vix obtinet.

** Quousque vero alienandi facultas circa hæc bona Principi competat, inferius, ubi de natura eorum plenius conſtituerit, docebitur.

latiis, vicis, villis, itemque mobilibus ad ea inſtruenda deſtinatis, nec non agris, hominibus fiſcalinis, Juribus, præſtationibus ac reditibus eo pertinentibus.

X. (2) Ἀδέσποτα, h. e. *bona dominii privati expertia*, ſive quod actu a privatis occupata non ſint, ſive quod commode occupari non potuerint, vel moribus gentium non ſoleant, vel ob leges non debeant: Quem in cenſum referuntur maria, littora, flumina, ripæ, portus, inſulæ, piſces, aliæque horum acceſſiones & proventus; ſylvæ, feræ beſtiæ, volucres; montes, metalla & mineralia, itemque theſauri, aliaque in fundis privatorum non reperiunda; loca inculta & deſerta; denique muri, portæ, fortalitia, & mobilia ad ea inſtruenda deſtinata.

XI. *Jus*, quod Domino T. in has res competit, vel in *Dominio* jam acquiſito, vel in *jure* easdem *occupandi*, ſive ſuis & Reip. uſibus plenius adſcribendi, atque *ſubditos* ab iis, in totum vel ex parte, *excludendi*, conſiſtit.

XII.

X. * Res hujusmodi, quamdiu Princeps eas ſibi nondum aſſeruit, *Publicæ*, in ſenſu Juris Rom. appellantur, h. e. quarum proprietas pertinet ad Populum, ſ. Rempubl. uſus vero omnibus ex illo populo communis eſt.

XII. Utriusque juris *origo* & *fundamenta* partim ex Jure naturali, partim ex moribus gentium, præcipue Germanorum, partim ex priſco præſentique Germaniæ ſtatu, habituque Territoriorum, partim ex legibus Imp. fundamentalibus, & pactis provincialibus, repetenda veniunt: Ex Jure Romano vero, Canonico aut Longobardico non, niſi quatenus hæc moribus Germanorum approbata ſunt.

XIII. Origo autem Rerum fiſcalium & Jurium, in eas Principi competentium, hæc eſt: In ſtatu primævo omnes *Res* fuerunt *nullius*, usque dum occuparentur: Occupatio autem fieri potuit vel a *ſingulis*, vel ab *Univerſitate* ſeu Populo.

XIV. Ubi ab *Univerſitate* certus terrarum tractus occupatus, & finibus ſuis circumſcriptus eſt, quod *Territorium* appellatur; quicquid intra illud Territorium continetur, ad totam *Univerſitatem ſpectavit*: *Singulorum* vero fuerunt, quæ, diſtributione facta, ſingulis attributa ſunt; Ubi autem a ſingulis terræ per *fundos* occupatæ ſunt, tantum cujusque fuit, quantum quisque occupavit. XV.

XII. * In illa Juris Germanici & Romani veluti lucta, quæ in hac materia ſe exerit, aliquando prævaluiſſe Germanicum, aliquando Romanum, obſervat TITIUS *J. Publ.* L. III. C. VII. §. 26. 27. 28. conf. THOMAS. de *Jur. Fiſci Princ.* G. C. I. §. 7.

XV. Hinc ſumma *Rerum*, quæ intra Territorium, a Populo quodam occupatum, continentur, diviſio enata: Dum aliæ ſunt in patrimonio *ſingulorum*, quæ *Privatæ*; aliæ in Patrimonio *Populi*, quæ *Communes* vel *Publicæ* cenſendæ: In illas uti *Dominium ſingulare* cuilibet privato merito aſſeritur; ita in has *Dominium* quoddam *univerſale* ſeu *generale*, quod ſaltem ad excludendos ab occupatione exteros valeat, tamdiu Populo aſſerendum, donec per individua occupentur.

XVI.

XII.-XV. * Hypotheſes GROTII de *J. B. & P. L.* II. C. III. §. 19. & C. VIII. § 9. in eo a vero videntur abludere, quod occupationem per Univerſitates generaliter in omnibus terris præſupponant, atque adeo dominium rerum omnium, quæ inter privatos diſtributa non ſunt, Populo vel Principi adſcribant. Quas refellunt HERTIUS de *Sup. T.* §. 43. & Dn. STRUVE in Diſſ. de *Nobilit. Germ.* ſub præſid. NOODTII. hab. C. III. §. 3. ſqq.

** An omnia *adeſpota* ipſo jure ad Imperantes pertineant, annon potius dicenda ſint res nullius? dubitat Dn. GUNDLING. *Via ad verit.* P. III. C. XXXV. §. 108. 109. Sed TITIUS *J. Publ.* L. III. C. VII. §. 20. 23. res nullius ſtatum mutaſſe per *acceptationem civitatis*, atque etiam ſine occupatione, dominium originarium acquiri poſſe, ſi ex aliis indiciis de animo habendi conſtet, exiſtimat.

XVI Quod ſi jam Populus in ſocietatem civilem coiverit, & *Imperantem* ſibi conſtituerit, *tantum* quoque *juris* tam in *res*, quam in *perſonas* ſuas, in ipſum tranſtuliſſe cenſendus eſt, quantum ad finem, h. e. ſalutem Reip. promovendam, neceſſarium fuit.

XVII. Cum vero finis Reip. abſque ſumtibus obtineri nequeat, & non ſolum ad ſuſtentationem Imperantis, ſed etiam ferenda Reip. onera, variis rebus opus ſit: neceſſarium ſane fuit, ut Populus vel certas res jure proprio ad hunc finem in Imperantem transtulerit, vel ſaltem conſenſerit, ut Imperans jus haberet occupandi omnia ea, quæ vel intra territorium a ſingulis non fuerint occupata, vel extra territorium de novo quæſita.

XVIII. In *Germania*, erecto Francorum regno, *Ingenui* indigenæ jam ſua bona, ex occupatione, aliove titulo, in ſtatu libero acquiſita, habuerunt, variaque jura in illis exercuerunt: Hinc REGI non niſi ea occupandi jus fuit, quæ extra patrimonium ſingulorum reſtiterant, vel ſpeciali Populi conſenſu in Regem

XVIII. * Hinc diviſio rerum in *proprias* & *fiſcales*. v. ſupra L. V. C. X. §. 3. 4. An vero agri a Germanis priſcis per univerſitates, an per ſingulos fuerint occupati, & an ex diſtributione proprii facti ſint, nihil intereſt. v. TACIT. de M. G. C. 26. conf. HERT. §. 44. & DN. STRUVE Diſſ. cit. §. 3. (g).

Regem tranſlata fuerant; unde *Res Fiſci* enatæ.

XIX. Poſtquam vero ſenſim plures terræ jure belli acquiſitæ fuere, integrum quoque Regi fuit, alias ex his *Fiſco Regio* adſcribere, alias vero fidelibus regni, h. e. vel Officialibus, vel militibus, vel etiam Epiſcopis & Monaſteriis, beneficii lege concedere; unde *Feuda* exorta ſunt.

XX. Sed cum deinceps in Provinciis ex Officialibus DOMINI T. ſurrexerunt, qui non ſolum *feuda* e rebus fiſcalibus ſibi conceſſa, ſed & ipſos *reditus fiſcales*, qui antea ad Regem ſeu Imperatorem ſpectaverant, jure pro-

 prio

XIX. * De terris bello quæſitis accipio BODINUM de *Rep.* L. II. C. 2. ubi, *Longobardos*, ait, *Alemannos*, *Francos* ita *occupaſſe regiones*, *ut nemo terræ glebam*, *niſi eorum beneficio*, *poſſideret*. Sed nec univerſale hoc fuit, cum *Saxones*, non niſi ſub conditione defectionis a fide, *omnem proprietatem ſuam abdicantes Regi tradiderint*. v. ANN. FULD. A. 777.

** Integras provincias immediatas, ut COCCEJ. C. IX. §. 3. putat, *Fiſco Regio* adſcriptas fuiſſe, vix credendum.

XX. v. *Capit.* LEOP. a. XXVII. JOS a. XXVI. CAR. a. XXI. & CAR. VII. a. XXI. §. 5. ibi: *Denen mit den Juribus Fiſci belehnten*, *oder dieſelben ſonſt durch beſtändiges Herbringen habenden Churfürſten &c.* conf. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXX. §. 37.

prio ſibi aſſeruerunt, umbra ſaltem Juris Feudalis in iis remanente: Hinc nata ſunt *Bona Cameralia* ſeu *Fiſcalia* Principum & Statuum Imp.; quibus ſimilia ſunt *Bona menſalia* Epiſcoporum & Prælatorum, quippe itidem plerumque ex fiſco regio profecta.

XXI. Ex his, probe ſubductis rationibus, ſequentes eliciuntur regulæ, in definiendis fiſci regalibus fundamenti loco collocandæ: (1) Quæcunque a privatis vel actu occupata non ſunt, vel commode occupari non potuerunt, quæve moribus gentium, Imperantibus relinqui ſolent, eadem & a Germanis Regibus ſuis relicta eſſe, credendum eſt: (2) Quæcunque a Regibus jure belli acquiſita ſunt, eadem ipſi fiſco regio adſcribere potuerunt: adeoque in iis tantum ſubditorum fuit, quantum illis relictum:

XXII. (3) Quæcunque olim in Germania ad Regem vel Imperatorem jure fiſci ſpectarunt, eadem fere hodie in quolibet territorio ad Dominum T. ſpectant: (4) Quæcunque vero res aut jura ab antiquiſſimis temporibus in patrimonio privatorum, præſertim nobilium,

XXI. XXII. * HERTIVS l. c. hanc regulam adornat: *Regalia, quæ vocantur minora, ad ſummum Imperantem non ſpectant, niſi lex, mos, aut major conjectura exceptionem ſuggerant.* Inter conjecturas præcipuam eſſe, quam GROTIVS pro regula poſuit, exiſtimat.

lium, fuerunt, ea ad fiſcum haud ſpectare cenſendæ ſunt: (5) Denique in feudis a Domino T. datis tantum juris competit, quantum a Domino conceſſum eſt.

XXIII. Quantum igitur ad *Præfecturas* attinet, h. e. *Prædia Fiſcalia* ſeu *Cameralia*, ſpeciatim ita dicta, quorum dominium Statibus Imp. jam legitime acquiſitum eſt, ſive illud ex antiquo fiſco regio derivatum, ſive alio titulo poſtea in eos translatum fuerit: nullum eſt dubium, quin Domino *T.* in iis non ſolum *imperii*, ſed etiam *dominii* effectus, & hi quidem, quantum ad percipiendos inde fructus & reditus, pleniſſimi, tribuendi ſint.

XXIV. Sed & *Adeſpota*, quæ vocantur, Jure Rom. *Publicis* rebus annumerata, hodie ad *Regalia* Principis referuntur; quousque autem, non expeditum eſt: In illa quidem, quæ a privatis occupari nequeunt, vel in quæ nondum illis Jus quæſitum eſt, Dominus T. vi imperii ſibi dominium jure vindicare, ac ſubditos per leges excludere poteſt, quamvis non ſemper ab omni eorum uſu eos excludere ſoleat; ſaltem innoxius merito relinquitur: Secus, ſi res ita ſint comparatæ, ut etiam privati eas poſſidere queant, vel a tempore immemoriali jam poſſideant.

XXV. Et primum quidem in *Maria*, quatenus terras Statuum Imp. alluunt, & occupari poſſunt, iidem dominium aliquod, cum pleniſſimo eorum uſu, omnique proventu recte ſibi aſſerunt: Cum a privatis mare oc-

cupari nequeat, quamvis hi ab innoxio ejus uſu non ſint excludendi.

XXVI. Nec dubitandum, quin & *Claſſem* in oceano inſtruere, omniaque jura in rem maritimam ac nauticam exercere queant, quæ ab aliis liberis gentibus, vi ſummi Imperii, vel libertatis naturalis exercentur; modo a potentia non deſtituantur.

XXVII. Deinde *Flumina* quoque, quæ per territorium fluunt, aut iſtud alluunt, ad Dominum ejusdem, quoad proprietatem, utilitatem, & jurisdictionem, pertinere, uſu Juris publici Germanici tralatitium eſt: Hinc & fluvialia incrementa magna ex parte eidem cedunt, &, licet aquæ profluentis uſus innoxius

XXVI. * Jure Rom. etiam jurisdictio per mare, & coërcitio criminum ibi commiſſorum, ad proxime adjacentem civitatem pertinebat. *L. un. C. de claſſicis.*

XXVII. v. I. P. a. X. §. 2. 3. COCCEJ. C. XXIII. §. 38. 41. 42. ZIEGLER. de *J. Maj.* L. II. C. XV. §. 6. ubi eleganti diſtinctione ex DONELLO, quousque uſus fluminis prohiberi poſſit, explicat. §. 19. ſqq. 31. RHET. *J. Publ.* L. II. T. XIX. §. 1. STRYK. *Uſ. Mod. de R. Div.* §. 10. HERT. de *Sup. T.* §. 47. Dn. de BERGER. *Oec. J.* L. II. T. I. §. 5. G. A. STRUV. de *Fluminibus*. LEYSER. *Med. ad P.* Sp. XXV. n. 3. p. 256.

* Dic. de diſtinctione inter flumen *publicum & privatum*.

Digitized by Google

xius privatis, etiam exteris, merito relinquatur, tamen divertere ac avertere curſum aquæ, uſum ejus reſtingere, aut civibus ſuis, interdicere poteſt, modo ſalva utilitate publica, & juſta de cauſa, id fiat.

XXVIII. Quamvis autem libertas *navigandi* in Germania paſſim per *telonia*, *anchoragia*, *ripatica*, item per Jus *geranii*, *ſtapulæ*, *conductus*, varie reſtricta ſit: tamen Status Imp. nec indiſtincte, ac pro lubitu, hujusmodi onera navigantibus imponere, nec vicinos, aliosque Imperii cives, & ſubditos, ab uſu fluminum navigabilium arcere, niſi magna & juſta ſubſit cauſa, poſſunt.

XXIX. Integrum contra eſt Statibus flumina ſua *navigabilia* reddere, atque adeo, *Cataractis* extructis, alveoque profundiori reddito, navigationem promovere: adeo, ut nec vicinis ullo modo iſtud impedire liceat, nec vectigal hoc nomine exigere prohibitum ſit.

XXVIII. v. *Conſt. P. Publ.* d. 1548. §. 1. R. I. 1545. §. 54. *Cap.* LEOP. a. XXIII. JOS. XXII. CAR. a. VIII. CAR. VII. a. VIII. §. 6. 11. ZIEGL. l. c. §. 24. STRYK. §. 10.-12. COCCEJ. l. c. BLUM. *Proc. Cam.* Tit. de *Pace P.* n. 17. HORN. §. 18.

XXIX. v. Cap. JOS. l. c. ibique *Medit.* & CAR. l. c. STRYK. de *Jure Cataract.* Cap. CAR. VII. a. VIII. §. 7.

XXX. His affine eſt *Jus Portuum*, vigore cujus Dominus T. legem navigationi & exonerationi in portu maris vel fluminis ſui ſtatuere, atque onera navibus accedentibus & recedentibus pro re nata imponere poſſunt. Pertinet huc jus exigendi *angarias* ſive præſtationes navium ab exteris æque ac ſubditis in caſu, ubi Dominus portus navibus indiget.

XXXI. Juri navigandi cohæret *Jus Grutiæ*, ſive Jus traducendi per flumina, aut foſſas, ligna ſoluta vel colligata, adeo, ut quousque illud liberum eſt, eousque hoc quoque cuilibet pateat: Ad regalia vero tum demum pertinet, ubi hæc facultas privatis interdicta, & ſoli Principi reſervata eſt, quod fieri poſſe, nullum eſt dubium: Ceterum ut iſtud ſine incommodo ac onere privatorum, quoad fieri poteſt, exerceatur, æquitas poſtulat; niſi quantum ſubditi operas hoc nomine præſtare tenentur.

XXXII. Eodem ſpectat jus *trajectus & pontonum*, & ripaticum eo nomine exigendi, quod privatis ſine conceſſione Principis non licet.

XXXIII.

XXX. v. MULER. de *Princ. & Stat.* P. II. C. LXVI. n. II. RHET. §. 4. 8. STRYK. §. 10.

XXXI. v. STRYK. U. M. l. c. §. 13. LEYS. *J. Georg.* C. XXXV. n. 1. ſqq. TITIUS *J. Priv.* L. VIII. C. XIII. §. 17. ſqq. FRITSCH. de *Jure Grutiæ.*

XXXII. v. STRYK. §. 15. BERGER. l. c.

XXXIII. Porro *Alveus* fluminis derelictus, uti ex ratione naturali Principis eſt, ita etiam ad regalia Principum Germaniæ ſpectat, niſi ubi Jus Juſtinianeum ex libera Principum voluntate per leges provinciales introductum eſt.

XXXIV. Non minus *Inſulæ* in mari occupatæ, vel flumine natæ, etiam natantes, Jure Germanico ad regalia fiſci referuntur; Nec Jure Saxonico ſecus conſtitutum videtur, quamvis hoc Dominis ripæ vel alterutrius, vel utriusque, pro re nata illas addicat, cum de Comitibus vel Principibus, riparum dominis, loqui videatur; Saltem in Electoratu Saxonico inſulas in Albi natas Princeps ſibi aſſeruit.

XXXV. Sic & *Littora* maris, quæ Romanis publici juris erant, in Germania ad Principes, quorum territorii partem conſtituunt, ſpe-

XXXIII. v. THOMAS. Diſſ. cit. C. II. §. 5. ZIEGL. §. 26. HOPP. ad Inſt. de *Diviſ. rer.* §. 23. in *Uſ. Mod.* BERGER. *Oec. J.* L. II. T. II. §. 15.

XXXIV. v. ADOLPHI Imp. *Conſtit.* d. a. 1263. SCHILT. *Ex. ad Pand.* IV. th. 19. lit. b. p. 82. HERT. §. 47. *LR.* L. II. a. 56. THOMAS. ad Inſt. p. 131. Diſſ. cit. §. 4. ZIEGL. §. 27. ibique *Reſcr. El. Sax.* BERGER. T. II. §. 15. n. 2. LEYSER. l. c. n. 4.

XXXV. v. STRYK. §. 8. 15. THOMAS. ad *Inſt.* p. 124. LEYSER. *M. ad P.* Sp. XXV. n. 3. TITIUS *J. Priv.* l. c. §. 23. FRISIUS de *Jure Riparum*.

Digitized by Google

ſpectant, adeoque uſus eorum ex voluntate Principis reſtringi poteſt: *Ripæ* vero privatis fere, ex libera Principis voluntate, relinquuntur, unde & his reficiendi eas ac muniendi onus incumbit. *Aggeres* quoque, pro avertendis fluctibus manu facti, plerumque ad vicinorum fundorum dominos ſpectant, qui & ad extructionem & reparationem eorum obſtringuntur, quamvis ſuprema cura & imperium circa hos etiam Domino T. competat; qui vero ad tuendas integras religiones extructi ſunt, utique & in dominio publico ſunt.

XXXVI. Nec dubium, quin Princeps prohibere poſſit ſubditis occupationem *rerum in littore*, vel *ripa*, *inventarum*; ſed quamdiu prohibitio ceſſat, res iſtæ ad regalia non ſpectant: Jus vero *colligendi* ex fluminibus *aurum* plerumque Principes ſibi aſſerunt.

XXXVII. Jus in *bona naufragorum*, vel *levandæ navis cauſa ejecta*, Fiſco competens apud Francos & Germanos non ſolum, ſed alios quoque populos, in uſu fuiſſe, negari nequit: Et quamvis illud a CAROLO V. ſublatum videatur, tamen ſunt, qui, adhuc non modo

XXXVI. v. COCCEJ. §. 48. HERT. §. 47.

XXXVII. v. *Ord. Crim.* a. 207. 218. R. I. 1559. §. 35. KLOCK. de *Ærar.* L. II. C. CXIV. n. 13. HERT. §. 56. THOMAS. Diſſ. cit. §. 8. & de *Poteſt. Stat. Legisl.* §. 24. RHET. T. XIX. §. 4.

modo in mari & oceano, ſed etiam in Rheno, & alibi ubivis fere locorum conſvetudinem illam, qua ex naufragio quæſtus quæritur, receptam eſſe, teſtantur, eamque ex æquitatis ratione defendunt.

XXXVIII. Ad fluvialia incrementa pertinet quoque *Alluvio*, quæ uti Jure gentium Domino fluminis adſcribitur, ita & Jure Germanico, non ſine ratione ad fiſcum Principis refertur, niſi hic Jus iſtud conceſſerit illis, qui prope ripas prædia poſſident, quod tamen in dubio, ſaltem in agris limitatis, feciſſe non præſumitur.

XXXIX. Jus *Molendina* in flumine publico *extruendi*, ubi privatis prohibitum non eſt, regalibus non eſt accenſendum, poſſe tamen prohiberi, vel reſtringi, non dubitandum; quod & in nonnullis Germaniæ provinciis factum: *Aquæ ductus* vero privatis, ſine conſenſu Domini T. inſtituere non licet, ob præjudicium, quod inde Reip. vel vicinis enaſci poſſit.

XL.

XXXVIII. v. GROT. *J. B. & P.* L. II. C. VIII. §. 11. 12. THOMAS. d. Diſſ. §. 6. HERT. §. 47. FRITSCH. de *jure alluvion.*

XXXIX. v. ZIEGL. L. II. C. XV. §. 8. 36. ſqq. HERT. l. c. BERGER. L. II. T. I. §. 5. n. 2. TITIUS C. XVI. §. 2. ſq. BORN de *Molendinis*.

Digitized by

XL. Ad proventus aquarum præcipue ſpectat *Jus piſcandi*, quod hodie Domini T. in maribus, fluminibus publicis, & lacubus plerumque ita ſibi vindicant, ut privatis non ſit permiſſum, niſi feudi, vel locationis, aut venditionis, aliove juſto titulo acquiſitum: In ſtagnis vero, quæ plerumque in patrimonio privatorum ſunt, fluminibus privatis, & piſcinis ſuis, privatis etiam id competere poſſe, nullum eſt dubium.

XLI. Porro inter præcipua Fiſci regalia refertur Jus in *Sylvas*, omnesque illarum fructus & acceſſiones, generali nomine *Jus Foreſtale* appellatum, quod & Jure gentium Principes ſibi vindicare ſueverunt, & Reges Francorum ac Imperatores olim habuerunt: Adeoque & hodie regulariter ad Dominos T. in ſylvis cujusque territorii pertinere cenſetur, niſi privati jus ex conceſſione Principis, vel immemoriali præſcriptione, quæſitum habeant.

XLII.

XL. v. ZIEGL. l. c. §. 23. SIXTIN. de *Regal.* L. II. C. 18. LEYSER *J. Georg.* L. III. C. XIV. §. 4. 5. HERT. l. c. STRYK. §. 14. BERGER. T. II. §. 9. NOE MEURER *von Waſſerrecht.*

XLI. v. HERT. §. 48. ibique ex GREGOR. TUR. Sylvæ regales, & ex *Capit. Franc.* Foreſta Domini, ſive Foreſtes Dominicæ. RHET. L. II. T. XVIII. n. 2. 3. MYLER. C. LXXIII. §. 1. ſqq.

XLII. Regulariter iſtud duas habet partes: (1) *Jus foreſti* in ſpecie, & (2) *Bannum ferinum*; illud curam & conſervationem ſylvarum, hoc vero venationum Jura, complectitur: Quæ duo uti poſſunt diſtincta & ſeparata eſſe, ita diverſis gaudent effectibus; quamvis prius plerumque latius pateat, & poſterius ſub ſe comprehendat.

XLIII. Ad *Jus foreſti* pertinet, leges & ordinationes ſylveſtres condere, concedere lignandi, paſcendi & ſaginandi uſum, exercere & prohibere Jus glandis legendæ, carbonem, picem &c. conficiendi, aliasque utilitates, avenam foreſtalem, exigere, Jurisdictionem circa negotia & delicta foreſtalia exercere, denique Magiſtratus foreſtales & ſaltuarios, qui curam ſylvarum & venationum gerant, conſtituere.

XLIV. *Bannum ferinum* eſt Jus venandi intra & extra ſylvas cum excluſione aliorum: quod

XLII. XLIII. v. RHET. §. 4. 5. LEYSER. *J. Georg.* L. II. C. XI. §. 39. 40. HERT. l. c. TITIUS *J. Priv.* L. VIII. C. XIV. §. 20. 25.

XLIV. v. GROT. de *J. B. & P.* L. II. C. VIII. §. 9. L. II. C. III. §. 19. n. 2. ZIEGL. de *J. Maj.* L. II. XIV. §. 14. ſqq. TITIUS *J. Publ.* L. III. C. VII. §. 14. ſq. *J. Priv.* L. VIII. C. XIV. §. 4. THOMAS. Diſp. de *J. acquir. Fiſc.* C. II. §. 2. BERGER. de *jure venandi feras*. FELTZ. *Excerpta Controv. Illuſt.* de *jure venandi*. LUDEWIG. de Diff. J. R. & G. in *Venatu ejusque regali*.

quod quo titulo ad Imperantes pervenerit, ex fundamentis præſtructis intelligi poterit. Certe Reges Francorum & Germanorum more regio iſtud exercuere, a quibus haud dubie id ad regionum Dominos, ſerius tamen ad Eccleſiaſticos, tranſiit; adeo, ut hi non ſolum in locis publicis, ſed etiam privatis, plerumque cum excluſione Dominorum, hodie iſtud exerceant.

XLV. Quod uti in terris & ſylvis fiſcalibus, itemque feudalibus, a Domino profectis, indubitatum eſt; ita an idem juris ſit in allodiis vel feudis oblatis? dubio non caret: Certe Germani ingenui ab antiquiſſimis temporibus venationibus fuerunt dediti; unde nonnulli, pro Nobilibus, qui jure venandi in fundis propriis exercent, militare præſumtionem cenſent, donec, univerſale Jus venan-

XLV. v. JUL. CAES. de *B. G.* L. 6. ibi: *Vita omnis in venationibus & ſtudiis rei militaris conſiſtit.* TACIT. de M. G. C. 25. ibi: *multum venatibus.* EGINH. *V. Car. M.* p. 9. ibi: *Filios, more Francorum, armis ac venationibus exerceri fecit.* PORTASAXO ap. REUB. p. 202. ibi: *Indigenas prohibent ſylvis communibus uti.* DU FRESNE *Gloſſ.* v. *Foreſtar.* ibi: *ſi invenerit aliquem venantem, qui non debeat venari pro natura ſua, ſcil. quod ſit nobilis &c.* MEISCHNER. T. III. *Deciſ.* 33. n. 87. Dn. STRUBE de *Orig. Nob. Germ.* C. III. §. 4. ſqq.

venandi in Reges & Principes tranſlatum eſſe, doceatur; Sed nihil temere definio.

XLVI. Ceterum Domini T. jus venandi aliquando in ſolidum ſibi reſervant, non raro vero aliis, ſubditis vel exteris, ſub variis titulis, concedunt: Cujus conceſſionis uti varii ſunt gradus, ita varia venationum genera naſcuntur, quorum limites uſu vel pactis definiuntur.

XLVII. Licet autem *dominium* ferarum, ſive Jus eas *occupandi* hoc modo in privatos devenire patiantur Domini T. tamen *Imperium* circa venationes ſemper penes eos manet: Hujus virtute leges venatorias condunt, quarum ſcopus eſt, impedire, ne, male inſtituta venatione, genus ferarum plane extirpetur, vel alia ratione eidem noceatur; itemque de controverſiis & delictis, circa venationes occurrentibus, cognoſcunt; Varios quoque Miniſtros venationum conſtituunt, vel operas a ſubditis hoc nomine exigunt.

XLVIII.

XLVI. * An jus convenandi in caſu conceſſionis aliis factæ Domino T. competat?

v. HERT. §. 49. TITIUS *J. Priv.* l. c. §. 6. BERGER. *Oec. J.* p. 126.

XLVII. v. LEYSER. *J. Georg.* l. c. C. 12. 13. 14. TITIUS l. c. §. 17. 18.

* Dic. de uſu & abuſu venationum. v. ZIEGL. l. c. §. 10. 11. 13. 30.

XLVIII. *Aucupium* quoque Jure Rom. quidem omnibus patebat, Germanico autem, quod ad aves vulgares tantum, non item nobiliores: quippe quarum intuitu eodem Jure, quo venatio, cenſetur, & ad Regalia refertur: Quod ad *Apes*, cenſus mellis ſylvatici ex ſylvis prope Noribergam Imperatori olim debitus, poſtea Noribergenſibus acquiſitus, huc pertinet.

XLIX. Jus in *Metalla* & *Mineralia*, in terræ viſceribus hærentia, imo omnis generis foſſilia, etiam ſalinas, licet Jure Rom. ad prædiorum dominos pertinuerit, tamen uſu Germaniæ, jam a Carolingorum ævo, Regalibus fiſci & juribus Imperii adſcriptum eſt: Unde hodie-

XLVIII. v. Dn. de BERGER. *Oec. J.* L. II. T. II. §. 13. MULZ. de *Maj. Imp.* p. 507.

XLIV. v. LUDOV. P. *Charta diviſ.* A. 817. ubi *filiis de Metallis* attribuit, quicquid in eorum poteſtate haberi potuerit. *Conſt.* HENR VI. Imp. ap. PISTOR. *Script.* R G. p. 743. & GOLD. T. III. *Conſt.* p. 362. ibi: *Cum omnis argentifodina ad jura pertineat Imperii, & inter Regalia noſtra ſit computata &c.* A. B. C. IX. §. 1. RHET. L. II. T. XVII. §. 2. 3. ZIEGL. L. II. C. 19. HERT. §. 46. COCCEJ. C. XXIII. §. 46. ſqq. TITIUS Diſſ. de *Jure metall.* §. 14. 18. LYNCKER. de *Juribus Minerarum.* FRITSCH. de *Regali Salinarum Jure & Civitatum quarund. Germ. ſtatutis ſalinariis.*

hodieque Domini T. idem ſibi in ſuis territoriis, jure Superioritatis, aſſerunt, quamvis olim nonniſi ex privilegio Cæſarum iſtud nacti fuerint.

L. An autem Dominus T. de metallis, in fundo privatorum repertis, omnem fructuum metallicorum partem ſibi vindicare posſit, an vero decimæ partis canone contentus eſſe debeat? dubium: prius tamen verius videtur: Ceterum vulgaria foſſilia ut prædiorum dominis relinquantur, æquitati conſentaneum eſt.

LI. Domini T. igitur aliquando ſuis ſumtibus fodinas inſtituunt, ac omnem proventum ſibi addicunt, quo ipſo *fodinæ dominicæ* exiſtunt; Plerumque vero Jus effodiendi metalla, adeoque & inquirendi venas, ſub conditione præſtandorum ſumtuum, ac ſolvendi canonis metallici, in ſubditos transferunt: quo facto Jus regale metallicum conſtat (1) aliqua *dominii* originarii parte, (2) *imperio*.

LII. Ex *dominio* quod ſupereſt, dependet Jus exigendi canonem metallicum, Jus protimi-

L. v. ZIEGL. L. II. C. XIX. §. 13. THOMAS. d. Diſp. §. 7. COCCEJ. l. c. §. 48. LEYS. C. XV. TITIUS *J. Priv.* §. 3. de *J. metall.* §. 23.

LI. v. EISENHART. de *regal. metall. fod. jur.* C. II. §. 10. 38. TITIUS § 6.

LII. v. *L. 1. 2. 3. C. de metall. Ord. metall. Sax.* a. 93. TITIUS l. c. §. 7.

timiſeos, Jus colligendi, in officinis argentariis, particulas minutas, nec non vindicandi ſcorias, a fodinarum cultoribus derelictas: Vi autem *imperii* exercitium metallurgicum dirigit Imperans, dum leges metallicas fert, officiales ac operarios conſtituit, rationem fodinas acquirendi determinat, ſimiliaque definit.

LIII. Sic & *Theſauros ſubterraneos* Germani, æque ac aliæ Gentes ad Fiſcum regium retulerunt; ſicut & Cæſares, Romani olim eosdem ſibi vindicarunt, licet JUSTINIANUS poſtea tantum non omne Jus in theſauros, exceptis quibusdam caſibus, privatis addixerit: Saltem in plerisque Germaniæ Territoriis hodieque theſauros Domini T. ſibi aſſerunt, licet in Electoratu Sax. Juſtinianeum Jus receptum ſit.

LIV. Pari ratione *loca deſerta* & inculta regalibus Domini T. accenſentur, adeo, ut nemi-

LIII. v. CONSTANT. M. *L. 1. & 2. C. Theod. de Theſauris.* JUSTIN. *I §. 39 de R. div* CAROLI M. *Capit. 3.* A. 789. in append. *Jus Sax.* L. I. a. 35. *Alle Schætze unter der Erden begraben, tieffer, denn ein Pflug gehet, gehæren zu der Kæniglichen Gewalt P. II. Conſt. El.* 35. H. GROT. de *J. B. & P.* L. II. C. VIII. §. 7. THOMAS. ad *Inſt.* l. c. p. 144. Diſſ. cit. §. 3. HERT. §. 45. TITIUS *J. Priv.* L. VIII. C. XIII. §. 6.

LIV. v. RHET. T. XVII. §. 6. ſqq. COCCEJ. 56.

Digitized by Google

nemini privata auctoritate eadem colere liceat: unde & decimas ex agris novalibus exigendi Jus naſcitur.

LV. Denique & Jus *Viarum publicarum* Domino T. competit, quod iterum varia jura complectitur; (1) *Dominium*, vi cujus Dominus T. ad complanationem & reparationem viarum publicarum, propriis ſumtibus curandam, tenetur, ſed & vectigalia, aliosve viarum fructus, hoc nomine percipit.

LVI. (2) *Jus conducendi*, vi cujus viatoribus ſecuritatem per territorium, datis comitibus, vel litteris ſalvi conductus, idque regulariter gratis, præſtat, quamvis plerumque gvidagium, aliave commoda, ea de cauſa, exigantur: (3) *Jurisdictio* in viis publicis, quæ ad Dominum T. regulariter ſpectare, non vero Magiſtratibus, jurisdictionem criminalem licet habentibus, competere cenſetur, niſi legitimo modo illam acquiſierint: (4) Jus *liberi tranſitus* concedendi vel denegandi.

LVII. (5) Jus *Poſtarum*, quod hodie, vi Superioritatis T. cuilibet Domino in ſuo territo-

LV. LVI. v. ZIEGL. L. II. C. XVII. §. 10. 12. 15. 19. RHET. T. XIII. §. 1. XX. §. 1. TITIUS *J. Priv.* l. c. §. 11. ſqq. STRUV. C. XXX. §. 32.

LVII. v. Supra L. V. C. X. §. 10. Conf. RHET. l. c. §. 2. OCKEL. de *Jure Poſt.* C. II. V. VI. TITIUS L. III. C. V. § 44. 45. 46. HORN. §. 13. STRUV. §. 33. ſqq. Conf. Supra L. V. C. X. §. 60.

ritorio merito aſſeritur, adeo, ut Poſtæ Imperiales territorialibus officere haud debeant: quamvis hoc dubiis non ita pridem haud caruerit: Hinc penes Principem ſtat, quousque *Rhedariis*, *Verendariis*, & *tabulariis* ordinariis facultatem, qua utantur, indulgere velit: itemque Jus dirigendi ac concedendi conſcriptionem *Novellarum*, quas poſtæ advehere ſolent.

LVIII. Sed poteſt etiam Dominus T. ex *bonis ſubditorum* Patrimonium publicum colligere, idque vi imperii ipſi competit, quo ſequentia ſpectant jura: (1) Jus *exigendi Tributa* ſeu *Collectas*, quod haud dubie ad S. T. hodie pertinet, ita tamen exercendum, uti LL. Imp. conſvetudines & pacta cum ſubditis id admittunt.

LIX. Cumprimis *Collectæ Imp.* in Comitiis decretæ, quæ olim ex bonis cameralibus Statuum ſolvendæ erant, hodie, permittentibus

LVIII. v. *Cap.* CAR. VI. a. XV. ibi: *Wegen Landes Fürſtl. hohen Obrigkeit, und ſonſten rechtmaſſigen hergebrachten* reſpective *Steuern, Zehenden.* CAROLI VII. a. XV. §. 2. &c. BUR. HER. p. 169 STRUV. §. 77. Diſſ. m. de *Jure Collect. Provinc.* §. 12.

LIX. v. R. I. *Nor.* 1543. §. 24. R. I. *Aug.* 1548. §. 102. *Capit.* CAR. VI. CAR. VII. a. XV. §. 3. l. c. HORN. §. 16. STRUV. l. c. Diſſ. m. de *Jure Collectarum Provincial.* §. 8.

tibus Imp. legibus, per modum *Subcollectationis* a ſubditis etiam invitis exigi poſſunt, modo non plus exigatur, quam opus eſt; Idem ad collectas *Circulares* & *Camerales* extenſum: Quamvis in multis Territoriis ob has cauſas ſpeciatim nihil exigatur; quod tributa provincialia eo pacto liberalius penduntur, ut ex iis omnia Imperio & Circulis præſtentur.

LX. Quæ vero ad *Statum Territorii civilem & militarem* pertinent, Collectæ, *Provinciales Land-Steuern*, dictæ, ſæpe non tam imperantur, quam impetrantur a ſubditis, in aliis vero provinciis liberius exiguntur: Et licet in LL. Imp. ad certos caſus reſtrictæ videantur, tamen ſæpe ad plures alios extenduntur, non ſine Ordinum provincialium querela: Certe tunc ſubditi collectas recuſare

LX. * Dic. de Gravaminibus Meclenburgenſium.
v. R. I. *Noviſſ.* §. 14. 108. ibi: *Sonderlich aber ſollen Jedes Churfürſten und Standes Landſaſſen, Unterthanen und Bürger zu Beſetz- und Erhaltung der einen oder andern R. Stand zubehœrigen nœthigen Veſtungen, Platzen und* Gvarniſonen *ihren Landes Fürſten, Herrſchafften und Obern mit hülfflichen Beytrag gehorſamlich an Hand zu geben ſchuldig ſeyn. Cap. Nov.* a. XV. ibi: *ſich des Beytrags, womit Landſaſſen und Unterthanen zu Beſetz- zur ungebühr entſchlagen.* FRITSCH. ad LIMN. L. IV. C. 7. p. 134. LUNIG. R. A. P. Gen. p. 657. STRUV. l. c. HORN. §. 16.

re non poterunt, ubi publica ſalus, & evidens neceſſitas id exigit, ac Fiſci ſeu Cameræ reditus publicis uſibus haud ſufficiunt.

LXI. Plerumque vero *conſenſus Statuum Provincialium* ad indicendas *Collectas Provinciales* requiritur. Id quod jam olim in diverſis Germaniæ provinciis obtinuit atque, ex antiqua Germanorum *libertate* haud dubie, per uſum & *obſervantiam*, ita introductum, ſæpe etiam expreſſis *Pactis* ac *Receſſibus provincialibus* firmatum eſt.

LXII. Qualia Pacta, a Prædeceſſoribus cum Ordinibus Provincialibus inita etiam a Succeſſore, licet cauſam ab illis non habente, ſervanda ſunt: eo quod in Territorium ſuccedens non in alium Territorii ſtatum, quam qualis per obſervantiam vel pacta antecedentia formatus eſt, ac tempore ſucceſſionis reperitur, ſuccedere queat.

LXIII. Decernuntur autem Collectæ in Regionibus, ubi Poteſtas Domini hac in parte temperata vel reſtricta eſt, in *Comitiis Provincialibus*: in quibus & DOMINUS Jus collectas *indicendi*, proponendo ſcilicet, ac deſideria de ſubſidiis ſibi erogandis exponendo; & *ORDINES* Jus in eas *conſentiendi*, de indictis, earumque quanto ac modo colligendi, uſibusque ad quos deſtinatæ ſunt, cum

LXI. LXII. Conf. Diſſ. m. de *Jure Collect. Provinc.* §. 13.

cum voto etiam negativo, conſultando, atque conſulta, *quid valeant humeri, quid ferre recuſent*, ad Dominum referendo, exercent.

LXIV. Blande hic omnia & benigne ex parte DOMINI, ex parte *ORDINUM* vero fideliter quidem & cum ſubmiſſæ voluntatis ſignificatione, ſed cum conveniente tamen libertate, aguntur, atque tamdiu, collatis deſideriis, conſiliis & ſuffragiis, tractatur, donec de certo tributorum *quanto*, *modoque* eadem exigendi, ac *uſibus*, ad quos deſtinantur, *tempore* etiam, quousque durare debeant, inter Dominum & ordines conveniat.

LXV. Alia quidem eſt ratio Collectarum *Imperialium*, *Circularium* & *Cameralium*; quippe ad quas, cum Legis Imp. neceſſitate debeantur, conſenſus Statuum Provincialium non requiritur. Nihilominus de his quoque, modo inprimis easdem colligendi, in conventibus provincialibus agi ſolet. Quamvis in nonnullis Territoriis ob has cauſas in ſpecie nihil exigatur; quod Dominis ſat longa a Statibus tributa pendantur, hoc pacto, ut ex his illa omnia *Imperio* & *Circulis* præſtari queant.

LXVI. Præterea boni Principis eſt, ſive libera, ſive ad conſenſum Ordinem adſtricta, utatur poteſtate, *æquitatis* rationem in decernen-

LXIII. - LXV. Diſſ. m. cit. §. 14.

cernendis Collectis, & cumprimis, *Quanto* earum *determinando* & *poſtulando*, habere atque providere, ne ſubditi plus juſto & æquo onerentur.

LXVII. *Determinatio* autem *quanti*, ejusque *æquitas*, cum ex *neceſſitate publica ſumtibusque*, ſalutis publicæ cauſa *faciendis*, cum ex *ſtatu provinciæ* ac *facultatibus ſubditorum* metienda. Audiendi deſuper inprimis Status provinciales, quippe qui ſtatum provinciæ optime cognitum, facultatesque ſubditorum perſpectas habent.

LXVIII. Sed ulterius Collectæ haud extendendæ, neque ex alia cauſa, aut ad alios uſus, exigendæ, quam vel *Leges Imperii*, vel *Pacta*, aut *Conſvetudines Provinciæ*, admittunt. Sane *Leges Imperii* limites utique Statibus Imp. hac in parte ſtatuunt, atque ad *certas* tantum *cauſas*, *certosque uſus*, Collectas provinciales reſtrictas concedunt.

LXIX. Prima eaque præcipua cauſa eſt, *Defenſio Provinciæ neceſſaria*, adverſus quemcun-

LXVI. - - LXVIII. v. Diſſ. m. cit. §. 15. 16.

LXIX. * *Liberiorem* quidem *facultatem* Status nonnulli Imp. non ſolum ad *defenſionem* Provinciæ *neceſſariam*, ſed & ad implenda *fœdera* cum aliis inita, nec ad conſervanda & firmanda ſolum *fortalitia* munimentaque *neceſſaria*, ſed & *indefinita* fortalitia ac loca munita, atque *ſuſtentandos milites*, aliasque huc ſpectantes neceſſitates, ſibi

cunque aggreſſorem: quocirca ad *fortalitia*, locaque munita, non tamen niſi *neceſſaria*, extruenda aut conſervanda, præſidiisque firmanda, ac milites ad hunc finem neceſſarios alendos, *ſubſidia* & Domino a ſubditis landſaſſiisve exigere licet, & hos obſequioſe conferre oportet. Quænam vero fortalitia, quanta militum copia, ad defenſionem provinciæ neceſſaria ſint cenſenda, a Domino quidem Territoriali, ſed ex conſilio tamen & *conſenſu* Statuum Provincialium, definiendum erit: inter hos ſi convenire nequeat, res a ſuperiori Judicio decidenda erit.

LXX. Alteram cauſam abſolvunt *Legationes* ad Comitia Imp. nec non *Conventus Deputationum* atque *Circulares*: qua in parte declarationem quandam atque extenſionem Conſtitutionis Imperialis Status Imp. ab Imperatore obtinuerunt.

LXXI. Quodſi denique praxin, in plurimis Territoriis obviam, intueamur, ad *plures*

ſibi indulgeri flagitarunt. Sed Imperator deſideriis illorum aſſurgere, ac indefinitam, legibusque Imp. aut obſervantiæ minus conſentaneam, collectandi facultatem iisdem largiri renuit: quamvis ſi & alia plura Collectarum genera, ex obſervantia legitima, Statibus Imp. debeantur, illa quoque a ſubditis & Landſaſſiis ut porro exigantur, facile admiſerit.

v. Diſſ. m. alleg. §. 16.

LXX. LXXI. v. Diſſ. m. alleg. §. 16.

res alias *cauſas*, *aliosve uſus*, Collectas provinciales extendi, experientia magiſtra docemur. Quod quidem ſi ea qua par eſt moderatione, conſenſu Ordinum Provincialium fiat, ſalva res eſt. Si vero cum oppreſſione ſubditorum, invitis tributa nimia extorqueantur, juſta conquerendi cauſa enaſcitur.

LXXII. Quodſi *Subditi Landſaſſiique* juſta legitimaque *ſubſidia* Domino Territoriali, contra manifeſtas Imperio leges, cumprimis Ordinationem Executionis, ac Receſſum Imp. Noviſſimum, *denegent*: quid facto opus ſit? forte quæri poſſit.

LXXIII. Equidem ſi res ſit manifeſta, nullum eſt dubium, quin Dominus, vi Superioritatis Territorialis, refractarios ipſe in ordinem redigere atque ad præſtanda jure propitio ſibi debita, etiam armata manu, adigere queant (*a*). Sin autem de interpretatione Conſtitutionis cujusdam Imp. forte disceptetur, integrum erit, ad Comitia recurrere, atque Decretum Imperii declaratorium ſibi deſuper expetere (*b*). Ceterum, quin & ipſa Judicia Imperii adverſus ſubditos

LXXII. LXXIII. (*a*) Diſſ. m. alleg. §. 17. Capit. CAROLI VI. a. XV. f. & CAROLI VII. a. XV. §. 3. 8.

(*b*) Medit. ad Capit. JOSEPHI a. III. v. *Veſtungen*, *Platzen*.

tos implorare queat Dominus, ſi de Juſtitia Collectarum ſit perſuaſus, non dubitandum.

LXXIV. At ſi *Landſaſſii* & *Subditi*, ſeſe, contra Leges Imperii, Privilegia, Pacta, obſervantiam, tributis provincialibus prægravari, conquerantur, an *fundata* ſit ſummorum Imperii Tribunalium jurisdictio? operæ pretium quoque fuerit hic disquirere. Adverſari videntur *Leges Imperii*, cumprimis *Receſſus* Imp. *Noviſſimus*, & *Capitulationes* Cæſareæ *Noviſſimæ*, quibus, Landſaſſios & Subditos, adverſus Dominos in hujusmodi cauſis querelas moventes *non facile audiendos*, ſed a *limine Judicii* repellendos eſſe, conſtitutum.

LXXV. At enim vero *Receſſus* Imp. *Noviſſimus* de illis tantum agit, qui contra Executionis ordinem proceſſus impetrare conantur. *Capitulationum Noviſſimarum* diſpoſitio generalior quidem eſt, ſed haud dubie tamen de eo caſu exaudienda, ubi *Juſtitia* exactionum, ex parte Domini eſt *liquida* & *manifeſta*: Si vero cauſſa ſit dubia, ſi Ordines provinciales *juſtam* vel ſaltem *probabi-*

LXXIV. R. I. Nov. §. 180. Capit. LEOP. & JOS. a. III. CAROLI VI. a. XV. CAROLI VII. a. XV. §. 3. 4.

LXXV. Capit. CAR. VI. a. XIX. & CAROLI VII. a. XIX. §. 6. 7. Medit. ad Cap. JOSEPHI a. III. v. *nicht leiblich gebæret*.

babilem conquerendi *cauſam* habere videantur, ſi *actionis* inſtitutæ *fundamenta* ſimul adducant; ſane Imperator, qui & ſubditis Statuum *protectionem*, & æqualem *juſtitiæ adminiſtrationem* omnibus eadem Capitulatione promiſit, eandem illis neque in hac cauſa denegabit.

LXXVI. Neque etiam Capitulationis mens eſt, omnino non audiendos eſſe ſubditos, ſed ſaltem *non facile*. Quod quomodo accipiendum ſit conſequentia declarant, ubi ſaltem *proceſſus* improbantur, absque præviis *litteris informatoriis*, adverſus Dominos Territoriales decreti. Multo clariſſime vero idem explicat alius Capitulationis Noviſſimæ textus. Quin & *Declaratio* D LEOPOLDI ſuper *R. I. Noviſſ.* aliquoties memorata, in ipſis Comitiis promulgata, optima ejus interpres eſſe poteſt.

LXXVII. Ceterum cum in illis Provinciis, ubi Ordines ad Collectas decernendas concurrunt, Dominus cum his conjunctim jus collectandi exerceat: fas eſt, ut etiam *Adminiſtratio* Collectarum decretarum conjunctim geratur, ita, ut neque Status Provinciales privative, cum excluſione Domini, diſpoſitionem de Collectis ſibi ſumere, neque etiam Dominus concurſum Statuum provincialium ab eadem excludere debeat.

LXXVIII. Quocirca etiam, in Regionibus,

LXXVII. LXXVIII. Capit. CAROLI VII. a. XV. §. 3.

bus, ubi Statuum Provincialium auctoritas depreſſa non eſt, *Receptores* Collectarum a Statibus ipſis nominari, à Domino vero confirmari, denique in Rationibus ſuſcipiendis Statuum quoque Provincialium partes eſſe ſolent.

LXXIX. Ceterum de variis *Collectarum generibus*, *Perſonis* ac *Rebus*, quibus imponuntur, *immunitatibus* hoc nomine competentibus, *Cataſtris*, eorumque confectione ac reviſione, conferri poſſunt Auctores infra allegati.

LXXX. Inter varia autem tributorum genera, quorum nova indies excogitantur, hodie multis in locis placet *Acciſa*, ubi portiuncula ex rebus conſumtibilibus præſtatur ab omnibus, qui degunt in loco; quæ Capitulationibus haud adverſa cenſenda, modo exteri eadem directe non graventur.

LXXXI. (2) Jus exigendi *Vectigalia*, in flumini-

LXXIX. FR. GERDESII Diſp. de *Collectis & Contrib.* FR. G. PANZER Diſp. de *Collectis* L. B. de LYNCKER. Diſp. de *Cataſtris. Acceſſ.* m. *Inſtit.* L. I. *Tit.* 39. 40. 41.

LXXX. v. *Cap.* JOS. a. XXI. *Noviſſ.* VIII. RHET. T. XVI. §. I. STRYK. de *Vid. facti Princ.* C. II. §. II. HORN. §. 17. SCHUBARD. de *Acciſa* M. I. III. §. 4. ſqq.

LXXXI. v. R. I. 1576. §. 116. ſqq. *Cap.* LEOP. a. XXI. JOS. XX. *Noviſſ.* CAROLI VI. & VII. a. VIII. COCCEJ. §. 44. 45.

minibus & viis publicis legitime inſtituta: Non autem vel nova vectigalia inſtitui, vel vetera augeri poſſunt ſine permiſſu Imperatoris & conſenſu ſaltem Electorum, neć conſtituta exigi poſſunt, niſi certo ſolitoque loco, ubi cippus erectus; quamvis huncex cauſa ad alium locum commodiorem transferre, vel etiam alium, in finibus forte territorii, quaſi ſubſidiarium ſtatuere, modo nihil exigatur ab iis, qui jam ſolverunt, non ſit prohibitum.

LXXXII. Ceterum uti ſub aliis nominibus nova vectigalium genera inſtituere, iisque peregrinos onera non licet: ita vectigalium nomine non ſunt cenſenda, quæ pro reparatione pontium ac viarum publicarum a tranſeuntibus exiguntur, uti ſuperius traditum eſt.

LXXXIII. (3) Jus *detrahendi* aliquid de bonis emigrantium, vel hereditatem extra territorium transferentium. Quod licet regulariter ad Regalia non pertineat, nec ex jurisdictione proficiſcatur; tamen vigore Superioritatis T. introduci, atque Magiſtratibus etiam inferioribus concedi poſſe, nullum eſt dubium.

LXXXIV. Sicuti vero Jus hoc uſu invaluit,

LXXXII. v. Supra L. V. Cap. XI. §. 81. conf. RHET. T. XV. §. 7.

LXXXIII. LXXXIV. v. R. I. 1555. §. 24. ibi: *Wie es einer*

ſuit, adeo, ut non præſumatur; niſi ſtatuto aut conſvetudine receptum probetur: ita ex conſvetudine cujusque territorii ac loci æſtimatur, ſecundum quam & quota ejus pars definitur.

LXXXV. (4) Jus *occupandi bona vacantia*, ſpeciatim herede deſtituta; bona *ereptitia*; quæ indignis auferuntur; bona, quæ ob delictum *publicantur*; denique *mulctarum* pœnarumque compendia.

LXXXVI. Sicuti vero *Civitates* aliæque *Univerſitates*, non ſolum *jure fiſci* ex conceſſione Principis gaudere, ſed etiam *bona* ſua poſſidere ſolent, quæ certa ratione ad *publica* pertinent: ita Principi *Jus* competit *exigendi rationes* a Magiſtratibus & Adminiſtratoribus illorum.

LXXXVII. Circa BONA PRIVATA Domino T. competit (1) Jus condendi *leges ſumtuarias*, & *ordinationes politicas*: (2) Jus definiendi *modum acquirendi*, *conſervandi* & *amit-*

---

eines jeden Orths von Alters her üblich hergebracht. R. I. 1594. §. 81. I. P. a. V. §. 37. KLOCK. de *Ærar.* L. II. C. XXVI. n. 5. RHET. T. XIV. §. 1. 2. Dn. de BERGER. *Oec. J.* L. I. T. II. §. 18. n. 1. HORN. §. 15. TITIUS *J. Publ.* L. III. C. V. §. 48.

LXXXV. v. MYLER. C. 67. HORN. §. 15. RHET. T. XXI.

LXXXVI. v. STRYK. de *Jure Princ. circa Rat. Civit.* C. 2.

amittendi res: Et hinc (3) Jus ſtatuendi modum & ordinem *Succeſſionibus* ab *inteſtato*, *Teſtamentis*, *Contractibus*, *Donationibus*, *Præſcriptionibus*, ſolenniaque circa hæc remittendi.

LXXXVIII. Porro. (4) Jus dirigendi & promovendi *Commercia*: Et hinc (5) Jus inſtituendi *Nundinas*, ac jura privilegiaque nundinalia, quæ etiam exteros, ad nundinas venientes, ligent, concedendi *inducias moratorias*, etiam contra exteros in territorio vaſituros: (7) Jus conſtituendi *pondera*, *menſuras* & *ulnas*: (8) Jus definiendi rerum *pretia*, & (9) dirigendi rem *annonariam*.

LXXXIX. Spectat quoque huc Jus *monetandi*: Quod licet olim ex privilegio Cæſaris, vel uſu acquiſitum fuerit; tamen hodie in iis, qui iſtud legitime acquiſivere, ad jura territorialia recte refertur; cum aliquid Jus territoriale eſſe, & tamen, ratione exercitii, ob communem Imperii utilitatem, ad conſenſum Cæſaris & Electorum reſtrictum eſſe, in nonnullis etiam Statibus plane deficere, poſſit: Mediatis vero adhuc illud non niſi Jure privilegii competere, certum eſt.

CX.

LXXXVII. LXXXVIII. V. SCHWED. C XIII. §. 6. V. ITR. L. III. T. XIX. §. 20. RHET. T. XII. §. 4. XVI. §. 11. TITIUS L. III. C. V. §. 42. 28. - 38.

XC. Qui autem eo fruuntur, ejus exercitium utilitati territoriorum atque Imperii attemperare debent: Hinc certus *pes*, in cudenda moneta obſervandus, conſtitutus eſt, qui vel *Imperialis*, vel *Zinnenſis*, vel *Lipſienſis*; certa quoque loca monetæ cudendæ deſtinata; certus modus præſcriptus; ac ſevera pœna in abutentes ſancita.

XCI. Denique *Dominium eminens* in caſu neceſſitatis Domino T. in bona ſubditorum competit, quod tamen cum conſveto temperamento hic etiam intelligendum, nempe ut verus neceſſitatis & utilitatis publicæ adſit caſus, ac, ceſſante periculo, damnum læſo regulariter reſarciatur.

LXXXIX. XC. * An leges monetariæ etiam in *moneta provinciali* cudenda obſervandæ ſint?
v. CRULL. Tr. de *Regali Monet. Jure*, C. II. in *Act. Monet.* p. III. ZIEGL. de *J. Maj.* L. I. C. XLIX. §. 10. VITR. T. XVII. §. 56. 58. SCHWED. Sect. I. C. XXII. §. 2. 4. S. II. C. XV. §. 7. RHET. T. XVI. §. 2. 5. 8. TITIUS l. c. §. 32. ſqq. HORN. §. 29.

XC. v. TITIUS §. 51.

CAP. VIII.

DE
JURIBUS SUPERIORITATIS T. CIRCA BELLUM, PACEM, FOEDERA, ET LEGATIONES.

§. I.

SEquuntur Jura Superioritatis T. quæ ad Exteros tranſeunt, licet nonnulli illorum effectus intra territorium terminentur: Talia ſunt Jura circa *Bellum* & *Pacem*, *Fœdera*, *Legationes*, aliaque his cognata.

II. *JUS BELLI* Proceres, quamdiu Magiſtratus erant, proprio jure exercere non potuerunt, licet illud a *CONRADI I.* tempore, contra ipſos etiam Reges, nonnunquam ſibi ſumerent. Creſcente vero ipſorum, ab HENRICORUM temporibus, poteſtate, Jus manuarium & diffidationes invaluerunt, & per Interregnum durarunt: Quod bellorum civilium genus aliquamdiu toleratum, poſtea reſtrictum, tandem a MAXIMILIANO I. ſublatum fuit. Nihilominus Status in bello Smalcaldico & tricennali Jus belli ſibi aſſeruerunt, quod &, firmato per P. W. Jure territoriali, iis firmatum, ſed ad ſalutem Imperii attemperatum eſt.

III.

§. II. V. HERT. de *Sup. Terr.* §. 31. FURSTEN. de *Suprem.* C. XXI. STRUV. C. XXX. §. 51.

III. Nimirum adverſus *Imperatorem* & *Imperium* bellum ſuſcipere, aut aliis auxilia præſtare regulariter haud licet: Quin autem Imperatori, Pacem Publicam Religioſam aut Weſtphalicam violanti, atque adeo religioni aut libertati Statuum apertam vim inferenti, vis opponi queat, illuſtria proximorum ſeculorum exempla vix dubitare ſinunt; qua in parte tamen maxima cautione opus erit.

IV. Inter *Status* ipſos quoque bella regulariter, ſub pœna fractæ pacis publicæ, prohibita ſunt, quia communia habent judicia (*a*): Secus ſi contra Status refractarios, ſecundum leges Imp. executio fuerit decreta (*b*); vel defenſio ſui, aut aliorum, adverſus pacis fractores ſit ſuſcipienda, quod omnino lici-

III. v. GROT. de *J. B. & P.* L. I. C. IV. §. 13. L. B. de LYNCKER. de *Lib. Stat.* S. I. §. 2 STRYK. de *Via facti Princ.* C. I. §. 22. 23. TITIUS L. III. C. VIII. §. 30. HORN. C. LX. §. 21. C. XLVII. §. 4.

IV. (*a*) v. *P. Publ. Worm.* a. 1495. T. I. *Handhab. des Landfr. zu Worms.* d. a. verb. *auch ſollen wir.* *R. I. Spir.* 1526. §. 3. 1541. §. 26. I. P. a. XVII. §. 7. ibi: *Nulli omnino Statuum Imp. liceat jus ſuum vi vel armis proſequi, ſed unusquisque jure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractæ pacis.* HERT. l. c. p. 268. *Obſ. Hall.* T. IV. Obſ. VIII. §. 2. ſqq. TITIUS §. 31. 36.

(*b*) v. *R. I. Ratisb.* a. 1567. §. *ſo halten wir.* HERT. l. c.

(*c*) v.

licitum (*c*); dummodo id Imperatori quam primum ſignificetur, & bellum ſecundum leges Imp. adminiſtretur (*d*): Sed & licitum, refractarios ſubditos in ordinem redigere, aliisque ob hanc cauſam adſiſtere (*e*).

V. Adverſus *Exteros* vero bella offenſiva & defenſiva ſuſcipere, vel aliis auxilia mittere Status poſſunt, ſine ſpeciali Cæſaris conſenſu; modo caveant, ne, per temerarium, vel injuſtum bellum, periculum Imperio, vel damnum naſcatur; nec per alias regiones Imp. milites ducantur alio modo, quam id legibus Imp. permiſſum eſt.

VI.

(*c*) v. O. C. P. II. T. 9. pr. §. 15. R. I. 1555. §. 54. I. P. W. a. XVII. §. 5. 6. ubi, in cauſa violatæ Pacis W. ſi *controverſia intra ſpatium trium annorum non terminetur*, arma ſumere ad repellendam injuriam, non ſolum permiſſum ſed & præceptum eſt. HERD. *Grundſ.* P. III. C. 9. HERT. p. 269. TITIUS §. 31. LEYS. *Med. ad Pand.* p. 309.

(*d*) v. *Ordn. des Landfr. zu Worms* a. 1521. T. 2. *und ob Jemand.* O. C. P. II. T. 9. §. 2. HERT. l. c.

(*e*) v. R. I. 1526. §. 9. *Cap.* LEOP. a. VII. CAR. VI. a. XV. CAR. VII. a. XV. §. 8. MYLER. C. 81. HERT. p. 268.

V. v. *Cap.* JOS. a. X. CAR. VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. §. 2. PUFEND. *Rer Brand.* L. X. §. 9. ad A. 1665. & L. XI. §. 39. A. 1672. HERT. p. 268. SCHWED. C. XVI. HORN. §. 22. TITIUS §. 27. 31. ſqq.

Digitized by Google

VI. Spectat quoque huc *Jus exteris militandi*, & *manus militum adducendi*, quod ab antiquis temporibus non tantum Regionum Dominis, ſed & privatis liberum fuit, & nunc eſt (*a*); Sed ſub gravi pœna ſancitum, ne Germani bello contra Imperium vel Status Imp. intereſſent, neve copiæ prius conſcriberentur, quam Imperatori & Præfectis Circulorum ſignificatum, & de innoxio itu redituque ſatisdatum fuerit (*b*); quamvis neque ſic Saluti Imperii ſatis cautum videatur. Ceterum nec dubitandum, Dominos T. Jus avocandi ſubditos aliis militantes habere (*c*).

VII. Tempore belli ſæpe obtinet *Neutralitas*, quæ eſt ſtatus, ubi alii, cumprimis vicini, utriusque partis belligerantis ſunt amici, & neutrius hoſtes. Hæc uti ſuos gradus poteſt habere, ita ea, quæ ex *lege naturali*, & quæ ex *pacto* debentur, item, quæ ſunt *juris*, & quæ *conſilii*, probe diſtinguenda ſunt.

 VIII.

VI. (*a*) v. R. I. 1570. §. 4. 5. R. I. 1582. §. 31. *Capit.* LEOP. a. XVI. CAR. VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. §. 14. HERT. §. 32.

(*b*) v. R. I. 1495. T. 14. R. 1541. §. 69. R. 1542. §. 33. R. 1551. §. 95. ſqq. R. 1570. §. 4. ſqq. R. 1556. §. 36. 40. R. 1582. §. 31. ſq. R. 1594. §. 24. ſq. STRUV. §. 54.

(*c*) v. R. I. 1555. §. 44. R. 1564. R. 1564. §. 32. HERT. §. 32.

VIII. Quando bellum inter *Exteros* geritur, Status Imp. *debent* eſſe neutrales, ſi intempeſtiva immixtio toti Imperio poſſit eſſe damnoſa: Ubi hoc non metuendum, *poſſunt* neutrales eſſe, niſi forte vel pactum, vel vinculum humanitatis, bellum ab iis expoſcat.

IX. Si vero *Imperium* bello externo prematur, non licebit Statibus neutras partes eligere, niſi conſenſu Imperii, ſed quilibet, juxta modum præſcriptum, patriæ adeſſe debet: Si plures copias habeat, quam quota ejus exigit, ex arbitrio cum illis agit; bene tamen facit, ſi uſibus Imperii eas impendat. Si inteſtinum bellum oritur, Status Imp. facient, quod & Imperio, & ſibi conducere videbitur. Ratione vero circularis militiæ ita debent eſſe inſtructi, ne imparati deprehendantur.

X. Ex eodem jure belli ipſis in Territorio competit *Jus Armandiæ*, ſub quo iterum comprehenditur (1) Jus ſubditis *armorum uſum, & exercitium*, injungendi, vel iterum, ſi opus, prohibendi (*a*): (2) Jus *conſcribendi milites* in Terri-

VIII. v. TITIUS §. 55.-62.

IX. * Annon hoc caſu adverſus proprium hoſtem bellum offenſivum ſuſcipere licet?

v. STRAUCH. L. II. T. 1. TITIUS §. 28. 29. 63. HORN. l. c. Diſp. III. de *Neutralitate Statuum Imp. in bello Imp. illicita.*

X. (*a*) v. MYLER. C. 75. SECKEND. *Fürſtenſtaat.* L. II. C. 10. (*b*) v.

Territorio, iiſque præponendi omnis generis *Duces*, *Magiſtros* & *Officiales*; circa quod fruſtra ex antiquis temporibus conſenſus Cæſaris, prægnans cauſa, ac conſenſus circuli Ducis, hodie requiritur (*b*).

XI. (3) Jus *Sequelæ*, vi cujus vocati ſubditi, armis tractandis apti, Dominum, ſive is bellum moveat, ſive contra illum moveatur, armati ſequi debent; quod a tempore MAXIMILIANI I. non, niſi in caſu neceſſitatis, amplius in uſu eſt; quamvis in multis territoriis *militia provincialis* adhuc ex incolis conſtituatur, a Vaſallis vero *equi militares* exigantur.

XII. (4) Jus *Armamentaria publica* conſtituendi, ac variis armorum generibus inſtruendi, (*a*): (5) Jus *muniendi & extruendi fortalitia* etiam in ipſis limitibus Provinciæ, modo non fiat in æmulationem, aut aliud quid obſtet: quod licet olim non niſi Cæſaris conſenſu liceret, tamen hodie vi Superioritatis T. competit (*b*). Vvvv 4 XIII.

(*b*) v. VITR. L. III. T. XIX. §. 64. TITIUS L. III. C. VI. §. 55. HERT. §. 39. STRYK. de *Via facti* C. I. §. 47. STRUV. §. 54.

XI. v. SECKEND. l. c. HERT. l. c. HORN. §. 23. STRUV. l. c.

XII. (*a*) v. R. I. 1555. §. 8. SCHWED. C. XVI. HORN. *Jpr. Feud.* C. VIII. th. 21. HERT. §. 39.

(*b*) v. *R. I. Nov.* §. 180. *Cap.* JOS. a. III. CAR. VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. §. 6. FRITSCH. de *Jur. Fort.*

XIII. (6) Jus *Præſidiorum & excubiarum*, cum onere militem præſidiarium ſuis ſumtibus alendi; quod in ſuis caſtris ac fortalitiis Dominus habet Jure ſuperioritatis, in alienis nonnunquam ex pacto (*a*): Ab hoc differt (7) Jus *Aperturæ*, vi cujus nonniſi urgente neceſſitate, vel ad tranſitum, vel belli tempore, caſtrum quoddam aperiendum: Atque hoc itidem vel jure territorii exercetur in caſtris ſubditorum vel vaſallorum, vel ex conſvetudine, vel pacto, in alienis (*b*).

XIV. (8) Jus *hoſpitationum* ſeu *metationum*, a quibus tamen nonnulli ſubditi immunes eſſe ſolent: (9) Jus *angariarum* & *parangariarum*, qualia tamen, extra caſum neceſſitatis, tantum a præfecturarum ſubditis exigi ſolent: (10) Jus dandi *obſidem* civem invitum.

XV. Juris belli conſequens eſt *JUS PACIS*, vi cujus Status Imp. bellum, quod ſuis auſpiciis ſuſcepere, pace inita finire, vel inducias

Fort. C. IX. §. 17. STRYK. de *J. Fort.* C. IV. n. §. 6. STRUV. §. 55.

XIII. (*a*) v. R. I. 1654. §. 180. *Cap.* CAR. VI. a. IV. STRUV. §. 56. 57.

(*b*) v. FRITSCH. de *J. Apert.* C. 3. STRUV. §. 39.

* Dic. de controverſia Landgravii *Haſſo-Caſſellani* cum *Rheinfelſenſi* de caſtro *Rheinfelſa*.

XIV. v. TABOR de *Metat.* C. III. MYL. C. 72. VITR. L. II. C. XIX. §. 86. ſqq. SCHILT. de *J. Obſid.* C. I. 3. TIT. §. 55.

cias paciſci poſſunt: Secus, ſi cauſa Imperium, vel Circulum, tangat.

XVI. Pertinet ad jus pacis Jus *Mediationis*, virtute cujus Princeps Imp. vel controverſias ex compromiſſo decidendi, vel reconciliandi belligerantes, cauſa interveniunt: quod non minus inter Exteros quam Status locum habere, exemplis æque, ac rationibus, a Superioritate Statuum petitis, comprobatur.

XVII. Huic affine eſt *Jus Guarantiæ*, qua pacis concluſæ fidejuſſionem, ſecuritatisque ac evictionis præſtationem Status in ſe recipiunt: quod tam ratione *Exterorum*, quam aliorum *Statuum*, iis, eodem Superioritatis & juris belli argumento, aſſeritur.

XVIII. Loco belli nonnunquam *Repreſaliæ* exercentur (*a*), quæ ab Interregni magni temporibus in uſu fuerunt (*b*), ſed, reſtauratis a

XVI. v. FURSTEN. de *J. Suprem.* C. 27. KULPIS ad MONZ. P. II. C. V. §. 8. STRUV. §. 58.

XVII. v. FURST. C. 25. KULPIS l. c. TITIUS L. III. C. VIII. §. 65.

XVIII. (*a*) De natura Repreſaliarum in genere v. TITIUS l. c. §. 38. ſqq. PUFEND. *Enucl.* L. II. C. XVI. §. 10.

(*b*) v. STERO ad A. 1277. ibi: *In partibus Alemanniæ conſuetudo inoleverat de pignorationibus, in quibus alius pro alio, ſive innocens pro nocente, prægravatur.* LEHM. *Chr. Sp.* L. V. C. 98. & L. VII. C. 8. (*c*) v.

MAXIMILIANO I. Judiciis, & prohibitæ LL. Imp. via facti, inter Status Imp. ſublatæ cenſentur (c).

XIX. Nihilominus neque hodie illæ prorſus inter Status Imp. illicitæ videntur (a): Non ſolum quod nullibi in LL. Imp. diſerte prohibitæ inveniuntur, niſi injuſtæ, & cumprimis defendendis Bullæ Brabantinæ abuſibus uſurpatæ (b); ſed etiam quod in caſibus, ubi exortæ controverſiæ intra triennium termi-

(c) v. RHET. L. II. T. X. §. I. HERT. §. 33. conf. B. Dn. de WERNHER. de *Jure Repreſ. inter Princ. I.* §. 10. (*bb*) ubi diſſentientes plures recenſet.

XIX. (a) v. PUFEND. *Rer. Brand.* L. III. §. 25. MYNDAN. de *Proc. Exec.* L. I. C. XLIX. n. 5. (*bb*). RHET. l. c. §. I. qui de Statibus hoc axioma invaluiſſe docet, ut *qua bellum inter Status I. licet, ea quoque ratione repreſalias admittere fas ſit.* EUR. HER. P. I. p. 28. TITIUS l. c. §. 49. Dn. de WERNH. Diſp. laud. III. Dn. de LEYSER. *Med. ad P.* Sp. XXX. n. 5.

(b) v. *Ord. Cam* P. II. T. 22. R. I. a. 1570. ibi: *Wenn auch die* Arreſta, *wie die* Repreſſalien, generaliter *in Rechten verbothen*. R. I. 1641. §. 94. I. P. W. a. IX. *Cap.* CAR. VI. a. XVI. CAR. VII. a. XVI. §. 5. ibi: *wahrender Litispendenz kein Stand den andern mit* repreſſalien. Ad quos textus quid reſpondendum ſit, ſolide docet B. Dn. de WERNHER. Diſſ. laud. §. 15. 16. 17. Conf. SCHWED. C. XIV. §. 10. TIT. §. 50.

terminari nequeunt, etiam ipſum bellum licitum eſt; unde in iisdem caſibus, imo, argumento ab his ducto, in omnibus aliis, ubi perſecutio Juris per immortalem & inefficacem proceſſum deſperanda, eo magis mitius Repreſaliarum remedium licitum eſſe, merito colligitur.

XX. Adverſus *Exteros* hoc remedio Status Imp. experiri poſſe, minus dubium, ob judiciorum defectum, modo intra debitos fines ſe contineant: Nam ſi bellum inde excitetur, imputari debet ei, qui Jus ſine cauſa negavit.

XXI. Sed ut legitime procedatur, utroque caſu requiritur (1) ut Jus læſi liquidum ſit; (2) ut juſtitia implorata ab aliena Republ. denegetur (*a*); (3) ut ante omnia Cæſaris judicium requiratur, ejusque auctoritas & officium, ſi res cum Statu Imp. ſit, imploretur (b); (4) ut inter Status Imp. a Judiciis Imp. litis terminatio, vel ſatisfactio, brevi tempore non ſit ſperanda (*c*).

XXII. A Repreſaliis differt *Jus retorſionis*, ſpecialiori ſenſu acceptum, in Germania ſatis

XX. v. PUFEND. *Rer. Brand.* L. XVIII. §. 10. 11. ad A. 1680. SCHWED. l. c. HERT. §. 35. p. 274. TIT. §. 48.

XXI. (*a*) v. Dn. de WERNH. §. 18. 19.

(*b*) v. HERT. l. c. (*c*) v. I. P. a. XVII. §. 6.

XXII. v. *Cap.* JOS. a. XIX. fin. ubi exempl. HERT. p. 275. TIT. §. 49. LEYS. n. 7.

tis frequens, quando Jus, quo quis apud ſe erga extraneos utitur, erga ipſum ejusve ſubditos, in aliis terris exercetur: quod eo magis licitum, quo ejus æquitas evidentior eſt. Idem de *Arreſtis* dicendum.

XXIII. Proximum eſt *JUS FOEDERUM*, quod æque ac Jus Belli, Germaniæ Proceres ab HENRICI IV. inprimis tempore liberius exercuere: unde tot illuſtria fœderum, cum exteris æque, ac inter ſe, mutuæ ſecuritatis cauſa, medio & recentiori ævo, initorum, extant exempla; neque Imperatorum auſpiciis, ſi excipias, quorum vel ſocii vel auctores fuerunt, eadem inita eſſe, apparet.

XXIV. Equidem ALBERTUS II. & poſt eum CAROLUS IV. illa tantum fœdera conceſſere, quæ ad tuendam pacem publicam directa fuerunt, non æque alia. SIGISMUNDUS vero, & FRIDERICUS III. hæc ſine Imperii conſenſu admittere noluerunt: MAXIMILIANUS I. cauſam hanc fœderum ad annua Comitia referri, atque itidem conſenſum Imperii adhiberi voluit.

XXV.

XXIII. v. HERT. §. 34. STRUV. §. 58. ubi varia exempla.

XXIV. v. LEHMAN. L. VII. C. 93. ubi *Conſt.* ALBERTI. A. B. Tit. XV. §. 2. GOLD. *Conſt.* T. I. p. 169. ubi SIGISM. *Güldn. Bull. zu Nürnb.* a. 1431. FRID. *Reform.* a. 1441. a. 12. *Handhab. d. Landfr. zu W.* 1495. §. 5. HERT. l. c. STRUV. l. c.

XXV. Tandem, poſt longam in *Pacificatione Weſtphalica* diſceptationem, *Jus fœdera faciendi*, ſive *inter ſe*, ſive cum *Exteris*, pro ſua cujusque conſervatione ac ſecuritate *ſingulis Statibus* firmatum: modo ne fiat contra Imperatorem & Imperium, ejusque Pacem publicam, aut Weſtphalicam, ſalvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt.

XXVI. Libere igitur hodie, ſalva reſtrictione jam dicta, fœdera ineunt Status Imp. inter ſe & cum Exteris, imo cum ipſo Cæſare: Conſenſus Cæſaris & Imperii nullibi requiritur, quamvis nonnulli fœdera cum Exteris Cæſari ſignificanda exiſtiment.

XXVII. Libere etiam ſeſe in *Protectionem* & *Clientelam* vel Exteris Regibus & Principibus, vel etiam aliis Statibus Imp. dare poſſunt, idque absque Imperatoris conſenſu, modo

XXV. v. I. P. a. VIII. §. 2. PFANN. *H. Pac. W.* L. II. C. 12. 18. 58. L. III. C. 9. 53. PVFEND. *Rer. Svec.* L. XVIII. §. 95. *Rer. Brand.* L. XI. §. 7. L. XIII. §. 16. *Cap.* IOS. a. X. CAR. VI. a. VI. CAR. VII. a. VI. §. 4.

XXVI. v. PVF. *Rer. Brand.* L. XI. §. 7. XIII. 16. HERT. p. 278. EVR. H. p. 170. HORN. §. 24.

XXVII. v. STRYK. de *Via facti* C. I. §. 30. LYNCKER *de his, quæ Princ. lib. perper.* S. II. §. 4. MYLER. de *Princ.* P. I. C. 18. HORN. C. I. §. 3. HERT. l. c.

Digitized by Google

modo id non fiat in præjudicium Imperii: quamvis & hic magna cautione opus ſit, ne protectio exemtionem operetur.

XXVIII. Denique & *JVS LEGATIONVM*, quod & Jus *mittendi* & *recipiendi Legatos*, ſive Miniſtros publicos, negotia publica publico nomine geſturos, complectitur, atque STATIBVS IMP. conſenſu Gentium exterarum æque, ac Imperatoris & Imperii, ſuffragantibus quoque LL. Imp. & Actis publicis, dudum competiit, haud dubie partim ex inſigni eorum *libertate*, partim ex *Superioritate T.* vi cujus etiam Jure belli, pacis & fœderum, gaudent, derivandum.

XXIX. *Mittunt* igitur & *recipiunt* Legatos omnes Status Imp. non tantum *Collective* ſpectati, vel certa eorum *Collegia*, ſed etiam *ſinguli*, iique licet nondum inveſtiti, & Eccleſiaſtici nondum infulati; Sede vacante, *Capitula*, loco Minorum *Tutores* vel *Adminiſtratores*: Inter plures, qui Territorium pro indiviſo poſſident, jus legationum commune eſt, quamvis in perſonalibus etiam ſinguli illud exercere queant: *Apanagiatorum* vero miſſi

XXVIII. v. KVLPIS de *Legat. Stat. Imp.* C. VI. §. 9. VII. §. 7. ſqq. IJ. PRESBEVT. de *J. Legat. Stat. I.* §. 6.-19. MVLZ. *Maj. Imp.* P. II. C. XXI. §. 4. p. 702.

XXIX. * Qu. An Corpus Evangelicum habeat jus legandi? v. KVLP. C. VIII. PRESB. §. 28. 29. 30.

miſſi proprie legati non ſunt, licet ita vocentur.

XXX. Idem jus *Civitatibus* quoque *Imp.* neceſſario aſſerendum, quippe quæ nec alias niſi per perſonas repræſentantes res agere poſſunt: Quin & *Civitates Hanſeaticæ* olim ſplendidiſſimas legationes, ad Reges etiam miſerunt, nec hodie, quæ ſuperſunt, legationibus abſtinent: *Nobilitati* vero *Immediatæ* quousque Jus legationis competat, ſuo loco tradetur.

XXXI. Mittunt Status Imp. Legatos cum *in Imperio*, & heic vel ad Imperatorem, qui & promte eos audire obſtrictus eſt, vel ad Conſtatus, ſingulos vel conjunctos, ad Concilia, ad Comitia univerſalia & particularia, Conventus collegiales vel circulares: tum *extra Imperium* ad omnes Reges, Principes & Respublicas.

XXXII.

XXX. v. HORN. C. LX. §. 26. KULP. C. VIII. §. 17. 18. PRES. §. 31.

XXXI. v. *Cap.* JOS. a. XXXVIII. CAROLI VI. a. VIII. CAROLI VII. a. VIII. §. 31. ibi: *Churfürſten, Fürſten und Standen, und deren Abgeſandten, ſo ſich auff Reichs*-Collegial-Deputation- *und Creyß-Tagen befinden.* CAR. VI. a. XXIII. CAROLI VII. a. XXIII. §. 2. ibi: *ihren Bothſchaftern und Geſandten Jederzeit ſchleunige* audienz *und* expedition *ertheilen.* KULP. C. IX.

XXXII. Sicuti autem moribus Gentium varia Legatorum differentia paſſim invaluit: ita & in Germania, inprimis a tempore Pacificationis Weſtphalicæ Legationum ratio variari cœpit.

XXXIII. Nimirum diſtingvi ſveverunt Legati vel *adjectitio* dignitatis *honore*, quem *Characterem* appellant, vel *ſola* muneris *poteſtate*. Priori reſpectu vel *cum charactere* miſſi cenſentur, vel *absque charactere*: Qui *cum charactere* mittuntur, iterum ſunt vel *primi ordinis*, vel *ſecundi ordinis*: Illi *LEGATI* per excellentiam, *Geſandten*, *Oratores*, vel *Ambaſciatores*; hi *ABLEGATI*, *Abgeſandten*, *Envoyez*, appellitari ſolent.

XXXIV. *Legatos* ab *Ablegatis* diſtingvit *Character repræſentatitius*, h. e. qualitas a Mittente iis impreſſa, vi cujus Legatus Dominum peculiari ratione repræſentare cenſetur, atque peculiaribas hoc nomine honoribus fruitur.

XXXV.

XXXII. XXXIII. v. KULP. C. II. §. 1. 4. FURSTEN. C. 6.

XXXIV. * Origo hujus Characteris repetenda videtur ab invitatione vicinorum Principum & Civitatum ad celebrandas ſolennitates feſtivas: poſtea vero is derivatus eſt ad Legatos negotiandi cauſa miſſos.

v. KULP. C. II. §. 5. & XIV. FURSTEN. de *Suprem.* C. 6. 7. 8. PRESS. §. 55. 56.

XXXV. Utrique ſunt vel *Ordinarii*, vel *Extraordinarii*: *Illi*, qui nec ad certum aliquod negotium, nec ad breve tempus, ſed ad quævis occurrentia tractanda, mittuntur; *hi* vero, quibus ſpecialia negotia commiſſa ſunt, brevi tempore expedienda.

XXXVI. Interdum *ſine Charactere* mittuntur Miniſtri, nudo mandato ad negotia publica gerenda inſtructi, ſolennibus vero litteris credentialibus deſtituti, quales novo vocabulo *Miniſtres Accredités* vocantur: qui cum nullis ob ceremonias difficultatibus ſint expoſiti, ſæpe felicius, quam alii, res conficiunt.

XXXVII. Utriusque generis Legati etiam ratione *poteſtatis* differre poſſunt: dum alii *cum libera* mittuntur, alii *absque libera*. Priores *PLENIPOTENTIARII* hodie audiunt: quod nomen cum non honoris, ſed poteſtatis ſit, patet, hos neque ad primi, neque ad ſecundi ordinis Legatos proprie pertinere, poſſe tamen, ex intentione mittentis, ad alterutrum genus referri; licet ex negligentia honorantium honores primi ordinis Legatis debitos ſæpe obtineant.

XXXVIII.

XXXV. v. KULP. d. C. §. 6.

XXXVI. v. MULZ. l. c. M. III. n. 16. p. 698. HORN. l. c.

XXXVII. v. KULP. C. II. §. 2. PRESD. §. 65.

Xxxx

XXXVIII. Qui *in Imperio*, ac ſpeciatim ad Comitia, Conventusque Imp. alios a Statibus mittuntur, ad quam claſſem referendi ſint, ambiguum videtur: In conſtitutionibus Imp. variis nominibus promiſcue * appellantur, hodieque ſolenni ſtylo *der Stænde, Ræthe, Botſchafften und Geſandten*, interdum & *Abgeſandten*, audiunt.

XXXIX. Hinc an differentia inter *Legatos* & *Ablegatos* eodem, quo apud Exteros, ſenſu in Conventibus Imp. quoque invaluerit, merito dubitandum: Si rem recte æſtimes, *Plenipotentiariorum* numero habendi videntur; ratione ceremoniarum tamen inter Electorum, Principum & Statuum reliquorum Miniſtros differentia obſervatur, licet ſæpe non ſine lite: Extra hos conventus vero in Im-

XXXVIII. XXXIX. * v. g. *Abgeſchickte Ræthe, Vollmæchtige Anwælde, Gewalthabere, Sendbothen, Bothſchafften, Geſandten, Abgeſandten.*
v. *R. I. Spir.* §. 7. 26. 31. ibi: *Der Stände Geſandten.* §. 24. 38. 39. &c. ubi iidem dicuntur *Abgeſandten. Capit.* CAR. VI. a. VIII. CAR. VII. a. VIII. §. 31. ibi: *deren Abgeſandten, ſo ſich auff Reichs*-Collégial &c. *R. I. Worm.* 1545. ibi: *des H. Reichs Frey- und Reichs-Städte ihre vollmæchtige Botſchafften und Gewalthaber mit vollkommenen Gewalt ohn hinter ſich bringen* &c. *R. I. Aug.* 1546. § *dieweil aber.* KULP. C. X. §. 1. ſqq. & XIV. Diſſ. PRESB. §. 140.

Digitized by

Imperio, præſertim inter *Status majores*, & ſi *cum Exteris* agendum, nec non *extra Imperium*, diſtinctio iſta omnino locum habet.

XL. Sed *utrum Electores, Principes & Status Imp. Miniſtros primi ordinis mittere queant*, multum diſceptatum eſt: *Electoribus* quidem illud Jus neque a Cæſare extra Imperium, neque ab Exteris, denegatum eſt; *Principibus* iſtud diſputari ſolet; *Minores* vero Status forte nec audent tales mittere Legatos: qua de re ſeqv. Cap. pluribus agendum.

XLI. Non autem dubitandum, quin, juxta menſuram Juris cuique competentis, Status Imp. unum, vel plures, eosque vel ejusdem, vel diverſæ exiſtimationis, Legatos mittere poſſint: quamvis non ubique iis parem characterem & honorem imprimere valeant, ſed multum hac in parte arbitrio admittentis relinquendum ſit, niſi forte in loco tertio, & ubi in poſſeſſione ſunt.

XLII. Hinc nata diſtinctio (1) inter Legatos *Primos* & *Secundos*: qui non differunt, niſi numero & ordine, ceterum pari gradu & qualitate gaudent, & jura Legationis pro indiviſo habent, denique cum occaſio eſt di-

XL. v. KVLP. C. X. §. 10 ſqq. RVR. HER. P. I. p. 102.

XLI. v. KVLP. C. II. §. 15. 16. C. X. §. 26. PFEF. §. 142.

XLII. v. KVLP. C. II. §. 5. BEKER. §. 142.

cendæ ſententiæ, ſecundus verba facit, tacente primo: quod in Collegio Electorali inprimis uſu venit, Electorales vero & Auſtriaci & Salisburgenſes imitari videntur. Nata quoque diſtinctio (2) inter Legatos *Primarios* & *Secundarios*: qui & charactere differunt, dum *illi* ſoli legationem ſuſtinent; hi illorum conſiliarii, &, ſi opus, ſubſtituti ſunt.

XLIII. Viciſſim unus Legatus & aliorum Principum votis procuratorio nomine fungi, & pro ratione ſupremi voti ſuperiorem locum occupare poteſt: Aliquando tamen, Civitatum inprimis Deputatis, procuratorium ſuffragium in ſenatu Principum laturis, contradictum; ſicut nec externi Principis Legato uti licet.

XLIV. Differunt a Legatis Procuratores Statuum in Judicio Imp. Aulico, quos *Agentes* vocant: Nec qui a Statibus ad ſubditos mittuntur, nomen Legatorum gerunt, ſed *Commiſſariorum*; uti nec illi, qui a Statibus Provincialibus & ſubditis ad Dominum T. miſſi, Legatorum, ſed *Deputatorum*, nomine, ſtylo hodie recepto veniunt.

XLV. Ceterum circa Legatos Statuum Imp. ratione legitimationis, itemque immunita-

---

XLIII. v. KULP. C. X. §. 30. & C. XI. §. 1. 2. PRESBEV. §. 145. 146.

XLV. * Dic. de modo exhibendi mandati remiſſive: de immunitatibus Legatorum a vectigalibus; de obſi-

nitatum, eadem locum habent, quæ jure gentium circa alios Legatos obtinent: nonnulla etiam Legibus Imp. vel obſervantia ſpecialius definita ſunt.

CAP. IX.
DE
JURE CEREMONIALI ELECTORUM, PRINCIPUM ET STATUUM IMP.

§. I.

CONſiderata ſunt Jura Electorum, Principum & Statuum Imp. e *Poteſtate* eorum enata: Jam & illa ſpectanda, quæ ex *Dignitate* fluunt; qualia hodie *Ceremoniæ* ſolenni ſtylo appellitantur.

Xxxx 3 II. Eſt

obſignatione bonorum Legati defuncti in Comitiis ad Aula Cæſarea &c.

§. I. * Nonnulla quidem horum jam aliis Capitibus inſperſa ſunt: Meretur tamen argumenti dignitas, præſertim cum *Ceremoniarum Philoſophia* hodie in Aulis Principum maxime excolatur, ut peculiare in Jure Publico Caput illi tribuatur, prout ab aliis jam deſideratum eſt.

** Dic. de *origine Diſciplinæ ceremonialis*, quæ Romæ cœpta, Monaſterii ſtabilita, & Noviomagi perpolita eſt.

*** Dic. de difficultate hujus argumenti, in quo nondum omnia ad liquidum perducta ſunt.

v. FURSTEN. de *Suprem.* §. 36. PAULI de *Princip. Jur.*

II. Eſt autem *DIGNITAS*, qua Status Imp. gaudent, *exiſtimatio quædam intenſiva, ſeu nobilitas, cujus virtute ipſi vel inter ſe, vel cum aliis, conferri, iisque vel æquales haberi, vel præponi, aut poſtponi, certisque hoc nomine honoribus ac prærogativis perfrui, poſſunt.*

III. *CEREMONIÆ* vero nihil aliud ſunt, quam *externa honoris ſigna, vel in ipſo ordine perſonarum, vel in certis verborum, factorum ac geſtuum, aliorumve ſymbolorum externorum, ſolennibus conſpicua, quibus certa honoris quantitas, diverſis perſonis, pro diverſitate dignitatis, tribuenda, indigitatur, atque adeo ipſa dignitas illuſtrior, & quaſi viſibilis redditur.*

IV Ex *Ordine* Perſonarum naſcitur *Præcedentia:* Ad *Verborum* ſolennia pertinent *Tituli*, aliaque verba honoris; ad *facta* ſpectant Occurſus, Exceptio honorifica, Salutatio per exploſionem tormentorum, Comitatus, Introitus pompa, Hoſpitii honor, Hoſpitalitas, Viſitatio, Honoratior locus &c. ad *Geſtus*, Capitis denudatio vel contectio, genuum flexio

Jur. p. 256. KULP. de *J. Legat.* C. 15. TITIUS L. III. C. IV. §. 15. BRUNNEM. Diſp. de *J. Ceremon.* §. 2. *Exam. J. Publ.* L. IV. C. I. § 4. Conf. LUNIG. *Theatr. Ceremon.* L. B. von ROHR Ceremonial-*Wiſſenſchaft groſſer Herren.* STIEFFS *Hoff Ceremoniel.*

II. v. RYBER. de *Titul Nobil.* §. 7. p. 10. TITIUS *J. Publ.* L. III. C. IX. §. 12.

flexio &c. ad *externa Symbola*, Uraniſci, Claves, & ſimilia.

V. *Occaſio* hujusmodi Ceremoniarum varia eſſe poteſt: Generatim vel in *Litteris*, vel in *Congreſſu* vel in *Tranſitu*, idque circa Adventum, Manſionem, & Diſceſſum, occurrunt; Speciatim vel *in Territorio*, vel *extra Territorium*, vel *in Imperio* vel *extra Imperium*; vel in *Aula Cæſarea*, vel circa *Electionem* & *Coronationem* Imperatoris, vel in *Comitiis* univerſalibus & particularibus, locum habent: Denique vel ipſis Electoribus, Principibus & Statibus in *Perſona*, vel eorum *Legatis* honores exhibentur.

VI. Exhibentur vero vel ex mera *Civilitate*, ubi non alia obligatio, niſi quæ ex regulis decori vel prudentiæ fluit, eos exigit; atque ſic ab arbitrio exhibentis dependent; vel *jure* debentur, ubi pro diverſitate Dignitatis, diverſa honoris quantitas & qualitas, ex lege vel pacto, expreſſo vel tacito, metienda, diverſis perſonis neceſſario exhibenda eſt.

VII. Scilicet generale *fundamentum Juris ceremonialis* quidem eſt *Dignitas major*, vel *minor*, vel *æqualis*; quippe quæ efficit, ut vel majores, vel minores, vel æquales, honores diverſis perſonis exhibeantur: Sed uti ipſum dignitatis æqualis, vel inæqualis, fundamentum ſæpe non ſatis liquidum eſt; ita ſpecialior *ceremoniarum*, cuilibet pro dignitate convenientium, *determinatio* ab aliis inſuper cau-

ſis repetenda veniet, circa quas *efficientes* ab *impellentibus* & *probantibus* probe ſecernendæ ſunt.

VIII Ad *efficientes* ſpectant *Leges* vel *Pacta* expreſſa vel tacita, ſeu *Obſervantia* & *mores Gentium*, tacito conſenſu Principum approbati: His enim definiri ſolet, quænam ſolennia in certis caſibus ſint obſervanda, quinam honores certis dignitatibus regulariter adhæreant, aut certis perſonis ſint exhibendi; Unde valet regula, quod *Perſonæ ejusdem dignitatis in ſimili caſu eosdem honores merito exigant.*

IX. Inter *impellentes* ſæpe primum locum habet *Potentia* & *metus*: ſæpe & aliæ *rationes politicæ* faciunt, ut Principes in exhibendis honoribus ſint liberaliores: *Splendor* quoque *titulorum* licet inter Gentes, communem judicem non habentes, ad inania nomina pertinere videatur, tamen ſæpius effectu non deſtituitur.

X. Denique ad *probantia* argumenta pertinet (1) *Poſſeſſio*, quæ arguit, legitimo modo

VIII. v. KULP. C. XV. FURSTEN. de *Supr.* C. 34. TITIUS §. 51. ſqq. BRUNNEM. §. 5.

IX. v. TITIUS §. 53. BRUNN. Diſſ. de *J. Cerem.* §. 9. Anon. *Einleit. zum J. Nat. & G.* P. II. C. IV. §. 18. ſqq.

X. v. KULP. C. XIV. 34. VITR. L. IV. T. I. §. 94. TITIUS §. 54.-56.

do exiſtimationem eſſe acquiſitam: (2) *Ordo ſcripturæ*, quæ tamen levis probatio eſt: (3) *Antiquitas*, inter ejusdem civitatis, & ordinis litigantes, extra quem reſpectum illa itidem inane nomen eſt.

XI. Quod ad STATVS IMP. fundamentum Juris ceremonialis quidem itidem eſt ſublimis eorum *Dignitas:* Sed an Dignitatis hujus fundamentum ſola *Poteſtas* ſit, qua iidem intra & extra Imperium valent, merito dubitandum. Quod Exiſtimationis *in Territorio* fundamentum ſit Superioritas T. ſatis certum eſt: Sed *diverſitas exiſtimationis* qua Status *in Imperio* diſtingvuntur, ab aliis inſuper cauſis, *prærogativis* nempe *dignitatis*, quas Status alii præ aliis, *obſervantia*, vel *Legibus Imp.* nacti ſunt, arceſſenda videtur.

XII. Annon vero diverſæ iſtæ *dignitatis prærogativæ* apud *Exteros* quoque circa honores, diverſis Statibus exhibendos, attendadæ ſint; aut an *æqualis poteſtas* ad negotia belli, pacis & fœderum concurrendi unice in cenſum veniat? licet, ob dubia ab aliis mota, non ſatis expeditum videatur, tamen prius merito aſſerendum eſt.

Xxxx 5 XIII.

XI. XII. v. ZWANTZIG. *Theat. Praced.* P. II. C. I. Diſſ. FVRSTEN. C. I. qui fundamentum juris ceremonialis, inter Electores & Principes æqualis, in *Suprematu* collocare videtur.

XIII. Conſiderari autem poteſt *Exiſtimatio* Electorum, Principum & Statuum Imp. vel in ordine (1) ad *ſubditos* proprios, vel (2) ad alios *Status* Imp. vel (3) ad *Cæſarem*, vel (4) ad *Exteros*: Et quidem quatenus eadem vel in *Ordine* & *Præcedentia*, vel in *Titulis*, vel in aliis *honoribus*, quibus in variis caſibus fruuntur, eſt conſpicua.

XIV. Quod ad *Ordinem* & *Præcedentiam* attinet, hujus fundamentum quidem regulariter itidem *major dignitas* eſt, quod & intuitu *Cæſaris*, vel *ſubditorum*, indubitatum; ſed intuitu aliorum *Statuum* & *Exterorum*, illud dubiis non caret: Hinc difficiles de Præcedentia lites, in quibus decidendis non tam diverſus dignitatis *character*, vel *antiquitas* familiæ, quam *obſervantia* & *poſſeſſio immemorialis*, attendi ſolet; nonnulli *alternationibus*, aliisve *pactis*, ſecundum *ætates*, vel *lineas*, ordinem inter ſe definierunt.

XV. In *Territorio* igitur ſuo uti Status Imp. haud dubie ſunt *Summi*, adeo, ut neque ſinguli, neque omnes ſimul ſumti, ſubditi eos exiſtimatione adæquent: ita omnia honoris ac reverentiæ ſigna ipſis a ſubditis jure perfecto debentur, quæ aliis Imperantibus a ſuis ſubditis exhibentur.

XVI.

XIV. v. ZWANTZIG. l. c.
XV. v. TITIUS §. 16.

XVI. Inter *Status Imp.* uti diverſi dantur ordines, ſive claſſes, ita vel Status *ejusdem ordinis*, vel *diverſi ordines*, inter ſe conferri poſſunt.

XVII. Primus eſt ordo *ELECTORVM*: Inter hos vero & ordo ſedendi, & procedendi, & ſuffragandi, & ſolennia officia obeundi, Aurea bulla, & pactis ſpecialibus a. 1653. & 1718. definitus eſt.

XVIII. In ordine *PRINCIPVM Eccleſiaſtici* cum *Secularibus*, & utrique inter ſe, de prærogativa certant. Inter *Prælatos*, nec non *COMITES* & *BARONES*, regulariter illi his præferuntur; quamvis neque hic lites de ordine inter diverſa inprimis ſcamna deficiant: Ceterum *Comites*, qui ſunt Status Imp. omnes reliquos Comites, imo & Miniſtros Cæſareos, præcedunt. Inter *CIVITATES* quoque *IMP.* quædam de præcedentia litigant. An vero & in ordine *NOBILIVM IMMEDIATORVM* lites de præcedentia occurrant, non conſtat.

XIX. Inter Status *diverſi ordinis*, ſive diverſas Statuum claſſes, nulla de præcedentia eſt

XVII. v. A. B. C. 3. 4. 22. 23. KVLP. de *Legat.* C. XIV. §. 8. 9. 11.

XVIII. v. Capit. CAR. VI. a. III. CAR. VII. a. III. §. 23. ZWANTZIG. l. c. C. 13. ſqq. TITIVS §. 22. 24. 25.

XIX. v. TITIVS §. 26. ZWANTZ. C. 24.

Digitized by

eſt controverſia: Quæ vero inter *Circulos*, horumve directoria, nonnunquam enatæ ſunt, lites fere compoſitæ ſunt.

XX. Sed *Nobilitas Immediata* cum *Civitatibus* Imp. de prærogativa contendit: quæ lis in Conventu Ordinum correſpondentium Norimbergenſi de a. 1619. orta, ac deinceps aliquoties, maxime vero in Pace Weſtphalica agitata eſt; illis ad antiquam Comitiorum Imperialium & Provincialium obſervantiam, atque poſſeſſionem, ex fœderis Svevici tabulis probatam, denique Ordinis Equeſtris dignationem, uſu ſeculorum & populorum firmatam; his vero ad jura & characterem Statuum Imp. provocantibus.

XXI. Quodſi jam Status Imp. cum *Exteris* conferantur, inſignis etiam, Majorum præcipue, exiſtimatio apparet: Nam ELECTORES Regibus pares habentur, nec niſi Coro-

XX. V. LUNIG. *Gerechtſame* P. II. p. 634. ibi: *Vorſtellung der freyen Reichs Ritterſchafft* &c. LONDORP. T. 17. L. III. C. 43. PFANN. *Hiſt.* P. IV. L. III. n. 97. VITR. L. III. T. XIV. §. 6. KULP. l. c. C. XIV. §. 29. C. XVII. §. 4. ſqq. STRUV. S. J. P. C. XXI. §. 33.

XXI. V. ZWANTZ. P. I. C. 21. 24. - 28. 41. WICQUEF. *de l' Elect. de l' Emp.* C. IX. p. 118. PUFEND. *de R. Brand.* L. I. §. 25. FREINSH. de *Præced. Elect. ſup. Card.* FURST. C. 8. KULP. C. XIV. §. 22. TIT. §. 35. 36. 39. HERT. de S. T. §. 85.

Coronatis Capitibus, non vero Regum fratribus, nec Rebuspubl. liberis, nec Cardinalibus, multo minus Legatis Regiis, & Nuncio Apoſtolico, cedunt; Imo in actibus ad curiam Imperialem pertinentibus, Regibus anteferuntur: *PRINCIPIBVS* quoque *IMP.* præ omnibus Principibus exteris, imo Rebuspublicis liberis, uti & Epiſcopis præ Archiepiſcopis exteris, prærogativa debetur, quamvis omnes fere renitantur.

XXII. *Titularis* Philoſophia in univerſum & diffuſa & inconſtans eſt, generalioribus tamen obſervationibus nonnullis illuſtrari poteſt. Diſtincte vero conſiderandi ſunt Tituli, quatenus eos *Status* Imp. vel *ſibimetipſis* ſumunt, vel ab *Imperatore*, vel *Exteris*, vel *ſui Ordinis Perſonis*, vel *ſubditis*, accipiunt.

XXIII. Ipſimet Status I. iique majores ſibi ſumunt titulum, *Nos Dei Gratia:* Qui tamen olim non peculiare Jus, ſed potius modum obtinendi munus, hujusque piam agnitionem, notavit: Hodie vero, uti Reges, ſignificandæ Majeſtati, ita Electores & Principes, notandæ Superioritati, cum inſigni dignitate conjunctæ, eum adhibent; quamvis erga Cæſa-

XXII. V. FREINSH. ad CVRT. L. VI. C. VII. n. 3. HERT. §. 89. TIT. §. 14.

XXIII. V. EYBEN. de *Tit. Nobil.* §. 19. 25. 26. LYNCKER de *Lib. Stat.* S. I. §. 3. p. m. 17. ſqq. TITIVS L. III. C. IX. §. 16. 17.

Cæſarem eo uti non ſoleant, Comites quoque regulariter hodie illo abſtineant

XXIV. IMPERATORIS reſpectu ſat ſubmiſſos aliquando gerunt titulos: verum eſſe eos innoxias priſtini ſtatus reliquias, ſplendidior tractatio, qua Cæſar Status proſequitur, oſtendit; quod tamen de Majoribus præcipue exaudiendum.

XXV. Scilicet ſalutantur *ELECTORES* a Cæſare, Eccleſiaſtici quidem *Nepotes*, cum adjecto *Reverendiſſimi*, Seculares vero *Cognati*, vel *Avunculi*, cum adjecto *Sereniſſimi*, ut ſuperius traditum; utrique titulo *Veſtræ Dilectionis* quoque cohoneſtantur.

XXVI. *DUCES* & *PRINCIPES* Imperator *Illuſtriſſimos*, *Hochgebohrne*, appellat, niſi titulum, *Durchleucht*, pretio vel privilegio ab ipſo impetrarint, præterea & *Avunculorum*, & *Tuæ Dilectionis*, compellatione eosdem dignatur: *ECCLESIASTICIS Reverendi*, & ſi non ſint nati Principes, *Tuæ Devotionis*, natis vero Principibus, *Tuæ Devotionis* & *Dilectionis* titulum tribuit.

XXVII. *COMITIBUS* Imp. ſcribere ſolet: *Nobilibus noſtris ac S. R. Imperii Comitibus*,

XXIV. v. TITIUS §. 31.

XXV. v. Supr. L. IV. C. VI. §. 18. conf. WICQUEF. C. X. p. 135. HERT. §. 87.

XXVI. XXVII. v. HERT. §. 87. PFEFF. V. Ill. L. I. T. IV. §. 6. ubi Duces & Principes, qui titulum *Serenitatis* obtinuerunt.

bus, niſi majoris tituli decretum nacti ſint: *CIVITATIBUS IMPERII Honorabilibus noſtris ac S. R. I. fidelibus dilectis* &c. *NOBILIBUS IMMEDIATIS: Noſtris ac S. R. I. fidelibus, dilectis, Circuli Imp. Franconici Equeſtribus ac Nobilibus* &c. Illud denique ex veteri more reſiduum eſt, quod Comites, Barones, Nobiles, ab Imperatore tuizentur.

XXVIII. Ab *Exteris* REGIBUS & Rebusp. *ELECTORES* titulo *Celſiſſimi & Sereniſſimi*, item *Serenitatis & Celſitudinis Electoralis.*, vel etiam *Fratris*, ornantur: *PRINCIPES* ab Exteris *Ew. Liebden*, item *Illuſtriſſimi*; ſalutantur, a nonnullis etiam *Sereniſſimi*; itemque *Fratris*, titulum obtinuerunt; Rex Galliæ vero Electores a ceteris Principibus diſtingvit: Alii REGES ab Electoribus *Ew. Liebden*, a Principibus *Ew. Kœnigl. Würde*, a Civitatibus Imp. *Ew. Majeſtæt*, antehac compellati, hodie, ni fallor, indiſtincte *Majeſtatis* titulo honorantur.

XXIX. *ELECTORES* a ceteris *PRINCIPIBUS* non *clementium* Dominorum, *Ew. Gnaden*, ſed *dilectorum*, *Ew. Liebden*, compellatione ſalutantur; quamvis & iſta ab Eccleſiaſticis præſertim minoribus, uti Archiepiſcopi ab Epiſcopis, interdum colantur:

XXVIII. v. CRUGER de *Novemv. P. Sp. M. I. Diſt.* 2. PUEST. C. 14 HERT. §. 88.

XXIX. v. HERT. 88. 89.

tur: Eccleſiaſticis Electoribus, Cardinalibus, & Magno Ordinis Johannitici Magiſtro *Eminentiæ* titulus ab omnibus, præterquam a Regibus, tribui ſvevit: *Civitates* Imp. & *Nobiles Immediati* in litteris ad Principes etiam *ſubjectos* & *ſubjectiſſimos* ſe profitentur.

XXX. A *ſubditis* denique Electores *Sereniſſimi* ac *Potententiſſimi*, item *Veſtræ Electoralis Serenitatis*; Principes, & quidem hodie etiam recentiores, *Sereniſſimi*, item *Principalis Serenitatis*, *uti olim *Clementiæ*; Comites *Illuſtriſſimi*, Barones *Perilluſtris*, utrique *Clementiæ*, titulis honorantur.

XXXI. Reliqui *honores*, qui in variis factis ac geſtibus honorificis, itemque externis honorum ſymbolis, conſiſtunt, cum fere innumeri ſint, nonnulla eorum exempla afferre ſufficiet.

XXXII. Nimirum ubi *DOMINVS T.* in urbem aliquam ſuam advenit, Magiſtratus loci adventanti occurrere, claves urbis ei offerre, cives vero armati, ordine collocati, eum præſtolari ſolent: Sub ingreſſum quoque Princeps exploſione tormentorum ſalutatus, opti-

XXX. v. FVRSTEN. §. 44.

* Not. titulum, *Churfürſtl. Durchlauchtigkeit*, ante Sec. XVII. non fuiſſe uſitatum. v. OLDENB. *Limn. Enud.* L. XX. C. XVIII. n. 8. WECK. *Beſchreib. von Dreſsd.* P. II. T. 1. p. 148. LEYSER. *Med. ad Pand.* Sp. IV. n. 4. p. 36.

optimo hoſpitio excipitur, & Palatio ipſius honor ſecuritatis publicæ habetur: Nonnunquam & Arcus triumphales eriguntur, acclamationes fiunt, & munera offeruntur.

XXXIII. Similes fere honores *PRINCIPI EXTRANEO* in alienam regionem, vel civitatem, adventanti, excepta clavium oblatione, arcuum erectione, & acclamatione, juncta vero hoſpitalitate publica, exhiberi ſolent: Electores quoque, ubi Civitates Imp. tranſeunt, tormentorum exploſione excipiuntur, quem honorem Principibus reliquis promiſcue exhibere hactenus recuſarunt: Sed nec Electoribus tot tormenta, quot Imperatori, urbem Imp. intranti, exploduntur: Munera etiam eædem offerre ſolent.

XXXIV. IMPERATOR quoque Electores, ad ſe venientes, honorifice excipere, & quandoque extra urbem in ditionibus ſuis iis obviam procedere, in loco tertio etiam eos viſitare ſolet: Sed locum honoratiorem apud ſe, uti ne Regibus quidem, ita nec Electoribus, multo minus Principibus reliquis, concedit: Tabulæ quoque Cæſareæ admoventur Ele-

XXXII. - XXXIV. * Modus *Receptionis ſolennis*, aliæque ceremoniæ in *congreſſibus*, in *menſa*, *hoſpitio*, ex peculiaribus deſcriptionibus ejusmodi Actuum ſolennium petendus eſt.

v. MULTZ. *Maj. Imp.* ZWANTZ. P. II. C. 5. p. 68. ſqq.

Electores, & Principes, ſed paulo remotiores a Cæſare ſedent.

XXXV. Inter cetera etiam Jus *tegendi caput* Electores & Principes Imp. habent: quippe qui, ubi cum IMPERATORE in conclavi colloquuntur, vel ad menſam Cæſaris extra reſidentiam admoventur, admoniti, caput operiunt, quod tamen ab illis cum modeſtia, & intermixta detectione, fit, in præſentia Imperatricis vero plane omittitur. Idem honoris multo magis REGES alii Principibus Imp. debent.

XXXVI. *Baldachinorum portatilium* honorem penes ſe hactenus raro adhibuerunt *PRINCIPES* Imp. frequentius penſilium, etiam Comites: Sed *ELECTORES* etiam coram Cæſare uraniſcis utuntur.

XXXVII. Ad externa honoris ſymbola pertinent *Inſignia*, quorum inſignis diverſitas occaſione Paſſagiorum enata videtur: ſiquidem ſinguli Reges, Principes & Nobiles, cupientes invicem internoſci, ſcuta prætulerunt, & vexilla propriis ſignata ſymbolis, quæ deinde ex perſonalibus facta ſunt gentilitia, ad familiarum diſcrimen ac ornamentum accommodata; quamvis e majorum Nobili-

XXXV. v. LYNCKER. §. 4. p. m. 25. ſq. MULZ. p. 100. *Grundſ.* P. I. C. VI. §. *Erſtl. nach.*

XXXVI. v. MULZ. p. 996. TITIUS. §. 31.

XXXVII. v. HERT. §. 100.

bilium ſcutis inſignium decus paulatim ad minores tranſire cœperit.

XXXVIII. Ceterum & hoc *civilitatis publicæ* genus eſt, inter Status Imp. non ſolum, ſed & inter hos, cumprimis majores, & exteros, ſolenne, quod alter alteri luctus aut gaudii communionem, in re adverſa vel proſpera, ſignificant, aut amicitiam vel honorem teſtantur.

XXXIX. Quænam vero Ceremoniæ in variis actibus Imperialibus, cumprimis in Comitiis, nec non circa electionem & coronationem Imperatoris, ſolennem Archi-officiorum functionem, convivium ſolenne, itemque in Inveſtituris Cæſareis, uſu receptæ ſint, & quibus honorum gradibus Electores, Principes & Status reliqui, in hujusmodi actibus ſolennibus, ab invicem diſtinguantur, ſuis locis traditur.

XL. Sequuntur Ceremoniæ & honores, quibus Electores & Principes Imp. per *LEGATOS* ſuos fruuntur. Hi vero duplicis generis ſunt: Alii enim ab *illis* exhibentur, *ad quos mittitur* Legatus; alii vero a *Legatis* ſibi *invicem* exhibentur.

XLI. *Prioris* generis fere ſunt: (1) *Solennis* Legati *Receptio*, ad quam ſpectat prævia *adventus intimatio*, atque hanc excipiens *occurſus*, *comitatus* & *introitus* pompa; (2) *Hoſpitali-*

XXXVIII. v. TITIVS L. III. C. VIII. §. 18.

talitas publica; (3) *Prima* eaque *ſolennis Audientia*, &, quæ ad eam ſpectant, *deductionis*, *exceptionis* & *reductionis* ceremoniæ, nec non *verborum* ſolennia; (4) Jus *tegendi caput*, & *ſedendi*; Quibus accedit (5) *Legitimatio*: Sed mores & inſtituta Aularum ac Gentium in ſpecialiori harum ceremoniarum determinatione mirifice variant.

XLII. *Poſteriores* vero, a tempore pacis Noviomagenſis inprimis, aliquanto magis ad regulam diſpoſitæ inveniuntur, & ſequentes fere ſunt: (1) *Denunciatio adventus*, & *gratulatio*; (2) Prima *viſitatio* noviſſime advenientis; (3) *Locus honoratior* viſitantis apud viſitatum; (4) Jus *inſidendi ſellæ* cum *brachiis*; denique (5) Titulus *Excellentiæ*, tam *Ambaſciatori*, quam ejus *Conjugi*, debitus.

XLIII. Omnes hæ ceremoniæ circa *Legatos primi ordinis* potiſſimum locum habent: imo pleræque, vi *characteris repræſentativi*, prorſus iis propriæ ſunt; nonnullæ vero, uti legitimatio, audientia &c. etiam cum *Ablegatis* iis ſunt communes, licet non tot ſolennibus veſtitæ.

XLIV. Scilicet efficit *Character* iſte *repræſentativus*, ut Legatus iisdem fruatur honoribus, quibus frueretur is, qui repræſentatur, ſi præ-

XL. - XLII. * Dic. de origine tituli *Excellentiæ*. v. RHET. *J. Publ.* L. II. T. XXIII. §. 4. KULP. C. 13. 14. PRESB. §. 113. - 122.

ſi præſens eſſet, in quantum perſona Miniſtri eorum capax eſt: quod tamen ita intelligendum, ut character iſte non quidem majores honores tribuat, quam ipſe Principalis habet, nec tamen adimat, quos Legatus jam ante miſſionem habet.

XLV. Honorum iſtorum alii ſemper perfecti *juris* fuerunt, qualis eſt *Præcedentia*; alii vero initio nudæ *civilitatis* ſpeciem habuiſſe, paulatim vero in *debitum* invaluiſſe videntur; quo ſpectant *titulorum, viſitationum, reviſitationum, occurſuum, comitationum, ceremoniarum* denique omnium, in receptionibus, audientiis, aliisque tractationibus, conſuetarum, ſubtilitates: quamvis in nonnullis varient Aularum inſtituta, & character iſte etiam gradus honorum admittat.

XLVI. *Miniſtri ſecundi ordinis* cum charactere hoc repræſentatitio careant, Legatis primi ordinis indiſtincte cedunt, ſine reſpectu Dominorum prærogativæ, titulo Excellentiæ quoque illos honorant, quem tamen viciſſim non accipiunt, primo illos viſitant, & apud viſitatos loco cedunt, denique pleraque exceptionum, occurſuum, comitatuum ſolennia circa hos ceſſant, niſi forte ex ſpeciali favore ac civilitate, vel obſervantia, ex his quoque nonnulla illis exhibeantur.

XLIV. XLV. v. KULP. C. XIV. §. 1. 2. 3. 5. 7. FURST. C. 7.

XLVII. Jam, *utrum in Legatis Statuum Imp.* quoque *character repræſentatitius, cum omnibus ſuis effectibus, locum habeat?* diſpiciendum. Ubi ante omnia, quid in *Imperii Conventibus*, & quid apud *Exteros*, obtineat; itemque inter *Electores, Principes* & reliquos *Status minores*, probe diſtinguendum eſt.

XLVIII. In *Imperii Conventibus*, quoniam recepta non eſt *Ambaſciatorum* appellatio, nec connexi repræſentationis effectus locum habere videntur. Sed cum non minoris ſint dignitatis huc miſſi Legati, ab eo tempore, quo ab Exteris ceremonialem artem didicerunt noſtri, paulatim aliqua ejus generis ſe heic quoque inſinuarunt, & ad hos quoque Legatos translata ſunt.

XLIX. Apud *Exteros* quidem ſeſe exerunt characteris repræſentatitii effectus, ſed non intuitu omnium Statuum. Licet enim omnes Status *Jure legationum* gaudeant, tamen non omnium Statuum Legati æqualibus *titulis* & *honoribus* fruuntur: ſiquidem multoties contingit, ut quis idem jus cum alio commune habeat, quo tamen non eodem modo uti poteſt; cum ſæpe differentiæ dignitatum inter utrumque actioni aliquid honoris addant, vel detrahant.

L.

XLVIII. v. SPRENGER. *Luc. Imp.* p. 72. KULP. §. 6.

XLIX. v. PRESBEUT. §. 136. KULP. C. XIV. §. 6.

L. Equidem *ELECTORES* jam dudum variis occaſionibus obtinuerunt, ut *Legatis* eorum tantum non omnes, characteri repræſentatio regulariter annexi, atque adeo *pares* cum *Regiis*, honores ſint habiti, in ipſa Aula Cæſarea æque ac plerisque Regum & Statuum liberorum aulis, nec non publicis Gentium congreſſibus: Imo *plures* etiam cum charactere miſſi iisdem honoribus a Cæſare aliisque mactati ſunt; licet *Rex Galliæ* inprimis nec omnes, nec niſi uni, Ambaſciatorum honores concedere voluerit.

LI. Sed utrum & *PRINCIPVM* Legati cum charactere ita mitti poſſint, ut eodem cum Electoralibus jure & honore Ambaſciatorum gaudeant, controverſia eſt, quæ in Aulis maximorum Regum, & præſertim Noviomagi, in publico Europæ conſeſſu, agitata eſt, quamvis origo ejus jam a Pacificatione Weſtphalica repetenda ſit.

LII. Occaſio hinc nata eſt, nonnullis, iisque potentioribus Principibus, novam *Suprematus* vel *Potentatus* qualitatem, &, propter

 hanc,

L. v. *Capit.* CAR. VI. a. III. CAR. VII. a. III. §. 21. FVRSTEN. C. 36. KVLP. C. X. §. 26. ſqq. C. XIII. §. 6. RHET. §. 3. BRVNNEM. de *Jure Ceremon.* §. 13. ſqq.

LI. LII. v. FVRST. de *Suprem.* C. 1.-4. KVLP. C. X. §. 11. ſqq. PRESD. §. 138. RHET. T. XXIII. §. 6. BRVNN. §. 23. ſqq.

hanc, Legatis ipſorum Ambaſciatorum honores, tribuendi: Certe ut omnibus hoc jus concedatur, multitudo potiſſimum obſtare videtur Principum, viribus tuendi dignitatem deſtitutorum; ut potentioribus tantum, ratio, quæ potentiam Jus tribuere negat: Sed res nondum definita eſt, nec privati eſt, eam definire.

LIII. Statuum minorum, veluti *Prælatorum* minorum, *Comitum* & *Baronum*, nec non *Civitatum* Imp. Legati, uti non poſſunt majoribus honoribus frui, quam ipſorum Principales, ita nec Ambaſciatorum ceremonias ſibi aſſerere audebunt.

LIV. Quod jam ſpeciatim ad *Præcedentiam* Legatorum attinet, *ELECTORALES* quidem in ſolenni curia Imperiali etiam *Regios* præcedunt: In Aula Cæſarea & in aliis caſibus, extra Imperium, his quidem cedunt, ſed aliorum *Principum Exterorum* omnium, & *Rerumpublicarum* liberarum, ut Venetæ & Belgicæ, merito præferuntur; quod poſterius & Capitulatione Cæſarea, & ſolenni pacto 1671. Electores ſibi aſſeruerunt.

LV. Ubi ſoli omnium *Electorum* Legati adſunt, ſinguli ſuorum Principalium obtinent locum:

LIII. v. PRESB. §. 136.
LIV. v. *Cap. Nov.* l. c. RHET. §. 7. 8. KULP. C. XIV. §. 22. ſqq. BRUNN. Diſp. cit. §. 17. ſqq.
LV. v. *Cap.* LEOP. a. V. *Nov.* l. c. KULP. §. 9. - 15. 35. *Grundſ.*

locum: ELECTORIBVS vero præſentibus, licet ordine poſterioribus, ſemper cedunt *Legati* anteriorum: At *Principes* præſentes in actibus publicis *Electorum Legati* præcedunt; quod iſti non niſi in collegialibus actibus & functionibus ſolennibus, & quidem in Legatis ſolum primis, admittunt. Ceterum, an Principum Legatus primarius Legato Electoris ſecundo cedere debeat, aliquando diſceptatum, ſed ſine juſta cauſſa, cum Legatus ſecundus primo dignitate ſit æqualis.

LVI. Inter *PRINCIPES* quoque regula valet, quod Principes in perſona in Comitiis præferantur Legatis alias priorum Principalium, modo ſint regentes, vel proximi ad regimen; exceptis tamen *Auſtriacis*, *Burgundicis* & *Salisburgenſibus*: An vero & recens creati veterum Legatis præferendi ſint, ſuperioribus Comitiis diſputatum, & in affirmativam d. 2. Jul. 1653. concluſum. Pariter Legatus Princeps, ſi mittentis ſit agnatus, priorum Principum Legatis præfertur; ſecus, ſi ſit extraneus.

LVII. Quod ad ceteros honores, *Receptio ſolennis* in *Gallia* quidem nec Electorum, nec Principum Legatis conceditur, attamen in

55. *Grundf.* P. II. C. 5. RHET. §. 8. BRUNNEM. Diſp. cit. §. 31. 82.

LVI. v. *Grundf.* l. c. RHET. §. 10. KULP. §. 17. 18. 19.

Polonia, *Anglia* & apud *Batavos:* In *Aula Cæſarea* an eadem circa Legatos Statuum obtineat, dubium; Intuitu Exterorum diſtingui ſolet inter negotia, ob quæ mittuntur Legati, & an ut *a Rege* veniant, an ut *a Vaſallo*, vel *Principe Imperii;* poſterioribus caſibus haud facile conceditur.

LVIII. In *Comitiis* regulariter nemo, præter Cæſarem ſolenniter excipitur. *Status Imp.* inter ſe non quidem tam ſcrupuloſa ceremoniarum obſervatione, quam Exterorum aliqui ſolent attendere, ſed aliquo tamen, ſæpius prolixo, apparatu, Legatos ad ſe miſſos recipiunt.

LIX. Solent quoque Status Imp. *Legatos Electorales*, per territoria ipſorum tranſeuntes, quos de comitatu & victu pro civili pretio proſpicere tenebantur, hodie benigne excipere & tractare, non ex lege, ſed civilitate amicitiaque: In Civitatibus Imp. iisdem præter feſtivam gratulationem, etiam certa vini, avenæ, & piſcium quantitas offertur.

LX. Receptionem ſequitur *Legitimatio*, quæ interdum fit ante audientiam, oblatis Domino, per *Miniſtros* ad id conſtitutos, litteris cre-

LVII. LVIII. v. KULP. C. XIII. §. 6. ſqq. BRUNN. §. 13. 14.

LIX. v. LIMN. ad A. B. C. I. Obſ. 1. n. 6. KULP. C. XII. §. 20.

LX. v. KULP. §. XIII. §. 12. 13. C. XV. §. 10.

credentialibus, ut in *Aula Cæſarea*, & apud *Exteros* pleroſque, nec non *Electores* & *Principes*; interdum in prima demum audientia, vel in publico Senatu, ut apud *Batavos*, & in *Civitatibus* Imperialibus: In *Comitiis* quæ ſit ratio ſe legitimandi, ſuo loco traditum eſt. Ceterum Legatus ad dicendum non admittitur, niſi traditio litterarum credentialium præceſſerit.

LXI. Porro *ſolennis ad Audientiam Deductio & Exceptio* in uſu eſt, circa quam tamen variant Aularum inſtituta: Cumprimis Miniſtri deducentis vel excipientis dignitas, curruum ſplendidiorum, & ſatellitii, numerus ac diverſitas, pro diverſitate Legatorum, aut honoris iis exhibendi, attendi ſolet. Sed non niſi in prima & noviſſima, iisque publicis, audientiis obtinet: Eſt quoque penes Legatum, publicam, an privatam, audientiam ſibi dari velit.

LXII. Inter effectus characteris repræſentatitii quoque poni ſolet *honoratior locus, Legato in domo Principis, ad quem mittitur, concedendus*, cujus rei tamen & exempla, & rationes, in contrarium ſeſe offerunt.

LXIII. Magis ad regulam pertinet *facultas*

ſo

LXI. v. KVLP. C. XV. §. 9.
LXII. v. FVRST. C. 8. & 63. KVLP. §. 16.
LXIII. v. FVRST. C. 62. KVLP. §. 18. 19. 20. BRVNNEM. §. 34.

ſe tegendi ſedendique coram Regibus, aut Principibus, ad quos miſſi ſunt; quam Electorum Legati in *Aula Cæſarea*, & *Comitiis*, coram IMPERATORE non minus, ac in plerisque Exterorum aulis, & in his etiam nonnullorum Principum Legati, obtinuerunt; non vero in *aula Regis Galliæ*, qui tamen & ipſe ſtans & detecto capite eos audire ſvevit. An vero in *aulis Electorum & Principum* Legati eorum invicem hoc jus habeant, an vero aperto ſemper capite hos audiant, non certo conſtat.

LXIV. Porro regula inter Legatos proximo ſeculo ſtabilita eſt, ut *noviſſime advenienti prima detur viſitatio*, quam *Cæſarei* non minus ac *Exteri*, Electoralibus Legatis, atque hi ſibi invicem, citra controverſiam exhibent. *Commiſſarius* autem Cæſareus *Principalis* in Comitiis ab Electoribus etiam, ſerius advenientibus, prima viſitatione honoratur.

LXV. Qui alterum inviſit, in aditu ædium excipiendus, & potior locus inceſſus & ſeſſionis eidem, ac, ſi plures ſint, omnibus dandus eſt, licet alias Legati illi de præcedentia inter ſe contendant.

LXVI. Titulus *Excellentiæ* denique, qui a tempore Pacis Weſtphalicæ in Germania quoque invaluit, *Electoralibus* quidem Lega-

LXIV. v. KULP. C. XVI. §. 2.-BRUNN. §. 32.
LXV. v. KULP. §. 9.-13.

tis a Cæſareo, Pontificio, Regiisque, citra dubitationem conceſſus eſt.

LXVII. Sed circa *Principum* Legatos res, quoad hujus generis honores, maxime controverſa eſt, intuitu *Electoralium* æque ac *Exterorum*; Scilicet cum in illis character repræſentatitius non agnoſceretur, non ſolum de titulo *Excellentiæ*, ſed & *primæ viſitationis* honore, *honoratiori loco*, aliisque *ceremoniis*, inter *Electorales* inprimis & *Principales*, acriter diſceptari cœpit; unde & *ſolennes viſitationes* in Comitiis inter illos ceſſant, quas tamen cujusque ordinis Legati inter ſe ſibi invicem exhibent, & titulus *Excellentiæ* illis ab his viciſſim denegatur.

LXVIII. Denique in *Comitiis* & *Conventibus* Imp. *Ceremoniæ* quædam dantur Statuum Legatis *propriæ*, ſuis locis expoſitæ. Hic notari meretur, quod in proceſſionibus ad Propoſitionem Cæſaream ſoli Electorales Legati, & Principes præſentes *equis* vehi ſoleant. Quæſitum quoque an Legatis Principum *Rhedis ſex equorum* uti liceat? quod Electorales negarunt. Cetera ex uſu & actis publicis diſcenda ſunt.

CAP.

LXVI. LXVII. v. LIMN. J. P. L. IV. C. 9. KULP. C. X. §. 11. ſqq. C. XVI. §. 16. ſqq. *Elect. J. P. Cæſ.* C. 7. BRUNN. §. 33. 36.
LXVIII. v. KULP. C. 17. BRUNN. §. 35.

CAP. X.
DE
JVRIBUS STATVVM IMP. IN TERRITORIO ALIENO, SIVE SERVITVTIBVS JVRIS PVBLICI.

§. I.

PRæter Jura Territorialia, dantur & alia quædam Jura, non quidem omnibus Statibus communia, ſed huic vel illi propria, *SERVITVTES JVRIS PVBLICI* nonnullis appellata, quæ nihil aliud ſunt, quam *Regalia quædam particularia*, vel *alia jura ſingularia, in alieno Territorio, non jure Superioritatis T., competentia, ſed vel privilegio, vel conventione, vel præſcriptione, vel alio modo, acquiſita.*

II. Diſpeſci poſſunt in *Affirmativas* & *Negativas: Illa* in jure exercendi certa Regalia, aliave jura, in alieno territorio; hæ in jure prohibendi Dominum Territorii exercitio certi alicujus regalis, quod ipſi, absque conſtituta ſervitute, vi S. T. competiiſſet.

III.

§. I. v. L. B. de LYNCKER. de *Super. Terr.* p. 32. TIT. *J. Publ.* L. IV. C. I. §. 2. *Chr. Jo. Conr.* ENGELBRECHT. de *Servit. J. Publ.* S. II. M. I. §. 1. * Utrum in regalibus tam majoribus, quam minoribus conſtitui poſſint? ENGELB. M. II. §. 6.

II. v. ENGELBR. M. I. §. 5. 6. 7.

III. Inter affirmativas primum occurrit *Jus Sacrorum*, quod vel in totum, vel ex parte in alieno territorio competere poteſt, ſed utroque caſu ſtricte capiendum eſt: Prioris exemplum eſt in Comitatu *Solmenſi*, poſterioris in Epiſcopatu *Hildeſienſi*.

IV. Spectat quoque huc *Jus Patronatus*, quod uti a fundatione vel dotatione vel reædificatione Eccleſiæ plerumque pendet, ita ex iisdem cauſis, vel conventione etiam, in alieno Territorio competere poteſt (*a*). Eadem fere ratio eſt *Decimarum*, aliorumve *redituum* ex *fundationibus eccleſiaſticis* territorii alieni percipiendorum (*b*). Utriusque generis varia exempla paſſim obvia ſunt.

V. Non minus Jus *Advocatiæ armatæ* huc quodammodo referri poterit, quod in genere eſt Jus Statum in protectionem receptum, contra injuſtam vim defendendi, ac eo nomine certum protectionis cenſum exigendi: Atque hoc interdum nudi *fœderis inæqualis* rationem habet, plerumque vero ſpecies quædam *Servitutis Juris publici* eſſe videtur, quatenus ſimul involvit Jus regalia quædam in

---

III. v. HERT. de *Sup.* T. §. 13. ENGELB. M. II. §. 5. 6. 7.

IV. (*a*) v. ENGELBR. §. 22. (*b*) v. I. P. a. V. §. 45. ſqq. LYNCKER. de S. T. p. 38. ENGELB. §. 23.

V. v. MAGER. de *Advocat. Arm.* C. XIV. n. 131. ſqq. TIT. §. 34. ENGELB. §. 26.

Digitized by Google

in territorio clientis exercendi, ac emolumenta inde percipiendi; quod ex conventionis aliisve tabulis judicandum.

VI. Eſt vero illud vel *Eccleſiaſticum*, vel *Seculare;* vel *temporale* ſeu *perſonale*, vel *hæreditarium*. Patronus dicitur *Schutz-oder Schirmherr*, clientes *Schirm-Verwandten*.

VII. Jus *Advocatiæ Eccleſiaſticæ* olim vel a Cæſare Ducibus aut Comitibus in Eccleſias aut Monaſteria vicina conceſſum, vel ab iisdem in Monaſteriis a ſe conditis ſibi reſervatum, vel conventione poſtea conſtitutum, hodieque Secularibus nonnullis Statibus in Territoriis quibusdam Eccleſiaſticis competit, &, præter Jus protegendi, ſæpe & Jurisdictionem civilem & criminalem, aliave regalia, complectitur.

VIII. *Secularis Advocatia* itidem potentioribus quibusdam Statibus in infirmiores, cumprimis Civitates Imperiales, interdum competit, atque pacto plerumque hodie conſtituitur.

IX. Poſſunt igitur Status ſeſe alteri in protectionem dare, etiam absque conſenſu Cæ-

ſaris

VII. v. KLOCK. T. I. *Conſ.* 37. STRUV. *S. J. Feud.* C. XXV. aph. 20. HERT. de *Conſult. LL.* §. 17. TIT. §. 5. 6. ENGELB. *§.* 26. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXX. §. 5.

IX. v. A. B. T. 15. *Ordn. des Landfr.* 1521. T. 13. R. I. 1529. §. 30. R. I. 1541. §. 26. f. R. I. 1544. §. 26. f. 83.

ſaris, modo nihil contra Imperium fiat; etiam Nobiles Immediati: non vero ſubditi mediati, qua tales; niſi id jus uſu quæſitum, vel Dominus tueri eos non poſſit, vel controverſia ſit inter Dominum & cives, in qua ille vim paret.

X. Defendendi officium incumbit Patrono, cum cliens jure defendi poteſt: Non vero *tenetur* defendere, niſi requiſitus, vel notoria ſit neceſſitas; nec *poteſt* invitum, niſi ſua interſit: Modus pendet ab arbitrio Patroni: & poteſt vel jure fieri, vel amicabili compoſitione, vel armis, etſi cliens jus armorum non habeat, modo caſus ſit, ubi Patronus habet. Fit autem ſumtibus clientis, licet annuum quid præſtet: modo alias Patronus eos facturus non fuiſſet, nec aliud convenerit.

XI. Vi hujus Juris competit Patrono cum *reverentia*, a cliente ei exhibenda, tum *Jus omnia*

f. 83. *Landfr.* 1548. §. 1. f. R. I. 1555. § 23. I. P. a. V. §. 45. *Cap.* JOS. a. VIII. CAR. VI. a. XXVII. CAR. VII. a. XXVI. §. 1. MAGER. C. VI. n. 66. ſqq. LIMN. C. VIII. n. 72. COCCEJ. XXVI. §. 6. 7. BURGOLD. ad I. P. D. XXI. M. 4. §. 19. TITIUS §. 7. 8.

X. v. MAGER. C. XI. XII. XIV. n. 326. 329. MYLER. de *Stat. I.* C. XVIII. th. 13. 14. COCCEJ. §. 9. 10.

XI. v. MAGER. C. X. n. 35. ſqq. 345. 592. C. XIV. n. 232. ſqq. I. P. a. V. §. 44. COCCEJ. §. 11. 12. 13.

omnia agendi, ſine quibus tueri eum *non* poſſet, plerumque etiam *cenſum protectionis* exigendi: Non vero regulariter Jus aperturæ, muniendi, aliaque Superioritatis jura exercendi, invitis clientibus: nec ulla jurisdictio aut ſubjectio, ne quidem in cauſis religionis: Secus, ſi pacto regalia quædam ei conceſſa fuerint.

XII. Tollitur hoc jus variis modis, uti mutatione ſtatus Patroni vel Clientis, temporis præfiniti lapſu, vel exiſtente conditione conſtitutioni adjecta, mutuo conſenſu, præſcriptione, an & ceſſione vel renunciatione unius partis? dubium, illud juri convenientius, hoc uſu magis receptum videtur.

XIII. Porro nonnunquam *Poteſtatis legislatoriæ* particula in alieno territorio competit, exemplo pagi cujusdam in Ducatu Magdeburgico, in quo & Anhaltinæ leges publicari poſſunt (*a*): Eodem refertur Jus mandata, cauſas Imperii & Circulorum ſpectantia, in alieno territorio affigendi (*b*).

XIV. Sed & *Jurisdictio* in alieno territorio in totum vel ex parte, competere poteſt: unde interdum fit, ut in aliquo loco alius habeat

XII. v. MAGER. C. XVI. MYLER. l. c. th. 25. COCCEJ. §. 15. 16.

XIII. (*a*) v. ENGELBR. §. 9. (*b*) v. HARPRECHT. *Conſ. Tubing.* XLIX. n. 260. ubi alia exempla.

XIV. v. SECKEND. *T. Fürſten Staat* P. II. C. 9. ENGELBR. §. 10. 11.

beat Superioritatem T. alius Jus gladii, ſive juriſdictionem centenariam, alius juriſdictionem ſimplicem, ſive Vogteiam, alius juriſdictionis exercitium, alius pœnarum mulctarumque compendia; alius cauſæ cognitionem, alius executionem, alius apprehenſionem, incarcerationem, inquiſitionem & torturam, alius vero Jus ferendæ & exequendæ ſententiæ; aliaque ſimilia: quorum varia paſſim extant exempla.

XV. Eodem ſpectat *Jus apprehendendi delinquentes* in alieno territorio, quod Electori Moguntino, ex privilegio MAXIMILIANI I. aſſeritur (*a*): Item Jus exigendi *remiſſionem delinquentium*, ex pacto, vel præſcriptione viciniis interdum acquiſitum; exemplum præbet conventio a. 1617. inter Electorem Brandenburgicum & Duces Pomeraniæ & Mecklenburgicos inita (*b*).

XVI. Quin & huc pertinere videtur *Jus Patronatus*, ſive *Juriſdictio*, in omnes Statuum *buccinatores*, Electori Saxoniæ: Item *Jus Protectionis* in *fabros ærarios* in partibus Rheni, Sveviæ & Franconiæ Orientalis, Electori Palatino, competens.

Zzzz 2 XVII.

XV. (*a*) VITR. L. III. T. X. §. 14. TIT. §. 10. (*b*) HARPR. *Conſ. Tub.* XLIX. n. 9. 10. 11. ENGELB. l. c.

XVI. v. EUR. HER. p. 253. 298. ENGELB. §. 10. f.

XVII. Speciem quoque ſervitutis J. P. habere videtur *Homagium*, quod alieno Domino nonnunquam præſtatur, vel ex antiquo uſu, vel propter regalia certa, eidem in alieno territorio competentia: quam in rem exempla Civitatum Imp. Coloniæ, Wormatiæ, Spiræ, Hamburgi, afferuntur; quamvis ea non careant dubiis.

XVIII. Ejusdem generis eſt *Jus circa homines proprios*, in alieno territorio competens; quo ſpectat Jus *Wildfangiatus* Electori Palatino in territoriis vicinis, item Jus *der Halseigenſchafft* Ducibus Brunſvico-Luneburgenſibus in Epiſcopatu Hildeſienſi, acquiſitum; aliaque in aliis terris obvia.

XIX. Item *Jus conductus paſſivi* vel *activi* per alienum territorium: prioris generis Electoribus, per territoria Statuum ad electionem Imperatoris proficiſcentibus, competit (*a*); poſterioris generis varia dantur exempla (*b*).

XX. Tale etiam eſt *Jus collectandi* extra territorium, ex conceſſione Cæſaris, vel alio titulo, nonnunquam acquiſitum (*a*): *Jus vectiga-*

XVII. v. LYNCKER. ad SCHWED. *J. Publ.* P. Spec. S. II. C. XI. §. 1. ENGELB. §. 8.

XVIII. v. ENGELB. §. 24. 25.

XIX. (*a*) v. A. B. C. I. §. 1. 2. (*b*) v. ENGELBR. §. 15.

XX. (*a*) v. ENGELB. §. 14. (*b*) v. THULEM. de *Octov.* C. XVIII. §. 37. (*c*) v. STRYK. de *Jure Princ. extra territ.* C. I. n. 128.

Vectigalium, quale Elector Palatinus in vicinis quibusdam territoriis exercet (*b*): *Jus Poſtarum* per alienum territorium inſtituendarum, quale itidem Statibus nonnullis potentioribus, ex pacto plerumque, acquiſitum eſt (*c*).

XXI. Item *Jurisdictio foreſtalis*, *Jus venandi* in alienis ſylvis (*a*): Item *Jus piſcandi* in alienis fluminibus (*b*): Jus habendi *navem forenſem* ſuper Mœno, Moguntino competens (*c*), & his ſimilia.

XXII. Jus *conſcribendi milites* & *ſequelæ*: Jus *aperturæ* & *præſidii*; Jus *Albergariæ*, vi cujus quis adventanti hoſpitium, eſculenta & potulenta gratis dare debet: denique Jus *hoſpitationis*, vi cujus alterum quis hoſpitio excipere tenetur: Cujus generis jura varie a variis Statibus in alienis territoriis exercentur, ex conventione, vel uſu, competentia.

XXIII. Servitutum Juris publici *negativarum* exempla ſunt: Jus *extruendi fortalitium* intra certum diſtrictum, vel quoad certum locum alicui ademtum: *neceſſitas* certum monu-

XXI. (*a*) V. MYLER. de *Princ. & Stat.* P. II. C. XXXVII. n. 13. HERT. de S. T. §. 49. VITR. L. III. C. XVIII. §. 11. 16. (*b*) ENGELB. §. 6. (*c*) V. KLOCK. T. I. *Conſ.* 5.

XXII. V. VITR. l. c. §. 65. 66. I. P. a. V. §. 46. TIT. §. 12. 13. 14. ENGELB. §. 17. - 21.

XXIII. (*a*) V. ENGELB. §. 27. 28. 29. (*b*) V. TITIUS §. 16.

mentum *deſtruendi*: facultas *milites alendi* ad certum numerum reſtricta (*a*): Jus *nundinarum* & *ſtapulæ* cum jure prohibendi intra certum diſtrictum competens (*b*).

XXIV. Hæc aliaque hujus generis Jura, occaſione vicinitatis maximam partem orta, licet vel ex uſu & obſervantia, vel expreſſa conceſſione Cæſaris, aut aliorum Statuum, certis Statibus competere poſſint: tamen fortaſſis nonnulla illorum antiqua tempora, & turbidum Reip. ſtatum, reſpiciunt, quæ adeo, poſt confirmatam liquidius Statuum ſuperioritatem T. aliis expiraſſe videntur; certe prolixæ controverſiæ eo nomine inter nonnullos enatæ ſunt.

CAP. XI.

DE CONVENTIBVS PROVINCIALIBVS.

§. I.

UT Jura territorialia rite exerceantur, non ſolum *Comitia*, ſeu *Conventus Provinciales* ſæpius inſtituuntur, ſed & *Collegia perpetua* ſive *Senatus* ac *Magiſtratus* negotiis territorialibus, Principis nomine adminiſtrandis, præficiuntur: De illis hoc, de his ſeqv. Cap. agendum.

II.

XXIV. v. TITIVS §. 17.

II. Sunt autem *COMITIA PROVINCIALIA Conventus Domini T. & Statuum Provincialium omnium, vel quorundam, rite convocatorum, eo ſine inſtituti, ut negotia ſtatum provincialem concernentia legitime definiantur, ſalutis publicæ cauſa.*

III. *Origo* illorum ſatis antiqua eſt, atque partim a priſtina Germanorum *libertate* & more in commune conſultandi, partim a *Placitis Ducum & Comitum*, jam ante jus territorii acquiſitum uſitatis, derivanda videtur: Hinc enim poſtea quoque Proceres, cum in locum Imperatoris in Provinciis ſucceſſiſſent, ejus exemplum ſequuti, nil majoris momenti temere absque Ordinum Provincialium

 con-

§. III. v. *Chron. S. Uldar. Aug.* ad A. 1192. ibi de HAINRICO. Bav. & Sax. Duce: *Huc usque ad quatuor Marchiones Auſtriæ & Styriæ, Iſtriæ, Chambenſis, ad celebrationem Curiæ Ducis Bavariæ veniebant, ſicut hodie Epiſcopi & Comites ipſius terræ. Conſtit.* RUDOLPHI I. d. a. 1287. renovata a. 1291. ap. LEHMAN. *Ch. Sp.* L. V. C. 8. ibi: *Was die Fürſten in ihrem Lande, mit der Land Herren Rathe, ſetzent und machen dieſen Land-Frieden zur Beſſerung und zu Veſtenunge, das mugen ſie wohl thun,* &c. AVENT. *Ann. Boj.* L. 4. SCHILT. *J. Publ.* L. IV. T. III. §. 1. ad *J. F. Alem.* C. IV. §. 18. HERT. de S. T. 24. de *Conſult. LL.* §. 7. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXX. §. 29. STRUBE de *Orig. Nob. Germ.* Sect. II. §. 7.

conſilio aut aſſenſu ſuſceperunt; præſertim quod horum auxilio, ad firmandam poteſtatem, indigerent, adeoque & libertatis & auctoritatis nonnihil iis indulgendum eſſet: Unde priſtinum Placitorum ſive Comitiorum provincialium inſtitutum in plerisque provinciis remanſit.

IV. Sed diverſa in diverſis Germ. provinciis horum Comitiorum ratio eſt: In aliis adhuc *neceſſaria*, in aliis fere *arbitraria* facta ſunt, ubi ſcil. Ordines ex arbitrio Domini *T. aut dicis tantum cauſa, in rebus, quas odium comitatur, vel ingruentibus periculis, adeoque rarius convocantur; In aliis plane ceſſarunt. Olim quoque alia *ſtataria* erant, vel *anniverſaria*, ſtatis temporibus celebrari ſolita, alia *extraordinaria*.

V. Qui in Comitiis his provincialibus *Jus ſuffragii* habent, dicuntur *STATVS PROVIN-*

IV. * Dic. de Archiepiſcop. *Trevirenſi* & *Colon. Auſtriacis* terris, Ducat. *Saxoniæ*, *Bavariæ*, *Brunſvico - Luneb. Wurtenb. Pomer. Marchia*, *Haſſia*, *Holſatia*, *Friſia orient. Sileſia:* item *Palatinatu.*

v. CONRING. *Hiſt. Rerump.* tit. *Auſtria.* §. 13. *Bavar.* §. 8. STRYK. de *Stat. Prov.* C. I. n. 15. ſqq. EVR. HER. p. 301. HERT. de *Conſult. LL.* &c. §. 7. de *Special. I. R. G. Rebuſp.* §. 28. HVGO l. a. §. 28. 29. STRUBE l. c. §. 8.

V. v. HVGO §. 12. 13.

VINCIALES: quorum qualitas in Provinciis Germaniæ non quidem certo pecuniæ cenſu, ut in exteris quandoque Rebusp., æſtimatur, nec tamen etiam mera dignitas perſonæ eſt, ſed cum certorum *bonorum immobilium* poſſeſſione cohæret.

VI. Horum generatim tres ſunt ordines: *PRÆLATORUM* ſcil. *NOBILIUM*, & *CIVITATUM*; ſed variant hac in parte Provinciarum inſtituta

VII. Ad *PRÆLATORUM* ordinem referri ſolent *Epiſcopi*, ſi qui ſunt, *Abbates*, *Capitula*, *Academiæ*, *Prælati minores*, in quibusdam etiam regionibus *Ordinis Teutonici* vel *Johannitici* Equites aut Commendatores: Interdum quoque Prælati iterum in diverſas claſſes dividuntur.

VIII. Inter *NOBILES* in quibusdam provinciis etiam *Comites* & *Barones*, mediati ſcilicet, reperiuntur; licet in aliis peculiarem, & ab Ordine Equeſtri ſeparatam Curiam conſtituant, in aliis vero *Prælatis* etiam aſſocientur. Reliqui *Nobiles*, in Saxonia in *Schrifftſaſſios* & *Amtſaſſios*, qui & intuitu comitiorum inter ſe differunt, in Pomerania *in Schloſſgeſeſſene und gemeine Edelleute*, diſtinguuntur; quamvis hac in parte ſæpius quis pro *Schrifftſaſſio* habeatur, qui alias ratione jurisdictionis talis non eſt, ſaltem in ſtatu dubio verſatur.

IX. *Non-nobiles*, feuda nobilia poſſidentes, alibi ad Comitia quoque vocantur ſed, in Sa-

 xonia

xoniæ Elector. non admittuntur; imo ne *Nobiles* quidem, qui juſtum majorum numerum *der ſechzehen Ahnen* demonſtrare nequeunt; quamvis erga illos, qui majoribus officiis togatis vel ſagatis inclaruere, faciliores eſſe ſoleant.

X. Ex *CIVITATUM* ordine illæ tantum ad Comitia vocantur, quæ iſtud jus ab antiquo obtinuerunt: In nonnullis provinciis accedunt *Vogteyæ*, vel etiam *Communitates vicorum* vel *pagorum*, quæ & nonnunquam peculiarem claſſem conſtituunt.

XI. In Electoratu Saxoniæ *Prælati*, *Comites & Barones* peculiare Collegium formant; *Academiæ*, Lipſienſis & Wittebergenſis, licet Prælatis alias accenſeantur, ſeparatam tamen curiam habent: *Nobiles* & *Civitates* in tres claſſes diſtinguuntur; (1) *den engern Ausſchuſs*, (2) *weitern Ausſchuſs*, *und* (3) *gemeine Ritterſchafft und Stædte*.

XII. In *anguſtiori* Nobilium *cœtu* primores ex Nobilitate ſunt, qui, Principis conſenſu, ex aliis alleguntur; huic præſidet Mareſchallus hereditarius ex inclyta familia *Lœſerorum*, qui & alias res comitiales dirigit; *Cœtus numeroſior*, peculiari conclavi gaudens, pluribus Membris conſtat, quæ itidem ab ipſo, Principis conſenſu, ex Nobilitate reliqua deligun-

VI.-X. v. HUGO §. 15.-25. 31. MERT. §. 7. HORN. C. LXIII. §. 2. 3. STRUV. §. 8.

liguntur; unus vero ex illis directorium gerit: *Reliqui* Nobiles, *die gemeine Ritterſchafft*, Collegium quidem conſtituunt, ſed ſecundum Circulos diſtinguuntur, & Directoribus ſuis gaudent.

XIII. Ex *Civitatibus* itidem aliæ ad cœtum *anguſtiorem*, aliæ ad *numeroſiorem*, pertinent: Uterque in uno conclavi congregatur, diverſis tamen menſis aſſidet: Reliquæ, *communi* Civitatum claſſi adſcriptæ, ſecundum Circulos etiam diſtinguuntur: *Lipſia* autem tum in univerſum inter Civitates, tum inprimis in cœtu anguſtiori, directorio fungitur.

XIV. Sunt quoque in nonnullis Provinciis certi *Cancellarii provinciales*, quaſi *Oratores Ordinum* provincialium; in aliis *Mareſchalli*, ex Nobilitate electi, vel etiam hereditarii, qui ea, quæ ad Concilia Provinciæ pertinent, curant: In aliis vero Ordines ſuos *Syndicos* habent, qui pro ipſis verba faciunt.

XV. Quemadmodum vero *auctoritas* Statuum Prov. non ubique eadem eſt, ita etiam variat *objectum* Comitiorum provincialium, dum in aliis Provinciis plura, in aliis pauciora, negotia conſenſu, vel conſilio, Statuum indigent: id quod ex cujusque Provinciæ LL. fundamentalibus dijudicandum eſt.

XVI.

XI. - XIII. V. HORN. §. 3.
XIV. V. HUGO §. 30. SECKEND. *Fürſten-St.* P. II. II. C. IV. §. 10.

XVI. Generatim Negotia, quæ ad *Statum publicum* totius Provinciæ, tum *Sacrum*, tum *Secularem* pertinent, in iis tractari ſolent: Speciatim de cauſis agitur ad religionem pertinentibus, de LL. ferendis ac interpretandis, de rebus politiæ, ſecuritate publica, conſervatione regalium, cumprimis *collectis* & *tributis*, itemque de cauſis ad familiam Principis ſpectantibus, controverſiis cum Agnatis, materia ſucceſſionis, aut alienationis, aliisque magni momenti negotiis, ſtatum belli & pacis concernentibus.

XVII. Indicit Comitia provincialia DOMINVS T. atque Status Provinciales, præſcripto etiam loco & tempore, amanter invitat; & in Saxonia quidem *Schrifftſaſſios* ſingulos per litteras, *Amtſaſſios*, qui jus comitiorum habent, per Præfectos: Sine Domini vero conſenſu Statibus conventus agere non licet; niſi per pacta & reverſales id iis indultum fuerit, vel ſumma neceſſitas tempore belli conventus extorqueat.

XVIII.

XV. XVI. v. AVENT. *An Boj.* L. I. SECKEND. C. X. p. 345. WECK. *Beſchr. von Dreßd.* P. IV. T. 6. HVGO §. 29. HERT. §. 8. FRITSCH. de *Conv. prov.* C. VII. §. 8. EVR. HER. p. 46. HORN. §. 4. STRVBE §. 9.

XVII. v. EVR. HER. p. 168. HERT. §. 10. *Cap.* JOB. a. III. HORN. §. 2.

Digitized

XVIII. *Locus* horum Conventuum olim erat publicus ſub dio, hodie vero in Aula Principis, vel Provinciæ Metropoli, eſſe ſolet. *Tempus* itidem ab arbitrio Principis pendet, niſi uſu provinciæ ſtatis temporibus celebrari ſolent; Plerumque, tempore conſenſus ad tributa pendenda præterlapſo, novæ diætæ indicuntur: Durabant olim non ultra diem, vel potius aliquot horas, hodie aliquot menſes. Ceterum toto hoc tempore Ordines publico ſumtu aluntur.

XIX. *Comparere* autem regulariter ſinguli Status in *perſona* tenentur, niſi quod *Amtſaſſii* in Saxonia, & *Civitates* ubique, per *Deputatos* compareant; Nonnunquam & certa de cauſa ad comparendum compelli poſſunt: Ubi comparuerint, Aulæ Mareſchallum de præſentia certiorem reddunt.

XX. *Jus proponendi* eſt penes DOMINVM T. *Actus Propoſitionis*, poſt peracta ſacra, plerumque Domino, ejusque Familia præſente, ſolenni ritu, qui pro varietate territoriorum variat, ſuſcipitur: *Propoſitio* ipſa vel ab ipſo Principe aperitur, vel a Primario

XVIII. v. HERT. §. 9. THOMAS. ad MONZ. C. V. §. 24. not. p. SECKEND. §. 9. STRUV. §. 11.

XIX. * Qu. An & per procuratorem comparere, vel plane abeſſe poſſint?

v. HERT. §. 10. de S. T. §. 24. HORN. §. 2. STRUV. l. c.

rio ejus Miniſtro, qui ſub ejus perſona argumenta futuræ conſultationis compoſita oratione explicat; *ORDINES* vel per primarium aliquod Membrum, vel per Mareſchallum, vel etiam Syndicum ſuum, gratias pro cura patriæ agendo, ſubmiſſe reſpondent; inde Propoſitio exhibetur.

XXI. Propoſitione peracta, *STATVS* in ſuas *Curias* & *claſſes*, quarum variæ ſunt, deliberatum ſecedunt: Primum quidem ea, quæ *Præliminaria* dicuntur, pertractant, & cumprimis *Gravamina* ſua, ſi quæ habent, ſcripto præliminari exhibent atque medelam a Principe ſibi expetunt: Hic ubi mentem, de tollendis vel non tollendis juſtas ob cauſas, declaraverit, Status de rebus propoſitis deliberant, & cumprimis de certis præſtationibus ad onera publica ſuſtinenda conveniunt, quæ *die Bewilligung* vocantur.

XXII. Modus conſultandi hic eſt: In ſingulis Curiis ſuffragia *viritim*, vincente regulariter *majori parte* minorem, in univerſum *curiatim feruntur*: Hinc *Relationes* neceſſariæ ſunt, primum inter ipſas *Curias*, ut invicem ſententias communicent, dein ad *Principem*, ut quid Curiæ omnes conjunctim, ſi concordent,

XX.-XXII. Qu. An & in cauſis tributorum provincialium majora valeant? v. SECKEND. l. c. §. 8. 12. 13. 14. HVGO §. 32. 34. HERT. §. 10. HORN. §. 5. STRUV. §. 11.

dent, vel ſingulæ ſeorſim, ubi diſcordant, cenſuerint, Principi exponant.

XXIII. Hic ubi ſententiam Ordinum approbat, bene eſt: Sed in caſu diſſenſus vel inter Se & Ordines, vel inter hos, ulterius cum ipſis agit; unde ſæpius res ad duplicas, triplicas, quadruplicas venit, donec concors exeat ſententia. Sed quid, ſi hac ratione diſſenſus tolli non poſſit, ſit faciendum; an ſententia Domini præponderet, an res indeciſa relinquenda? ex diverſa regiminis forma judicandum: Multum hic & prudentia & æquanimitas utrinque valebit.

XXIV. Interdum, ob negotiorum amplitudinem, nonnulla per *Deputatos*, quibus nonnunquam *Principis Commiſſarii* præſunt, ſeorſim expenduntur: Interdum *Deputati* ad ipſum Principem, vel *Conſilium* ejus ſanctius, ablegantur, vel illuc advocantur, ut coram de rebus quibusdam agi poſſit.

XXV. Ex decretis *Receſſus Provincialis* formatur, qui in ſcripturam redactus, Ordinibus ad recognoſcendum traditur, ac in conſeſſu Domini & Ordinum prælegitur, porro ſubſcriptione & ſigillo Domini munitus, tum ipſius Archivo, tum Actis Ordinum, inſeritur, atque adeo rite promulgatus Legis fundamentalis auctoritatem obtinet: His ita per-

XXVI. v. SCHILT. L. IV. T. III. §. 2. HORN. §. 6. STRUV. l. c.

peractis., Status, interdum antigrapho quoque accepto, dimittuntur.

XXVI. Ceterum *Diætæ* vel *univerſales* ſunt, ad quos omnes Status convocantur, quales a Principe ſub auſpiciis regiminis, vel finito conceſſionum tempore, indici ſolent: Vel *Particulares* ſeu *Repræſentatitiæ*, *Ausſchuſs-Tæge*, ubi ſelecti mandatis ceterorum inſtructi conveniunt; quorum Decreta tamen univerſalem auctoritatem habent; quamvis interdum res graviores ad univerſales diætas remitti ſoleant.

XXVII. Præter hos Conventus interdum & alii particulares dantur, qui non totam Provinciam tangunt, ſed vel *Circulos*, vel *ſingulas* Ordinum *claſſes*, *Creyſs-Tæge*, *Ritter-Tæge*, *Stædte-Tæge*: quales interdum libere ex ſpeciali privilegio, vel in caſu neceſſitatis inſtitui ſolent.

XXVIII. Denique in *Civitatibus Imperialibus* quoque ſtatis temporibus Magiſtratus & Cives, publicarum conſultationum cauſa, convenire ſolent, prout cujusque conſtitutio & forma regiminis exigit.

CAP.

XXVII. XXVIII. v. HORN. §. 6. f.

Cap. XII.

DE SENATIBVS ET JVDICIIS IN TERRITORIIS.

§. I.

Collegia, ad jura negotiaque territorialia eo felicius adminiſtranda, in Provinciis ordinata ſunt *Senatus* & *Judicia*.

II. Olim ſummus *Senatus* in omnibus Territoriis fuit ***REGIMEN PROVINCIÆ***, in terris Principum *die Landes-Regierung*, in terris Comitum *die Cantzeley* appellatum, ubi non ſolum res ad *Juſtitiam* & *Politiam*, ſed etiam *ſtatum Imperii* & *Provinciæ publicum*, pertinentes, tractari ſvevere, præſide *Cancellario*, qui plerumque Doctor Juris eſſe debuit: Quod inſtitutum adhuc hodie in Territoriis minoribus ſervari ſolet.

III. At hodie in territoriis majoribus *varii* plerumque *Senatus* dantur, pro varietate negotiorum, variis nominibus inſigniti, variaque poteſtate gaudentes.

IV. Supremus omnium eſſe ſolet ***CONSILIVM STATVS INTIMVM***, quod ab exitu

IV. v. WECK. *Beſchreib. von Dreßd.* P. II. C. II. p. 174. & P. III. T. XX. p. 197. MVLLER *Annal. Sax.* ad d. 24. Jan. 1581. HERT. de *Conſult. LL.* &c. §. 2. GIOV. *Germ. Princ.* L. II. C. I. §. 19. & L. V.

exitu Seculi XVI. in uſu eſſe cœpit, atque negotia publica Imperii & Provinciæ, itemque extera, cum poteſtate quadam in reliquos Senatus, nomine ipſius Principis, qui & ipſe illi præeſſe ſolet, conſtituto licet nonnunquam aliquo ex Senatu negotiorum Directore, dirigit: In minoribus tamen Territoriis adhuc *Regimen* negotia publica curat; licet in Civitatibus Imp. nonnullis analogum quid, quod *den Innern* vel *geheimen Rath* vocant, reperiatur.

V. Reliqua Collegia vel ſtatum militarem reſpiciunt, ut *Conſilium bellicum*, vel eccleſiaſticum, ut *Senatus Eccleſiaſticus* cum *Conſiſtoriis* ſubordinatis: vel civilem, ubi iterum aliis adminiſtratio *juſtitiæ*, aliis rerum *fiſcalium* ſeu *cameralium*, aliis *ærarii* ac *tributorum*, ſimilium que, cura demandata eſt; unde *varii Senatus* exurgunt, quorum ordo & ratio variat.

VI. Cumprimis *JVDICIA*, ſive *Senatus* & *Magiſtratus*, ad juſtitiæ adminiſtrationem conſtituti, conſiderari merentur. Horum alia ſunt *ſumma*, alia *ſubalterna*: alia quoque illorum antiquioribus temporibus ratio fuit, alia recentioribus eſt.

VII.

L. V. I. §. 19. HORN. *J. Publ.* C. XLIV. §. 1. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXX. §. 16.

V. V. EVR. HER. p. 37. 258. 259. HORN. §. 1. 3.

VII. Sub CAROLO M. in Provinciis *Comites* cum *Scabinis* ſuis, qui a Miſſis Regiis cum conſenſu populi eidem adjuncti erant, de ſecularibus controverſiis ſtatuerunt, in locis publicis, qui Staphola & *Malli* dicebantur. His ſuberant *Centenarii*, ſeu *Centgraviones*, qui per Centenas, h. e. certas Pagi ſeu Comitatus partes, diſpoſiti, Jus in minoribus cauſis dicebant: Centenarii munus alicubi explevisſe videtur *Schultetus*, Longobardis *Schulthais* interdum appellatus. De rebus Eccleſiaſticis cognoſcebant *Advocati*, a Rege petendi: Clerici vero Judices habebant *Epiſcopos*.

VIII. At poſteris temporibus hæc valde mutata ſunt, quamvis quædam antiquitatis imago remanſerit Medio quidem ævo miſera fuit judiciorum facies, *duellis* & *diffidationibus*, loco juris & judiciorum, uti inter Status Imp. ita & inter privatos, invaleſcentibus.

IX. Sed firmata magis magisque Procerum poteſtate, & priſtina morum feritate ſenſim mitigata, haud dubie & in Provinciis Judicia conſtituta ſunt, quorum tamen priſtina ratio obſcura eſt. Videntur initio ad exemplum Cæſaris *Judicem Aulicum*, *Hoffrichter*, habuiſſe: graviores vero lites in *Conventibus Juridicis* Ordinum provincialibus agitatæ ſunt.

Aaaaa 2 X.

VII. v. HERT. de *Conſult. LL. & Judic.* §. 16.
VIII. IX. v. HERT. §. 17. 21. HUGO de *Reg. G.* C. IV. §. 36. 37.

X. Seculo XV. & XVI. major cura Judiciis ordinandis in Principum quoque ditionibus adhibita eſt: unde duplicis generis Tribunalia ſumma enata ſunt, *Senatus Aulici* ſive *Cancellariæ*, & *Curiæ* ſeu *Judicia Provincialia*, ad cauſas ſeculares inprimis ſpectantia; ſicut & Judicia Eccleſiaſtica, ſive *Conſiſtoria*, in Proteſtantium æque ac Catholicorum terris, quamvis diverſa ratione, inſtituta ſunt, de quibus jam ſuo loco actum.

XI. *SENATVS AVLICVS*, cui regimen provinciæ, ſi non in totum, ſaltem ex parte, junctum eſſe ſolet, plerumque non ſolum Politiæ & Juſtitiæ adminiſtrationem per provinciam dirigit, ſed & ipſe Juriſdictionem Principis nomine exercet in *Schriftſaſſios* quidem & immediatos in prima inſtantia, in reliquos vero in ſecunda vel ulteriori.

XII. Plerumque a ſententiis ejus in Provinciis nulla provocatio datur, niſi ad Judicia Impe-

XI. XII. * Dic. de *Senatu Appellationum* Dresdenſi, de *Tribunalibus* Berolinenſi, Cellenſi, Wiſmarienſi.

v. HORN. §. 2. EVR. HEB. p. 259. Conf. Dn. STRUBE *Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen.* Sect. I. *Vom Urſprung der hœheren Gerichte in den Teutſchen Fürſtenthümern, Graff und Herrſchaften.* Sect. II. *Was eigentlich Regierungs- und Juſtitz Sachen ſind.* Sect. III *Die der Landes-Fürſtl. Cammergüther und Gerechtſame halber*

Imperii, ubi privilegia de non appellando id non impediunt: Eſt tamen, ubi ſuperiora adhuc *Tribunalia* dantur, ad quæ inde appellatur: ſicut & ubi in una Provincia, inter plures Dominos diviſa, plura Regimina dantur, interdum ad communia Judicia Provincialia provocationes fiunt.

XIII. *CURIAE PROVINCIALES*, cujus Aſſeſſores partim ex Nobilium, partim ex JCtorum ordine plerumque deliguntur, Senatui aulico quidem certa ratione ſubordinatæ eſſe, attamen & concurrentem cum eo Jurisdictionem, vel per totum territorium principale, vel per certas partes, exercere ſolent; ſed quibusdam cauſis interdum exceptis, & ſalva provocatione ad Principem.

her zwiſchen den Aemtern und Unterthanen entſtandene Zwiſtigkeiten und ordentlich von den Juſtitz-Collegiis, *mithin ſowohl von den Hofgerichten als Cantzeleyen zuentſcheiden.* Sect. IV. *Wie ferne Policey-Sachen und die aus Landes-Fürſtl.* Privilegiis *zuentſcheidende Streithendel für die Landes-Regierungen und* Juſtitz-Collegia *gehören?*

XIII. V. HUGO §. 38. HORN. l. c. MELCH. *von* OSSE Teſtament. Cap. XVII. *von dem Hofgericht.* B. BECK. de *Origine Curiar. Provinc.*

* Dic. de Curiis provincialibus Saxonicis.

XIV. Præterea conſtat, jam a Sec. XIII. Regionum Dominos ſæpe vel omnem Jurisdictionem, vel ejus partem, Civitatibus ſuis, aut Nobilibus, imo interdum & plebejis, conceſſiſſe: Unde hodieque varia *Subalterna* in territoriis dantur *Judicia;* qualia ſunt vel Academiarum, vel Vaſallorum, vel Præfecturarum, vel Civitatum, aliaque.

XV. Variant quoque nonnunquam Judicia pro varietate perſonarum & cauſarum: Sic, præter *Eccleſiaſtica* & *Academica*, dantur *Militaria*, *Feudalia*, *Foreſtalia*, *Centena*, *Vogteiæ*; *Curiæ dominicales*, *Dingſtüble*, ad cauſas hubariorum ſive emphyteutarum ſpectantes; *Cenſoria Judicia*, *Rüge-Gerichte*, qualia paſſim quotannis exercentur, ut delicta Domino denuncientur; *Scabinorum Judicia*, *Land-Schöpffen-Gerichte*, qualia in vicis & pagis plerumque Domini jurisdictioni inſerviunt, vel de levioribus cauſis etiam cognoſcunt.

CAP.

XIV. V. HERT. §. 22. STRUV. §. 18.

XV. V. HERT. §. 25. 31. *S. Goth. Ordn. von Beſtell. des Rüggerichte.*

* Dic. de Judicio Noriberg. *dem Zeidler-Gericht.*

CAP. XIII.

DE

VARIIS SPECIALIUM I. R. G. RERVM-PVBL. FIGVRIS, NEC NON MODIS ACQVIRENDI SVPERIORITATEM T.

§. I.

COnſiderata ſunt varia Superioritatis T. aliaque his ſimilia Jura: Jam variæ, quæ ex vario Jura territorialia exercendi, vel acquirendi, modo, nec non diverſo Domini & Statuum ſubditorumve territorialium nexu naſcuntur Specialium Rerump. I. R. G. *FIGVRÆ*, una cum *modis acquirendi* Territorium ac S. T. conſiderandæ ſunt.

II. Nimirum *SPECIALES GERMANIÆ RESPVBLICÆ*, perinde ac aliæ Reſpublicæ liberæ, quarum ſimulacra in illis deprehenduntur, diverſas regiminis formas habent. Primum in *Simplices* & *Compoſitas* diſpeſci poſſunt: *Illæ* ſunt, quæ ex uno tantum Territorio, unoque Regimine territoriali, conſtant; *hæ*, quæ ex pluribus.

III. Deinde vel *Monarchicæ* ſunt, quæ a ſingulis reguntur; vel *Ariſtocraticæ*, ubi Superioritas T. penes Senatum; vel *Democraticæ*, ubi penes Populum eſt: Ad priorem claſſem pertinent Electoratus, Principatus, Comitatus, Epiſcopatus, Prælaturæ; ad poſteriores duas, *Civitates Imp.*

IV. Utriusque generis aliæ iterum ſunt *Regulares* quæ omnia habent jura, ad adminiſtrationem territorii neceſſaria, vel ſaltem ad Superioritatem T. referri ſolita, & ubi tota iſta Superioritas T. penes unam Perſonam, vel unum Concilium eſt: aliæ *Irregulares*, quæ a communi Rerump. natura & forma deflectunt, ita ut Superioritas Terr. per diverſa Subjecta ſit diſtributa, vel ſaltem nonnullis partibus deſtituatur.

V. *Monarchicæ* rurſus vel *abſolutæ* ſunt, ubi Dominus T. libere absque Ordinum Provincialium conſenſu Jura territorialia exercet, quales nonnunquam in *Dominatus* degenerant: vel *limitatæ*, aut *temperatæ*, ubi aliqua etiam, pro diverſitate territorii, vel Capituli, vel Statuum Provincialium auctoritas eſt, quamvis alibi major alibi minor; quales Secularium plurimæ, Eccleſiaſticæ fere omnes ſunt; Imo nonnullæ *mixtarum* plane naturam habere videntur.

VI.

IV. v. SECKEND. *Addit.* ad *Fürſten-St.* §. 19. HERT. de *Spec. R. G. I. Rebusp. earumque div. nom. & figur.* S. II. §. 2.

V. v. SECKEND. l. c. §. 6. HVGO de *Statu Reg. Germ.* C. IV. §. 19. ſqq. RHET. *J. Publ.* L. II. T. III. §. 4. HERT. de S. T. §. 24. de *Conſult. LL.* §. 7. STRVBE de *Orig. Nob. Germ.* Sect. II. §. 8. 10. HORN. *J. Publ.* C. LVIII. §. 11.

* Dic. de *Diſcurſu von Landſtanden.*

VI. Earundem porro, ratione modi acquirendi, aliæ ſunt *Electivæ*, aliæ *Succeſſivæ*: Ad priorem claſſem *Eccleſiaſticæ*, ad poſteriorem *Seculares* potiſſimum pertinent.

VII. *Succeſſivæ* iterum varie differunt: Prima differentia eſt, quod vel *teſtamento*, licet rarius, vel *ab inteſtato* deferantur: Secunda, quod vel *maſculos* tantum, ex legitimo, licet impare, matrimonio genitos, vel ſimul *fœminas*, admittant: Tertia, quod vel *dividuæ* ſint, vel *individuæ*.

VIII. *Individuarum* rurſus variæ dantur ſpecies: Prima, eaque hodie frequentiſſima eſt, ubi *Primogenitus* tantum ſuccedit, poſtgeniti vero certam pecuniæ, aut terræ, portionem, abſque regalibus, accipiunt, & *Apanagiati* inde audiunt; Secunda, ubi regimen ditionis toti Familiæ commune eſt, ſed *Senior* tantum illud adminiſtrat; Tertia, ubi pares gradu *alternis* vicibus præſident; Quarta, ubi *Primogenito* conſtat *ætatis prærogativa*, cæteris tamen a regimine non excluſis.

IX. *Dividuæ* etiam non eodem modo ſe habent: In aliis enim *omnimoda diviſio* locum habet, ita, ut & territorium, & jura territorialia, & emolumenta dividantur; In aliis *Superioritas T.* quoad ſubſtantiam *indiviſa*, adminiſtratio vero, & emolumentorum perceptio, diviſa eſt.

VI. - VIII. v. HERT. §. 3. - 14.

X. In aliis *Superioritas* quoque T. *diviſa* eſt, *exceptis* tamen *nonnullis juribus*, communi nomine exercendis, *Seniore* nonnunquam, ceu *Capite familiæ*, directorium gerente; In aliis quilibet jura territorialia ſeorſim exercet, ſola vero comitialia & circularia communia manent, *Seniore* dirigente; In aliis exercitium S. T. *Seniori* prorſus competit, emolumentis diviſis; In aliis denique adminiſtratio *duobus natu maximis* fratribus conceditur, reliquis, mediante annua aſſignatione, a regimine excluſis.

XI. Nonnunquam & *Condominatus territorialis*, non ſolum ex diviſionibus, ſed etiam pactis, oritur, ubi duo pluresve Domini T. in uno territorio Superioritatem T. exercent: Eſtque vel *univerſalis*, ubi univerſum Territorium ejusque regimen commune eſt; vel *particularis*, qui in certis tantum Territorii partibus ac juribus fundatur.

XII. *Civitates Imp.* olim omnes *Ariſtocratia*, & quidem *hereditaria*, gubernatæ ſunt: ſed

X. v. SECKEND. *Fürſten-St.* C. III. §. 4. HERT. EVR. HER. p. 541. MYLER. de *Princ. Stat.* C. XXIII. §. 2.

XI. * Dic. de Territoriis diverſæ Jurisdictioni obnoxiis in Franconia.

v. R. I. 1576. §. 99. HERT. §. 27. HORN. *J. Publ.* C. LVIII. §. 11. ENGELBR. de *Servit. Jur. Publ.* S. II. §. 1.

ſed plebs opibus & numero ſuperior Nobilium jugum tandem excuſſit; unde Sec. XIV. Ariſtocratiæ, ſive potius Oligarchiæ, hereditariæ, per univerſam fere Germaniam abolitæ ſunt, ut hodie vix ulla, præter Noribergam, hoc nomen tueri queat.

XIII. Plures *Ariſtocratias electitias* hodie reperire licet, quales CAROLVS V., ſublatis Democratiis, in Civitates non paucas reduxit: In his Primores vel ex promiſcua multitudine, vel ex certo civium genere, leguntur; unde Ariſtocratiæ *voti* vel *liberi* ſunt, vel *reſtricti*. Deinde & aliæ ex illis *puræ* ſunt, aliæ *temperatæ*, ſcil. populariter, vel plane *mixtæ*.

XIV. Sed & plures *Democratiæ*, vel *Politiæ*, ſucceſſu temporis, crebris a plebe ſeditionibus excitatis, emerſerunt: Non vero unius generis ſunt; In quibusdam enim Senatus, isque perpetuus præſidet, nec Senatores mutantur, niſi morte, aut turpi facto; in aliis aliter ſe res habet.

XV. *Compoſitarum* Rerumpublicarum quoque varia genera in Germania reperiuntur: (1) *Syſtematicæ*, ubi plures Respublicæ ſub uno tantum capite conjunguntur, licet ſingulæ formam regiminis, & jura ſua, retineant, ac ſeparatas ab invicem rationes habeant.

XVI.

XII. - XIV. V. HERT. §. 22. - 25.

XVI. (2) *Coalitæ*, ſive *Incorporatæ*, ubi diverſa territoria ſub una Superioritate T ita coaluere, ut unum corpus, ſive una Respubl. fiant: Idque vel *plene*, ubi diverſæ ditiones ſub uno regimine ita unitæ ſunt, ut nulla, aut exigua cognoſci queat diverſitas; vel *minus plene*, ubi territorium incorporatum pars quidem ſit alterius Reip. ut tamen nec diverſa bonorum qualitas tollatur, & leges, privilegia, inſtituta, ſubalterna adminiſtrandi ratio, imo ſæpe & titulus, & votum comitiale, territorio incorporato ſalva maneant

XVII. (3) *Feudales*, non jam Imperatori, ſed aliis regionum Dominis beneficiario nexu devinctæ: Denique (4) *Clientelares*, cum Resp. in alterius Reip. clientelam, vel in perpetuum, vel ad certum tempus, inæquali fœdere, conceſſit, ejusque Superioritatem eo niter obſervare tenetur.

XVIII Ex dictis quidem Modi *acquirendi* Territorium ac Superioritatem T. quodammodo intelligi poterunt: ſed Libro ſeqv. de iis ex inſtituto agendi locus erit.

CAP.

XV. XVI. v. ITTER. de F. I. C. VIII. §. 20. - 28. HERT. §. 29. 30. TITIVS L. IV. C. VIII. §. 19. - 25.
XVII. v. HERT. §. 33. 34.

CAP. XIV.

DE MODIS AMITTENDI ET EXTINGVENDI SVPERIORITATEM T.

§. I.

JAm quoque Modi *amittendi & extingvendi* S. T. paucis conſiderandi ſunt. Differt autem *Amiſſio* ab *Extinctione*, quod *illa* Superioritatem T. certo ſubjecto tantum aufert, hæc vero eam plane tollit.

II. *Amittitur* S. T. *morte* naturali, *delicto*, voluntaria *abdicatione*, ſeu *refutatione*, & formali *alienatione*: modo prioribus tribus caſibus ſuperſtes ſucceſſor fuerit.

III. Delictum eſt vel feudale, quod *Feloniam* vocant, quo territorium ſub lege beneficiaria poſſeſſum amittitur; quamvis Juris Longobardici placita de hoc delicto libertati Procerum Germ. hodie vix conveniant, ſaltem caute iis applicanda ſint: vel aliud, ob quod quis in *bannum* Imp. incidit, & ſic omnia jura & bona amittit; vel alias jure & territorio privari poteſt.

IV.

§. II. III. v. ITTER. de F. I. C. XXIV. §. 3. 4. ſqq. HORN. *Jprud.* F. C. 23. J. P. C. LXI. §. 4. TITIVS L. IV. C. VIII. §. 2. 3.

IV. Ad abdicationem quodammodo pertinet *Religionis mutatio*, per quam quis tacite ſaltem conſenſiſſe cenſetur in amiſſionem bonorum eccleſiaſticorum, vi Reſervati eccleſiaſtici, per P. W. ad Proteſtantes quoque extenſi, ſancitam: quamvis hæc magis neceſſaria, quam voluntaria, videatur.

V. *Formalis alienatio eſt*, qua S. T. conſtituta in alium, voluntate prioris poſſeſſoris, transfertur: Fit illa vel *expreſſe*, obſervatis tamen debitis requiſitis, quo etiam ſpectat caſus, ubi ex territorio mediato, conſenſu Domini T. fit immediatum; vel *tacite* per *præſcriptionem*, ubi quis alterius Superioritatem Terr. ab immemoriali tempore uſurpaverit, quod forte rariſſime continget.

VI. *Extinguitur* Superioritas T. *morte, voluntaria abdicatione* & *delicto*, ſi ſcil. ordinarius ſucceſſor non ſuperſit: Siquidem his caſibus territorium vacuum fit, &, ſi feudum ſit, cum dominio directo Imperatoris & Imperii conſolidatur, adeoque Majeſtati Imperiali immediate ſubjicitur; niſi per novam collationem S. T. *reſuſcitetur*.

VII. Deinde extinguitur per *Exemtionem totalem*, qua Status Imp. vel in plenam liberta-

IV. V. TITIUS l. c. §. 4. 5. 6. HORN. C. XLVIII §. 14. C. LXI. §. 4.

VI. v. TIT. §. 8. HERT. de *Sup. T.* §. 94.

VII. v. TIT. §. 9. 16. HORN. *J. P.* C. LXI. §. 4.

bertatem ſe vindicat, vel externo Imperio ſubjicitur: priori caſu S. T. in Majeſtatem convertitur, poſteriori, quantum Superioritatis ſuperſit, ex pactis cum eximente, vel ejus arbitrio, pendet.

VIII. Porro tollitur per *Exemtionem partialem*, quæ iterum vel *minus plena* eſt, qua quis vel qualitatem Status amittit, ſalva Immedietate & Superioritate T.; vel Superioritatem T. ac Immedietatem, ſalva qualitate Status; vel ſaltem qualitatem feudi immediati, ſalvis ceteris: vel *plena*, qua quis una, cum qualitate Status, & immedietatem & S. T. amittit, atque adeo ex Domino T. fit ſubditus, vel Status provincialis; quamvis & hoc caſu jus quoddam territorii ſubalternum locum habere queat.

IX. Exemtio hæc variis modis fit: (1) *Conſenſu expreſſo*, ſi, permittente Imperatore & Imperio, quis alteri ſe ſubjiciat, cujus exempla rariora; (2) *Præſcriptione* immemoriali, conſenſum ſaltem tacitum inferente, quippe quem probat exercitium actuum, qui a parte *eximentis* Superioritatem, a parte *exemti* ſubjectionem arguunt; (3) Ob *delictum* per

VIII. v. VITR. L. II. T. V. §. 8. RYDEN. de *Tit. Nobil.* §. 18. TITIVS §. 10. 11. HORN. C. XLVIII. §. 11. C. LXI. §. 4.

IX. v. R. I. 1548. §. 51. 56. VITR. l. c. TIT. §. 11. HORN. C. XLVIII. §. 11. 12. HERT. §. 95.

per *declarationem* in *bannum*, qua occaſione Civitates Imp. quædam ſubjectæ aliis Statibus, vel in perpetuum, vel usque dum ſumtus executionis reſtituti fuerint.

X. Uti vero Conſtitutio Germaniæ exercendis exemtionibus maxime idonea eſt, ita exempla etiam frequentiſſima occurrunt, adeo, ut magnus Statuum eximentium & exemtorum, *der Ausziehenden, und Ausgezogenen Stænde*, catalogus paſſim inveniatur: Sed juſtitia exemtionum ſæpius dubia eſt, Statibus minoribus, & Fiſcali Imp. pro libertate pugnantibus, Statibus potentioribus ſemel apprehenſos arctius ſibi obſtringere cupientibus; pro exemtione tamen in dubio pronunciandum eſſe nonnullis videtur.

XI. Cum vero multæ nonniſi *facto* & *uſurpatione* nitantur, multæ etiam *ſine onere*, maximo cum Imperii damno, fiant; variæ proditæ ſunt Imp. Conſtitutiones, in quibus de cöercendis illis, & reducendis exemtis, vel ſaltem eorum collectis agitur.

XII. Extinguitur etiam nonnunquam S. T. *Incorporatione*, ſi ſcil. territoria prorſus ſub uno

X. v. LIMN. T. I. L. I. C. VII. n. 37. & Addit. *h.* EVR. HER. p. 992. KVLPIS ad MONZ. C. *II.* §. I. p. 113. §. 12. p. 581. TIT. §. 13. 14. 15.

XI. v. R. I. 1548. §. 53. ſqq. 1570. §. 108. MYLER. de *Stat. I.* C. 102. 103. HORN. §. 12.

XII. v. ITTER. C. VIII. §. 19. ſqq. TIT. §. 16. 18. ſqq. HORN. C. XI. §. 4.

Digitized by Google

uno regimine coaleſcant; ſecus ſi tantum conjunctim adminiſtrentur, ſingulis ſua jura retinentibus: Ceterum Incorporatio vel *tacite* fieri poteſt per *Præſcriptionem immemorialem*; vel *expreſſe*, ad quam alii Cæſaris, alii Comitialem, alii ſolum Domini T. conſenſum, requirunt: Denique S. T. tollitur *totali rei interitu.*

CAP. XV.

DE OBLIGATIONE DOMINORUM TERRITORIALIUM.

§. I.

QUemadmodum Statibus Imp. qua Dominis T. ſua ſunt *Jura*, ita iisdem quoque certa *OBLIGATIO*, erga *Subditos Statusve provinciales*, tam *univerſos*, quam *ſingulos*, incumbit, nunc porro conſideranda.

II. Generatim ad omnia officia, Imperantibus a Jure naturali & divino præſcripta, ipſi quoque obſtricti ſunt; atque adeo omnia facere debent, quæ finis regiminis territorialis, *Salus* nempe *Territorii* exigit, quæ tamen non ex ſola utilitate Domini T., ſed & ſubditorum, metienda: Ita vero ea facere debent, ut ne quid contra LL. Imp., vel Territorii, fundamentales admittatur.

III. Debent itaque *ſecuritatem* ſubditis præſtare, atque adverſus injurias eos protegere, æqualem quoque juſtitiam iis adminiſtrare, nec via facti regulariter, ſed per viam juris, ad exemplum Imperatoris, contra illos procedere, niſi quantum LL. Imp. admittunt: Nec minus a ſævitia, & nimia prægravatione, & onerum impoſitione, abſtinere debent.

IV. Porro *Leges fundamentales* Territorii ſancte iis obſervandæ atque cuſtodiendæ ſunt, nec ab illis, ſub obtentu publicæ ſalutis, invitis ſubditis vel Statibus provincialibus, temere recedendum.

V. Speciatim igitur *Privilegia Cæſarea*, Statibus ſubditisve provincialibus conceſſa, quibus nullum vitium, aut revocatio, opponi poteſt, a Domino T. iisdem ſalva & integra relinquenda ſunt.

VI. Pari religione *Pacta*, cum Subditis & Statibus Provincialibus inita, jurata vel injurata, quæ formam regiminis, libertatemque Sta-

III. v. STRYK. de *Via facti* C. II. GAIL. I. Obſ. 17. HORN. C. LXI. §. 1.

IV. v. J. P. a. V. §. 35. ibi: *ab iisdem, niſi mutuo conſenſu, recedere liceat.* HORN. §. 2.

V. v. J. P. a. X. §. 16. a. XI. §. 8.

VI. v. J. P. a. V. §. 33. a. VII. pr. ibi: *cum ſubditis ſuis conventis pactis.* R. I. §. 171. ZIEGL. de *J. Maj.* L. I. C. I. §. 23.

Statuum & ſubditorum, definiunt, ſervanda ſunt.

VII. Eodem jure cenſenda *Privilegia* a Domino T *univerſis* Statibus ac ſubditis conceſſa; itemque *Litteræ reverſales*, quibus libertati ac juribus Statuum ſubditorumve cautum: quin & illa jura, quæ *uſu* & obſervantia legitima nituntur, præſertim ſi LL. publicis confirmata fuerint.

VIII. Imo nec *ſingulis* etiam ex gratia conceſſa *Privilegia* a bono Principe, ſive concedente, ſive ſucceſſore, facile revocanda ſunt: niſi revocatio reſervata, vel utilitas publica directo lædatur, ita, ut aliter, quam ablatione Juris, ei conſuli nequeat; Idem de ceteris ſubditorum juribus legitime quæſitis cenſendum: Cum hæc omnia a Principe ſub auſpiciis regiminis, generali promiſſione, expreſſa vel tacita, cuilibet firmata videantur.

IX. Denique *fides*, quam nexus feudalis requirit, a Domino quoque Vaſallis ſervanda, nec circa naturam feudorum, citra Vaſal-

VII. v. J. P. a. V. §. 16. ibi: *longo uſu*. a. XIII. §. 4. O. C. 1405. §. Item *ein jeder ſoll ſeiner Unterthanen*, ibi. *læbl. Herkommen und Gebrauche*. ZIEGL. C. XII. §. 13. HORN. l. c.

VIII. v. ZIEGL. L. I. C. I. §. 12 13. 14. MYLER. C. XXXVIII. §. 13. HORN. § 3.

IX. v. HORN. *Jprud. Feud.* C. XVIII. §. 21. *J. Publ.* l. c.

Digitized by Google

lorum conſenſum, temere quid immutandum: id quod ex contractus feudalis indole facile pateſcit.

CAP. XVI.

DE SVBIECTIONE TERRITORIALI.

§. I.

SUperioritati Territoriali reſpondet SVBIECTIO TERRITORIALIS, quæ eſt *qualitas, perſonam obligans ad fidem, obſequium & reverentiam, Domino Territoriali præſtanda.* Hinc SVBDITI appellantur perſonæ, *Domino T., vi ſubjectionis, ad fidem, obſequium & reverentiam obſtrictæ.*

II. Conſtituitur Subjectio Territorialis *mutuo* Domini T. & Subditorum conſtituendorum *conſenſu*: Qui uti ab initio, conſtituta Superioritate T., interveniſſe cenſendus eſt; ita poſtea, ſub conſveto *electionis* vel *ſucceſſionis* titulo utrinque repetitus intelligitur.

III. Speciatim ex parte DOMINI declaratur *conſenſus*, dum Regimen Territorii, per *ſucceſſionem*, vel *electionem*, delatum, verbis

§. I. v. HERT. de *Subject. Terr.* §. 1. 2. 6.
II. v. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. X. §. 2. 3.
III. v. TITIVS §. 4. CARPZ. de *L. Reg.* C. I. & IX. X. COCCEJ. J. P. C. XXIII. §. 37.

verbis factisve ſuſcipit, vel inſuper per *Litteras reverſales* aut *aſſecuratorias* ad jura ſubditorum tuenda ſe obligat: Interdum & *ſacramentum* accedit, quamvis regulariter Status Imp. non *ſubditis*, ſed *Cæſari*, in memoriam priſtinæ conditionis, jurare ſoleant.

IV. Ex parte *ſubditorum* vero conſenſus vel ipſo *jure* præſumitur, dum omnes, qui in Territorio domicilium vel bona habent, Superioritatem ejus, qui legitimo modo Territorium acquiſivit, agnoſcere tenentur: vel *facto* declaratur, ubi quis vel domicilium in Territorio de novo conſtituit, vel bona in eodem acquirit.

V. Utrique modo firmando accedere ſolet *Homagium*, jam a tempore Francorum, intuitu Regum, intuitu Dominorum T. vero a Sec. XIII. frequentatum, quod eſt ſubjectionis, jure vel facto conſtitutæ, jurata declaratio: Hujus modus, & formula, & ſolennia, arbitrio Domini definiuntur, ſalvo tamen jure ſubditorum legitime quæſito.

VI. Præſtare homagium debent non tantum illi, qui *domicilium* in Territorio conſtitue-

IV. v. HERT. §. 12. LAUTERB. de *domicil.* C. VIII. §. 50.

V. v. HERT. §. 13. TIT. §. 5. 6. HORN. §. 4.

VI. * Dic. de diſtinctione, dum aliud *in* Territorio, aliud *de* Territorio eſſe dicitur.

v. TIT. §. 13. 14. HORN. L. 4. VITR. L. III. T. XIX. §. 6. HERT. §. 1. 3. J. P. a. V. §. 9. 11. 24.

tuerunt, ſed etiam, qui *bona* tantum in eo poſſident, cujuscunque ſint conditionis; modo bona revera in Territorio ſita ſint: cum penes Dominum T. ſit, quam legem rerum poſſeſſionibus dicere velit; quamvis interdum illud remittatur: Non vero, qui ad tempus tantum in Territorio commorantur.

VII. Hinc diſtingui ſolet homagium in *perſonale* ſeu *plenum*, quo quis in genere alteri ſe ſubjectum profitetur, & reale, ſeu minus plenum, quo quis, tantum ratione bonorum quorundam, alterius imperium agnoſcit.

VIII. Præſtatur vero homagium plerumque *mature* & *actu corporali a perſonaliter præſentibus*, idque *quoties Dominus mutatus*, in Civitatibus Imp. ſi non omnibus, ſaltem quibusdam, quotannis. Præſtitum pro *ſubjectione* facit *præſumtionem*, &, ſi revera adeſt, eam magis firmat: aliquando etiam *ſubjectionis fundamenta* ponit.

IX. Eſt autem Subjectio Territorialis vel *perſonalis* ſeu *plena*, quæ per omnia reſpondet Superioritati T. atque in illos cadit, qui domicilium in Territorio conſtituerunt: vel *minus plena* ſeu *realis*, quæ certo tantum reſpectu; atque locum habet in perſonis eccleſiaſti-

VII. VIII. v. TIT. §. 8. 16. - 19. B. Dn. de WERNHER. P. 10. *Obſ. For.* 2.

* Hinc intelligitur, quousque valeat vulgatum iſtud: *Aus die Erbhuldigung entſpringet die Landſaſſerey.*

IX. v. HERT. §. 3. HORN. §. 4.

ſiaſticis Territoriorum Catholicorum, nec non Vaſallis, aliisque forenſibus, qui bona quidem in Territorio, non vero domicilium, habent.

X. Equidem præter generale *ſubjectionis* vinculum, plures alii *nexus Speciales*, quibus ſubditi ſuis Dominis obſtringuntur, occurrere poſſunt: quæ uti a ſubjectione recte diſtinguuntur, ita neutiquam huic negandæ allegari, ſed ei potius ſubordinari debent.

XI. Speciatim *nexus feudalis* ſeu *Vaſallagium* a *ſubjectione* quidem differt, in Statuum Vaſallis tamen regulariter cum ea concurrit, adeo, ut *Vaſallus* in Territoriis Statuum etiam pro *ſubdito* habeatur: idque non tantum ſi *domicilium* in Territorio habeat, ſed &, ſi *bona* ſaltem in eo poſſideat; ſecus ſi nec domicilium, nec bona, habeat.

XII. Imo dantur Territoria, * in quibus *plenus Landſaſſiatus* viget, adeo, ut nemo

X.-XII. * Qualia ſunt, præter *Saxonicas* provincias *Auſtria*, *Bavaria*, *Marchia*, terræ *Brunſvicenſes* & *Luneb.* *Haſſia*, aliæque.

** Not. dicta non ſolum de mediatis, ſed & *immediatis*, imo & *Statibus Imp.* vera eſſe, licet de his aliquando dubitatum ſit.

*** Not. *Principibus* ſubjectionem perſonalem interdum remitti.

v. J. P. a. VI. §. 10. R. I. 1548. §. 66. Cap. LEOP. a. XLIV. LYNCKER. de *Lib. Stat. Imp.* Sect. II. §. 2.

Digitized by

poſſit bona immobilia, ſive allodialia, ſive feudalia, poſſidere, niſi qui ſimul, & ratione perſonæ, ſit ſubditus, & ne quidem ſimultanee de feudo inveſtiri, niſi ſimul cum vaſallagio homagium perſonale præſtet. Plane in Saxonia eo usque Landſaſſiatus extenditur, ut Vaſalli forenſes, etiam immediati, *in mere perſonalibus* quoque, in Curiis Domini conveniri queant.

XIII. Deinde alia Subjectio eſt *liberior*, alia *adſtrictior*: Illa plerumque in Nobilibus, hæc in civibus & ruſticis occurrere ſolet.

XIV. Subditi quoque varie diſtinguuntur: (I.) Sunt vel *Landſaſſii*, qui territoria ſubalterna, ſive prædia majora, plerumque cum Jurisdictione, & equeſtri aliave eminentiori dignitate, poſſident; vel non - Landſaſſii, poſſeſſores ſcil. prædiorum minorum in oppidis & pagis.

XV. (II.) Sunt vel *Immediati*, qui, ſine intermedio Domino vel Magiſtratu inferiori, ipſi Domino T. ejusque ſupremis Curiis ſunt ſubjecti; vel *Mediati*, qui jurisdictioni Domini

§. 2. p. 34. SECKEND. *T. Fürſten - St.* Addit. §. 14. HVGO de *Statu Reg. I.* C. IV. §. 26. HERT. §. 3. RHET. ad J. F. I. p. 159. ſq. TITIVS §. 20. - 24. HORN. *Jprud. Feud.* C. V. §. 34. C. XIII. §. 6. *J. Publ.* §. 4.

XIII. v. HERT. §. 4.

XIV. v. SCHILT. de *Landſaſſ.* C. I. HERT. §. I.

mini ſubalterni, v. g. Vaſalli aut Magiſtratus inferioris, ſubſunt, adeoque ad Judicia Domini T. ſuperiora trahi non poſſunt, niſi per appellationem, vel in caſu protractæ aut denegatæ juſtitiæ.

XVI. In Saxonia diſtinguuntur fere hoc Senſu in *Schrifftſaſſios*, qui immediate coram Principe, ejusve curiis Supremis conveniri poſſunt, & Amtſaſſios, qui coram Præfectis conveniuntur: Quæ diſtinctio non tantum ad *bona* refertur, ſed etiam ad qualitatem *perſonæ;* dum alii ratione *muneris* aut *dignitatis* ſunt *immediati* aut *Schrifftſaſſii*, alii minus. Ceterum etiam *Amtſaſſii*, aliique *mediati*, iterum jurisdictione in alios gaudere poſſunt.

XVII. (III.) Alii *Dignitate* gaudent, alii eadem carent. Dignitas vel *eminentior* eſt, vel *inferior: Illa* iterum vel *Eccleſiaſtica* eſt, qua fruuntur Perſonæ tum Simplices, ut Epiſcopi, Abbates & Prælati, tum compoſitæ, ut Collegia Canonicorum & Academiæ: vel *Secularis*, quæ eſt Principum, Comitum & Baronum. *Hæc* vel *Equeſtris* eſt, qua eminent Equites & Nobiles; vel *Academica*, quo pertinent litterati, inprimis gradibus Academicis inſigniti.

Bbbbb 5 XVIII.

XV. XVI. v. HERT. §. 5. SCHILT. C. I. §. 25. HORN. *J. Publ.* C. LXII. §. 1. *Jprud. Feud.* C. IV. ſ. XII. §. 30.
XVII. v. COCCEJ. C. XXXI. §. 1. ſqq.

XVIII. Perſonas *Eccleſiaſticas* in Territoriis Proteſtantium quidem vere pleneque ſubditos eſſe, vel Landſaſſios, ſi bona immobilia poſſideant, nullum eſt dubium: at in terris Catholicorum non, niſi ratione bonorum, Domino Seculari, ex ſuæ religionis, vel potius juris papalis, principiis, ſubjectæ ſunt

XIX. Nec de illis, qui *ſeculari*, eaque *illuſtri*, dignitate gaudent, dubitandum, quin Landſaſſii ſint, ſaltem ratione bonorum in alterius territorio ſitorum, imo in illis terris, ubi plenus Landſaſſiatus viget, etiam ratione perſonæ; ex ratione ſupra allegata, & quod dignitas illuſtris illorum, qui bona in territorio poſſident, juri territoriali fraudi eſſe non debeat.

XX. Imo nec hodie, firmata Superioritate T. multum dubitandum videtur, an & *uxores* & *liberi*, Principum aut Comitum, ſubdito-

XIX. v. §. 6. 9. - 11. conf. *Cap.* LEOP. a. 44. CAR. VI. a. XV. CAR. VII. a. XV. §. 2. HERT. §. 3. LYNCKER. l. c.

XX. v. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XXII. §. 13. 14. HERT. §. C. TITIUS L. IV. C. IX. §. 3. Conf. J. C. SCHOENENS *Rechtl. Bedencken: Ob eines regierenden Fürſten und Landes - Herrn Gemahlin ihres Gemahls Unterthanin ſey?* quod Autor negat. Contrarium tuetur Dn. HELMERSHAUSEN in Diſſ. de *Subject. Territ. Illuſtrium.*

Digitized by Google

ditorum numero cenſendi ſint: cum regulariter habitatio in territorio ſubditum faciat, donec exemtio doceatur, nec ulla ratio idonea appareat, cur illi, qui imperio maritali aut paterno ſunt ſubjecti, non etiam civili conjugis aut patris ſubjecti eſſe queant: Certe, uxorem & liberos Superioritatem non participare, adeoque nec prorſus ejusdem conditionis cum marito aut patre eſſe, in aprico eſt: Quamvis, ob conditionem illuſtrem, arctamque, quæ iis cum Domino T. intercedit, conjunctionem, diſpenſatio facile intercedere queat. Ceterum *Apanagiatorum* eadem eſt ratio.

XXI. (IV.) Alii ſimul *Cives* ſunt, alii tantum *Incolæ:* Hi fiunt domicilii conſtitutione, & diſtinguuntur a Civibus, quod jurium civitatis non æque ſint participes; His etiam annumerantur *Judæi*, quibus hodie paſſim in territoriis Statuum, plerumque ſub conditione cenſus ſolvendi, degere permittitur.

XXII. (V.) In plerisque Territoriis ſubditi dividuntur in *Status Provinciales*, qui jure ſuffragii in Comitiis provincialibus gaudent; & *Non-Status*, ſeu ſubditos ſimplices: Sed de illis jam ſuperius actum.

XXIII. *Jura* Subditorum territorialium ſunt (1) *Libertas Germanica*, quæ & *libertatem* e territorio *emigrandi*, idque vel cum reſi-

XXI. v. HERT. §. 7. 8.

reſignatione juris priſtinæ civitatis, vel hoc retento, & *libertatem religionis*, & *libertatem exteris militandi*, & *libertatem protectionem* quærendi complectitur; quousque ſcil. Legibus Imp. & Provinciæ cujusque conveniens eſt.

XXIV. (2) Jus *expetendi Protectionem* territorialem adverſus concives & exteros, adminiſtrationem æqualem juſtitiæ, privilegiorum conſervationem, officiorum publicorum communionem, ac præ exteris collationem.

XXV. (3) Jus inſiſtendi *LL. fundamentalibus* territorii, conſervandi *Jura Statibus provincialibus* competentia, tum omnibus *communia*, ut jura comitialia, jurisdictio, jus ſubcollectandi, tum *ordinis* cujusque propria, ut Nobilitatis immunitas a collectis, civitatum forma regiminis propria, & præſertim jus eligendi Magiſtratus ex civibus a Principe confirmandos, jus exercendi opificia, mercimonia, braxandi &c.

XXVI. Obligantur denique ſubditi ad *Reverentiam*, *fidem* & *obedientiam* Domino Territ. exhibendam: idque ſecundum modum, Legibus naturalibus, imperialibus & provincialibus, itemque formulæ homagii, convenientem.

XXVII. Deſinit Subjectio territorialis (1) *morte naturali*; (2) *morte civili*, ſeu banno Imperiali aut provinciali, aut relegatione perpetua cum fuſtigatione conjuncta; (3) Voluntaria *emigratione*, cum abdicatione perpetua,

petua, quæ tamen non ſtatim præſumitur, conjuncta; (4) *STATUS mutatione* plenaria, dum quis ex mediato fit Status Imp. immediatus.

Cap. XVII.
DE
JURE PUBLICO NOBILITATIS IMP. IMMEDIATAE.

§. I.

SUpereſt NOBILITAS Imp. IMMEDIATA, cujus Jus publicum ſeparatim ex rationibus, quæ ex ſequentibus patebunt, conſiderare juvabit.

II. *Origo* Nobilitatis Immediatæ licet a nonnullis e terris immediatis derivetur, rectius tamen ab interitu Franconiæ & Sveviæ Ducum arceſſitur.

III. Equidem PHILIPPUS Svevus jam, pecuniæ indigus, plurima prædia Alemanniæ Baronibus & Miniſterialibus obligaverat, atque accepto pretio inſignia jura conceſſerat;

XXIII.-XXVII. v. SECKEND. *Fürſten-St.* C. IV. §. 1. C. LXI. §. 2. HORN. §. 3. 4. 5. 6.

II. v. COCCEJ. *J. Publ. Prud.* C. XXV. §. 5. BESOLD. Diſſ. de *Ord. Equeſtr.* n. 8. HERT. de *Orig. Spec. I. R. G. Rerump.* §. 21.

III. v. CONR. URSPERG. *Chron.* p. 311. HORN. *J. Publ. Prud.* C. XLIX. §. 7.

rat; attamen iſti, extinctis demum cum CONRADINO *Sveviæ* & *Franconiæ* Ducibus, in pleniorem libertatem ſeſe vindicarunt, atque Imperio immediate ſubjecerunt.

IV. Dividuntur igitur hodie Nobiles Immediati in tres claſſes, *Svevicam*, *Franconicam*, & *Rhenanam*; atque hæ iterum in certa *loca*.

V. *Svevica* quidem Nobilitas in *quinque* diſtingvitur loca: (1) *an der Donau*, (2) *im Hegau, Bodenſee und Allgow*, (3) *am Neckar, Schwartzwald und der Ortenau*, (4) *am Kocher*, (5) *Kreichgau*.

VI. *Franconica* in *ſex* loca: (1) *Odenwald*, (2) *Steygerwald*, (3) *Gebürg* (4) *Altmühl* (5) *die Buchenau*, (6) *die Röhn und Werra*.

VII. *Rhenana* denique in *tria* loca: (1) *im Gau und Waſsgau*, (2) *Nieder-Rheinſtrohm*, (3) *Hundesrück*, *Eberswald*, *Wetterau*, *Weſterwald*, *Rheingau*.

VIII. His accenſentur *Nobiles Inferioris Alſatiæ* in tractu ab *Eckersbach* ad ſaltum Hagenovienſem extenſo, qui iisdem olim cum ceteris

IV. v. R. I. *Aug.* d. a. 1500. §. 47. J. F. v. *Lendersheim* de *Jure & Privilegiis Nobil. Liberor.* Th. V.

V.-VII. LIMN. L. VI. C III. BOECLER. l. c. C. II. SCHWED. P. Sp. S. II. C. XVIII. §. 3. 4. STRUV. *C. J. Publ.* Cap XXXII §. 4.

VIII. v. COCCEJ. J. P. C. XXV. §. 8. 9. a LERCH. de *Ord. Equ.* II. 53. HORN. *J. Publ.* C. XLIX. §. 6.

ceteris gaviſi ſunt juribus, certisque legibus iſtis acceſſerunt; licet hodie Gallis ſubjecti ſint.

IX. Quælibet Claſſis ſuum habet Directorem, quilibet locus ſuum Capitaneum *Ober-Haupt-Mann* & *Unterhauptleute;* Univerſale vero Directorium ſingulis annis mutatur, & mutatis vicibus a circulo Svevico, Franconico & Rhenano geritur; quin & ſuos Conſiliarios, Syndicos, Secretarios, Regiſtratores & Scribas habent.

X. *Bona* Nobilitatis Immediatæ ſunt vel *immediata* vel *mediata: Iſta* ab Imp. tenent, eorundemque ratione neminem agnoſcunt ſuperiorem niſi Imperatorem, & ſunt vel *feudalia,* de quibus ab Imperatore inveſtiuntur, vel *allodialia*, qualia olim pleraque fuerunt, poſtea in feudum oblata.

XI. *Mediata* bona vel in Territoriis *clauſis* poſſident, vel in *non clauſis:* in illis ſunt *Landſaſſii,* in his nonniſi *Vaſalli:* qua de re cum Electore Palatino ac Duce Wurtenbergenſi plures controverſiæ enatæ.

XII. *Jura* Nobilitatis Immediatæ ſunt vel *gene-*

IX. v. BURGMEISTER *vom unmittelbaren Reichs-Adel.* p. 555. LIMN. J. P. Lib. VI. C. 3. ibique Addit. STRUV. l. c. §. 5.

X. XI. v. STRUV. l. c. §. 6. & Diſſ. de *Allodiis Imp.* §. 37. 38.

XII. v. SCHWED. *J. Publ. P. Spec.* Sect. 2. C. XVIII. §. 7.

generalia, quæ cum omnibus nobilibus ipſis ſunt communia, & in immunitatibus, honoribus, pœnis eorum temperandis, præſumtionibus, aliisque privilegiis conſiſtunt.

XIII. Vel *Specialia*, quæ illis ut immediatis competunt, atque *Eximia* ſunt & vocantur, variaque Regalia complectuntur, jurium territorialium æmula, quæ & nomine *Regalium*, item *der Obrigkeit*, vel *der Landes-Obrigkeit*, veniunt, per modum privilegiorum ipſis conceſſa, vel per conſvetudinem acquiſita.

XIV. *Superioritas* tamen Territorialis ipſis tribui nequit, licet nonnullis ita viſum fuerit: cum & potioribus territorii juribus deſtituantur, & complura non tanquam ſinguli, ſed ſecundum claſſes, vel loca ſua, exerceant.

XV. Nec *Jure ſuffragii* hodie in Comitiis gaudent: licet olim ad Comitia univerſalia, ubi vel Imp. eligendus, vel leges ferendæ,

§. 7. ſqq. LENDERSHEIM de *Jure & Privil. Nov. Imm.* §. 6.

XIV. v. Diſſ. COCCEJ. de *fund. in Terr. pot.* Tit. I. §. 9. REINKING. L. I. d. 5. C. III. n. 55. STRAVCH. *Diſſ. Exot.* IV. §. 22. RHET. J. P. L. 2. C. I. n. 39. STRUV. l. c. §. 7. Conf. J. H. FELZ. de *Superioritate Nobilitatis Immed.* J. LAVR. SCHMIDII de *Superior. Terr. Nobilium Immed.*

XV. v. SCHILT. J. P. L. I. T. XXII. §. 5. HEERDEN *Grundfeſte* L. V. PFEFFING. VITR. *Ill.* L. IV. T. I. §. 34. HORN. *J. Publ.* §. 7.

dæ, admitterentur; hodieque iterum ad tria vota curiata admitti voluerint.

XVI. Hinc nec inter *Status Imp.* proprie perfecteque ita dictos, ſive ut ſinguli, ſive ut corpus, referuntur: ſiquidem & in Legibus Imp. ſemper ab Imperii Statibus diſtinguuntur, vel ſi quando ſub his comprehenduntur, parentheſi tamen, diſtinctionis gratia, includuntur.

XVII. Ceterum *Titulus* ex privilegio FERDINANDI III. ab Imperatore Directoribus tribuitur *Wohlgebohren und Edel*; illis qui Barones ſimul ſunt, *Wohlgebohren*; reliquis *Edel*. Quod vero *paris dignitatis* cum *Comitibus* non Statibus exiſtimandi ſint, ex Capitulationibus noviſſ. vix probabitur.

XVIII. Quod jam ad *Eximia* iſta Jura, de quibus

XVI. v. R. I. *Worm.* d. a 1564. §. 29. ibi: *ſo nicht Stände des H. Reichs, jedoch dem H. Reich ohn Mittel unterworffen. Capit.* CAROLI VI & VII. a. XI. *Standen des Reichs (die unmittelbare Reichs-Ritterſchafft mit begriffen.)* INSTR. P. art V. §. 28. & art. III. §. 1. BOECLER. l. c. C. II. HORN. l. c. §. 7. TITIUS *J. Publ.* L. III. C. II. §. 19. & C. I. §. 44. qui diſſentit.

XVII. v. LIMN. ad *A. B. Proœm. Obſerv.* 24. SCHWEDER. l. c. §. 11 HORN. J Publ. §. 7. SCHILT. de *Prærog. Comit.*

XVIII. v. J. P. a. V. §. 28. Medit. ad h. l. LENDERSHEIM. de *J. & Priv. Nob. Immed.* §. 17.

Digitized by Google

quibus ſuperius dictum, ſpeciatim attinet, inter eadem primum occupat locum *Jus Sacrorum*, quod, vi Pacis Religioſæ & Weſtphalicæ quidem, ſed ex conventione reliquorum Statuum, ipſis ita competit, ut in terris ſuis immediatis quidem *Jus reformandi*, in mediatis vero bonis tantum *liberum religionis uſum*, ratione perſonæ ſuæ, habeant.

XIX. Cetera jura circa *Secularia* vel in *Corpore* exercent, vel ut *ſinguli*.

XX. In *Corpore* exercent (1) Jus *Fœderum*, quod exemplo fœderis *Svevici*, *Rhenani* & *Heilbrunenſis* conſtat: (2) Jus *mittendi Legatos* non minus ad Imperatorem, quam ad exteros; utrumque non ſolum ſecundum claſſes, ſed etiam loca ſua. Jus *belli* vero & *armandiæ* nullibi ipſis tribuitur.

XXI. (3) Jus *Diætas* inſtituendi, quæ vel *univerſales* ſunt, quando ex omnibus claſſibus conveniunt; vel *particulares*, quæ vel *circulares*, quando unius tantum circuli; vel *locales*, quando unius loci; vel *Deputationum*, quando Deputati & Conſiliarii tantum; vel *omnium Membrorum*, quando omnes conveni-

XX. v. SCHWED. *J. Publ. P. Spec.* S. II. §. 10. LENDERSH. §. 12. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXXII. §. 10.

XXI. v. LENDERSHEIM. l. c. §. 12. (m) STRUV. l. c. §. 10. de BERCKHEIM. de *Comitiis Nobil.*

veniunt: quod jus a FERDINANDO I. a. 1555. conceſſum & a RVDOLPHO II. 1609. confirmatum eſt.

XXII. (4) Jus *Leges* ac *Statuta* condendi, quorum confirmationem a Cæſare petunt: (5) Jus *conſtituendi Senatus*, *Equeſtres* & *Magiſtratus Miniſtrosque*: (6) Jus *Archivi*.

XXIII. (7) Jus *collectandi* tam *publicum*, quod per Directoria & Capitaneatus indicitur, ad ferenda onera publica: quæ inter potiſſimum eſt *Subſidium charitativum*, a temporibus FRIDERICI III. MAXIMILIANI I. & CAROLI V. exigi cœptum, datis tamen deſuper reverſalibus de non præjudicando, ac ſervitiis militaribus abrogatis.

XXIV. Quam *privatum*, ad conſervationem Status & Ordinis Nobilium, pro ſalariis Officialium, ſuſtinendis oneribus militaribus, ad conſtructionem vel refectionem ædificiorum publicorum, ad proceſſus, Legationes, confirmationes privilegiorum, alia-

 que

XXII. v. LENDERSHEIM. l. c. §. 12. (c) HORN. *J. Publ.* C. ult. §. 11. n. 2. HVGO de *Stat. Reg.* C. V. §. f. FRITSCH. de *J. Archivi* C. III. n. 28.

XXIII. v. BVRGMEISTER. p. 42. ſqq. STRUV. §. 11. JO. DAV. KOEHLER. de *Ortu & Progreſſu Subſidii Charitativi Nobilitatis Immediatæ*.

XXIV. v. SCHWED. Sect. II. C. XVIII. §. 11. STRUV. l. c. §. 12. 13. 14. BERCKG. de *Comit. Nobil.* C. 9.

* Dic.

que Nobilitatis commoda; quales collectæ ſubditis pro rata imponuntur, atque *Flecken-Beſchwerden* vocantur.

XXV. Eſt quoque in favorem hujus juris ſtatutum, ne bona Nobilium immed. extra conſortium Equeſtre alienentur, vel ſaltem jus collectandi ordini equeſtri antiquitus quæſitum reſervetur, & ne quisquam, ex ordine Nobilium forte in numerum Statuum cooptatus, ſub hoc prætextu ſe ab hoc onere eximat.

XXVI. An vero de feudis, ab aliis quidem Statibus conceſſis, ſed corpori Nobilitatis Imm. adſcriptis, poſtea quoque, ubi, extinctis Vaſallis, iſta ad Dominos directos redierint, illæ collectæ ad ærarium Nobilitatis adhuc ſolvendæ ſint, non ita expeditum eſt: quamvis Status iſtud negantes usque adhuc obtinuerint.

XXVII.

---

* Dic. de variis controverſiis ſuper jure collectandi Nobil. Imm enatis. An feuda cum onere collectandi Corpori Nobilitatis inſerta cum eodem onere ad Dominos directos redeant?

XXV. V. BURGMEISTER. *Cord. diplom. Nob. Imm.* p. 287. ſqq. STRUV. l. c. § 13.

XXVI. V. FABRI *Staats-Cantzeley* T. VII. C IX. T. VIII. C. X. T. IX. C. VIII. ubi varia de hac controverſia ſcripta.

XXVII. Ex eadem ratione a FERDINANDO II. huic Ordini *Jus retractus*, ratione omnium bonorum & jurium equeſtrium alienatorum contra extraneos ita conceſſum eſt, ut primum alienantis agnatis & cognatis ſecundum gradus prærogativam, deinde cuivis membro loci vel claſſis, denique Corpori competat: quod varie a FERDINANDO III. & *LEOPOLDO* extenſum ac determinatum eſt.

XXVIII. Inter *ſingulorum* privilegia primum ac præcipuum eſt, quod a Principum ac Statuum Imp. *Jurisdictione territoriali* ſint *liberi*, *Imperatori* vero & *Imp. immediate* ſubjecti, licet nulla bona ab Imperio habeant.

XXIX. Hinc æque ac alii immediati vel coram *Judicio aulico*, vel *Camera*, vel *Judicio Rotbweilenſi*, a quo tamen multæ familiæ ſunt exemtæ, conveniri poſſunt, quæ Judicia quoque Tutores ipſis conſtituunt.

XXX. Hodie tamen Directorium cujusque ordinis, vi diplomatis Cæſarei d. 21. Jul. 1688. per modum perpetuæ Commiſſionis Cæſareæ, in confirmatione Tutorum & Curatorum, puncto juramenti, conficiendi inven-

Ccccc 3

XXVII. v. BVRGMEIST. p. 326. ſqq. STRUV. §. 15.

XXVIII. v. SCHWEDER. §. 10. LENDERSHEIM. §. 13.

XXIX. v. LENDERSHEIM. §. 13. SCHWEDER. §. 10.

ventarii, cautionis & redditionis rationum cum judiciis ſupremis concurrit.

XXXI. Gaudent etiam, ſi ab immediatis conveniantur, jure *Auſtrægarum:* cetera nec a judiciis provincialibus Sveviæ & Franconiæ prorſus ſunt immunes, niſi ſpecialiter fuerint exemti.

XXXII. *Appellatio* Franconicæ quidem Nobilitati ſtatim ad ſumma Dicaſteria, Svevicæ vero non niſi ad totius Ordinis Equeſtris Directorium, vel Deputatos, eſt conceſſa.

XXXIII. Denique in oppidis, vicis & pagis aut prædiis ſuis immediatis, ſi quæ habent, ſinguli Nobiles *Juriſdictionem civilem* habent & *criminalem*, jus *recipiendi Judæos*, jus *confirmandi collegia opificum*, jus *fiſci*, jus *collectandi* privatum, jus *foreſti* & *bannum ferinum*, aliaque ex ſpecialibus privilegiis acquiſita.

LIB.

XXXI. v. LENDERSH. l. c. §. 13.

XXXII. v. STRUV. l. c. §. 17.

XXXIII. v. *Cap.* LEOP. a. 27. JOS. a. 26. *Dipl.* LEOP. ſupra cit. HORN. *Jus Publ.* C. ult. §. 2. STRUV. §. 18. Progr. m. de Jure *Foreſti Nobil. Immed.*

Lib. VIII.
DE
JURE STATUUM IMP. PRIVATO VEL QUASI.

Cap. I.
DE
JURE STATUUM PRIVATO VEL QUASI IN GENERE.

§. I.

EXpoſitum eſt *Jus publicum* Electorum, Principum & Statuum Imperii: Jam quoque *JUS* eorundem *PRIVATUM*, vel *quaſi*, exponendum eſt; non ſolum quod in Jurisprudentia privata illud vulgo negligatur, ſed etiam quod reſpectus publici eidem ſæpe innectantur.

II. Utriusque Juris differentia ut rectius intelligatur, duplex, quæ in Statibus Imp. occurrit, perſona, *publica* nimirum & *privata*, probe ſecernenda eſt.

III. Et cum *publica* Principis *perſona* inprimis ex imperio, quo in Republ. gaudet, juribusque inde profluentibus, ac negotiis Reip. nomine gerendis, æſtimanda ſit: patet, Status Imp. *perſonas publicas* eſſe, ubi vel ut imperantes in ſuo *Territorio*, vel ut coimperantes in *Imperio* conſiderantur; atque adeo ad Jus publicum ſpectare omnia jura,

Digitized by Google

quæ, vel intuitu Territorii, vel univerſi Imperii, ipſis competunt; omniaque negotia, quæ alterutrius nomine & cauſa ſuſcipiunt.

IV. Contra *privata* Principis *perſona* ex actionibus, quæ cum privatæ ſortis hominibus, non imperantibus, ipſi ſunt communes, neque directe Rempubl. reſpiciunt: Hinc & Status Imp. ubi ut mariti, patres, pupilli, tutores, domini, teſtatores, heredes, præſcribentes, contrahentes, delinquentes, in judicio litigantes, conſiderantur, privatorum numero cenſendi ſunt.

V. Duo tamen hic notanda ſunt: (1) In his etiam, quæ alias *privati juris* cenſentur, Status Imp. nonnunquam *perſonas publicas* potius, quam privatas, repræſentare, quatenus ea *rationes publicas* attingunt, & vel *Imperium*, vel *Territorium*, ejusque *jura*, reſpiciunt: Unde hoc intuitu tutelæ Principum, modi acquirendi vel amittendi territorium aut jura Status, teſtamenta, ſucceſſiones, contractus Statuum, imo & delicta, intuitu Imperii, vel Territorii, commiſſa, ad *jus publicum* referenda erunt, licet, ob materiæ affinitatem, inter cætera juris privati capita de his etiam agi queat.

VI. (2) Matrimonia Principum ac Statuum Imp. patriam poteſtatem, adoptiones, emancipationes, tutelas, modos acquirendi vel amittendi dominium, donationes, præſcriptiones, teſtamenta, ſucceſſiones, contractus, quatenus *res privatas* ſeu *patrimoniales*, imo

imo & *fiſcales*, concernunt, & quæſtio *dominii* potius, quam imperii, in iis vertitur, ad *jus privatum* quidem pertinere: attamen *reſpectum perſonæ illuſtris* & *imperantis*, nec ab his prorſus excludi poſſe.

VII. Hinc licet Status Imp. in *negotiis privatis* regulariter *communi privatorum jure* utantur, tamen reſpectus publici intercedentes, & inſignis libertas civilis, qua ut perſonæ illuſtres ac imperantes gaudent, ſæpius exceptiones a regula operantur, ut adeo ſaltem leges humanæ, cumprimis Romanæ, Canonicæ, Longobardicæ, indiſtincte ad eadem applicari nequeant.

VIII. Cumprimis in hujusmodi negotiis ea, quæ ad *ſubſtantiam actus* pertinent, ab *externis* ejus *ſolennibus* probe ſecernenda ſunt: cum hæc plerumque tantum inventa ſint, ne ſubditi actiones, prout velint, inſtituant, nec quidquam majoris momenti propria auctoritate perficiant; quæ ratio cum in iis, qui ipſi ſunt perſonæ publicæ & imperantes, ceſſet, iidem ad hujusmodi ſolennia ſcrupuloſius obſervanda haud adſtringendi videntur.

IX. Et licet Status Imp. quatenus de juribus ſuis publicis vel privatis in *Judiciis* Imp. *litigant*, non ſolum *privatorum*, ſed adeo *ſubditorum* loco habendi videantur: tamen neque ſic ut *meri ſubditi* tractari poſſunt, quod reſpectus conditionis illuſtris & inſignis libertatis civilis ubique iis adhæreat.

X. Hinc, ex veriori ſententia, etiam in *Judiciis Imp.* in cauſis Statuum Imp. magis ea, quæ ad *ſubſtantiam actus* pertinent, quam *externa ſolennia*, attendenda forent, nec, ſi illa recte ſe habeant, in his omnes juris civilis apices rigoroſius requirendi; inprimis, quod leges extraneæ non niſi ſalvis Status publici rationibus, & moribus Germaniæ, receptæ ſint, & penes Status Imp. ſit definire, quousque eas in ſuis territoriis valere velint: ſed cum veritas hujus ſententiæ nondum ab omnibus agnoſcatur, nec libertas Statuum, uti

I. - X. v. VITR. L. III. T. XX. §. ſqq. COCCEJ. *J. P.* C. XXIX. §. 2. ubi, *Status I. non teneri ſolennibus juris*, docet, *niſi cauſa ſit cum extraneo, qui ſubditus non eſt, vel effectus negotii extra territorii fines quoque extendatur.* TITIUS *J. Publ.* L. I. C. I. §. 45. - 64. *J. Priv.* L. VI. C. XIII. §. 11. *Reſp. Argentor.* ap. KULPIS. de *Adopt.* & *Emanc.* §. 47. ibique verba: *Dieſes iſt gewiß, daß auch zu Zeiten des Kayſers* Juſtiniani *man in dergleichen* actibus voluntariæ Jurisdictionis *nicht allezeit ſo genau auf die euſſerliche* Solennitæten *geſehen, noch die Wort* captiret, *ſondern auf das, was gemeinet, und allerſeits verhandelt worden &c. Dannenhero um ſoviel weniger zu zweiffeln, daß dergleichen heut zu tage auch nicht mehr ſo* curioſe *und* ſolenniter, *wie* tempore Juſtiniani & anter. Imp. *verhandelt, noch darauf, ſondern vielmehr auf das Werck ſelbſten geſehen werde &c.*

uti par eſt, vulgo æſtimetur; forte tutius fuerit, vulgaribus opinionibus hac in parte tantiſper obſecundare.

CAP. II.

DE JVRE CONNVBIORVM ILLVSTRIVM.

§. I.

INter Juris privati capita primum occurrunt *CONNVBIA* ſive *MATRIMONIA* Principum aliorumve illuſtrium? circa quæ licet non niſi ea, quæ Jure naturali ac divino præcepta, vel pactis publicis conſtituta ſunt, neceſſario ſint attendenda; tamen, ex regulis decori, ſæpe etiam inſtituta humana, & leges privatæ, ſed non niſi ex arbitrio ipſorum, attendi ſolent.

II. Solent quoque inter Illuſtres *Sponſalia* nuptias præcedere: Quæ licet plerumque non ſine ſolennitate, decori gratia, celebrentur: nihil tamen impedit, quo minus & abſque ſolennibus, & abſque teſtibus, etiam inter

§. I. LEIBN. *Cod. J. G. Dipl.* n. CXLIV. p. 364. TEXTVS *J. Publ.* L. IV. C. IX. §. 4. Dn. GRIBN. de *Praj. Princ. J. ex abuſu I. Juſtin.* C. I. §. 8.

II. v. Per Ill. Dn. de BERGER. Diſp. de *Matrim. illuſtr.* C. II. §. I. - §. 8. STAYK. de *Liberis natur. Princ.* C. I. n. 24. ſqq. qui circa hierologiam diſſentit.

ter abſentes, per litteras, vel per procuratorem, valide contrahantur.

III. Nec trina *proclamatione* circa Illuſtrium matrimonia opus eſt: licet *hierologia* & nuptiarum ſolennibus, ex regulis decori, uti ſoleant: Ceterum nonnunquam a legato nomine Domini connubium cum ſponſa per conſcenſionem thalami conſummatur.

IV. *Conſenſus* utriusque contrahentis æque inter illuſtres, ac privatos, neceſſarius eſt: Idemque & liberrimus, & ſufficienter declaratus eſſe, omnibusque juris naturalis requiſitis gaudere debet.

V. Inſignis autem libertas eſt Imp. Principum ac Statuum, quod IMPERATORIS *conſenſu* opus non ſit, etiamſi exteram ducant: Annon vero *Fœmina illuſtris*, in feudum regale ſuccedens, *Cæſaris & Statuum Provincialium* conſenſum adhibere debeat? forte magis dubium; regulariter ſaltem negandum videtur: Eſt tamen, ubi & Status provinciales in nuptias Principis regentis conſentire præſumunt.

VI.

IV. v. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XXI. §. 7. 8. DULSECK. de *Matrim. Perſ. illuſtr.* P. I. Qu. 3.

V. v. MYLER. de *Princ. & Stat.* C. 31. L. B. a LYNCKER. de *Lib. Stat.* S. II. §. 4. Dn. de BERG. C. III. §. 7. ſq. RHET. §. 1. 20. TITIUS L. IV. C. IX. §. 5. SCHILT. §. 1. 2.

VI. Sed *Parentum conſenſus*, quatenus Jure naturali requiritur, nec ab Illuſtribus negligendus: An vero neglectus invalidum reddat matrimonium, dictu difficile; forte vi imperii, quod Principi in liberos competit, iſtud infirmari poſſe, vix dubitandum.

VII. Ceterum libertas ineundi matrimonia liberis merito relinquitur: Unde, *an Parentes illuſtres ſub certa conditione, vel pœna, liberis matrimonia certa injungere, aut eadem in totum vel ex parte probibere poſſint?* facile intelligitur. Licet etiam *impuberum deſponſationes* prorſus illicitæ non ſint, tamen nec inter Illuſtres valent, niſi fides data ab adultis libere firmetur.

VIII. Quodſi Evangelici beneficia poſſident, quæ conditionem cœlibatus adjunctam habent, an ſalvo beneficio matrimonia inire poſſint; ſpeciatim an Abbatiſſæ Evangelicæ, ſalvo Abbatiæ Jure, idem liceat; etſi dubiis non caret, multis tamen affirmandum videtur; quod ſtatuta talia non obligent, niſi quatenus Aug. Confeſſioni haud contrariantur.

VI. VII. v. RHET. §. 2. 3. 4. 7. SCHILT. §. 3. L. B. de LYNCKER. de *Libert. Stat.* p. 40. ed. fol. Dn. de BERG. l. c. §. 6. C. III. §. 22 ſqq. DVLS. Qu. 5. 6. 7. LVDOLFF. de *J. Fam. ill.* S. I. §. 19.

VIII. v. I. P. a. V. §. 16. THVLEMARII aliorumque RESP. in FABRI *Staats-Cantzley* T. II. p. 88. ſqq. STRYK. de *J. Pap. Princ. Ev.* C. V. p. 11.

IX. *Gradus* quoque jure divino univerſali prohibiti Illuſtribus utique obſervandi ſunt: Ceteris jure humano prohibitis non tenentur, neque adeo diſpenſatione opus habent, licet inter Catholicos eam Pontifex ſibi arroget; conſilium tamen Theologorum & JCtorum adhibere utique expediet.

X. Porro an Princeps nobilem aut plebejam ducere queat, adeo, ut & conjux, & liberi, ejusdem dignitatis fiant participes? dubitari ſolet: Sed nonnullis vix amplius dubitandum videtur, moribus Germanorum hodie cum legibus Romanis hac in parte conſpirantibus; niſi pacto aliud ſtatutum. Quamvis alii exiſtiment, moris eſſe & obſervantiæ

IX. v. RHET. §. 5. 6. Dn. de BERG. C. III. §. 2. 5. SCHILT. §. 4. DULS. Qu. 6.

X. v. *Lib. 10. C. de Nupt.* L. 10. *D. de Statu hom.* L. 8. de *Senat. Nov. 18. §. ſi quis a liber.* Nov. 105. c. 2, 117. L. 13. C. de *Dignit. Spec. Sax.* L. III. a. 45. *das Weib iſt ihres Mannes Genoſſin aller Ehren und Würden, die der Mann hat.* MYLER. *Gamol.* C. V. §. 16. RHET. §. 9. T. XXII. §. 3. Dn. de BERG. C. III. §. 14. ſqq. 30. ſq. COCCEJ. C. XXIIX. §. 2. SCHILT. §. 6. HORN. *Jurisprud. Feud.* C. VI. §. 11: 16. DULS. Qu. 2. P. II. Qu. 5. Diſſent. Dn. LUDOLFF. de *J. Fam. ill.* S. I. §. 3. 4. 8. 9. ubi diſtingvit inter nobilitatem ſuperiorem & inferiorem. It. STRUV. *C. J. F.* Cap. XXXI. §. 30.

tiæ continuæ inter Germaniæ Illuſtres, ut fœmina plebeia vel nobilis nubens Principi priſtinam retineat qualitatem, niſi a Cæſare, qui ſolus eſt fons dignitatum in Germania, in majorem evecta fuerit dignitatem. Quin & hoc moribus noſtris convenit, ut, ſi Princeps fœmina nobili nubat, dignitatem avitam retineat.

XI. Uſu tamen receptum eſt inter Principes genus matrimonii, quod *ad Morganaticam* vocant, quodque inter perſonas imparis conditionis contrahitur, hac lege, ut uxor & liberi certa portione aſſignata ſint contenti, neque ad dignitatem ac ditionem mariti & patris adſpirent.

XII. Hujusmodi pactum ut utilitate non caret, ita licitum eſſe, dubitari nequit: Idem uti ab arbitrio Principis prorſus dependet, ita ab eodem haud dubie mutari poteſt; niſi forte Agnatorum conſenſu initum ſit, quo caſu & horum conſenſu ad mutationem opus erit.

XIII.

XI. v. II. F. 19. MYLER. C. VI. n. §. RHET. T. XXI. §. 10. ſqq. ubi exempla. SCHILT. §. 7. HORN. *Jpr. F.* C. VI. §. 1. ſqq. BOEHM. *J. Eccl.* L. III. T. II. §. 3. DVLS. P. II. Q. 1.

XIII. v. Supra L. VII. C. XVII. Conf. TITIVS L. V. C. VIII. §. 7. ubi, vulgarem regulam; quod *uxor ſequatur forum mariti*, in nulla foemina, Marito, imperio gaudenti, nupta, obtinere, docet. Diſſ. DVLS. Qu. 5.

XIII. Quemadmodum vero Principi in uxorem etiam paris dignitatis *imperium maritale* haud dubie competit: ita nulla apparet ratio, cur non & *jurisdictio* eidem, ut Domino T. in eam competere poſſit, ut ſupra traditum.

XIV. *Jura* conjugum illuſtrium in *bona* plerumque ſpecialibus conventionibus definiuntur: his deficientibus, Jura cujusque provinciæ locum habebunt, quippe quæ nec maritus illuſtris, dum ei lucrum afferunt, averſabitur; unde & uſum fructum habebit in bonis uxoris, iis in locis, ubi ille alias receptus eſt: Quod ſi vero hoc jure ſe uti nolle, valide declaraverit, ex communibus æquitatis regulis pronunciandum erit.

XV. Ceterum uti antiquiſſimo Germaniæ uſu longe plus interfuit inter nuptias conſenſu initas, & concubitu perfectas, quam Jure Romano: ita jura & lucra nuptialia, quæ non ex Jure Rom., ſed moribus Germ. præſertim inter Illuſtres, orta ſunt, non incipiunt, niſi a concubitu.

XVI.

XIV. v. TITIUS §. 6. Dn. de PONIKAU Diſp. de *Condit. Stat. Priv.* §. 13.

XV. v. *Spec. Sax.* L. III. a. 45. ibi: *Sie iſt ſeine Genoſſin, wenn ſie in ſein Bette tritt.* COCCEJ. C. XXVIII. §. 20. 21.

XVI. *Solvi* matrimonium inter Illuſtres quoque ex iisdem cauſis, ex quibus inter privatos, nullum eſt dubium: An & ob impotentiam, vel ſterilitatem? dubitant: Certe ob antecedentem, matrimonium nullius loco habendum; ob ſupervenientem non, niſi ex malitia contracta ſit.

XVII. Quisnam vero ſit *Judex in cauſis matrimonialibus inter Conjuges illuſtres?* ſuperius in Cap. de Judiciis Imp. expoſitum eſt.

CAP. III.

DE JURIBVS FOEMINARVM ILLVSTRIVM.

§. I.

FOeminæ licet regulariter utantur juribus maſculorum, dantur tamen & jura nonnulla fœminis propria: Pariter *FOEMINÆ ILLVSTRES*, quorum numero & AVGVSTA cenſenda, ordinarie quidem utuntur communibus fœminarum juribus, & legibus humanis ſubſunt, ſed quantum illuſtrior earum

XVI. v. Dn. de BERG. *Oec. J.* L. I. T. III. §. 8. n. 3. DVLS. P. II. Qu. 48.

§. I. v. BHETZ. C. XXII. §. 12. TITIVS L. V. C. VII. §. 2. 3. LVDOLFF. de *Jur. Fœm. illuſtr.* S. I. §. 1. ſqq.

rum conditio admittit, ac de alia Maritorum voluntate non conſtat; quippe quarum utraque efficit, ut peculiaribus etiam quibusdam juribus gaudeant.

II. Et primum quidem prærogativa ipſarum cernitur in *Dignitate* illuſtri, a Patre, vel Marito illuſtri in eas derivata, ut modo traditum: Hinc & titulorum & præcedentiæ honore, æque ac ſplendidiore miniſterio, uti Auguſta a ceteris fœminis illuſtribus, ita hæ ab inferioris ordinis fœminis, diſtinguuntur; quamvis in actibus publicis potiores ſint maſculorum partes.

III. De *Tutela* Fœminarum illuſtrium paulo poſt dicendum: Hic an *Curatore* opus habeant, diſpiciendum: Quæ regalia adminiſtrant, vel terras poſſident alicujus momenti, ut propterea Conſulentibus inſtructas eſſe oporteat, eo non opus habere videntur, quod Conſiliarii ſint loco Curatorum; quæ Conſiliariis deſtituuntur, opus habent, ubi curatela recepta, ut in Saxonia; ubi ſolum jus Juſtinianeum viget, etiam ſine Curatore omnia valide peragent. Sed nec in integrum reſtituuntur, niſi ut minores.

IV.

II. V. RHETZ. l. c. conf. *Cap. prec.* §. II.

III. V. CARPZ. P. II. Conſt. XV. d. 9. *Dec.* III. poſ. 5. de *Jurib. fœmin.* n. 14. ſqq. LYNCKER. *de his, quæ perp. lib. Stat.* M. I. §. 7. p. 60. 61. LUDOLFF. §. I. §. 25. HORN.

IV. In modis acquirendi, præſcriptionibus, donationibus, teſtamentis, ſucceſſionibus, contractibus, actionibus judicialibus, eædem utentur jure communi, niſi a ſolennibus, diſpenſatione maritali, vel privilegio, liberentur: Certe ſunt, qui, privilegia Auguſtæ in Jure Rom. tributa, etiam hodie ad Auguſtas, & ad ejus exemplum, pro re nata, ad Statuum Imp. Uxores, applicanda cenſent; Quæ vero, ob fragile judicium, fœminis conceduntur, privilegia, an conditio illuſtrior admittat; dubium.

V. Cumprimis intuitu matrimonii Fœminis illuſtribus varia competunt jura, quæ, quatenus a communi Jure recedunt, ex *pactis* proveniunt: Hæc ſi deficiant, ea debebuntur, quæ ex more regionis ac familiæ præſtari ſolent.

VI. Speciatim (1) *Dos* Filiabus illuſtribus e territorio debetur, non a Parente ſolum, ſed

IV. v. RHETZ. §. 8. TITIUS §. 4.-6. STRYK. *Uſ. mod.* ad *SCt. Vell.* §. 7. LYNCKER. l. c. LUDOLFF. S. II. M. I.

V. * Dic. de *Pactis dotalibus*, quæ vel tenuia, vel mediocria, vel pingvia eſſe ſolent.

v. LUDOLFF. S. II. M. II. §. 3.

VI. v. SPRINGSF. de *Apanag.* C. XII. n. 31. ſqq. SECKEND. *Fürſt-St.* P. II. C. VII. §. 30. STRYK. *Uſ. mod. Pand.* de *Jur. dot.* §. 9. COCCEJ. C. XXVIII. §. 1.-3. ITTER. de F. Imp. C. XVIII. §. 11.

ſed quovis ſucceſſore, conſtituenda, & vel ex camera, vel ex collectis, ubi receptæ ſunt, ſolvenda: & quidem in pecunia, marito numeranda, cujus quantitas ex more Familiarum determinatur: Debetur quoque Apanagiatorum filiabus, niſi alia lex dicta ſit; quin & naturalibus a patre agnitis.

VII. Præter dotem filiabus etiam (2) *veſtes ornamentaque* condigna, *currus* & *equos*, aliaque præſtari ex facultatibus parentis aut ſucceſſoris, conſvetudo eſt Familiarum Illuſtrium: Idque vocatur *die Ausſteuer*, & hodie ſæpius in pecunia numerata conſiſtit, qua dotem interdum auget uxor, ut tanto pingviori fruatur dotalitio, interdum paraphernalium loco habet; quamvis ſi etiam dos ea fuerit aucta, pactis tamen plerumque libera de illa ſumma ei diſpoſitio reſervetur.

VIII. (3) *Donatio propter nuptias* a Sponſo doti plerumque æqualis conſtituitur, &, dote aucta, augetur; non vero traditur, nec fructus ex ea acquirit uxor, niſi pacto aliter cautum fuerit, ſed re tradita, dominium civile pro ſecuritate dotis, promiſſa vero, jus hypothecæ, non prælationis, quod tantum doti competit.

IX.

§. n. TIT. *J. Publ.* L. IV. C. IV. §. 36. LVDOLFF. §. 5. n. (1).

VII. v. LVDOLFF. l. c. n. (2).

VIII. v. COCCEJ. §. 4. LUDOLFF. l. c. n. (4).

IX. Soluto matrimonio, *Donatio propter nuptias* marito, *dos* uxori redditur, etiam ex feudo, modo in rem feudi verſa ſit, quod in dubio præſumitur: niſi hæc jura pactis, dotalitii conſtitutione, vel alias mutentur: Si vero vidua ex pacto lucretur donationem propter nuptias, maritus ſuperſtes quoque dotem retinebit.

X. Porro (4) *Morgengaba* uxori illuſtri, non ſolum virgini, ſed etiam viduæ nuptæ, primi concubitus cauſa, dari ſvevit, in certa pecunia, ex arbitrio mariti definienda, conſiſtens, cujus uſuræ duplices interdum dotalitio adjunguntur, a die conſummati matrimonii capiendæ, plerumque vero ipſa ſors traditur, & liberrimæ uxoris diſpoſitioni relinquitur: Differre autem eam a *ſponſalitia largitate*, facile intelligitur.

XI. Sed & (5) *Alimenta* uxori illuſtri, durante matrimonio debentur, quæ maximam partem conſiſtunt in certa pecuniæ ſumma, ſingulis anni quadrantibus ad quotidianos vitæ uſus ei, juſſu Principis, erogari ſolita.

XII. Denique (6) *Dotalitium* quoque inter

IX. v. COCCEJ. §. 2. 5.

X. v. MYLER. C. 16. RHET. L. I. T. XXIII. §. 17. ſqq. COCCEJ. §. 6. LVDOLFF. n. (5). p. 170. ſqq. DVLS. p. 61. ſqq.

XI. v. Dn. de BERGER de *Matrim. ill.* C. III. §. 27.

XII. v. COCCEJ. §. 10. LVDOLFF. n. (4).

Illuſtres invaluit, quod eſt uſusfructus uxori, viduitatis tuendæ cauſa, in particula territorii ita conſtitutus, ut reditus annui, inde percipiendi, ſummam uſurarum duplicis dotis & donationis propter nuptias explcant.

XIII. *Origo* ejus antiquis Germaniæ inſtitutis potiſſimum debetur, quantitas vero & qualitas hodierna coaluiſſe videtur ex dote Germanorum & Romanorum, quarum illa uxori a marito, hæc marito ab uxore, & huic viciſſim donatio p. n constituenda fuit. Cum vero utraque, ſoluto matrimonio, ad viduam pertineret, placuit, utriusque loco, reditus uſuris utriusque æquales, ei aſſignare; unde uſuræ duplicatæ: Sed cum neque hæ ad dignitatem tuendam ſufficere viderentur, placuit, duplicis quoque donationis p. n. uſuras addere; quod moris eſſet, marito dotem retinente, uxori donationem p. n. relinquere: unde uſuræ quadruplices enatæ.

XIV. Conſtitui poteſt Dotalitium in rebus omnibus, unde fructus percipi poſſunt; Regulariter in *particulis Territorii*, ſive feudalis, ſive allodialis, earumque fructibus & reditibus, etiam publicis, conſtitui ſolet; non autem facile in rebus mobilibus aut pecunia, niſi

XIII. V. JUL. CAES. de B. GALL. L. VI. C. 19. MYLER. *Gamol.* C. X. §. 3. SCHILT. *Prax. I. R. Ex.* XXXVI. §. 68. ſqq. COCCEJ. l. c.

XIV. V. COCCEJ. §. 11. 23. LUD. p. 169. 170. ſq. 178.

niſi viduæ optio ſit relicta: *Quantitas* regulariter ad uſuras dotis & donationis p. n. duplicatas, veluti menſuram, exigi ſolet.

XV. Conſtituit *Poſſeſſor Territorii*, ſive ſit ipſe Maritus, ſive Agnatus ſucceſſor, ſive Dominus feudi, ſive Primogenitus intuitu Apanagiatorum: nec opus eſt conſenſu Imperatoris.

XVI. A *Marito*, eoque vivo, conſtitutum ſimpliciter valebit, dote licet nulla, vel illata, vel probata: Sed ſi tantum promiſſum ſit, non niſi heres ad conſtituendum obligabitur: Idem, ſi ultra modum ſolitum, & lautioribus conditionibus quam rationes Territorii ferunt, conſtitutum ſit.

XVII. Succeſſor *Agnatus*, æque ac *Dominus*, ſi feudum ei aperiatur, non tenentur ad conſtituendum dotalitium, niſi promiſſo conſenſerint, vel dotis illatio, licet non verſio in rem feudi, probata fuerit, modo, non verſam eſſe, probari nequeat; optionem tamen hoc caſu habent, dotalitium conſtituere, an dotem cum donatione propter nuptias reddere velint. Quodſi jam rite conſtitutum ſit, dote illata, etiam ſine ipſorum conſenſu valebit; quia eſt onus territorii.

XVIII. Pari ratione *Primogenitus* uxoribus *Apanagiatorum* illud conſtituit, modo Apanagium ſit proprie dictum, & dos territorio inferatur, quippe quam hoc caſu Territorii Dominus lucratur, vel de ea utiliter collocanda diſponit: Secus in Apanagiis impropriis, vel Paragiis.

Digitized by Google

XIX. *Vidua*, poſt mortem mariti, eligere poteſt dotalitium, vel dotem; niſi poſt mortem mariti illud acceptaverit, vel, vivo eodem, optioni renunciaverit, vel, dotalitio nondum conſtituto, Succeſſor optione uti velit: Ceterum hoc tantum valet, ſi non ſolum dos illata, ſed & matrimonium concubitu conſummatum fuerit.

XX. Electo dotalitio, dotis actio extingvitur, & dos abſorberi dicitur, niſi pactis aliter cautum ſit: Si ante optionem moriatur vidua, expirat illa, ſed dotem tamen heredes ejus repetere poſſunt. Conſtitutum dotalitium, mortuo marito, actione confesſoria, conſtituendum condictione ex pacto vel moribus, petitur.

XXI Conſtituti dotalitii poſſeſſio quidem ſtatim apprehendi ſolet, ſed nonniſi eventualis: Interim nec hypothecæ, nec prælationis jus in eo competit, niſi quatenus dos per illud abſorpta cenſetur; quamvis prius ipſi in donatione p. n. poſterius etiam in dote, vel ejus fructibus, prout uſu loci vel pactis id definitum eſt, ſalvum maneat.

XXII. Acquirit vero Vidua dotalitium conſtitutum a tempore mortis, idque cum fructibus

XXII. * Qu. An & homagium a ſubditis præſtandum? An jurisdictio, venationes, vectigalia, metalli fodinæ, lapidicinæ &c. ad dotalitium pertineant?

ctibus pendentibus: ſed non apprehendit, niſi trigeſimo die lapſo, percipitque omnes ex eo reditus, uſibus Principis deſtinatos, niſi quidam excepti ſint; non tamen ut Domina, ſed uſufructuaria, quamvis cavere non ſoleat.

XXIII. *Tollitur* Dotalitium cum in genere illis modis, quibus uſusfructus extingvitur, quamvis illi forte inter illuſtres rariores fuerint, tum in ſpecie renunciatione, aut electione dotis, delictis in maritum admiſſis gravioribus, an & proſcriptione mariti? non videtur, denique ſecundis nuptiis, niſi aliud receptum, vel cautum, quo caſu tamen dotem repetet.

CAP. IV.

DE JURIBUS LIBERORUM, PATRIA POTESTATE, ADOPTIONIBUS ET EMANCIPATIONIBUS ILLUSTRIUM.

§. I.

LIBERI Illuſtrium, cum ex veriori ſententia, hodie ſubjectorum, licet eminen-

 tiorum

XV. - XXIII. v. MYLER. *Gamol.* C. XIII. COCCEJ. §. 12 - 28 LUDOLFF. p. 169. - 180. DULS. P. I. Qu. 8 p. 26. Conf. Dn. ESTOR. Diſſ. *An Dotalitium ceſſet propter ſecundas nuptias?*

tiorum, numero cenſeantur, regulariter quoque communi privatorum jure utuntur, quoad illuſtrior ipſorum & Parentum conditio admittit.

II. Differunt quoque *legitimi* & *naturales*, prout ex matrimonio ſecundum leges & mores patriæ contracto, vel non, ſunt nati. *Illi* cum iterum vel ex matrimonio æquali & ſolenni, vel inæquali ad morganaticam geniti eſſe poſſint; priores haud dubie paternæ dignitatis participes fiunt, & jus ſuccedendi in Territorio habent; poſteriores vero non, niſi quousque Patri placuerit.

III. *His* (naturalibus) licet nulla ex nativitate macula adhæreat, tamen, ut legitimis æquales cenſeantur, *legitimatione* opus eſt: Quæ ubi per ſubſequens matrimonium fit, haud dubie omnia & dignitatis & ſucceſſionis jura largitur; ſi vero per *Reſcriptum*, non, niſi quoad jus ſuccedendi conſentiant, quorum intereſt.

IV. Licet autem, quoad effectus exiſtimationis, declaratio Domini T. ſufficere poſſit, tamen

§. I. - IV. V. MULER. *Gamol.* C. 6. THUAN. de *vita ſua* L. 2. VITR. L. III. T. II. §. 13. ITTER. de F. I. C. XIV. §. 1. 5. 6. 7. 8. STRYK. de *Lib. nat. Princ.* C. II. §. 7. 61. Dn. de BERGER de *Matr. illuſtr.* C. V. §. 1. ſqq. HERT. de *Spec. R. G. I. Rebusp.* S. II. §. 5. TITIUS *J. Publ.* L. IV. C. IV. §. 10. L. V. C. III. §. 66. *J. Priv.* L. VI. C. XIII. §. 11. LUDOLFF. de *J. Fam. ill.* S. I. §. 1.

tamen quatenus iidem extra territorium tranſeunt, ſatius eſt, ut a CÆSARE legitimatio impetretur.

V. *PATRIA* quoque *POTESTAS*, quousque Juris naturæ eſt, citra dubium & Statibus Imp. in liberos competit: An vero & cum conſvetis effectibus civilibus, dubitant; ſaltem quatenus ſibi utiles etiam Pater illuſtris facile admittet: Imo forte perfectiori gradu, quam privatus, eam exercere poterit; idque non ſolum quod ad liberos legitimos, ſed & naturales.

VI. Hinc *uſumfructum* ex bonis liberorum *adventitiis* jure ſibi aſſeret; quin & jus eorum in bonis *caſtrenſibus* circumſcribere poterit, quod tamen quamdiu non factum, liberi utentur jure communi: Sed *fictio unitatis*, quæ ex Jure Romano eſt, inter Patrem & filium familias illuſtrem vix locum habebit, niſi quod ad bona *profectitia*, modo inter illuſtres occurrant; unde contractus inter eos de ceteris bonis valide celebrari poterunt.

VII.

V. - VII. v. Dn. GRIBN. de *Præjud. Princ. I. ex I. Juſt.* C. II. §. 6. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XX. §. 1. T. XXIII. §. 10. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. IX. §. 7. 8. *J. Priv.* L. VI. C. X. §. 10. Diſp. de *Contract. Patr. & liber.* §. 33. THOMAS. Diſſ. de *Patr. pot.* C. I. p. 49. LVDOLFF. §. 2. p. 10. 12. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. VIII. §. 5. 7. 8.

VII. Et licet *jus vitæ & necis* in liberos Patri illuſtri, qua tali, forte haud tribuendum videatur; tribuendum tamen qua Domino T., cujus juriſdictioni omnes, qui in territorio habitant, haud dubie ſubjiciuntur, niſi exemtio doceatur: Multo minus jus caſtigandi & coercendi contumaces, & pro re nata arreſtandi, quippe & privato competens, illuſtri denegandum.

VIII. Differt vero a Patria poteſtate *Jus Capitis familiæ*, quod in jure dirigendi cauſas communes totius Familiæ conſiſti, & in Agnatos quoque, vel jure primogenituræ, vel jure ſenioratus, cadit.

IX. Porro *ADOPTIO* cum, quoad naturam ſuam genericam, ſit Juris gentium, etiam veteri Francorum, Gothorum & Germanorum Jure in Familiis Illuſtribus & a Regibus ac Principibus frequentata fuit: unde quin hodieque inter Illuſtres locum habere queat, nullum eſt dubium.

X. Habebit etiam regulariter talis Adoptio eosdem effectus, quos inter privatos, adeoque & patriam poteſtatem, & nomen, & agnationem, tribuere poterit: niſi vel adoptanti aliter placuerit, vel tales ſint effectus, ut ejusdem arbitrio non ſubjaceant; unde nec ad ſucceſſionem in territorio, nec ad dignitatem illuſtrem ſeſe extendent, niſi conſentiant illi, quorum intereſt. XI.

VIII. v. SCHILT. §. 9. & Tit. XIII. tot.

XI. Solennia Juris civilis ut ſcrupuloſius obſerventur, ex principiis ſupra poſitis, non opus erit: Sufficiet, ſi Status Imp. arrogationes adoptionesque ſuas ſub auctoritate & confirmatione Imperatoris vel Cameræ Imp. perficiant, & quoad ſucceſſionem Agnatorum quoque conſenſum adhibeant; ceterum & apud ſe adoptare haud prohibentur.

XII. Sed & *emancipare* liberos poſſunt Status Imp., quoties iſtud e re ſua & liberorum viſum fuerit; quamvis, ut illud præciſe in Judiciis Imp. aut Cæſaris Reſcripto fiat, jura Imperii haud exigere videantur: Tollitur autem emancipatione, æque ac inter privatos, ſola patria poteſtas, non agnatio, aliaque inde pendentia jura.

Cap. V.

DE TVTELA ILLVSTRIVM.

§. I.

ILluſtribus quoque perſonis, æque ac privatis, ob imperfectam ætatem, *Tutoribus* ſeu

IX.-XI. v. KVLPIS de *Adopt. & Emanc. Princ.* §. 41. ſqq. ibique §. 47. verba Reſp. Argentor. SCHILT. *J. Publ.* T. X. TITIVS §. 10. ſqq. MVLDEN. de *Adopt. & Emanc. Princ.* §. 3. 5.

XII. V. KVLPIS. Diſſ. cit. §. 56. ſqq. TITIVS §. 15.

§. I. V. SCHILT. *J. Publ.* L. I. T. XIII. §. I. COCCEJ. *Jus*

ſeu *Curatoribus* (qui moribus Germaniæ non differunt) opus eſt. Sed quousque & Tutores & Pupilli Illuſtres communi privatorum jure utantur, difficultate non caret. Ante omnia pacta & conſvetudines Familiarum reſpicere fas erit: deinde jura patria Imperii ac provinciæ locum habebunt: denique & Juſtinianeum Jus, ceteris paribus, in ſubſidium vocari poterit.

II. Eſt autem *TVTELA ILLVSTRIS Jus & obligatio Principis aliusve Status impuberis actiones dirigendi, ejusdemque bona rite adminiſtrandi.* Circa quam & *conſtitutio* ejus, & *effectus*, & *duratio* conſiderari poſſunt.

III. Conſtituitur Tutela Imperantis impuberis, mutuo conſenſu, *delatione* ſcilicet eorum, penes quos ejus rei arbitrium eſt, & *acceptatione* futuri Tutoris.

IV. Quod ad *delationem* Tutelæ illuſtris attinet, ex principiis Juris publici univerſalis, cura pupillorum Reip. incumbit; unde *Imperantis* eſt, vel Magiſtratus, cui demandatum, pupillis de tutoribus idoneis proſpice-

Jus Publ. C. XXIX. §. 7. Illuſtriſſ. Dn. de PRINTZEN Diſp. de *Tut. Illuſtr.* S. III. §. 2. 3. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. VI. §. 1. - 5. Dn. GRIBN. de *Præjud. Princ.* I. C. III. §. 9. Diſp. m. de *Maj. Princ. ætate.* §. 1. 2.

III. v. TITIVS §. 6. 7.

ſpicere: Exerere vero ſeſe hoc officium poteſt vel ad nominationem patris, vel petitionem proximorum, vel ex ſpontaneo Magiſtratus motu.

V. Hoc quodammodo ſequi videtur Jus Teutonicum: Licet enim dudum moribus Germanorum, præter *Legitimam* & *Dativam*, invaluerit *Tutela Pactitia*, recentiori etiam ævo interdum frequentata, ac deinceps *Teſtamentaria* ex Jure Rom. acceſſerit; tamen Conſtitutionibus Imp. de A. 1548. & 1577. omnes ad unicum genus, quod *auctoritate judiciali* nititur, reductæ videntur.

VI. Et licet Conſtitutiones iſtæ ad privatos, ſive ſubditos mediatos, proprie pertineant: tamen forte non incongrue, ob paritatem rationis, ad illuſtres quoque Familias extenduntur, quod idem periculum ad Pupillos illuſtres, ex conſtitutione Tutoris non ſatis ſollicita, redundet: niſi forte aliud uſu vel pactis Familiarum ſtatutum ſit, quod fieri poſſe non eſt dubitandum.

VII. Speciatim igitur Tutelam defert (1) *is, qui rerum in Territorio potitur*, idque vel decla-

IV. - VI. v. LUDEWIG. *Diſſer. J. Rom. & Germ. in Tutel.* IV. (yy). SCHILT. §. 1. Ill. Dn. de PRINTZ, Diſſ. laud. S. I. §. 5. STRUV. C. XXXI. §. 26.

VII. v. MYLER. de *Princ. & Stat. I.* C. 19. RINGLER. de *Tutel. illuſtr.* C. 2. SCHILT. §. 3. TIT. §. 8. STRYK. de *Tutela materna* C. I. §. 6. 7.

Digitized by Google

declaratione aut conventione inter vivos, ut olim factum, vel ultima voluntate, ut hodie, receptis teſtamentis, fieri poteſt: eo quod libertas hæc Illuſtrium LL. fundamentalibus non eſt reſtricta.

VIII Idem an *Electoribus* liceat? diſceptatum (a): Alii prorſus negant, A. B. (b) decreto innixi (c); Alii limitant, niſi graves ſuſpicionis cauſæ proximum Agnatum excludendum ſvadeant, vel Agnatus nullus adſit (d); Alii ad adminiſtrandum Principatum, non officium Electorale, teſtamentarium Tutorem admittunt (e); Alii, reſtrictionem aut limitationem ſatis liquido doceri haud poſſe, imo, recepta poſt A. B. teſtamentaria tutela, nec Electores ea privandos eſſe, contendunt: (f) Conſultius tamen alii judicant, Tutori legi-

VIII. (a) v. SCHILT. *Exerc. ad Pand.* XXXVII. VITR. L. III. T. II. §. 5. STRUV. *J. Publ.* C. XVII. §. 32.
(b) v. C. VII, §. 2.
(c) Scil. Neoburgici, ZESCHLINUS & FREIDENREICH. it. LIMN. WURMSER. MYLER. KLOCK. aliique ap. S. II. C. III. §. II.
(d) v. CONRING. ad LAMP. P. III. C. IV. n. 25. SCHWED. l. c. STRYK. de *Tut. mat.* C. I. §. 16.
(e) v. COCCEJ. §. 17. - 20.
(f) v. Præter Heidelbergenſes, FREHERUM, GOTHOFREDUM, SCHILT. §. 35. 36. RINGLER. C. RHETZ. L. I. T. VII. §. 9. TIT. §. 8.

legitimo tantum adjungere *honorarium*, qui impediat, ſi quid præjudicii legitimus intendat (g).

IX. Minus dubii habet, an Pater Elector filio impuberi, quoad provincias hereditarias, alium tutorem teſtamento dare poſſit: quamvis & hic diſſentiant.

X. In Regno Bohemiæ olim ex privilegio CAROLI IV. Ordines regni tutelam Regis impuberis ſibi vindicarunt: Sed a tempore belli tricennalis an eodem privilegio adhuc uti liceat, merito dubitandum.

XI. Non autem tantum *Deſcendentibus*, ſed & *Collateralibus*, tutorem conſtituere poterit Teſtator illuſtris; quod conſtitutio non a *patria poteſtate*, ſed *Superioritate T.* pendeat: Qua de cauſa nec matri hæc facultas tribuenda videtur.

XII. Modus conſtituendi a conſtituentis *libertate* dependet, quod is qua Dominus T. legibus civilibus eſt ſolutus; unde conſtitutio non præciſe teſtamento, ſive ſolenni, ſive minus ſolenni, fieri debet, ſed quavis ultima voluntate fieri poteſt: Nec aliud dicendum, ſi eadem tutela ad res patrimoniales extendatur, adeoque privatam velut abſorbeat.

XIII.

(g) V. SCHILT. l. c. §. 37.
IX. - X. V. STRYK. Diſſ. cit. §. 19. 20. COCCEJ. §. 21.
XI. XII. V. TIT. §. 10. 11. 12. C. IX. §. 16. RINGLER. Tr. cit. C. II. §. 6. 7.

XIII. Quodſi Tutor a defu
ſit, *Legitima* Tutela, univerſ
vantia, in Familiis illuſtribus
Electoralibus expreſſa lege f
habet: Quæ regulariter non f
cognatis ſed ſolis *Agnatis* pr
loci aliud receptum ſit, defer
dem ratio, ex receptis Juris c
placitis, in tutela quoque il
ſuccedendi ſpes eſſe videatur
men cum *Agnatis* etiam *Cogn*
ſolet.

XIV. In Familiis Saxonicis,
dali Saxonico utuntur, non n
Agnatos ejusdem gradus tutel
minorenne adhuc exiſtente,
tus eam interim adminiſtrat:
pro Seniore reputandus ſit,
gradus, diverſæ vero lineæ,
ille, qui annis major, an iſte,
tior? aliquando acriter diſput

XV. Sed *Maternam* quoque
mibus illuſtribus obſervari,

XIII. v. RINGLER. C. 4. & 5. COC
§. 16. STRYK. l. c. §. 22. HVG
§. 12.

XIV. v. *Land-R.* L. I. a 23. *Weic*
Conſt. XI. def. n. 1. 2. LIMN. J
C. 15. STRYK. l. c. §. 21. STRU
Reſp. Fac. Jur. Jenenſ. ap. GE.
J. C. Civ. Sec. Inſtit. in fin.

cent, & conſtitutio nulla prohibet, & ratio Juris ſvadet: Hinc Mater & Avia non ſolum teſtamento, vel a Superiori dari poſſunt, ſed & legitimam tutelam recte ſibi aſſerent; niſi aliud lege, pactis, vel moribus fuerit conſtitutum: licet non tam propter ſucceſſionis ſpem, quam pietatis affectum, admittendæ ſint.

XVI. Licet autem Mater etiam ipſum Territorii regimen adminiſtrare poſſit: tamen ſæpius in bonis feudalibus Contutor adjungi ſolet, isque vel honorarius, vel diviſa Tutelæ adminiſtratione, ita, ut Mater ſit Tutrix quoad educationem pupilli & ſtatum aulicum, Agnatus vero quoad regimen provinciale: Quæ ſpecies etiam in iis Domibus locum habere poteſt, in quibus alias matris tutela non admittitur; atque obtinet tali in caſu Mater illuſtris tutelam honorariam in Contutoris adminiſtrationem.

XV. - XVI. v. ENGLER. C. IV. §. 2. SCHILT. *Exerc. ad Pand.* XXXVIII. §. 57. 97. *J. Publ.* L. I. T. XII. §. 4. STRYK. de *Tut. Mat.* C. II. §. 12. ſqq. HVGO de *Stat. Reg.* C. VI. §. 12. HERT. de *Spec I. R. G. Rebusp.* S. II. §. 18. LVDOLFF. de *Jur. Fam. ill.* S. I. §. 12 p. 47. LVDEWIG. *Differ. I. R. & G. in Matern. Tut.* VIII. (cc) STRUV. C. XXXI. §. 65. Diſſent. COCCEJ. l. c. §. 8. & de *Tut. Illuſtr.* S. III. §. 12.

XVII. Ceſſante utraque hae
Cura conſtituendi Tutorem ad
net, quod poteſtatem hanc pe
cum vel Camerale exercet;
tela Dativa vulgo audit, quar
a legum civilium auctoritate
noſtri avtonomia, dependeat

XVIII. Diſcernendi tamen
Immediatis *Subvaſalli Imp.* h
perſonæ quidem Imperio im
ſed territorium vel totum, v
partem, ab alio Imp. Statu
Siquidem his Tutorem dar
mum potius feudi Dominu
quippe cujus non ſolum int
Vaſalli recte adminiſtrentur
perſona ejusdem, ſaltem cer
vincta eſt.

XIX. Sed & immediatis ali
ſas in judiciis mediatis, ubi
ratores litis conſtitui poſſunt

XVII. v. RINGLER. C. 6. TI
Jprud. feud. C. VI. §. 19.

XVIII. v. *Gründliche Beantwortu*
welcher unter dem Titul: Ur
mundſchaffts-Recht &c. Dn. S
la dat. Subvaſalli Imp. HORN
VI. §. 18.

XIX. v. SCHILT. §. 5.

XX. Poterit Tutela illuſtris *cuivis* deferri, dummodo ei *gerendæ par* ſit, nec requiſita poſitiva Juris Rom. præciſe attendenda ſunt: Juſta tamen Tutoris ætas ex Jure Rom. non incommode definietur.

XXI. *Privatus* aut *mediatus* an Perſonæ illuſtri Tutor dari poſſit? quæſitum: Et dari poſſe, viſum; ſed non ſolum, nec ut Tutorem primarium, ſed ut inferiorem & ſubordinatum, ut ea, quæ ad dignitatem Principalem pertinent, non ab eo, ſed ab illuſtri Tutore, gerantur.

XXII. Delatam Tutelam Tutor futurus *acceptat*, quo facto, actus perfectus eſt, decreto tamen judiciali *confirmandus*; quod jus confirmandi Imperatori, aut ſummis Imp. Tribunalibus, Aulico & Camerali, regulariter competit. Si quid etiam præterea ad ſecuritatem pupilli requiratur, illud quoque præſtandum erit; quamvis, an ad omnia ſolennia Illuſtres, ut privati, adſtringantur, & annon promiſſio eorum, *bey Fürſtl. Ehren*, ad

XX. v. TIT. §. 18. RHETZ, L. I. T. VII. §. 12.

XXI. v. CARPZ. *Deciſ. Elect.* P. II. D. 12. RINGLER. p. 36. SCHILT. *J. Publ.* l. c. §. 2.

XXII. v. R. I. de a. 1548. T. 31. & 1577. T. 32. SCHILT. §. 5. TIT. §. 20. LYNCKER. de *his, quæ perper. ad Lib. Stat.* §. 7. p. 58. 59. 60. & ad A. B. p. 55. MEVIUS *Conſil.* LXXXVIII. n. 12. STRUV. C. XXXI. §. 79.

ad inſtar juramenti valeat, merito dubitandum ſit; Saltem Domus Saxonica ab hujusmodi ſolennibus, etiam confirmatione judiciali, ex obſervantia, immunis eſt.

XXIII. Quod ad *Satisdationem* quoque obſervant, illam non fidejuſſoribus fieri, ſed per hypothecam bonorum: Sicut nec *confectio inventaris* a Tutoribus illuſtribus rigide exigitur.

XXIV. Quæ de *petendis Tutoribus*, & *Tutorum excuſationibus* in Jure Romano diſpoſita ſunt, ea circa Tutelam publicam exigui uſus eſſe videntur; cum hæc non declinari, ſed ſollicite ambiri ſoleat: quamvis ſi & Illuſtris excuſatione uti velit, non prohibeatur.

XXV. Tutor rite conſtitutus cum ratione Territorii & jurium publicorum, tum ratione allodiorum, Tutor eſt, nec quoad hæc proximum agnatum admittere tenetur: niſi teſtamento ſeparatio facta fuerit; neque enim dubitandum, quin alius Tutor perſonæ pupilli, alius Territorio Adminiſtrator, dari poſſit. Quodſi autem duo pluresve Tuto-

res

XXIII. v. RINGL. *C. ult.* p. 137. PÜHEL. de *Tutel. Elect. & Princ* C. X. n. 69. STRUV C. XXXI. §. 79 Conf. Progr. m. de Quæſt. *An Tutor illuſtris ad Inventarium conficiendum &c obſtrictus ſit?*

XXIV. XXV. v. TIT. §. 21. 22. RHET. L. I. T. VII. §. 14. COCCEJ. §. 9. - 13.

res conſtituti ſint, illi omnes adminiſtratione fungentur.

XXVI. Conſtituta Tutela, Tutor *poteſt* & *debet* eam rite *adminiſtrare*, quam adminiſtrationem plures *obligationes reciprocæ*, naturalibus fere rationibus innixæ, ſequuntur: Generalis vero regula hic locum habet, Tutores Principum pleniorem liberioremque habere adminiſtrationem, & majorem auctoritatem, quam privatorum.

XXVII. Geritur autem Tutela ſecundum jura recepta, ſubditi quoque homagium Tutori præſtare tenentur, omnisque terræ adminiſtratio a Tutore dependet: Idem etiam inveſtiri de feudo pupillari debet, quæ inveſtitura hodie a majorenni non repetenda eſt.

XXVIII. Ex facto Tutoris Pupillus illuſtris contra alios jus acquirit, ac his quoque obligatur; Sicut & inter ipſum Tutorem & Pupillum reciproca jura & obligationes oriuntur.

XXIX. Si Tutor privatæ ſortis ſit, aut receptio ſpecialiter doceri queat, etiam leges Romanæ applicari poterunt: unde tacitum pignus in bonis Tutoris, forte non male asſeritur.

XXVI. v. TEX. §. 23. RINGL. p. 73. SCHILT. §. 6.
XXVII. v. STRUV. C. J. Publ. C. XXXI. p. 79. SCHILT. §. 6. *Capit.* CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 5. 6.

XXX. Stante Tutela, ea, quæ naturaliter Pupillus agere nequit, nec ab illuſtri Pupillo ſuſcipi poſſunt; Quæ vero lege poſitiva requiruntur, ea negligi poterunt, niſi ultro obſervanda exiſtimentur: Hinc actus, a ſolo Pupillo celebrati, obligationem haud producent.

XXXI. Denique Jus & obligatio Tutoris illuſtris finietur, juxta præſcriptum Juris gentium & legum Germanicarum: Poſitiva jura in Tutore privatæ conditionis, imo etiam Tutore illuſtri, in quantum pro vero Imperii ſubdito haberi poteſt, locum invenient.

XXXII. Igitur dubitandum non eſt, quin *morte* Tutoris & Pupilli, *majori* hujus *ætate*, *diei* vel *conditionis exiſtentia*, Tutela illuſtris finiatur. Ob *delictum* quoque ſuſpectus Tutor poterit removeri: Maternam vero Tutelam *ſecundæ nuptiæ* tollent.

XXXIII. Quouſque *minor* Illuſtrium *ætas* duret? diſputant: Electoribus annus XVIII. completus in A. B. præfixus eſt, qui non ſolum ad vocem in electione, & officium electorale, ſed etiam adminiſtrationem terrarum pertinere, merito cenſetur: Saxonici Principes Jus Saxonicum obſervant, & anno XXI. ſuperato majorennes fiunt: Ceterorum Principum ac Statuum legitimam ætatem eſſe annum

Digitized by Google

num XXV. Jure civili conſtitutum, vulgo exiſtimant, niſi Familia hæc vel illa privilegium gentilitium, vel Princeps minor veniam ætatis ab Imperatore impetraverit.

XXXIV. At cum in iis, quæ ad regimen territorii ſpectant, Status Imp. publicæ ſint perſonæ, ad leges civiles haud alligatæ; nullo jure prohibente, etiam ante iſtum annum regimen territorii ſuſcipere poſſe videntur, ubi ſe ad hoc idoneos ſenſerint, quod etiam exempla comprobant: Conſultius tamen forte erit, veniam potius ætatis ab Imperatore impetrare.

XXXV. Tutela finita, geſtæ adminiſtrationis *rationes* etiam a Tutore illuſtri reddendæ videntur: quamvis alii, eas nec unquam petitas, nedum redditas fuiſſe, tradant; quod tutelæ fructuariæ, olim in Germania uſitatæ, rationibus optime congrueret, nec hodie forte incongruum eſt, quod adminiſtratio præſentiam Tutoris in terra pupilli, & ſuſtentationem aulæ ipſius ex hu-

XXXIII. XXXIV. v. Diſp. m. de *Majori Princ. ætate* §. 9. ſqq. & 16. ſqq. Conf. LIMN. J. P. Lib. IV. C. IX. n. 151. RINGL. C. I. §. 8. STRUV. §. 56.

XXXV. v. RHET. L. I. T. XXIII. §. 29. COCCEJ. §. 14. LUDEWIG. de *Tut. fruct. diff.* I. p. 10. KLOCK. *Vol. I. Conſ.* VI. n. 90. SCHILT. §. Conf. Progr. m. de quæſt. *An Tutor illuſtris ad rationes reddendas obſtrictus ſit?*

jus reditibus exigere videatur; Sed tamen & poſtulatas eſſe rationes, & pacta de iis reddendis, nec ne, inita, exempla docent.

Cap. VI.

DE

REBVS STATVVM IMP. EARVMQVE DIVISIONE.

§. I.

RES Statuum Imp. ſunt vel *Publicæ*, quæ ad uſus publicos, cumprimis ſuſtentationem Domini T. & ferenda territorii onera, publica auctoritate deſtinata ſunt: vel *Privatæ*, quæ ad privatum ipſorum patrimonium ſpectant.

II. Res *publicæ* iterum ſunt vel *Corpora*, vulgo res corporales, h. e. *Territoria*, cum partibus & acceſſionibus ſuis; vel *Jura*, vulgo res incorporales.

III. Territoria iſta (1) ſunt vel *Eccleſiaſtica*, vel *Secularia;* (2) vel *Feudalia*, vel *Allodialia;* hæc vel *familiaria*, *Stamm-Güter*, quæ Familiæ cohærent, vel *hereditaria*, ut cetera privata; (3) vel *Principalia*, ut Principatus vel Comitatus aviti; vel *Acceſſoria*, eaque vel incorporata, vel non incorporata. Singulorum differentia ex ſupra dictis liquet.

IV. *Partes* cujusque Territorii ſunt *Circuli*,

IV. v. SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. I. §. 8.

culi, ſive diſtrictus, in quos dividi ſolet: Quilibet Circulus iterum comprehendit partim Landſaſſiorum prædia & jurisdictiones, partim urbium & Oppidorum diſtrictus, partim Præfecturas Dominicales.

V. *Acceſſiones* Territorii ſunt 1. Subditi, Vaſalli, Exercitus &c. 2. Urbes, arces, palatia; 3. Annui reditus; 4. Fructus pendentes percepti & ad uſus publicos repoſiti; 5. Res vel ad uſum publicum; vel 6. ad Domini dignitatem aut ſplendorem tuendum comparatæ, ac in perpetuum, lege, ultima voluntate, pacto, facto, uſu, deſtinatæ.

VI. *Jura* Statuum publica ſunt vel *in re*, vel *ad rem: Illa* vel in Territorio proprio competunt, quo ſpectant *Jura territorialia*, ſive *Regalia*, *Officia* regni, *Dignitates*, *Privilegia;* vel in alieno, & hujus generis ſunt *Servitutes Juris publici*, & Jus *Pignoris* publici: Hæc *Prætenſionum* nomine vulgo veniunt.

VII. Deinde & illa Publicarum rerum Diviſio hic repetenda, quod aliæ ad *uſus* & *adminiſtrationem Reip.* ſive *Territorii* pertineant, ut *Ærarium* publicum, *Exercitus*, *Fortalitia*, *Armamentaria*, *Inſtrumenta bellica*, &c. aliæ vero ad *ſuſtentationem Domini T.*, quales ſunt *Bona* & *Jura Fiſci* ſeu *Cameræ*, quæ & *Domania* vulgo audiunt.

VIII.

V. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXVII. §. 10. 11.

VIII. Res Statuum *privatæ* itidem vel *corporales* ſunt, vel *incorporales*: Illæ vel *immobiles*, ut prædia, vel *mobiles*, ut pecora, pecunia, pretioſa &c. Harum numero cenſentur varia Jura, quæ itidem vel *in re* competunt, ut *Dominium*, *Servitus*, *Hereditas*, *Pignus*, *Poſſeſſio*; vel *ad rem*, ut *Debita activa*.

CAP. VII.

DE ALLODIIS IMPERII.

§. I.

ALLODIA IMPERII ſunt Territoria, quæ immediate ſubſunt Imperio, a Statibus vel Membris Imperii, ſine nexu feudali, ſine ſervitiis ordinariis, poſſeſſa.

II. Antiquiſſimis temporibus omnia bona in Germania fuerunt *allodia*, h. e. proprio pleniſſimoque jure ad poſſeſſores ſuos pertinentia: Et licet poſtea a Francis feuda fuerint introducta, tamen adhuc allodia paſſim remanſerunt.

III. Inprimis etiam Duces & Comites, licet in provinciis vel pagis, quibus præerant, terras quasdam a Rege tenerent; tamen ſua etiam allodia poſſidebant, vel jure hereditario, vel ex Imperatorum liberalitate, vel aliunde

§. I. - III. v. STRYK. de *Jure allod. Princ.* Imp. C. 3. Dn. STRUV. de *Allod. Imp.* §. 9. ſqq. Conf. ſupr. L. VII. C. I. §. 19.

unde acquiſita: At hodie, plerisque allodiis in feudum oblatis, non adeo multa ſuperſunt, ut ſupra traditum.

IV. Quodſi jam, *quænam qualitas* in dubio *præſumenda* ſit? quæratur: pro *feudali* potius, quam *allodiali*, in Ducatibus, Principatibus & Comitatibus, pronunciandum videtur; id quod ex origine & indole iſtorum facile eſt ad intelligendum.

V. Cum vero plurima Allodia feudis Imp. incorporata ſint, an eadem qualitatem feudalem nanciſcantur? diſputant: Certe Allodia manere cenſendum eſt, quamdiu mutatio clarius non docetur, licet ratione ſucceſſionis feudalibus æquiparentur.

VI. Non ſolum autem terræ, ſed etiam Regalia titulo allodiali poſſideri poſſunt, ſive per præſcriptionem, ſive per privilegium, ſive per contractum, acquiſita: E contrario licet terræ nonnunquam ſint allodiales, regalia iſtis adnexa ſæpe feudali jure tenentur.

VII. An vero & ipſa Superioritas T. Jure allo-

IV. v. COCCEJ. de *Præſumt. feud. Comit.* T. 3. & 4. THOMAS. de *Præſumt. allod.* §. 45. Diſſent. STRUV. §. 51.

V. v. STRYK. l. c. n. 100. STRUV. §. 46.

VI. v. STRYK. C. IV. n. 1.-31. ITTER. de F. I. C.

VII. v. ITTER. de F. I. C. VIII. §. 16. HORN. *J. Publ.* C. LVIII. §. 6. Diſſent. STRYK. Diſſ. cit. C. IV. n. 4.-20. STRUV. §. 50. ENGELBR. de *Serv. J. Publ.* S. II. M. III. Th. 1. not. a).

allodiali teneatur? diſquirunt: Nec deſunt, qui affirment, quod eadem non ex beneficio Imperatoris, ſed legibus Imp. adeoque jure proprio competat. Sed uti non dubitandum, quin ea & jure allodiali poſſideri queat, ita ratio modo allegata vix impediet, quo minus & titulo feudali competere, atque ſub nomine regalium, de quibus Status Imp. plerique inveſtiuntur, intelligi poſſit; licet Jus ſacrorum a ſecularibus juribus omnino ſecernendum videatur.

VIII. Ex mobilibus quænam ad Allodia pertineant, inſpectio difficilior eſt: Inprimis pecora & inſtrumenta ruſtica in villis Principum reperiunda, pecuniam ex parte Principatus legitime vendita redactam, fructus ex feudo regali perceptos, res pretioſas, & cetera mobilia, exornandis palatiis Principum inſervientia, & in illis reperiri ſolita, equos artigleriæ trahendæ adhibitos, in hunc cenſum referunt.

IX. Jura Allodiorum Imp. hæc ſunt: Libera ſunt a nexu feudali, & liberæ ſubjacent poſſeſſorum diſpoſitioni: unde libere de iis licet teſtari, de iis paciſci, libere iſta donare, vendere, alienare, modo non fiat in præjudicium Imperii; Secus, ſi reliquis Territoriis vel pacto vel conſvetudine fuerint incorporata, vel fideicommiſſo ſubjecta.

X.

VIII. v. STRYK. n. 35. - 45. 51. ſq.

X. Ceterum eadem nihilominus Imperio manent ſubjecta, atque adeo poſſeſſores eorum ad fidem Imperatori, & patriæ defenſionem, oneraque Imperii ferenda, itidem ſunt obſtricti: quod hæc non ex ſolo feudali, ſed etiam ſociali, vel ſubjectionis nexu deriventur. Ceterum non quidem ob ſimplicem feloniam, bene vero ob crimen perduellionis, aut fractæ pacis publicæ, etiam Allodia amitti poſſunt.

CAP. VIII.

DE FEVDIS IMPERII REGALIBVS.

§. I.

POſtquam Feudorum naturam non ſolum minora Nobilium prædia, ſed & majora Ducum, Principum & Comitum Territoria, induerunt: diviſio Feudorum in *Regalia* & *non Regalia*, ab Italis mutuata, in Germania invaluit.

II. FEVDA REGALIA Italis appellata ſunt, quæ proxime a *Rege* collata, & cum dignitate illuſtri, quæ propterea *regalis* audiit, conjuncta fuerunt: In Germania eodem nomine inſigniri ſveverunt Territoria, olim cum officio Regni, ſive dignitate majori ſimul

IX. X. v. STRYK. C. 5. STRUV. §. 53. 56.
§. I. v. ROSENTHAL. de *Feudis* C. 2.

ſimul ac poteſtate Regiæ vicaria, hodie Superioritate Territoriali ac dignitate illuſtri, conjuncta, ab Imperatore & Imperio, ſub lege fidelitatis, Membris Imperii conceſſa, vel per inveſtituram confirmata.

III. *Nonregalia* contra uti Italis vocata ſunt Feuda capitanea & militaria: Ita in Germania hodie ſunt, quæ aut immediate ab Impera-

II.-III. * Hinc Ducatus, Principatus, Comitatus, Statuum Imp. Feudorum *regalium*, Feuda vero Nobilitatis Immediatæ, *non regalium* nomine venire, palam eſt. v. HACHENB. *Germ. med.* Diſſ. IX. §. 8. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. XLII. §. 1. Diſp. m. de *Statu Reſp. Germ. feud. & Feudis regal.* C. II. Th. I. n. 2. 3.

** Notavit contra ea, quæ in Diſp. modo allegata de origine & natura Feudorum regalium Ann. 1707. ſcripſeram, nonnulla Illuſtris Dn. LVDOLFVS in Tr. de *Jure Fem. illuſtr.* p. 99. Sed uti h. l. indolem Feudorum Regalium, ni fallor, clarius expoſui, ita mentem de Civitatibus Imp. & Nobilibus Imp. jam mutaveram antequam iſta legiſſem. Saltem hodie eſſentia Feudi regalis non niſi in jure exercendi regalia in Territorio immediato, cum dignitate illuſtri conjuncto, conſiſtere poteſt. De Baronibus dubium hærere poterat, quippe qui officio regni caruerunt: At habuiſſe videntur bannum a Rege conceſſum. Ceterum conferantur, quæ de *beneficiis regalibus* ex *Capitul.* CAROLI M. notavi L. IV. C. II. §. 19.

peratore non dependent, aut Superioritatem T. ac dignitatem, ex officio regni aut poteſtate regali, enatam, conjunctam non habent.

IV. *Eſſentialia* igitur Feudorum Regalium Germaniæ hodie ſunt: (1.) Jus exercendi Regalia, ſive jura territorialia, in Territorio competens, proprium quidem, ſed non prorſus independens; idque (2.) cum *Dignitate regali*, h. e. ex officio Regni, vel poteſtate Regiæ vicaria, enata, conjunctum. (3.) Obligatio ad fidem & officia Imperatori & Imperio præſtanda.

V. *Naturalia* Feudorum Regalium ſunt: (1.) quod non ſolum *Jus territoriale*, ſed etiam ipſum *territorium*, Feudi regalis titulo, plerumque concedatur; (2.) quod *omnia* regulariter *regalia*, quæ a vaſallo exerceri posſunt, conceſſa intelligantur; (3.) quod Jus iſtud territoriale, vel territorium, immediate ab Imperatore & Imperio per modum Feudi recognoſcatur; (4.) quod *dividua* ut plurimum cenſeantur.

VI. Dividuntur Feuda Regalia (1.) in *Eccleſiaſtica* & *Secularia*: *Illa* dicuntur *Scepter-Lehn*,

V. v. *Diſp. m. de F. Reg.* l. c. n. 4. 5.

VI. v. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. XLII. §. 1. ſqq. Dn. GUNDLING. de *Feud. Vexil.* §. 13. 20. 22. 23. 27. *Diſp. m. all. Th. 2.* Dn. C. G. BUDER de *Feudis Sceptri*.

Lehn, quod ſceptro vel baculo, primum officii paſtoralis, poſtea & poteſtatis ſecularis, indice, olim peragebatur, & Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbatias aut Prælaturas immediatas complectuntur: *Hæc* vero *Fahnen-Lehn*, quoniam vexilla, provinciarum ac poteſtatis in illas conceſſæ ſymbola intercedebant; qualia ſunt non ſolum Electoratus, Ducatus, Principatus, ſed etiam Comitatus & Baronatus: Cujus diſtinctionis uſus in diverſis acquirendi modis cernitur.

VII. (2.) Feudum Regale dividitur in *Novum*, quod Vaſallus primus ſibi & deſcendentibus ſuis acquirit: vel *Antiquum*, quod ab aliquo adſcendentium acquiſitum eſt. Uſus diſtinctionis in ſucceſſione, alienatione & amiſſione Feudi regalis patebit.

VIII. (3.) Feuda R. ſunt vel *propria*, quæ omnia feudi regalis requiſita naturalia habent: vel *impropria*, in quibus aliquod illorum deficit.

IX. (4.) Feuda R. ſunt vel *maſculina*, in quibus ſoli maſculi ſuccedunt; vel *fœminina* ſeu *promiſcua*, in quibus, deficientibus maſculis, etiam fœminæ ſuccedunt: Hæc in dubio non præſumuntur, ſed affirmanti probanda ſunt.

X. (5.) Feuda R. ſunt vel *data*, h. e. ab Imperatore primum conceſſa; vel *oblata*, h. e. ex

VII.-X. v. *Diſp. m. all.* C. II. Th. 3.-6.

ex Allodiis, per voluntariam oblationem in Feudum converſa. Dari in Germania feuda oblata, exempla loquuntur: an vero Feuda regalia regulariter talia præſumantúr, merito dubitatur.

CAP. IX.

DE

MODIS ACQVIRENDI VEL TRANSFERENDI RES PVBLICAS ET PRIVATAS AVT JVRA, STATVVM IMPERII IN GENERE.

§. I.

QVemadmodum diverſæ ſunt Res diverſaque Jura Illuſtrium ſive Statuum Imperii: ita diverſi dantur *Modi* eadem acquirendi vel in alios transferendi, qui & hic generatim in *originarios* & *derivativos* diſpeſci poſſunt.

II. Notandum autem, quod circa *Publicas res* vel de *univerſo* Territorio ac Superioritate T., vel de rebus ac juribus *particularibus*, veluti de præfecturis aut prædiis fiſcalibus, regalibus certis, ſervitutibus, jure pigneris, &c. acquirendis, quæri poſſit.

III. Ad *originarios* igitur modos *Territorium* ac S. T. acquirendi pertinet (1.) *Feudi Imperia-*

§. III. v. *Cap*, CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 10. 11. TITIUS *J. Publ.* L. IV. C. III. §. 6. ſqq.

perialis aperti nova collatio: quæ regulariter quidem in Electoratibus tantum locum habet, cum reliqua Feuda majora Imperii patrimonio inſtaurando ſervanda ſint; quamvis hodie & horum collatio, conſentiente Electorum & Principum Collegio, permiſſa ſit. (2) *Territorii mediati in immediatum erectio,* quæ fieri poteſt vel expreſſo, vel tacito illorum, quorum intereſt, conſenſu.

IV. *Dominium* rerum *ſingularium* Illuſtribus, æque ac privatis, *originarie* acquiritur per *Occupationem:* Ita bona vacantia, loca inculta & deſerta Fiſco cedunt; ita feræ non niſi per venationem, h. e. ſpeciem occupationis, demum plene acquiruntur.

V. *Derivativi* modi non ſolum circa integra Territoria & S. T., ſed etiam circa res & jura particularia locum habent: idque duplici potiſſimum caſu; (1) *Poſſeſſore priori rerum adhuc patiente;* (2) *eodem juribus ſuis privato:* Sive, quod eodem recidit, Translationes & Acquiſitiones rerum & jurium derivativæ inter Illuſtres fiunt, vel (1) ex *diſpoſitione hominis*, vel (2) ex *diſpoſitione legis.*

VI. Quæ ex *diſpoſitione hominis* fiunt, generatim *Alienationum* nomine veniunt; ſpeciatim vel *inter vivos*, vel *mortis cauſa*, perficiuntur: Ad prius genus *Contractus, Donationes & Præſcriptiones;* ad poſterius *Teſtamenta & Pacta ſucceſſoria*, pertinent.

VII. Ex *diſpoſitione Legis* aliter Territoria *Eccleſiaſtica*, aliter *Secularia*, acquiruntur.

CAP.

Cap. X.

DE ALIENATIONIBVS STATVVM IMP.

§. I.

ANte omnia hic de *facultate alienandi* Territorium, vel ejus partes, aut Regalia, *quousque* ſcil. *Statibus Imp. competat?* diſquirendum: Ubi prænotandum, ſub *ALIENATIONIS* voce non ſolum plenam juris translationem, ſed & minus plenam, non ſolum perpetuam, ſed & temporariam, non ſolum diſpoſitionem inter vivos, ſed & mortis cauſa intelligi.

II. Equidem integrum *Territorium*, ſi ſit *feudum* Imperii, aut *Superioritatem T.* ſine *Imperatoris & Imperii* conſenſu, neque in Exteros, neque in Conſtatus alienare licet; ita quidem, ut circa Electoratus *Electorum*, circa reliqua feuda & *Principum* Collegii conſenſus requiratur: id quod e nexu, quo Status

 Imp.

§. I. v. ITTER. de F. I. C. XXIII. §. 5. HORN. *Jprud. F.* C. XIX. §. 2. KRESS. *Spec. Jpr. Civ.* T. T. XIII. §. 1.

II. v. *Cap. Noviſſ.* a. XI. ITTER. §. 2. 3. 4. 9. ZIEGL. de *J. Maj.* C. IV. n. 27. RHETZ. L. II. T. XXXII. §. 1. 7. LYNCKER. de *his, quæ perp. ad lib. Stat.* M. II. §. 5. p. 79. HORN. *Jprud. F.* C. XIX. §. 10. VIT. §. 26.

Imp. intuitu feudorum ſuorum Imperatori & Imperio obſtringuntur, facile liquet, & in Capitulatione diſerte definitum eſt. Secus, ſi ex privilegio, ut Auſtriacis, libertas alienandi competat.

III. Quod ſi feudum fuerit *antiquum*, inſuper *Agnatorum* vel *ſimultanee inveſtitorum* ratio habenda, quod iſti ex prima inveſtitura jus quæſitum habeant, in cujus præjudicium a Poſſeſſore vel Domino nihil diſponi poteſt.

IV. An vero propriorum quoque *ſubditorum*, ſive *Statuum Provincialium*, conſenſus requiratur? dubium: Non deſunt, qui affirmant, quod ab imperio ſive Superioritate T. ad libertatem alienandi minus recte concludatur (a). Equidem ſi pactis hoc definitum ſit, ſalva res eſt; Sin minus, jus alienationi contradicendi ſubditis haud competere videtur, modo jura ſua ipſis integra ſerventur; quod & praxis Imperii comprobat (b).

V.

III. V. ITTER. §. 8. HORN. §. I. 2.

IV. (a) V. BETS. de *Pact. ill.* C. V. p. 125. ZIEGL. l. c. n. 28. HEIG. P. I. Qu. 19. KLOCK. P. I. *Conſ.* XIII. n. 55. MEV. *Conſ.* XLI. n 20. BRUNN. *Conſ.* I. n. 105. LYNCKER. l. c. p. 80. TIT. §. 28.

(b) V. GROT. de *J. B. & P.* L. I. C. III. §. 12. RHETZ. L. II. T. XXXII. §. 7. STRYK. Ex. J. F. C. XIV. Q. 19. C. XVI. Q. 26. C. XIX. Q. 16 STAVINSKY de *Donat. Princip. I.* C. II. §. 24. ITTER. de F. I. C. XVII. §. 11. HORN. *J. Publ.* C. LXI. §. 3.

V. Liberior facultas de *particulis* Territorii diſponendi, ex obſervantia, Statibus non immerito adſcribitur; quod ex talium alienatione non ſtatim præjudicium Imperatori & Imperio naſcatur, præſtationibus totius ditionis Imperio integris manentibus: Et ſi eadem inſuper juſta cauſa, velut neceſſitate aut utilitate Territorii, nitatur, etiam intuitu Succeſſoris ſubſiſtet (a). Electores tamen de Electoratibus ſuis nihil alienare poſſunt (b).

VI. Ad partes Territorii etiam *Bona Fiſci* ſeu *Cameræ*, quæ vulgo *Domania* audiunt, pertinent, de quorum alienatione varie disceptatur: Certe nulla de ea extat prohibitio, neque hujusmodi bona de ſua natura ſunt inalienabilia, uti de domaniis Gallorum tradunt, quin omnis ævi obſervantia alienationem bonorum fiſcalium in Germania comprobat: Et ſi maxime partes feudorum Imperialium quantitativæ ſint; uſu tamen Germaniæ & hæ, neceſſitate vel utilitate exigente, etiam ſine Imperatoris & Agnatorum con-

V. (a) v. SCHILT. Ex. ad π. XLV. §. 68. Id. ad *J. F. Alem.* C. XXVI. §. 4. SECKEND. *Fürſt Staat* P. II. C. III. n. 6. ZIEGL. de *J. Maj.* L. I. C. IV. n. 28. ibique. *Reſp. Witteb.* ITTER. §. 4. HORN. *Jpr. F.* l. c. §. 10. LYNCKER. l. c. p. 78. STAVINSKY l. c. C. IV. §. 11. 12.
(b) v. B. T. XX. SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. VII. §. 1.

conſenſu, alienari poſſunt, ut modo demonſtratum eſt.

VII. Quod ſi vero LL. Territorii vel pactis fundamentalibus certorum bonorum alienatio prohibita ſit: bona alienata revocari poterunt, niſi conſenſu Ordinum provincialium, vel a Principe ſolo contra legem a ſe ſolo latam, alienatio facta fuerit. Idem obtinebit, ſi ſine juſta cauſa, aut ex inconſulta prodigalitate, ea ſuſcepta ſit.

VIII. Eadem fere ratio eſt *Bonorum Eccleſiaſticorum & Menſalium Epiſcopalium:* Sicut enim illa, obſervatis debitis requiſitis, alienari poſſunt; ita neque hæc abſolute inalienabilia cenſenda, modo obſerventur, quæ ex Juris Canonici & obſervantiæ præſcripto obſervari par eſt.

IX. Major etiam libertas circa *Allodia* Statibus Imp. competit, modo alienatio eorum non

VI. VII. v. SECKEND. & SCHILT. ll. cc. LYNCKER Vol I. *Reſp.* 2. Dn. de BERGER. de *Donat. Princ.* §. 39. 40. HORN. *J. Publ.* C. LX. §. 19. Id. *Cl. II. Reſp.* 9. TIT. L. IV. C. V. §. 7.

VIII. v. LYNCKER *Reſp.* cit. HORN. l. c. §. 20. f. BOEHM. J. Eccl. L. II. T. XXVI §. 44. p. 1374.

IX. v. STRYK. de *Jure allod. Princ.* I C. V. n. 15. ſqq. RHETZ. *J. Publ* L. II. T. XXXVI. §. LYNCKER. l. c. p. 76. TIT. C. III. §. 29. 30. THOMAS. de *F. Oblat.* C. II. §. 37. HORN. *J. Publ.* C. L. §. 8.

non in præjudicium Imperii vergat, ut ſupra traditum: Proinde neque hæc ſine Imperatoris, & Electorum, vel, pro re nata, omnium Statuum conſenſu in Exterum transferri poterunt.

X. Nec dubitandum, quin allodia ſua alii in *feudum offerre* poſſint, licet ea ſub Territorii univerſi ſuperioritate, quam a Cæſare recognoſcunt, conſiſtant: At *feuda* ſua *immediata* offerre alteri, ut hujus ſubvaſalli fiant, aliter, quam cum Cæſaris conſenſu, nequeunt; Imo ſi extero Regi oblatio fieri debeat, etiam Electorum, &, pro re nata, omnium Statuum, conſenſus requiretur.

XI. Sed & in *ſubfeuda* aliis non ſolum partes Territorii, ſed quoque integros Comitatus aut Dynaſtias, etiam ſine Imperatoris conſenſu, ex obſervantia, concedere licet, ſalvo tamen Jure Imperii: Ubi hoc peculiare notant, quod, Territorio integro Cæſari aperto, non etiam ſubfeudum, licet hoc irrequiſito conſtitutum, ei aperiatur, modo res jam ante infeudari ſolita fuerit.

Fffff 5 XII.

X. V. LYNCKER. p. 76. HERT. de *F. Oblat.* P. II. §. 9. ITTER. C. XXII. §. 4. TIT. *Lehn-R.* C. VII. §. 14. ſqq.

XI. V. LYNCKER. p. 82. ſq. *Reſp.* cit. ITTER. §. 3. RHETZ. L. II. C. XXIX. §. 2. HORN. *Jpr. F.* C. XIX. §. 12. LUDEWIG. de *Primo fere ſubfeud. Imp.* C. II.

XII. Utrum vero & *Regalia* in *ſubditos* transferri & ab his acquiri poſſint? dubitatur: Equidem Regalia majora, quæ ad regimen Territorii principaliter ſpectant, privative & cum plena abdicatione alienari, ac in ſubditos qua tales transferri, ſalva Superioritate T. nequeunt; Exercitium vero quorundam regalium, quæ commode, & citra detrimentum publicæ rei a ſubditis exerceri poſſunt, iis concedi poteſt; idque ſubordinate, & vel per modum feudi, vel privilegii, adeo, ut, licet conceſſionarium in exercitio juris conceſſi non impedire poſſit Dominus, tamen Superioritas ipſi ſalva maneat.

XIII. Deinde quin etiam Dominus T. in gratiam illius, qui hactenus ſubditus ſeu Landſaſſius fuit, Superioritate T. ſe abdicare, ut hic ex mediato fiat immediatus; vel Ordines provinciales in conſortium ejusdem admittere, & quidem utrumque vel expreſſe, vel tacite, poſſit, itidem non eſt dubitandum.

XIV. Porro an & *Servitutem* in Territorio alii conſtituere liceat? hoc loco quæri poteſt: Et eadem hic libertas, quæ circa ſubinfeuda-

---

XII. XIII. v. Dn. de BERG. l. c. §. 38. HORN. *J. Publ.* C. LXI. §. 5.

XIV. v. RHETZ. L. II. T. XXIX. §. I. LYNCKER. p. 81. ENGELBR. de *Serv. J. Publ.* S. II. M. III. Th. I. p. 246. ſqq.

feudationes, Statibus Imp. tribuenda videtur, ſive uſum fructum in certa territorii parte, ſive exercitium quorundam regalium per modum ſervitutis realis, alicui conſtituere velint, modo ſalvis juribus Imperii fiat.

XV. Denique licet *Oppignorationes* Territoriorum regulariter ſine Cæſaris & Agnatorum conſenſu fieri nequeant: tamen particulas Territorii, præfecturas, aliasve res ſingulares, etiam inſcio Imperatore, &, exigente neceſſitate ac utilitate Territorii, inſciis quoque Agnatis, valide oppignorari poſſe, & ratio & praxis docet; modo extero non oppignorentur, quod præjudicium Imperii haud admittere videtur.

XVI. Ceterum etſi ab Imperatoribus olim oppignorata non reluenda ſunt, donec ipſis & Statibus aliter placuerit: Tamen oppignorationibus inter Status Imp. aliosque Immediatos reluitio datur, modo, quibus conditionibus factæ fuerint, liquido doceri poſſit.

CAP.

XV. v. STRUV. *S. J. F.* C. XIV. Aph. XXIX. n. 5. LYNCKER. p. 78. RHETZ. L. II. T. IV. §. 1. ITTER. §. 5. ENGELBR. l. c.

XVI. v. RHETZ. L. II. T. XXXII. §. 10. & L. III. T. IV. §. 3.

CAP. XI.

DE CONTRACTIBVS, DONATIONIBVS ET PRÆSCRIPTIONIBVS STATVVM IMP.

§. I.

PACTA aut CONTRACTVS Illuſtrium, ſi cum aliis Statibus aut Exteris ineantur, haud dubie Juris naturæ & gentium placitis reguntur, niſi forte legibus Imperii peculiare quid conſtitutum ſit: Ubi vero iidem cum ſubditis contrahunt, eatenus etiam juribus poſitivis, quibus & ſubditi in contractibus tenentur, ſe ſubmiſiſſe videntur.

II. Sicut igitur Pacta & Contractus Principum & Statuum Imp. non ſolum ex naturalibus rationibus, ſed & legibus Imperii, pleniſſime obligant, atque actiones producunt: ita ſancte ſervandi ſunt, ſive cum aliis Statibus, ſive cum privatis initi fuerint; neque vel ſub obtentu, quod ex neceſſitate contractum ſit, ab iis recedi, neque ex plenitudine poteſtatis, intuitu ſubditorum, qui exinde jus quæſitum habent, infirmari debent.

III.

§. II. v. TIT. *J. Priv.* L. VIII. C. XIX. §. 10.
II. v. I. P. a. VII. pr. ibi: *Inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis pactis.* MYLER. *Nomol. Princ.* c. 2. 3. SCHILT. *J. Publ.* L. III. T. III. §. 1. RHETZ. L. III. T. II. §. 2. BODIN. de *Contract. Summ. Poteſt.* §. 8.

III. Quodſi vero Princeps dolo, metu injuſto, aut errore invincibili, ad paciſcendum ſit inductus, procul dubio, juxta naturalem æquitatem, non obligatur: Ceſſat quoque obligatio, ſi res in alium ſtatum deveniat, cum quodlibet pactum intelligatur ſub clauſula; *rebus ſic ſtantibus*.

IV. Interdum *jurejurando* Contractus etiam ab Illuſtribus firmantur, quod tamen non amplius valet, quam negotium principale: Quodſi vero hoc invalidum videatur, relaxatio ſolet peti, qua quidem, quod ad ipſam vim obligandi, ſi negotium principale ſit invalidum, ſecundum veriora principia, non eſt opus; bene vero ad effectum agendi in judicio, ne exceptio jurisjurandi, ceu litis ingreſſum impediens, agenti obſtare queat.

V. Interdum promiſſiones fiunt *bey Fürſtl. Græfl. &c. Ehren*, quæ tamen nec vim juramenti habent, nec contra ita ſe obligantem mandata ſ. c. in Camera decernenda ſunt (a): Quodſi vero hujusmodi verbis invocatio

III. v. BONIKAV de *Condit. Stat. priv.* §. 6. BODIN. § 6. 7. RHETZ. L. III. T. II. §. 4. SCHILT. L. III. T. III. §. 3.

IV. Ord. Cam. P. II. Tit. XXIV. v. BODIN. §. 11. Diſp. m. de *Poteſt. relaxandi Juram.*

V. (a) v. R. I. *Spir.* 1600. § *wie in einer Verſchreib.* BOD. §. 14. 15. LYNCKER. de *his, quæ pert. ad Lib. Stat.* S. III. M. I. §. 9. p. 63.

tio auxilii divini jungatur, verum juramentum ſubeſſe, non eſt dubitandum (b).

VI. Quodſi vero Pacta, legibus Imperii contraria, Contractibus adjiciantur, ea non obligant: Talia ſunt Pacta de *bello* alteri inferendo ob non ſervatum Contractum, Pactum ad pœnam *banni*, Pactum ad *obſtagium*; At Pacta ad *repreſſalias*, jus *retorſionis*, *arreſtum*, ceteris paribus, forte non prorſus illicita cenſenda ſunt.

VII. Uti autem & *Fiſcum* in Contractibus jure communi uti, non male aſſeritur; ita ille quoque fidem ſervare debet: quamvis negandum non ſit, Fiſcum, ex Imperatorum Rom. beneficio, variis privilegiis gaudere, obligationem ex contractu, cum Fiſco inito, vel temperantibus vel arctiorem reddentibus, quæ ad Statuum Imp. Fiſcum etiam applicari ſolent.

VIII.

(b) v. g. ſub hac clauſula: *Alles bey unſern Ehren, Würden, treuen Glauben und wahren Worten; So wahr mir Gott helffe.* v. BOD. §. 13.

VI. v. RHETZ. §. 5. 6. 7. 8. SCHILT. §. 5. Conf. D. CHR. H. ECKHARD *Specimen Juris Germ. de Obligatione ſub pœna banni eccleſiaſtici & Imperialis.*

VII. v. LAUTERB. de *J. Fiſc.* TIT. *J. Priv.* l. c. §. 11.

VIII. Sed an inter hæc quoque ſit beneficium *reſtitutionis in integrum* contra quamcunque læſionem? dubitant nonnulli, nec ſine ratione; in Collegiis tamen Saxonicis affirmativa opinio obtinet (a): Saltem Principes minores aut impuberes, per Contractum læſos, hoc beneficio gaudere, non dubitandum (b).

IX. Liberi Illuſtrium, Apanagiati, ac Fœminæ illuſtres, in Contractibus utique leges civiles obſervare tenentur; Privilegiis vero illis uti, quibus privatorum imbecillitati & læſioni ſuccurritur, veluti SCto Macedoniano & Vellejano, nonnulli infra ipſorum ſortem eſſe putant.

X. Ceterum de Contractibus *mutui*, *commodati*, *depoſiti*, *emtionis venditionis*, *locatio-nis*

VIII. (a) v. Dn. de BERGER. *Reſolut. ad Lauterb.* de *J. Fiſc.* HORN. *J. Publ.* C. LX. §. 19.

(b) BODIN. C. III. §. 4.

IX. * An Filius familias Illuſtris exceptione SCti Macedoniani uti poſſit? v. *Electa Juris Theoret. Pract.* P. VI. n. 4.

** Efficacem eſſe interceſſionem Fœminæ Illuſtris, regalia exercentis, v. Ill. BOEHMERI Diſp. de *Efficaci Feminarum Interceſſione.*

v. Dn. de PONIKAV §. 6.

X. v. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. IX. §. 23. Conf. SCHILT. L. III. T. 4. & 5. RHETZ. L. III. T. 3.-6.

nis conductionis &c. quoad Illuſtres nihil peculiare notandum occurrit: Igitur & hi, ſecundum naturam cujusque Contractus, ex legibus naturalibus vel civilibus, ad fidem ſervandam, damnum reſarciendum, evictionem præſtandam, ſimiliaque facienda, obligantur.

XI. *DONATIONES* Illuſtrium ſunt actus vel contractus benefici, quibus illi res ſuas proprias vel in alios Illuſtres, vel in proprios ſubditos, conferunt, vel ex mera liberalitate, vel ob aliam cauſam.

XII. Olim Donationes Principum, i. e. Imperatorum Rom. ultra 500. ſolidos inſinuatione non indigebant, quod ad Principes & Status Imp. non incommode applicatur. Alii tamen, quod ad donationes ſubditis factas,

XI. v. STAVINSKY de *Donat. Princ.* C. I. §. 5.

XII. v. RHETZ. L. II. T. XXXI. §. 1. SCHILT. L. II. T. VI. §. 1. STAVINSKY C. II. §. 9. ſqq.

* Neceſſitatis tamen haud eſſe videtur Inſinuatio, ob conditionem Statuum Imp. a conditione ſubditorum prorſus diverſam, ac rationem inſinuationis in illis ceſſantem.

Inter privatos Inſinuationis neceſſitas creditorum favore introducta eſt, quorum ſemper intereſt, donationes inſinuari, ne quid in fraudem eorum admittatur; tum ut nimis effuſæ donationes, quibus homines ad egeſtatem perduci poſſunt, coërceantur. v. ZIEGLER *Dicaſt. Concl.* §. 25.

ctas, hoc tantum admittunt, eas vero, quæ inter Status Imp. ipſos fiunt, inſinuatione utique indigere cenſent, quod controverſiæ ipſorum in Judiciis Imp. ſecundum Jus civile decidantur; quod & tutius videtur: Inſinuatio licet etiam in propriis Cancellariis recte fieri videatur, tamen tutius itidem in Imperii judiciis fiet.

XIII. Quod vero Donationes Principum contra hos largiſſime interpretandæ ſint, gratis aſſeritur: cum interpretatio Principis authentica haud dubie ſubditorum interpretationi prævalitura ſit.

XIV. Quod porro Donationes Illuſtrium abſenti factæ non valeant, niſi de acceptatione conſtet, ex natura negotii, quod mutuum conſenſum requirit, facile intelligitur: Poſſe tamen donationes etiam non acceptatas ut legata vel fideicommiſſa, ceteris paribus, valere, forte non incommode aſſeritur.

XV. Quamvis etiam ſecundum Jus civile Pater & Filius familias ſibi invicem firmiter

XIII. v. SCHILT. §. 2. RHETZ. §. 3. STAVINSKY. §. 3. ſqq. Conf. THOMASII Diſp. de *Interpret. beneſic. Principis.*

XIV. v. STAVINSKY §. 6. 7. 8.

XV. v. SCHILT. §. 5. RHETZ. §. 5. Dn. de BERGER. de *Donat. Princ.* §. 23. STAVINSK. C. III. §. 4. 6.

* At Donatio Uxoris Illuſtris Marito facta, ob ceſſan-

ter donare nequeant; tamen iſta prohibitio non minus ac conſtitutio, quæ Conjuges ſibi invicem donare prohibet, inter Illuſtres ceſſare videtur; quia ratio prohibitionis inter hos vix invenit locum, & præterea generoſitas connata revocationem haud facile admittit.

XVI. Sicuti vero nemo de alieno liberalis eſſe poteſt, ita nec Illuſtres donare posſunt ea, de quibus plenum jus diſponendi ipſis non competit, neque adeo donationes hujusmodi rerum valebunt, niſi conſentiant, quorum intereſt: Hinc dicta de alienationibus Statuum Imp. huc quoque applicanda ſunt.

XVII. Ceterum Donationes Illuſtrium legitime factæ neque ab ipſo Donante, neque a Succeſſore regulariter revocari poſſunt, ſive allodialia, ſive feudalia donata fuerint; exceptis tamen caſibus, quibus & donationes privatorum recte revocantur.

XVIII. Quæcunque bona & jura per expreſſam alienationem ab Illuſtribus acquiri aut in alios transferri poſſunt, eadem & per tacitam, h. e. *PRÆSCRIPTIONEM*, posſunt: Diſtingvendi tamen diverſi Præſcriptionis caſus, diverſaque ejus objecta.

XIX.

ſantem in ea rationem, omnino, ex principiis juris civilis invalida cenſenda. v. Diſſ. mea de *Donationibus Conjugum illuſtrium.*

XVII. v. STAVINSKY C. IV. §. 3. 4. 10. ſqq.

XIX. Quod ſi de Præſcriptione *inter* ipſos *Status Imp.* quæratur, ſecundum principia ſuperius poſita, *tacita derelictio* Domini T & illorum, quorum intereſt, ſufficere videbatur: Sed ſecundum vulgarem hypotheſin etiam Juris civilis requiſita attendenda venient. Quamvis an ad Præſcriptionem prætenſionum illuſtrium, & acquiſitionem Territoriorum, ſpatia, a Juſtiniano rebus immobilibus & incorporalibus præfinita, ſufficiant, merito dubitetur.

XX. Pari ratione ſi *Princeps* ſeu *Fiſcus a ſubditis* per Præſcriptionem aliquid acquirere intendat, non niſi ſecundum leges provinciales hoc fieri poterit, quod ex his jus ſubditis quæſitum ſit: Quod ſi vero ſubditi adverſus Principem vel Fiſcum Præſcriptione uti velint, diſtincte pronunciandum.

XXI. Scilicet *Regalia*, quorum quidem ſubditi ſunt capaces, *immunitas a collectis, bona* Ggggg 2 *came-*

XIX. XX. v. RHETZ. L. II. T. XXX. §. 1. TIT. L. IV. C. IX. §. 25. D. GRIBN. de *Præjud. Princ. Imp.* C. II. § 14. (a) POMIKAV. §. 9.

XXI. v. A. B. C. VIII. §. 1. ibi: *tempore, cujus contrarii memoria non extat.* C. IX. R. I. 1548. §. 26. ibi? *Uber Menſchen Gedachtniß.* I. P. a. V. §. 27. ibi: *ante hominis memoriam.* Cap. LEOP. a. XXXIV. JOS. XXXIII. ibi: *rechtmaßig und beſtandig hergebracht.* CARPZ. P. II. *Conſt.* III. def. 25. RHETZ. §. 3. 4. HOPP. ad *J.* Tit. de *Uſuc.* §. 4. HORN.

Digitized by Google

cameralia aut *menſalia*, & quæcunque nonniſi per modum *privilegii* aut *feudi* a ſubditis acquiri ſolent, per vulgarem quidem Præſcriptionem ab his acquiri non poſſunt: At *Præſcriptione immemoriali* ſubditi etiam adverſus Principem jurium hujusmodi acquiſitionem tueri poſſunt; cum iſta omnis reliquæ Præſcriptionis defectum ſuppleat, & fortiſſimam legitimæ acquiſitionis præſumtionem pariat.

XXII. Quod ad bona *Fiſco* quidem *debita*, ſed *nondum acquiſita* aut incorporata, jus commune aut provinciale locum habere videtur: Scil. quod *nunciata* Fiſco, & ab eo neglecta, quadriennio, *nondum nunciata*, ſi mobilia ſint, triennio, in Saxonia, anno & die, ſi immobilia, decennio, Jure Saxonico 30. annis anno & die, præſcribantur; quamvis ſi opinio de Fiſci reſtitutione in integrum valeat, & hæc facile elidi poſſint.

XXIII. Denique & circa *bona patrimonialia* Principum communia Præſcriptionis jura obtinere videntur; quamvis alii, ea nonniſi 30. vel 40. annis præſcribi, cenſeant.

CAP.

---

4. HORN. *J. Publ.* C. LX. §. 20. LXI. §. 5. BOEHMER. *J. Eccl.* L. II. T. XXVI. §. 44. 45. p. 1373.
XXII. XXIII. v. HOPP. *l. c.* tot. tit. C. *Ne res domin.*

CAP. XII.

DE
TESTAMENTIS ET PACTIS SUCCESSORIIS STATUUM IMP.

§. I.

TESTAMENTO, aliave ultima voluntate, Status Imperii vel de Territorio & juribus territorialibus, vel de patrimonio privato, diſponunt.

II Et de *allodialibus* quidem bonis, tam publicis, quam privatis, liberrime etiam per teſtamentum diſponunt, non ſolum absque Imperatoris, ſed & Agnatorum, conſenſu: modo Imperio nihil præjudicii ſit metuendum, nec forma regiminis ad conſenſum Statuum provincialium ſit adſtricta.

III. De *feudalibus* diſtincte pronunciandum: De *Electoratibus* quidem teſtamenta non valent, niſi, in caſu inſtituti extranei, præter Imperatorem & Electores, etiam Liberi & Agnati, conſentiant; Si vero ex ſecundo genitis aliquis ſucceſſor nominetur, tantum Primogeniti, ſi ex Agnatis, etiam ceterorum liberorum, ſi qui adſint, conſenſus requiretur. Idem de reliquis feudis primogenituræ obnoxiis cenſendum, niſi quod non ſolum Electo-

§. II. V. SCHILT. §. 8. STRYK de *Jure allod. Princ. I. C. 5.*

rum, ſed & Principum Collegium, in caſu ſupra dicto conſentire debeat.

IV. Si feuda ſint diviſibilia; *diſpoſitio* quidem *inter liberos*, vel diviſio & aſſignatio portionum hereditariarum ſimpliciter valebit: Quod ad *extraneum*, liberior diſponendi facultas de feudo *novo*, quam *antiquo*, competet.

V. De *hoc* quidem teſtamentum non valebit, niſi, præter Imperatorem & duo Superiora Collegia, etiam Liberi & Agnati conſentiant; De illo vero teſtamentum, etiam abſque horum conſenſu conditum, valebit, modo Imperator & duo Superiora Collegia conſentiant: Idem juris, ſi Agnati deficiant: Quodſi feudum prorſus hereditarium ſit, idem, quod in allodiis, obtinebit.

VI. Denique ſive de allodiis, ſive de feudis, diſponatur, cavendum, ne quid in præjudicium Statuum provincialium fiat; cum ejusmodi teſtamentum legis fundamentalis rationem obtineat, qualis condi non poteſt ſine Statuum provincialium conſenſu. ſi horum quoque auctoritas ad leges condendas requiratur.

VII.

III.-V. v. A. B. C. XX. *Cap.* CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 14. RHET. L. II. T. XXXVI. §. I. XXXVII. §. 2. SCHILT. *J Publ.* L. II. T. IX. §. 5. ITTER. C XVI. §. 1.-7. REINKING. de *Reg. Sec. & Eccl.* L. I. cl. 4. C. XVII. n. 60. ſqq.

VI. v. SCHILT. §. 5.

VII. An autem Status Imp. in condendis teſtamentis *ſolennia Juris civilis* obſervare teneantur? varie diſceptatur: Ex verioribus quidem principiis, ſuperius ſtabilitis, eadem neceſſaria haud eſſe, cenſendum; attamen, ob vulgares opiniones adhuc regnantes, ſvadendum ipſis, ut, ad evitandas lites, ſolennia adhibeant; quamvis, ſi de facto minus ſolenniter quæſtio ſit, in favorem dignitatis & ultimæ voluntatis pronunciandum videatur.

VIII. Sicuti autem teſtamenta Principum, *Curiis* aut *Cancellariis* ſuis inſinuata, merito ſuſtinentur; ita & *holographa* ſine aliis ſolennibus inter Proceres Imp. valebunt; quippe nec Jure Romano improbata.

IX. Circa teſtamenta *Apanagiatorum* ac *Fœminarum* illuſtrium quin ſolennitates adhiberi, vel inſinuatio eorum judicialis fieri debeat, minus dubitandum.

X. Liberi illuſtrium non, niſi juſtis ex cauſis, *exheredandi*, etiam in allodialibus & patrimonialibus: Saltem *legitima*, ob naturalis æquitatis rationes, ipſis relinquenda; quæ tamen

VII. v. RHET. T. XXXIV. §. 1. SCHILT. T. IX. §. 1. 2. LYTER. §. 8. Diſſ. HORN. *Jpr. feud.* C. XIV. §. 14.

VIII. v. SCHILT. §. 1. 3. & Tom. II. ubi Reſponſ.

IX. v. SCHILT. §. 3.

X. v. SCHILT. §. 7. 12. 13. RHET. §. XXXVII. §. 1. XL. §. 1.

ex arbitrio Teſtatoris definietur, imo, conſtituto Apanagio, plane ceſſabit.

XI. Ceterum regula Juris Romani, quod nemo pro parte *teſtatus* & *inteſtatus* decedere poſſit, a Statibus Imp. adeo ſtricte haud obſervanda videtur, inprimis ſi inter liberos aut ſubditos diſponant, quod iſta in multis provinciis nec inter paganos ſit recepta.

XII. *Legata* quoque in Teſtamentis Statuum Imp. locum habent, & fere ex juris privati legibus cenſentur, Modo de bonis allodialibus vel patrimonialibus, non vero de feudalibus, gentilitiis, aut fideicomiſſis, relinquantur, niſi conſentientibus illis, quorum intereſt.

XIII. Denique & *Fideicommiſſa* tam univerſalia quam particularia inter Illuſtres frequentari, & leges fundamentales quandoque provinciarum conſtituere, uſu fori pateſcit. Fiunt autem non ſolum *ultima voluntate*, ad quam ſcripturam, vel duos teſtes, probationis cauſa, ſufficere exiſtimant, ſed etiam *conventione*, unde *Fideicommiſſa conventionalia*.

XIV. Porro relinquuntur Fideicommiſſa vel *ſingulis*, velut Agnatis vel Cognatis, & ſic ea tantum ad gradum decimum perdurare, volunt: vel *Familiæ*, & ſic perpetua ſunt, neque extra familiam alienari poſſunt.

XV.

XI. v. RHET. T. XXXVIII. §. 4. SCHILT. §. 9.
XII. v. RHET. L. XLII. §. 1. SCHILT. T. X. §. 1.

XV. In Fideicommiſſo familiæ, quod proximo aut propinquiori relictum eſt, propinquitas gradus, non lineæ, regulariter obſervatur, excepto caſu, quo recta collaterali lineæ præfertur: Gradus vero propinquitas non a primo acquirente, ſed ab ultimo defuncto, quippe de cujus ſucceſſione quæritur, computanda.

XVI. Præterea etiam Succeſſio ex *PACTIS* in Germaniæ Territoriis obvia eſt: qualia ſunt *Pacta Confraternitatis* & *Ganerbinatus*.

XVII. Ineuntur autem *Pacta Confraternitatis* inter duas pluresve Familias illuſtres, hac lege & fine, ut, una familia extincta, ſuperſtes in Territorium vacuum ſuccedat.

XVIII. De valore iſtorum hodie fruſtra dubitatur, quia publice approbata ſunt, ut vel Capitulatio Cæſarea docet: Attamen ut valida perſiſtant, præter conſenſum Familiarum paciſcentium, non tantum Imperatoris, ſed

Ggggg 5

XIII. - XV. v. RHETZ. T. XLIII. SCHILT. T. XI.

XVI. * Not. illuſtre exemplum pacti Confraternitatis inter inclytas Gentes, *Saxonicam*, *Boruſſico-Brandenburgicam* & *Haſſiacam*. v. CARPZ. & BOD. Diſp. de hoc *Pacto Confrat.* Conf. SCHILT. *J. Publ.* L. III. T. I. §. 9. STRUV. C. XXXI. §. 18. 19.

XVII. XVIII. v. *Cap.* CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 9. *Medit.* ad *Cap.* JOS. a. VI. p. 106. ITTER. C. II. §. 10. 11. TIT. *J. Publ.* L. IV. C. IV. §. 46. 47.

ſed & Electorum, imo, pro re nata, etiam Principum collegii, an & Statuum provincialium? conſenſus neceſſarius videtur.

XIX. Poſitis his requiſitis, non tantum de Principatibus, aliisque ejus generis feudis; ſed & Electoratibus, valide paciſci licet: Et quidem vel in integrum Territorium, vel ejus partem, vel mutuam, vel alteri tantum parti, ſucceſſionem ſcribere.

XX. Denique & *Ganerbinatus* huc ſpectat: quale Pactum tamen non ad ſucceſſionem tantum, ſed & alia jura atque officia communicanda dirigitur.

Cap. XIII.

DE MODIS, ACQVIRENDI TERRITORIA ECCLESIASTICA ET JURA CONNEXA.

§. I.

OLim Epiſcopi & Prælati partim per *electionem* Cleri & Populi, partim per *confirmationem* Regum vel Imperatorum, nonnunquam & ex horum arbitrio tantum, conſtituti fuerunt.

II. Confirmationi acceſſit *Inveſtitura per baculum & annulum*, ad HENRICI IV. tempora usque ab Imperatoribus peracta: Sed poſt-

XIX. v. ITTER. §. 8. TIT. §. 48.

poſtea artibus Pontificum, cumprimis *Hildebrandi*, Imperatores hoc jure exciderunt; idque per transactionem HENRICI V. cum CALIXTO II. initam, qua inveſtitura per baculum & annulum Pontifici ceſſa, per ſceptrum Imperatori relicta.

III. Poſtea *Electio*, quæ per transactionem Calixtinam Clero & Populo denuo aſſerta fuerat, ad ſolos Canonicos & Conventuales pervenit, mox etiam per *proviſiones* Pontificis extraordinarias turbata, ut ſuperius traditum.

IV. Igitur hodie *Modi ordinarii* Territoria Eccleſiaſtica, & jura connexa, acquirendi, ſunt vel *Electio*, quando habilis ab omnibus Canonicis, vel majori parte, eligitur: vel *Poſtulatio*, quando admiſſio ejus, qui per canones eligi non poterat a Superiore, & quidem inter Catholicos a Pontifice, petitur; quamvis frequentius hodie *indultum eligibilitatis* a Pontifice impetretur.

V. Electioni accedit *Confirmatio* Pontificis, idque ex *debito* juſtitiæ; Sed poſtulatio non niſi ex *gratia* ab ipſo admittitur: Hanc ſi denegaverit Papa, quod facere poteſt, *extraordinarius* conſtituendi modus ſe exerit, *Proviſio nempe Papalis*, per concordata N. G. ipſi

IV. V. v. BOEHM. *J. Eccl.* L. I. T. V. §. 4. ſqq. p. 253. TITIUS *J. Publ.* L. IV. C. III. §. 44. 45. 46. MONZ, C. III. §. 6. fin. ibique KULP.

ipſi conceſſa, quæ & in aliis caſibus locum habet. Ceterum hæc omnia ex præſcripto juris Canonici fiunt.

VI. Cum vero inter Proteſtantes adhuc Epiſcopatus & Prælaturæ ſuperſint, in his quoque *electio* & *poſtulatio* locum habet: Et Epiſcopi quidem ſtylo recepto *Poſtulati* appellantur, quod plerumque defectu canonico laborent; quamvis reipſa electio & poſtulatio apud Proteſtantes non differant.

VII. Sunt etiam *Epiſcopatus* quidam ad certas Familias & Succeſſores, vel per I. P. vel per pacta reſtricti, ut electio & poſtulatio ut plurimum dicis gratia inſtituatur, interdum vero plane ceſſet.

VIII. Majori libertate gaudent *Abbatiæ*, in quibus electiones & poſtulationes fiunt ſecundum præſcriptum a Jure canonico modum, ita, ut quædam adhuc diverſitas inter illas, ſaltem quoad numerum votorum, dari poſſit.

IX. *Confirmatio* Pontificis circa electionem, aut

VI. v. I. P. a. V. §. 16. ibi: *jura eligendi & poſtulandi*. 21. ſqq. BOEHM. §. 7. 8.

VII. * Dic. de Epiſcop. *Oſnabrugenſi*, *Lubecenſi*, *Miſnenſi*, *Naumburgenſi* & *Merſeburgenſi*. v. I. P. a. XIII. §. 5. *Staats-Cantz.* T. X. p. 654. ſqq. 687. EVR. HER. p. 254. 249. BOEHM. §. 8. 10. ſqq.

VIII. v. BOEHM. §. 8.

IX. v. I. P. a. V. §. 21. BOEHMER. §. 9.

aut *Admiſſio* circa poſtulationem Proteſtantium ceſſat: quod electi vel poſtulati ſtatim ſine ulla exceptione ab Imperatore de feudis ſint inveſtiendi; ut tamen, ultra taxæ ordinariæ ſummam, inſuper ejus dimidiam, pro inveſtitura ſolvere teneantur.

X. Quodſi controverſiæ circa electionem & poſtulationem exoriantur, inter Catholicos quidem Pontifex judex competens cenſetur: Sed inter Proteſtantes eædem haud dubie ab Imperatore, vel ſummis Imperii judiciis, dirimendæ ſunt.

XI. Datur & aliud genus poſtulationis, quod *minus ſolenne* ac *ſimplex* appellatur, atque ad eum dirigitur, cujus conſenſus propter auctoritatem, quam in poſtulatum habet, vel ob aliam cauſam, veluti jus Advocatiæ, exigitur.

CAP. XIV.

DE SUCCESSIONE IN PRINCIPATUS ET COMITATUS IMP. AB INTESTATO.

§. I.

SUCCESSIO, quæ dicitur ab INTESTATO, in immediata Imperii Territoria,

X. V. BOEHM. §. 17. *Staats-Canz.* l. c.
XI. V. BOEHM. §. 18.

ria, eaque Secularia, defertur vel ex legibus Germanicis publicis & privatis, vel Longobardicis, vel Romanis, quantum poſteriores præſenti Territoriorum ſtatui conveniunt. Circa hanc & *fundamentum*, & *ordinem*, & *modum* ſuccedendi conſiderare juvabit.

II. *Fundamentum* Succeſſionis his legibus innixum, eſt partim *Jus ſangvinis*, partim *Simultanea inveſtitura;* Unde regula: Qui a primo acquirente ſangvinem non trahit, aut, ubi receptum, ſimultanee inveſtitus non eſt, ille in Territorium ac jus territoriale non ſuccedit.

III. *Simultanea inveſtitura* quod in Feudis Imperii regalibus quoque obtineat, certum; an vero pro regula poni debeat, forte dubitari poſſet; ſunt tamen, qui & hoc aſſerunt: Quamvis naturæ Territorium hodiernæ magis Succeſſio ſangvinis, quam ſimultaneæ inveſtituræ, convenire videatur; ſaltem jus ſangvinis negligendum non eſt, cum ejus ordini ſimultanea inveſtitura attemperari ſoleat.

IV. In *ordine* Succeſſionis *Deſcendentes*, *Adſcendentes* & *Collaterales*, itemque *Maſcu-*

li

III. V. SCHILT. de *Simult. inveſt. Princ. Imp.* ITTER. de F. I. C. IX. §. 7. 8. 9. TITIUS *J. Publ.* L. IV. C. IV. §. 8. 9. HORN. *Jprud. Feud.* C. XVII. §. 6.

li & *Fœminæ*, diſcernendi ſunt: Circa ſingulos *requiſita* ſuccedentium, cumprimis ex feudalibus placitis, & Germanorum moribus, attendenda venient.

V. Primo omnium ſuccedunt *Deſcendentes*, & quidem maſculi, ex legitimo matrimonio nati; an & impari? dubitant nonnulli, ſed & hoc affirmandum videtur, modo non ad morganaticam contractum ſit: Non etiam naturales ſeu illegitimi, nec legitimati, niſi per ſubſequens matrimonium, nec adoptivi; quamvis hi in allodialibus & patrimonialibus admittendi ſint.

VI. *Adſcendentes* quamvis regulariter in feuda non ſuccedant, in illis tamen caſibus, in quibus in feudis nobilibus admittuntur, eosdem etiam in regalibus admittendos eſſe, nonnulli exiſtimant: Saltem ab allodialium ſucceſſione excludi non poterunt. Ceterum non niſi poſt deſcendentes ſuccedunt.

VII. Deficientibus Deſcendentibus, Succeſſio, excepto caſu, ubi & Adſcendentes admittuntur, ad *Collaterales*, a primo acquiren-

V. v. ITTER. C. XIV §. 1.-10. RHET. *J. Publ.* L. I. T. XX. §. 6. ſqq. TIT. §. 10. 11. SCHILT. *J. Publ.* L. III. T. I. §. 3. 4. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXXI. §. 16.

VI. v. STRUV. *C. J. F.* C. IX. aph. III. n. 3. 4. HORN. *Jpr. Feud.* C. XVI. §. 1. 2. 3. HAGEN. *Inſt. P. Publ.* L. II. C. V. n. 1.

quirente ſangvinem trahentes, vel ſaltem ſimultanee inveſtitos, devolvitur: Illud in feudo *antiquo*, hoc in *novo* in cenſum venit; quamvis & in antiquo ſæpe nonniſi ſimultanee inveſtiti ſuccedant.

VIII. In illis, qui defectu quodam laborant, diſtingvenda vitia *animi* & *corporis*: Illa, non hæc, ſucceſſioni illuſtri obſtare videntur, quippe quæ non ex rationibus feudorum vulgaribus, ſed indole Territoriorum Germaniæ, æſtimari debet.

IX. *Fœminarum* ſucceſſio mediæ ætatis moribus admodum fuit reſtricta, in Feudis nulla, in Allodiis, nonniſi deficientibus maſculis, nec niſi in linea recta, & collateralis gradu primo, habuit locum; quamvis & Territoria majora jam tum per fœminas transferri ſveverint: Recepto vero jure Pontificio & Juſtinianeo, major erga fœminas indulgentia fuit.

X. Equidem in *Feudis* Imp. *regalibus*, ex communi feudorum natura, regulariter ſuccedunt *Maſculi*, fœminis cum ſua progenie excluſis: Dantur tamen inter Principatus etiam & Comitatus, qui ad *fœminas* tranſeunt, ſed non niſi extinctis maſculis.

XI. Sed in *allodialibus*, ſive ſint territoria, ſive

VIII. v. ITTER. §. 21. 22. TIT. §. 11. 12.
IX. v. LUDOLFF. de *J. Fæm. ill.* S. II. M. I. §. 5.
X. XI. * Dic. de conſilio HENRICI VI. ſucceſſionem

ſive mobilia, *Fœminæ*, una cum maſculis admittuntur, niſi excluſio lege, conſvetudine, pacto, aliave diſpoſitione, valide introducta doceatur: Idem in feudis mere hereditariis obtinet. Quodſi vero Territorium pluribus allodiis intermixtum ſit, fœminæ adhuc ab Agnatis excluduntur, donec omnes maſculi ſint extincti: atque tunc a feudis allodia ſeparantur, inque hæc ſolæ fœminæ ſuccedunt.

XII. An autem Imperator in præjudicium agnatorum, vel illorum, quibus expectativa, in caſum deficientium maſculorum, data, fœminis jus ſuccedendi largiri queat: aliquando acriter diſceptatum: Certe quod jus legitime quæſitum Imperator alicui auferre queat, jure propitio nemo dixerit.

XIII. *Modus* ſuccedendi triplex eſt: Vel enim Jus *Primogenituræ*, ubi ſucceſſio ad Primogenitum, ejusque lineam, cum excluſio-

ne

nem in feuda Imp. ad fœminas quoque producendi. v. ITTER. C. XIV. §. 11. ſqq. MONZ. C. II. §. 4. SCHILT. §. 3. LVDOLFF. §. 6. 7. 10. 11. STRUV. *C. J. Publ.* C. XXXI. §. 50.

XII. v. ITTER. §. 19. ibique alleg. MERCKEL. ap. KLOCK. T. I. *Conſ.* VII. n. 323. ſqq. & FRANZK. III. *Reſol.* I. n. 115. ſqq.

XIII. v. SCHILT. *J. Publ.* p. 315. ibique Tabula Succeſſionis. *Comm.* ad *J. F. Alem.* C. LII. §. 4. & C. LX. LXI. §. 3. ſqq. HORN. *Jprud. F.* C. XV. §. 23. TIT. §. 15. ſqq.

ne poſtgenitorum, eſt adſtricta, *Linealis* inde dicta; vel *Senioratus*, ſeu *Majoratus*, ubi Senior totius familiæ potior eſt in ſucceſſione: vel *Diviſio* aut ſaltem *Succeſſio plurium*, locum habet.

XIV. Quisnam modus antiquitus in Germania obtinuerit? non extra controverſiam poſitum eſt: *Individuos* fuiſſe Ducatus & Comitatus, & leges patriæ & hiſtoriæ loquuntur: Saltem vix ante Seculum XII. & XIII. diviſiones terrarum innotuere, initio ita plerumque factæ, ut plura ejusdem Principis Territoria tantum inter diverſos filios diſtribuerentur; mox vero & ipſa Territoria dividi cœpere, quod &, invaleſcente jure Juſtinianeo, ſolennem in morem abiit.

XV. An vero Jus Senioratus, an primogenituræ, an communio in Territoriis individuis prævaluerit? adhuc dubitatur: Et jure Francico ſive Alemannico jus *ſenioratus* regulariter obtinuiſſe, Saxonum vero jure iſtud aut non receptum aut abrogatum fuisſe,

---

XV. v. *Conſt.* FRID. I. 2. F. LV. §. 1. quam nonnulli & ad Germ. feuda pertinere cenſent. *L. Prov. Alem.* L. I. C. XX. §. 3. *Man mag dabein* (*kein*) *Fürſten-Amt mit recht zweyen Mannen geleiben, geſchicht es aber, irredweder* (neuter) *mag darvon ein Fürſt geſeyn. J. F. Alem.* C. 60. lll. LUDOLFF. de *Introd. J. Primog.* P. Gen. aph. XI. STRUV. §. 1. 2. 3.

ſe, invecta communione aut diviſione, a nonnullis, non ſine probabili ratione, aſſeritur.

XVI. Sed animadverſo errore, pernicioſis diviſionibus ubique invaleſcentibus tandem modus eſt poſitus, atque primum in Electoratibus *Jus Primogenituræ* cum *ſucceſſione lineali* Carolina ſanctione introductum, ad cujus exemplum dein ſucceſſiones in aliis quoque Familiis illuſtribus fuerunt ordinatæ.

XVII. Poſſe Jus Primogenituræ licite introduci, nullum eſt dubium, cum nulla lex divina ad æqualem bonorum diſtributionem præciſe obliget: Imo manifeſtum eſt, illud ad conſervationem & emolumenta Territoriorum ac Familiarum Illuſtrium non parum conducere.

XVIII. Introducitur autem vel *lege* Imp. publica, vel *privilegio* Cæſaris, vel *pactis* Fa-

 milia-

XV. XVI. A. B. C. 7. GOLDAST. *Senior.* ſ. de *Major.* ENGELBRECHT de *Succeſſ. in Elector.* SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. LII. §. 4. C. LX. LXI. §. 3. ſqq. ITTER. C. XII. §. 12. C. XIII. §. 9. HORN. J. F. C. XV. §. 19. STRUV. §. 4. ſqq. LUDOLFF. l. c. & aph. XIII. p. 37. ſqq.

XVII. v. ITTER. C. XII. §. 4. 5. 6. LUDOLFF. l. c. gen. aph. 15. P. ſpec. aph. 2. TIT. §. 18. HORN. *Jpr. F.* l. c. VOIT. a SALTZBURG. Diſp. de *Emolum. Territ. impr. Germ. ex jure primog.* §. 3. ſqq.

miliarum illuſtrium, vel *teſtamentis*, vel *conſuetudine* aut *præſcriptione*.

XIX. Firmamenti loco alii *Imperatoris conſenſum* abſolute requirunt: Alii diſtinguunt, utrum jus primogenituræ intuitu ſaltem *alicujus Familiæ*, an *Territorii* ſimpliciter, ſit introducendum; illo caſu ſolum paciſcentium conſenſum ſufficere, hoc vero non Cæſaris tantum, ſed & Imperii, conſenſum requiri, exiſtimant.

XX. *Agnatorum* inſuper conſenſum in feudis antiquis neceſſarium eſſe, non eſt dubitandum: an vero & *filiorum*? dubitant. Sunt, qui, Patrem, filiis non conſentientibus, pacto vel teſtamento, jus primogenituræ, modó Cæſar conſentiat, introducere poſſe, cenſent; quod tamen alii, hypotheſi minus probata niti, judicant.

XXI. In *Electoratibus* igitur Jus Primogenituræ ita ſtabilitum eſt, ut *Terræ Electorales* ſint indiviſibiles, inque iis ſuccedat ſolus *Primogenitus* cum tota ſua progenie, modo ſit idoneus, nec juri ſuo renunciet; Sed *hereditariæ* terræ diviſioni adhuc ſubjacent: Quid vero

XVIII. - XX. v. ITTER. §. 8. 12. LVDOLFF. P. ſpec. aph. 7. 8. 13. 14. 15. TIT. §. 19. - 14. STRUV. C. XXXI. §. 4. 5. 6. VOIT. a SALTZB. §. 49. 50.

XXI. v. A. B. C. 7. ITTER. §. 21. SCHILT. ad *J. F. Alem.* C. CXLI. §. 4. STRUV. C. XVII. §. 25. 26. VOIT. a SALTZB. §. 48.

vero ad terras Electorales, quid ad hereditarias pertineat, vel ex origine & fundatione Electoratus, vel ex ſtatu ejus, qui tempore A. B. fuit, vel ex pactis aut diſpoſitionibus anteriorum ſucceſſionum & diviſionum, dijudicandum.

XXII. Extincta linea Electorali, *proximus* ſuccedit *Agnatus*: qualis an ex *gradu* & *ætate*, an vero ex *lineæ propinquitate* ſit æſtimandus? inter Gentes Saxonicas & Palatinas diſceptatum: Et videtur ſucceſſio *linealis* etiam intuitu Agnatorum locum habere; ſicut linea Primogeniti excludit ſecundo & ultra genitos, licet filius Primogeniti Patruo ætate & gradu cedat, nec *Senior frater* in A. B dicitur reſpectu nepotum ex fratre primo, ſed reliquorum fratrum.

XXIII. An autem Elector, qui Electoratu jam fruitur, etiam in alio Electoratu ſuccedere, & vel utrumque ſibi retinere, vel alterum filio cedere poſſit, ſuperius ſuo loco expoſitum eſt.

XXIV. Præterea in pleriſque *Principatibus*

 &

XXII. v. GOLD. & ENGELBR. II. cc. ITTER. C. XV. §. 6. ſqq. SCHWED. S. II. C. III. §. 8. VITR. L. III. T. XI. §. 3. SCHILT. §. 6. TIT. §. 2. STRUV. §. 27. 28.

XXIII. v. Supr. L. IV. C. VI. §. 35. 36. Conf. SCHWED. §. 9. TIT. §. 3.

XXIV. * Exempla introducti Juris primogenituræ in

& nonnullis *Comitatibus* Jus primogenituræ variis modis introductum eſt: In quibus adeo eadem ſuccedendi ratio, *linealis* ſcil. *agnatica*, in nonnullis forte & *cognatica*, obtinet.

XXV. Scilicet ea eſt Primogenituræ indoles, ut a momento nativitatis jus, in poſteros tranſiturum, largiatur, & Primogenitus cum ſua progenie peculiarem velut lineam conſtituat, ex qua dum aliquis ſupereſt, nemo ex poſtgenitis ad ſucceſſionem admittitur: Imo ſi ex Primogeniti linea plures iterum lineæ ſubalternæ naſcantur, idem juris inter illas obtinebit.

XXVI. Quodſi autem Primogenitus vel ſucceſſionis, ob defectum naturalem aut legalem, incapax ſit, vel juri ſuo renunciet, vel ejus progenies deficiat: tum demum ſucceſſio ad *proximum Agnatum*, ejusque progeniem, eodem modo devolvitur.

XXVII. Eadem ſuccedendi ratio obtinet, ubi

in Domo *Anhaltina*, *Auſtriaca*, *Badenſi*, *Brandenburgica*, *Brunſvicenſi*, *Haſſiaca*, *Holſatica*, *Lotharingica*, *Megapolitana*, *Naſſovica*, *Palatina*, *Sabaudica*, *Saxonica*, *Wurtenbergica* aliisque, it. in Familiis Comitum *Hanovicenſ. Lippia*, *Monfort*, *Ottingenſ.* &c. v. LUDOLFF. P. Gen. aph. XIII. STRUV. C. XXXI. §. 4. 5. 6. 7. VOIT. a SALTZB. §. 53. - 71. SCHILT. *J. Publ.* Tab. Succ. all. & de *Nat. ſucc. feud.* C. ult. §. 2.

XXV. - XXVII. v. TIT. §. 16. 17. ITTER. §. 17. ſqq. VOIT. a SALTZB. §. 76.

ubi *fœminina* ſucceſſio in hujusmodi Territorio locum habet: Scil. ut *Primogenita* cum ſuis deſcendentibus, maſculis vel fœminis, ſorores cum ſuis deſcendentibus excludat.

XXVIII. Succedit autem Primogenitus non ſolum in Territorio, ſive feudali, ſive allodiali, ſed etiam in reliquis, quæ vel ad Territorium, vel Principalem dignitatem, ſpectant, acceſſoriis: Si tamen Agnatus ſuccedat, huic in iis, quæ tantum ad apparatum vel ſplendorem Principis ab ipſo parata ſunt, præferri liberos æquius ac verius nonnullis videtur.

XXIX. In reliqua hereditate allodiali vel patrimoniali omnes liberi, etiam fœminæ, ex æquis partibus ſuccedunt, niſi jus primogenituræ ad hanc quoque extenſum, vel a Patre aliter diſpoſitum fuerit.

XXX. Ex jure Primogenituræ ſequitur *Apanagium* vel *Paragium:* Quamvis nonnulli a voce *Paragii* malint abſtinere, & Apanagium diſtingvere in *proprium*, quod ſtrictam Apanagii naturam retinet, & *improprium*, quod a ſtricta Apanagii natura recedit.

XXVIII. XXIX. v. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXVII. §. 18.-22. ITTER. §. 22. 23. TIT. §. 25. STRUV. §. 9. 10.

XXX. v. SCHILT. de *Apan. & Parag.* HERT. de *Commentit. Apan. & Paragii diſtinct.* THOMAS. *Vindic. diſt. inter Parag. & Apan.* Conf. STRUV. §. 11. 12. VOIT. a SALTZB. §. 6.

XXXI. Eſt autem *Paragium* certa Territorii portio, cum certis juribus, ſecundo genito tributa, potioribus partibus Primogenito relictis. Hoc licet varios gradus ac modos poſſit habere, prout teſtamento vel pacto definitum fuerit, tamen duo potiſſimum genera ejus notari poſſunt.

XXXII. Primum eſt, ubi Primogenito terræ potiores cum jure Status & Superioritate T. Poſtgenitis vero certæ terræ cum dominio, jure homagii, Cancellariæ ſive Regiminis particularis, ac nonnullis regalibus etiam majoribus, vel particula Superioritatis, obveniunt: Alterum, ubi, diviſis inæqualiter terris, ſequius geniti dominium quidem portionis aſſignatæ, ſine tamen jure Cancellariæ, & regalibus quandoque majoribus, conſequuntur.

XXXIII. *Apanagium* autem eſt certa pecuniæ vel aliorum redituum portio, a Primogenito poſtgenitis, alimentorum loco, una cum ſede quadam, præſtanda. Interdum præfecturæ nonnullæ Apanagiatis aſſignantur, ubi tamen in dubio nec jurisdictio, nec regalia, conceſſa intelliguntur, ſed tantum jus capiendi reditus.

XXXIV. Conſtitui iſtud pro viribus provinciæ,

XXXI. XXXII. v. SCHILT. de *Apan.* & *Par.* §. 5. 28. 29. STRUV. §. 12.

XXXIV. v. ITTER. C. XIII. §. 1. ſqq. SCHILT. §. 19. LUDOLFF P. ſpec. aph. 12. STRUV. §. 15.

vinciæ, & perſonarum dignitate, non vero præcipue legitimæ rationem habere debet: Imo plerumque quantitas ejus vel per pacta Familiæ, vel per teſtamentum, vel ex obſervantia, definiri ſolet.

XXXV. Ubi *Succeſſio pluralis* obtinet, vel *unus* ſuccedit, ſi ſolus vel proximior ſit: vel ſuccedunt *plures*, ſi æquales ſint gradu & linea. Unde regula: *Ex pluribus ſuccedit proximior, pares ſimul admittuntur.* Proximitas vero & æqualitas generatim ex *genere*, *linea* & *gradu* æſtimatur.

XXXVI. *Genere* primum *Deſcendentes*, dein *Adſcendentes*, tandem *Collaterales* proximi ſunt, qui adeo eodem ordine in ſucceſſione ſeſe excipiunt, modo alias ſucceſſionis capaces ſint.

XXXVII. Ex *Deſcendentibus*, qui ratione ſtirpis unam conſtituunt lineam, liberi primi gradus ſuccedunt æqualiter; deficientium locum, jure repræſentationis, eorum liberi ſubeunt: Deficientibus omnibus primi gradus liberis, remotiores, ſive ejuſdem, ſive diverſi ſint gradus, ſemper, jure repræſentationis, ſuccedere videntur.

XXXVIII. De *Adſcendentium* proximitate aut æqualitate non attinet multa dicere, quod eorum ſucceſſio in feudis regalibus ra-

XXXV.-XXXVII. v. TIT. §. 28. 29. *T. Lehn-Recht* C. XXI. §. 34. 35.

riſſime locum habeat, in allodiis vero jus commune obtineat.

XXXIX. *Collaterales* uti in feudo *novo* non ſuccedunt, niſi ex pacto, vel ſimultanea inveſtitura; ita in feudo *antiquo*, ubi jus ſangvinis attenditur, eorum proximitas & æqualitas ex *linea* & *gradu* æſtimatur: Hinc regulæ: (1) *Qui defuncto ſunt in proxima linea, illi ceteris, gradu licet propinquioribus, præferuntur*; (2) *Plurium ejusdem lineæ ſucceſſio ex gradu æſtimatur.*

XL. Primo igitur ex Collateralibus ſuccedunt *Fratres germani & conſangvinei*, qui omnes ejusdem ſunt lineæ & gradus, dividuntque hereditatem illuſtrem, ſecundum *capita*: Quodſi *fratrum præmortuorum filii* concurrant, hi, jure repræſentationis, cum patruis, in *portionem ſtirpis ſuæ*, admittuntur; ultra hos vero repræſentatio non obtinet.

XLI. Si *fratrum liberi ſoli* ſint, illi omnes, cum defuncto patruo unam eamque proximam lineam conſtituunt: quod hoc caſu omnes fratres, eorumque poſteri, ad ſucceſſionem admittuntur, adeoque non opus eſt a ſingulis fratribus, ut circa primogenituram, novam auſpicari lineam.

XLII. Cum etiam *fratrum filii*, lineæ proximioris beneficio, ſuccedant; hinc defuncti Patruos excludunt: Cumque porro, jure proprio ſequantur, ac inter ſe gradu æquales ſint, ideo ſecundum *capita* dividunt; quod in

in ſucceſſione allodiali, ex veriori ſententia, non ita ſimpliciter procedit.

XLIII. Deficientibus fratrum liberis, *reliqui Collaterales*, ceſſante jure repræſentationis, in infinitum admittuntur; ſed ita, ut primo ſemper ad *lineas*, quæ defunctum comprehendunt, deinde ad *gradus* reſpiciatur.

XLIV. Inter plures igitur, linea & gradu æquales, *Diviſio* regulariter obtinet, donec probetur contrarium, exceptis tamen Electoratibus: Quamvis nonnulli etiam inter Principatus & Comitatus diſtingvant, & in his quidem præſumtionem pro diviſione militare, non vero in illis, exiſtiment.

XLV. *Diviſio* non fit uno modo, nec lege aliqua univerſali definita eſt; ſed ſecundum pacta familiæ, vel diſpoſitionem paternam, vel conſvetudinem cujusque familiæ, vel denique dividentium placita, ſuſcipitur: non autem quod uni Familiæ placuit, aliis legis inſtar eſſe poteſt.

XLVI. Generatim Diviſio vel quoad *ſubſtan-*

XXXIX. - XLIII. v. TIT. *J. Publ.* l. c. §. 32. - 38. *T. Lehn-Recht* C. XXII. §. 3. ſqq.

XLIV. v. RECHENBERG. de *Succeſſ. in Ser. Gothica domo* §. 43.

XLV. v. SECKEND. *Fürſten-St.* C. III. n. 3. HORN. *Jpr. F.* §. 20. RECHENB. §. 44.

XLVI. v. TIT. §. 39. MYLER. de *Princ.* C. XXIII. §. 2.

ſtantiam ſit, vel quoad *fructus*. Priori caſu *Territorium* ipſum *dividitur*, & quidem vel ita, ut quilibet non ſolum peculiare jus territoriale, ſed etiam ſuffragium in Comitiis, nanciſcatur; vel ut aliqua communia maneant, vel ab uno, nomine omnium, vel a pluribus conjunctim, vel commutatis vicibus, adminiſtranda: Utroque caſu *optionis* jura valent, vel minori natu, vel primogenito, relicta.

XLVII. Quodſi vero *Territorium pro indiviſo* poſſidetur, & ſoli *fructus* dividuntur, iterum diverſa obtinet ratio: Vel enim ut æquales communi nomine terras regunt, vel uni, veluti Seniori, adminiſtrationem, cum vel ſine ceterorum conſenſu gerendam committunt, vel ſaltem uni majorem præ ceteris poteſtatem tribuunt, vel denique ſinguli alternis vicibus adminiſtrationem ſuſcipiunt.

XLVIII. Ceterum & *Conjuges* in Territoriis allodialibus, in feudis mere hereditariis & in reliquis, ex ſingulari pacto inveſtituræ, vel etiam conſvetudine, ſuccedere poſſe, a nonnullis obſervatum eſt.

CAP.

§. 2. SECKEND. l. c. §. 4. HERT. de *Special. R. G. I. Rebusp.* S. II. §. 15. RECHEND. §. 46.

XLVII. v. ITTER. C. XIII. §. 12. ſqq. HERT. §. 12. 13. SECKEND. n. 2. 3. STRUV. §. 17.

XLVIII. v. SCHILT. §. 7.

Cap. XV.
De
INVESTITVRA FEVDORVM IMP.

§. I.

JAm dictis acquirendi Feuda regalia modis ac cauſis tandem *INVESTITVRA* ſolenni ritu accedit: Hæc vel *Prima* eſt, quæ novam feudi aperti collationem comitatur aut ſequitur; vel *Renovata*, quæ mutato Domino aut Vaſallo repetitur.

II. Utraque hodie *veræ* quidem *collationis* virtutem non habet; ſiquidem inveſtiendi jam antea, vel ex originaria vel derivativa cauſa, Feudorum regalium Domini ſunt, ac juris territorialis cum omnibus annexis participes.

III. Ad *conditionem* tamen *habendi* ſpectat, eo quod publicis Imperii legibus recepta eſt: Et prima quidem forte traditionis ſymbolicæ, renovata vero confirmationis loco reputanda.

IV. Neceſſaria autem eſt Inveſtituræ renovatio, quoties vel Imperator, vel Vaſallus Imp. mutatus eſt: Et quidem intra annum & diem, in ſecularibus feudis a die vacantiæ, in eccleſiaſticis a die electionis computandum, ſecundum communia Juris feudalis placita

§. II. III. v. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. VII. §. 1. 13. ſqq.

cita, petenda (a); idque ſub pœna amiſſionis, ex ſummo quidem Juris rigore, qui tamen libertati Statuum Imp. hodiernæ merito attemperabitur, nec facile locum habebit, ſi inprimis legitima impedimenta allegari queant (b); quo caſu & indultum a Cæſare impetrari ſolet: Saltem in interregno hoc tempus intuitu feudorum vexilli non labitur.

V. Interdum *Senior* Familiæ inveſtituram nomine omnium petit, quod tamen univerſale non eſt (a): loco minorum *Tutores* inveſtituram petunt, &, præſticis præſtandis, accipiunt, quæ nec a majorennibus *hodie* repetenda eſt (b).

VI. Petitur inveſtitura a CÆSARE, qui ad

IV. (a) v. *Ord. J. Aul.* FERD. III. T. 3. Ord. Regim. Worm. d. a. 1521. §. 4. ibi: *nach verſcheinung des erſten Jahrs, darinnen einem Jeden ſeine Regalien zu empfahen gebühret.* VFFENBACH. de *Jud. I. Aul.* C. XI. p. 122. RHET. *J. Publ.* L. II. C. XXIX. §. 7. ITTER. C. XI. § 4.

(b) arg. I. P. a. IV. §. 50. WESENBEC. P. IV. *Conſ.* CCLXI. n. 6. ſqq. ITTER. §. 5. 7. TIT. §. 8. HORN. *Jpr. F.* C. XVII. §. 11. 14.

V. (a) v. ITTER. §. 2. STRUV. *C. J. Publ.* C. X. §. 36.

(b) v. *Cap.* CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 5. 6. ITTER. C. IX. §. 18.

VI. v. *Cap.* CAR. VI. a. XI. CAR. VII. a. XI. §. 1. ITTER.

Digitized by Google

ad eam ſine mora præſtandam obligatus eſt: Petitur etiam a *REGE ROM.* itém *VICARIIS IMP.* quamvis hi de feudis vexilli inveſtire nequeant.

VII. Varia autem ſunt *ſolennia*, quibus inveſtitura de feudis Imperii & olim & hodie peragi ſvevit, quæ vel ab uſu & obſervantia, vel ab Imperatoris arbitrio, dependent: Et cum iſta ſæpius, pro ratione circumſtantiarum varient, ceremoniale in hoc actu obſervandum Vaſallis Imp. eorumve legatis ex aula transmitti ſolet.

VIII. Olim in *Comitiis*, etiam ſub dio, ſolenni ritu beneficia regalia ab Imperatoribus, throno regali inſidentibus, habitu Imperiali plerumque ornatis, & Procerum corona ſtipatis, conceſſa ſunt: Hodie in *Aula Cæſarea*, tanquam Curia Domini, inveſtituræ ſolennia celebrantur; quamvis nonnulli privilegio loci gaudeant. Et quidem Principes eorumve legati ab IMPERATORE ipſo throno itidem inſidente in conclavi, quod vocant *die Ritter-Stube;* Prælati vero, Comites, Barones, Nobiles, in *Judicio* Imp. *Aulico* inveſtiuntur, ſed ſtantes, Italiæ Principes in genua procumbentes.

IX.

ITTER. C.IX. §. 6.-13. HORN. *Jpr. F.* C. XVII. §. 11.

VII. v. ITTER. C.IX. §. 37.

VIII. v. ITTER. C.IX. §. 30. 31. STRUV. l. c. §. 35. 36.

IX. Olim Principes ipſi principali habitu induti comparebant, imo comparere tenebantur: Hodie per *Legatos* vel *Procuratores* plerumque inveſtituram ejusve renovationem petunt & ſuſcipiunt Status Imperii, quod perſonæ præſentiam leges Imp. præciſe non requirant: quamvis abſentia modeſte excuſari ſoleat; Electores tamen, qui Regia dignitate gaudent, ab excuſatione immunes eſſe dicuntur.

X. Eccleſiaſtici Status olim *ſceptro*, Seculares *vexillis*, inveſtiebantur; hodie utrique *gladio*: Non tamen, niſi prævia trina genuum flexione, ad Imperatoris thronum accedit Vaſallus, inveſtituramque demiſſe petit.

XI. Deinceps ſtrictum gladium, quem Cæſar porrigit, exoſculatur, fidemque ſolenni *ſacramento* Imperatori & Imperio obligat, & prolixa officiorum promiſſione fungitur.

XII. Antequam vero ad hæc omnia admittatur renovationem inveſtituræ petens, ultimas inveſtituræ litteras in forma probante, una cum documento de tempore obitus defuncti, ut & proximitate & ordine ſucceſſionis, nec non, ſi Procurator ſit, ſpeciale mandatum ad jurandum exhibere jubetur.

XIII.

IX. v. ITTER. §. 22. HORN. C. XII. §. 23. STRUV. l. c. GVNDLING. de *F. Vexil.* §. 30. 31.

X. XI. v. ITTER. §. 30. 32. - 35. 38. GVNDLING. §. 30. STRUV. §. 30.

XIII. Imo & certam pecuniæ ſummam Officialibus Imperii, nec non Càncellariæ & inferioribus Aulæ Cæſareæ miniſtris, pro redimendis inveſtituræ litteris & adhibitis operis, perſolvere tenentur: Soli Electores ab hac penſione immunes ſunt, qui tamen ex liberalitate etiam præſtitas operas compenſare ſolent.

XIV. Denique his ita peractis, *Litteræ inveſtituræ*, vel donec hæ conficiantur, breve atteſtatum de præſtita inveſtitura, Vaſallo traduntur, Cæſari viciſſim *antapocha* reddita.

XV. Ceterum *Simultaneæ Inveſtituræ* non eodem, quo reliquæ, ritu perficiuntur; ſed obſervato certo, in ingrediendo cameram, in procumbendo, petendo & recipiendo inveſtituram, ceteriſque ſolennibus, ordine: Inprimis ſolenne eſt, quod, dum alter ex ſimultanee inveſtitis fidelitatis juramentum præſtat, ceteri, ad ſignificandum ſimultaneæ inveſtituræ jus, jurantis pallium complecti ſoleant.

XVI. Quod ad *Civitates* Imp. attinet, illæ hoc modo non inveſtiuntur, ſed, miſſo Commiſſario Cæſareo, homagium præſtant, ſalvis tamen ſuis juribus.

CAP.

XII. XIII. v. ITTER. C. XI. §. 8.
XV. v. LIMN. T. I. Add. L. IV. C. VII. p. 431. ſqq. STRYK. *Ex. J. F.* in Append. ITTER. C. IX. §. 37.
XVI. v. LEHM. *Chr. Spir.* L. IV. C. 10.

CAP. XVI.

DE OBLIGATIONE SVCCESSORIS ILLVSTRIS.

§. I.

SUcceſſor illuſtris, ſive electione ſive ſucceſſione Territorium obtineat, uti omnia *jura* eidem cohærentia conſequitur: ita *Obligationibus* quoque nonnullis, intuitu ſucceſſionis, obſtringitur; quamvis quousque vincula iſta ſe extendant, non usque adeo expeditum ſit.

II. Vulgo diſtingvunt, utrum quis ſuccedat *jure hereditario*, ex beneficio Anteceſſoris, & ut ſucceſſor univerſalis; an vero *jure proprio*, ex lege, vel pacto & providentia majorum, & ut ſucceſſor ſingularis: *Prius* fit in Territoriis rebusve allodialibus ac patrimonialibus; *poſterius* in Territoriis feudalibus, fideicommiſſariis & electivis.

III. Sed & inter cauſas *publicas* & *privatas* diſtingvendum erat: Scilicet, quæ Princeps, non Reipublicæ cauſa, ſed ut *privatus* egit, ea non niſi heres, qui a defuncto cauſam habet, & uti in univerſum ejus jus, ita & in omnes ejus obligationes, ſuccedit, præſtare tenetur.

IV.

§. I. v. TITIVS *J. Publ.* L. IV. C. V. §. 1.
II. v. STRUV. S. J. F. C. VII. aph. 9. n. 1. 4. TIT. §. 2. 11. 12.

IV. Quod vero ad *cauſas publicas* attinet, regulariter omnis Succeſſor illuſtris, ſive jure hereditario ſive proprio, ſive ut ſucceſſor univerſalis ſive ut ſingularis, ſuccedat, facta Anteceſſoris, quæ *ut Princeps intuitu Principatus* ſuſcepit, ſervare debet: modo is nihil contra regulas honeſti, juſti aut decori naturalis, nihil contra leges Imperii aut Territorii fundamentales, nihil denique contra manifeſtam Territorii utilitatem, admiſerit; quod in dubio non præſumitur, niſi liquide doceatur.

V. Ratio eſt, quod ea, quæ Princeps ut Princeps egit, non ſuo tantum, ſed & Reip. nomine egit; & quæ ita egit, ex utilitate & neceſſitate Reip. egiſſe cenſetur: Unde hæc quoque Reſpublica voluiſſe, imo per caput ſuum egiſſe cenſenda eſt: Quæcunque vero Reſp. quæ mutato licet capite eadem manet, utilitatis & neceſſitatis publicæ cauſa voluit, eadem & ſucceſſor, cujus eſt utilitatem Reip. promovere, velle debet.

Iiiii 2 VI.

IV. V. v. GROT. de *J. B. & P.* L. IV. C. V. §. 6. 7. 8. TABOR. de *Obligat Succeſſ* C. V. §. 4. *Reſp. Witteb.* ap. ZIEGL. de *J Maj* L. I. C. IV. §. 18. TIT. §. 7. Dn. WERNHER *Obſerv. For.* P V. Obſ. 161. Dn. LVDEWIG. de OBLIG. *Succ. ill.* C. IV. §. 6. STAVINSKY de *Donat. Princ.* C. IV. §. 14.

VI. Hinc *Alienationes*, *Oppignorationes*, *Donationes*, *Conceſſiones* expectantiarum, feudorum, regalium, privilegiorum, ab initio valide & legitime ab Anteceſſore factæ, regulariter nec a Succeſſore revocandæ ſunt: *Contractus* quoque ab eodem juſte celebrati a Succeſſore adimplendi, vel impleti in ſuo ſtatu relinquendi: Cumprimis *Debita* publico nomine, & publicæ utilitatis aut neceſſitatis cauſa contracta, ſolvenda ſunt.

VII. Quodſi vero manifeſte appareat, Deceſſorem contra leges Imp. vel conventiones cum Statibus provincialibus initas, vel pacta gentilitia, vel diſpoſitiones avitas, egiſſe: actis Succeſſor ſtare non tenetur.

VIII. Hinc alienationes aut oppignorationes, ſine Imperatoris & Imperii, vel Statuum provincialium, conſenſu, in caſu, ubi iſte conſenſus requiritur, vel cum manifeſto

VI. v. GROT. L. II. C. IV. §. 13. PUFEND. de J. N. & G. L. VIII. C. X. §. 8. 9. ZIEGL. l. c. & C. XII. §. 14. RHET. *Comm. J. Feud.* L. I. T. III. n. 19. p. 189. ITTER. de F. J. C. XVIII. §. 10. COCCEJ. *J. Publ.* C. XXVII. §. 23. 24. TIT. *Lehn-R.* C. XIII. §. 32. ſqq. C. XVIII. §. 67. ſbq. *J. Publ.* l. c. §. 13. 14. 15. Ita quoque reſpondi nomine *Fac. Jur.* ad interrog. *Alethophili Friedland Fürſtl. Cammer*-Procur. *zu Ehrenberg*, m. Jun. a. c.

VII. VIII. v. GROT. L. II. C. XIV. §. 12. n. 6. ZIEGL. l. c. §. 28. 29. TIT. §. 16. ſqq.

Digitized by Google

ſto Reip. detrimento, cumprimiſ bonorum Cameralium diſſipatione, factæ a ſucceſſore irritæ declarari poſſunt: Neque etiam debita; per inconſultam prodigalitatem, & citra neceſſitatem aut utilitatem territorii, contracta, ab eo ſolvenda ſunt.

IX. Ceſſat etiam Obligatio Succeſſoris illuſtris, ſi pactis gentiliciis cautum ſit, ne ære alieno, a deceſſore contracto, teneretur ſucceſſor, vel obligatio deceſſoris ſuperet vires bonorum relictorum: quamvis inventarium hoc nomine a Principe exigere nonnullis indecorum videatur.

X. Ceterum non quidem ad minimas anguſtias Princeps redigendus eſt; & cumprimis utilitas, cujus in ejus factis ratio habetur, non ex eventu, ſed ex conſultis ſuſcepti operis rationibus æſtimanda, nec utilitas in ſorditie quærenda, ſed etiam ratio decori & dignitatis habenda; calculi quoque paulo liberalius numerandi ſint; Attamen nec quævis actio ejus inconſiderata Reip. imputanda eſt.

IX. v. LVDEWIG Diſſ. laud. C. IX. §. 6. (zz) (dd).
X. v. GROT. l. c. §. 11. TIT. §. 19. LVDEWIG. Diſſ. C. IV. §. 6. (pp) (dd).

Cap. XVII.

DE ACTIONIBVS JVDICIALIBVS ILLVSTRIVM.

§. I.

DUm Status Imp. ceterique Immediati erga ſe invicem Jura acquirunt, ac ſibi mutuo ad aliquid præſtandum obligantur, eo ipſo quoque conſequuntur *ACTIONES*, quæ ſunt *juris competentis adverſus negantem allegationes:* Et quatenus nonniſi auctoritate judiciali effectum ſortiuntur, eadem quoque *remedia coactiva, ope Judicis, h. l. Judiciorum Imp. ſibi jus ſuum aſſerendi*, recte ſalutantur.

II. Quibus nominibus Actiones illas, quibus & Illuſtres erga ſe invicem utuntur, appellare & diſtingvere velis, perinde eſt; eo quod non opus ſit ea in libellis exprimere, modo apte perſpicue & rotunde & fundamentum actionis & petitum exponas: Poſſunt tamen & nomina Juris Romani his actionibus applicari, modo non nimis ſuperſtitioſe ſubtilitatibus & formulis illius Juris inhæreas, ſed quousque mores Germanorum & controverſiæ illuſtres eam applicationem admittant, reſpicias.

III. Dantur ergo in controverſiis illuſtrium quo-

§. I. II. v. TITIVS *J. Publ.* L. VII. C. VI. §. 1.-7.

quoque Remedia *petitoria* & *poſſeſſoria;* illa iterum actiones *reales* & *perſonales*, imo & *præjudiciales*, ambitu ſuo complectuntur.

IV. Scilicet primum & *Præjudiciales* actiones inter Illuſtres occurrere poſſunt, non ſolum ubi de ſtatu privato, ſed etiam ubi de publico, quæſtio movetur: dum v. g. prius de Landſaſſiatu, immedietate, jure Status, concedendum eſt, quam de juribus, quæ illis qualitatibus cohærent, pronunciari queat.

V. Inter *Reales* actiones hic inprimis locum habet *Rei vindicatio*, *utilis* quibusdam cognominata, quippe qua non ſolum allodia, ſed & feuda, imo ipſum jus ſucceſſionis, atque adeo integra Territoria, caſtra, oppida, cum jure Superioritatis, juriſdictione, ſubditis, & omnibus acceſſoriis repetuntur.

VI. At *Hereditatis petitionem*, licet *utilem*, ad jus ſuccedendi in Territorium ab injuſtis poſſeſſoribus vindicandum Illuſtribus competere, plerique negant: quod hæc ſucceſſio non ſit mere hereditaria, ſed alterius cujusdam generis; niſi forte feudum mere hereditarium, aut hereditas allodialis, petatur.

VII. Præterea cum *Juriſdictio* & *Regalia* non tantum jure territorii, ſed ſæpe ſpeciali ex conceſſione aut præſcriptione, in alieno etiam Territorio competant: conſequens eſt,

V.-VII. v. HUGO de *Statu Reg. Germ.* C. VI. §. 29. 30. 31.

pro hujusmodi juribus vindicandis, vel libertate Territorii, contra injuſtos talium jurium uſurpatores, tuenda, actiones utiles *Confeſſorias* & *Negatorias* dari.

VIII. Non minus *Actionibus Perſonalibus*, ſive *Condictionibus* Illuſtres ad obligationes, ex contractu, vel delicto, vel alia æquitate enatas, perſequenda inter ſe experiuntur: quales ex natura negotiorum facile intelliguntur.

IX. Denique *Remediis Poſſeſſoriis*, ad adipiſcendam, retinendam, vel recuperandam poſſeſſionem, ſæpius Illuſtribus quoque agendum eſt.

X. Adipiſcendæ eſt *Interdictum quorum bonorum*, quod Succeſſoribus illuſtribus etiam pro poſſeſſione Regionum, jure ſucceſſionis obtinenda, utiliter competere, volunt.

XI. Quodſi in poſſeſſione Territorii aut Regalium, aliarumve rerum aut jurium, rite quæſita turbentur, vel ea dejiciantur, *Interdictis uti poſſidetis*, vel *unde vi*, experiundum videtur: Quo & Conſtitutiones Imp. de *litigioſa poſſeſſione*, & de *pignorationibus*, pertinent.

XII. Referunt quoque huc Edictum de *Novi operis nunciatione*, quo itidem Status jura ac poſſeſſionem, intuitu novi operis extruendi, tueri: atque adeo multæ graviſſimæ controverſiæ,

IX. - XI. v. HVGO §. 32. RHETZ. J. P. L. IV. T. XIII. LVDOLFF. *J. Cam.* S. I. §. 7. 8.

verſiæ, quæ ex arcis, oppidi, aut munimenti alicujus exſtructione exoriuntur, adeoque ſecuritatem totius provinciæ concernunt, ex eodem decidi poſſunt.

XIII. Illud hic notandum, quod ex opinione Doctorum, quando de jure ſuperioritatis, vel etiam jurisdictione, judicio poſſeſſorio diſceptatur, non ſufficiat *poſſeſſionem* probare, niſi & *titulus* ac *poſſidendi cauſa* aliquatenus oſtendatur: Quod tamen aliis diſplicet, quod ita poſſeſſorii & petitorii circuli turbentur; unde nil niſi vulgaria requiſita, *poſſeſſionem* ex parte *actoris*, & *turbationem* ex parte *rei*, deſiderari ſtatuunt.

XIV. Probatur autem Superioritatis T. vel jurisdictionis quaſi poſſeſſio per *actus particulares*; quales ſunt, homagium recipere, ad militiam evocare, tributa indicere, leges & edicta promulgare, concilia provincialia convocare, magiſtratus conſtituere, jus dicere, & id genus alia: Et cum ex his actibus, tanquam partibus, univerſæ Superioritatis exercitium

Iiiii 5 colli-

VII. - XIV. v. HUGO §. 32. - 35.

* Refertur *Novi operis nunciatio* inter caſus, quibus Mandata S. C. decernuntur, & in Ordinatione Cameræ fundatus eſt, ſed hodie infrequens, vel quod Immediati Imp. Cives, abſtineant ab ejusmodi factis, vel quod alia via, quam judiciaria, controverſiæ tales terminentur. v. LUDOLFF. *J. Cam.* §. 9. n. 48. p. 139.

colligatur, teſtes etiam ſingulares fidem facere, exiſtimantur.

XV. Sæpius etiam in controverſiis de Territorio, caſtro aut oppido, vel eorum poſſeſſione, præſertim inter plures agitatis, *Sequeſtratio* vel conſenſu partium litigantium, vel invitis his, a Judiciis Imp. decernitur, vi cujus res litigioſa tertio cuidam, ad recipiendum idoneo, cuſtodienda traditur, ſtatu ſequeſtrationis mutato, vel lite finita, victori reſtituenda.

XVI. *Modus procedendi* in Judiciis Imp. quidem multa habet peculiaria, ex ordinationibus cujusque Judicii perdiſcenda: in pleriſque tamen communes proceſſus judiciarii regulas ſequitur. Sed hæc peculiari commentatione rectius & commodius, quam in Compendio Juris Publici, pertractantur: Noſtro inſtituto hic tradita ſufficient.

XV. v. Nobil. Dom. de ZECH Diſp. de *Sequeſtro publ.*

F I N I S

SOLI DEO GLORIA.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORV

Litera p. paginam, th. vero paragraph
iſta pagina denotat.

A.

Abbates, in comitiis ſemper inter ordine Germ. ceteros comparuerunt. p. 845. th. rum prærogativæ p. 846. th. 25. monaſter eſſe debuerunt. p. 448. th. 28. quinam e principum numerum ſint relati? p. 448. th.

Abbatiſſa, juxta intentionem primæ fundatio maſteriis præeſſe debuerunt. p. 848. th. 28

Abbatiſſæ evangelicæ, an ſalvo abbatiæ jure monium contrahere poſſint? p. 1607. th. 8

Academias conſtituendi jus, pertinet ad r Imperat. p. 1010. th. 53.

Accifa, quid ſit? p. 1495. th. 80.

Actiones judiciales illuſtrium, de his vide caput 17. lib. 8. p. 1696. ſqq.

Adeſpota, quousque hodie ad regalia princi tineant? p. 1471. th. 24. An omnia adeſp jure ad imperantes pertineant, annon po cenda res nullius? p. 1467. not.

Adiaphora, cui circa hæc diſponendi jus co p. 1423. th. 63.

Adjuncti ducis circuli? quid ſint. p. 1350

Adminicula juris publici, quænam ſint? p. 7. th. 3.
Adolphus, Naſſoviæ comes, fit Imperator, ſed diu haud regnat. p. 87. th. 97.
Adoptio, an inter illuſtres locum habeat? 1622. th. 9.
Advocati, Hoc epiſcopatus & monaſteria habuerunt. p. 846. th. 26.
Aerarium, quotuplex hodie in Imperio ſit? p. 1092. th. 16. Quomodo ærarium provinciale a fiſco principis differat? p. 1462. th. 2. Cujus adminiſtrationi Ærarium provinciale ſit ſubjectum? p. 1463. th. 6.
Ætas minor illuſtrium, quousque duret. p. 1634. th. 33.
Agentes Statuum Imp. in Judicio aulico. p. 1268. th. 16. differunt a legatis. p. 1518. th. 44.
Aggeres, pro avertendis fluctibus manu facti, ad quem ſpectent? p. 1475. th. 35.
Albertus Auſtriacus, diu non regnat. p. 92. th. 107.
Albertus II. præmature mortuus. p. 92. th. 107.
Alemanni, unde orti, & quasnam terras inhabitaverint? p. 127. ſqq. th. 1. Quibus ſubfuerint ſeu paruerint? p. 128. th. 2. ſqq.
Alienatio bonorum Imperii, an ab Imperatore fieri poſſit? p. 277. th. 15. ſq. & p. 1102. th. 42. De alienationibus Statuum imperii. Vid. tot. cap. 10. lib. 8. p. 1647. ſqq.
Allodia Imperii, de his v. tot. cap. 7. lib. 8. p. 1638. ſqq. An allodia, feudis imperii incorporata, qualitatem feudalem naneiſcantur? p. 1639. th. 5.
Alluvio, cui ſit adſcribenda? p. 1477. th. 38.
Alſatia, quonam tempore ab Alemannia fuerit ſeparata? p. 261. th. 32. ſq.

Alveus fluminis derelictus, an ad regalia pertineat? p. 1475. th. 33.
Angarias exigendi jus, cui competat? p. 1474. th. 30.
Anhaltina terra, quo tempore in Principatum Imperii fuerint evectæ? p. 150. th. 31. Quibus olim paruerint, & ad quos poſtea pervenerint? p. 199. th. 39. ſq.
Annata, quid ſint? p. 979. th. 31.
Annulus, qui inter inſignia Imperii refertur. p. 467. n. 4.
Apanagium, quotuplex ſit? p. 1681. th. 30. quid ſit? p. 1682. th. 33. quomodo conſtituatur? ibid. th. 34.
Apocriſiarius, quis fuerit? p. 615. th. 6.
Appellatio, ad quem fiat in cauſis eccleſiaſticis? p. 1440. th. 111.
Aqua ductus ex flumine publico, an privatis permiſſus? p. 1477. th. 39.
Aquila Imperii. p. 635. th. 45.
Aquila nigra biceps, Imperatoris inſigne majeſtatis ſymbolum. p. 494. th. 35.
Archicancellariatus, olim fuerunt ambulatorii. p. 618. th. 12.
Archicancellarius, quis olim fuerit dictus? p. 616. th. 9. eſt Elector Moguntinus. p. 883. th. 5.
Archiduces Auſtriæ, ſoli hoc titulo à Friderici III. ætate ſunt uſi. p. 853. th. 6.
Archiepiſcopus Magdeburgenſis, quo tempore fuerit erectus, & cui per pacem Weſtphalicam ceſſerit? p. 170. th. 14.
Archiepiſcopi, quinam dicantur p. 839. th. 6. quot olim in Germania fuerint? p. 840. th. 7. Quinam

inter Archiepiſcopos primates fuerint ſalutati? ibid. th. 8.

Archiofficiales Imperii, quinam ſint? p. 620. th. 16. ſqq. Habent ſuos Officiales vicarios, ſive Suboffiiciales. p. 622. th 20. Archiofficiales Auguſtæ, quinam ſint? p. 624. th. 23. eorundem inveſtitura. p. 629. th. 34.

Archivum Imperii, quid ſit? p. 1343. th. 7. Quotuplex ſit? ibid. ſqq.

Ariſtocratia an & qualis in imperio? p. 938. th. 7.

Arnulphus, Carolomanni filius nothus quænam geſſerit, & quem ſucceſſorem habuerit? p. 68. th. 58.

Aſſeſſores Judicii Cameralis, quomodo debeant eſſe comparati, & quot eorum ſint? p. 1280. th. 8. A quibus conſtituantur? ibid. th. 9. Quomodo conſtituantur? p. 1281. th. 10. ſq Quomodo Statibus cujusque circuli eligantur? p. 1281. th. 12. Quantum ſalarium habeant? p. 1282. th. 13.

Aſſeſſores Judicii Imperii aulici, eorum requiſita. p. 1266. th. 9. ſq. numerus. p. 1267. th. 11. ſcamna. ibid. th. 12. ſalaria. ibid. th. 13. immunitates. p. 1268. th. 14.

Aſyla, quomodo erigi poſſint? p. 1443. th. 26.

Aucupium, an omnibus pateat? p. 1482. th. 48.

Avenionenſis Comitatus Vid. infr. *Comitatus Avenionenſis & Venayſinus*.

Auguſta, Vid. infr. *Imperatrix*, ſive *Auguſta*.

Aula imperialis, quid ſit? p. 495. th. 36. ubi olim fuerit? & ubi hodie ſit. ibid. th. 37. ſqq.

Aurea Bulla, quid ſit? p. 311. th. unde ita dicta? ibid. th. 2. ejus idioma. ibid. th. 3. autor. p. 314. th. 7. Quorum conſenſu condita & promulgata ſit? ibid.

ibid. th. 8. Qua occaſione fuerit condita? ibid. th. 9. ubi promulgata? p. 315. th. 10. an admittat mutationem? p. 316. th. 12. ſqq. Ejus autographum præcipuum? p. 312. th. 4. Verſio Germanica. p. 313. th. 5. ſqq.

Auſtregæ, quid ſint? p. 1307. th. 1. Origo eorum. ibid. th. 2. Quotuplices ſint? p. 1309. th. 5. Quali jurisdictione gaudeant? p. 1315. th. 21. ſq. Ex quibus cauſſis ceſſent ſeu finiantur? p. 1320. th. 35. An ſententiam ſuam exequi poſſint? p. 1321. th. 36. Quinam jure Auſtrægarum gaudeant? p. 1316. th. 24. ſqq. Quorſum ab Auſtregis appelletur. p. 1321. th. 36. Vid. infr. *Judicium Auſtregarum*

Auſtregæ Conventionales, gewillkührte Austrage, quid? p. 1321. th. 38. Quotuplices? p. 1322. th. 39. quibus ex cauſis ceſſent? p. 1328. th. 54. An adhuc hodie ſint in uſu? p. 1328. th. 56. Quinam jure eas ſibi conſtituendi gaudeant? p. 1323. th. 41. An Imperatoris conſenſu ad earum conſtitutionem opus ſit? p. 1326. th. 50. Norma earum quæ? p. 1327. th. 51. Quorſum ab illis appellari poſſit? ibid. th. 52.

Auſtregæ Ganerbiorum dari poſſunt. p. 1326. th. 49.

Auſtregæ privilegiati, qui dicantur? p. 1327. th. 57.

Auſtria ſeu *Auſtraſia*, unde orta, & quasnam regiones complexa fuerit? p. 53. th. 20. & p. 109. th. 6. Cur territoriis clauſis annumeretur? p. 1366. not.

B.

Banniti, quid amittant? & an jure occidi poſſint? p. 1241. th. 46.

Bannum ferinum, quid ſit? p. 1479. th. 44. Quibus competat? ibid. An etiam Domino T. competat in

in allodiis & feudis oblatis ſubditorum? p. 1480. th. 45.

Bannum Imperii, ſeu *Proſcriptio*, quid ſit? p. 1237. th. 36. a quo decernatur? p. 1238. th. 39. Quotuplex ſit? p. 1239. th. 41. ejus effectus. p. 1241. th. 46. Proceſſus. p. 1242. th. 49. duratio. p. 1244. th. 55.

Baro, hujus vocis varia derivatio & acceptio. p. 873. th. 6. n. *

Baronatus, quotuplices ſint? p. 885. th. 21.

Barones, quinam olim dicti? p. 873. th. 6. ibique not. Quid hodie ſint? p. 876. th. 7. quibus nominibus & titulis hodie adhuc diſtingvantur? p. 867. th. 8. Quomodo differant a Comitibus? p. 880. th. 9. Quibus juribus gaudeant? p. 881. th. 10. ſqq. Quotuplices ſint? p. 883. th. 16. In quot curias ſive ſcamna ſint diviſi? p. 885. th. 22. Quinam Barones Comites praecedant? p. 883. th. 18.

Barrum, Imperii fuit allodium. p. 119. th. 15.

Bavaria, cur territoriis clauſis annumeretur? p. 1366. n.

Belgium, qua occaſione ad Duces Burgundiæ & ab his ad Maximilianum I. & Imperium pervenerit? p. 120. th. 17.

Belgium fœderatum, quæ provinciæ ita dicantur? p. 120. th. 19.

Bellum, a quibus in Imperio Romano-Germanico decerni poſſit? p. 1135. th. 3. ſq. & cujus nomine geratur? p. 1136. th. 7. inter ſtatus ipſos prohibitum. p. 1501. th. 3. *Smalcaldicum*, quomodo enatum? p. 326. th. 10.

Beneventum, an in hunc Ducatum Imperio ſuperſint jura. p. 240. th. 52.

Bohe-

Bohemia, a quibus olim fuerit inhabitata, & ad quos poſtea pervenerit? p. 200. ſqq. th. 3. ſqq.

Boii, ſeu *Boioarii*, unde originem duxerint? p. 130. th. 1. Quibus ſubfuerint? ibid. th. 2. ſqq.

Bona Cameralia, ſeu *domanialia*, quatenus liberæ diſpoſitioni Principis ſubjaceant? p. 1462. th. 4. An libere alienari poſſint? p. 1649. th. 6. Quali præſcriptione acquiri poſſint? p. 1661. th. 21.

Bona eccleſiaſtica, quatenus Imperat. & imperii dominio ſubjecta ſint? p. 1009. th. 51. *& menſalia* Epiſcoporum, an libere alienari poſſint? p. 1650. th. 8.

Bona, in Imperio contenta, quotuplicia ſint? p. 1083. th. 1. Qualia circa eadem Imperatori & Statibus Imperii competant? ibid. th. 2. ſqq.

Bona menſalia, eorum indoles. p. 1463. th. 5. Præſcriptio. p. 1661. th. 21.

Bona naufragorum, vel levandæ navis cauſa ejecta, cui cedant? p. 1476. th. 73.

Bona Principis patrimonialia, quid ſint? p. 1463. th. 7. Quanto temporis ſpatio iisdem contra Principem præſcribatur? p. 1662. th. 23.

Bona privata, Qualia jura circa ea Imperatori competant? p. 1113. th. 68. ſq. qualia Domino terr. competant? p. 1479. th. 87. ſq.

Bona publica, quæ jura circa ea domino territor. competant? p. 1462. th. 2. ſq.

Bona, quæ territoriis continentur, quotuplicia ſint? p. 1461. th. 1. p. 1466. th. 15.

Bona Nobilitatis immediatæ, quotuplicia ſint? p. 1594. th. 13.

Bulla Brabantina, quale privilegium? p. 1258. n. 8.

Burggravii, quinam dicantur? p. 863. th. 19. Quinam eorum in Principum ordinem ſint evecti? p. 864. th. 21.
Burgundia, an pleno jure ad Regem Galliæ pertineat? p. 255. th. 21. ſq.

C.

Cæſar in Imperio dicitur per excellentiam princeps. p. 851. th. 1. n. indicit comitia univerſalia. p. 1164. th. 15.
Calendarium reformandi jus, cui competat? p. 987. th. 9.
Camera Imperialis, an a cognitione ſuper feudis regalibus plane ſit excluſa? p. 1252. th. 75.
Cancellaria Cameralis. p. 1342. th. 6.
Cancellaria Imperii, quid ſit? p. 1341. th. 2. Quotuplex ſit, a quibus quælibet dirigatur, & quænam in illis expediantur? ibid. ſqq.
Cancellaria judicii aulici. p. 1341. th. 4.
Capitulatio Cæſarea, quid ſit? p. 363. th. 1. Unde ita dicatur? ibid. th. 2. Quomodo differat a lege Palatina, & Regia? p. 364. th 3. Quibus præſcribatur? p. 367. th. 10. An a ſolis Electoribus fiat? ib. th. 11. & p. 369. th. 16. Quo tempore concipi atque offerri debeat? p. 368. th. 49. ſq. Quos obliget? p. 389. th 52. Capitulationum origo. p. 364. ſq. th. 4. ſq. Subjectum. p. 367. th. 9. Materia. p. 387. th. 46. Forma. p. 387. th. 47. Utrum a tempore litis conteſtatæ capitulationes vim legis fundamentalis habeant? p. 386. th. 44. Quot & quales actus concurrant ad capitulationem conſtituendam? p. 388. th. 49. An ea, quæ contra capitulationem ab Imperatore fiunt, ſint ipſo jure nulla? p. 389. th. 53.

Capi-

Digitized by Google

Capitulatio Cæſarea perpetua, unde ita dicatur? p. 385. th. 40. Quid ſit? p. 385. th 41. Quæ de ea in Comitiis hactenus fuerint acta? p. 371. th. 22. An ejus confectio impoſſibilis ſit? p. 386. th. 42.

Carolus Craſſus, univerſi Imperii Carolini Dominus ad breve tempus extitit. p. 67. th. 57.

Carolus M. conſtituitur Advocatus S. Petri. p. 41. th. 14. Inauguratur Romanorum Imperator & Auguſtus. p. 42. th. 16. p. 57. th. 31. Quid Juris per hunc titulum conſecutus fuerit? p. 43. th. 17. Utrum Germanus, an Gallus fuerit? p. 55. th. 24. p. 211. th 5. Quas terras poſſederit? p. 55. th. 25. Quosnam magiſtratus conſtituerit ad Regnum adminiſtrandum? p. 60. th 38. Quomodo Imperium inter filios diviſerit? p. 62. th. 42. videtur monarchice imperaſſe. p. 942. th. 15.

Carolus IV. ejusque res geſtæ. p. 89. th. 100. eſt autor aureæ bullæ. p. 314. th. 7.

Carolus V. ejusque res geſtæ. p. 97. th. 114.

Cauſa matrimoniales, Quis in his inter Conjuges Illuſtres Judex? p. 1229. th. 18.

Cauſſa religionis, jus decernendi in iisdem, quibus competat. p. 985. th. 5. an proceſſus in iisdem admittendi? p. 992. th. 20.

Ceremonia, quibus Status Imperii inter ſe utuntur, quid ſint? p. 1520. th. 3. Quae tales ſint? ibid. th. 4. Quotuplex ejusmodi Ceremoniarum occaſio ſit? p. 1521. th. 5. Ex quibus cauſis exhibeantur? ibid. th. 6 ſqq. Quibus Ceremoniis Electores & Principes per Legatos ſuos fruantur? p. 1533. th. 40. ſqq.

Character repraſentatitius Legatorum, quid? p. 1514. th. 34. unde ejus origo repetenda? ibid. n.

Chirotheca, inſigne Imperii. p. 469. n. 11.
Churfürſten-Verein, quem in finem ſit inita? p. p. 678. th. 40. Quotuplex ſit? ibid. Qualia pacta contineat? ibid. th. 44. ſqq.
Circuli, quid ſint? p. 1347. th. 2. Quot dentur in Imperio R. G.? p. 292. ſqq. th. 9. ſqq. Eorum ordo. p. 294. th. 16. Finis & uſus. p. 1347. th. 3. ſq. defectus. p. 1348. th. 4. Officiales. p. 1339. th. 8. Directores. p. 1340. th. 10.
Circuli aſſociati, in quem finem horum aſſociatio fiat? p. 1354. th. 39. ſqq.
Circulus Auſtriacus, quas terras complectatur? p. 294. th. 17. *Bavaricus*. p. 297. th. 22. *Burgundicus*. p. 294. th. 18. *Franconicus*. p. 296. th. 21. *Rhenanus inferior*. p. 295. th. 19. *Rhen. ſuperior*. p. 297. th. 24. *Saxonicus inferior*. p. 298. th. 26. *Saxonicus ſuperior*. p. 295. th. 20. *Suevicus*. p. 297. th. 23. *Weſtphalicus*. p. 298. th. 25.
Civitas, quid ſit? p. 893. th. 1. Civitatum Germanicarum differentia. p. 895. th. 7. ſqq. Quænam civitates ad comitia vocentur? p. 1556. th. 10.
Civitates, per quos olim gubernatæ? p. 1386. th. 20. quæ ad comitia vocantur. p. 1556. th. 10.
Civitates Hanſeaticæ, quænam dicantur? p. 903. th. 28.
Civitates Imperiales, quid ſint? 900. th. 19. quomodo differant a civitatibus Provincialibus ſive municipalibus. p. 901. th. 20. Quotuplices ſint? ibid. th. 21. p. 903. th. 26. Quibus juribus gaudeant? p. 904. th. 29. ſqq. In quot ſcamna dividantur? p. 905. th. 33. p. 1192. th. 62. Quænam ad ſcamnum Rhenanum ſpectent? ibid. th. 34. Quænam ad ſcamnum ſuevicum pertineant? ibid. th. 35. Ci-

35. Civitates Imperiales liberæ unde dictæ? p. 901. th. 22. quomodo ſedeant in comitiis? p. 1192. th. 62. harum ſuperioritas territorialis, quando initia ceperit? p. 1387. th. 34.
Clerici religionem mutantes amittunt beneficia. p. 918. th. 8.
Clerici majores, qui ad hos pertineant? p. 586. th. 6.
Clodoveus M. ejus & filiorum res geſtæ. p. 52. th. 17. ſqq.
Collecta circulares. p. 1357. th. 48.
Collecta Imperii, juxta qualem modum conferantur? p. 1093. th. 20. a quibus ſint conferendæ? p. 1095. th. 27. Quotuplices ſint? p. 1092. th. 17. Quotuplici modo indicantur? ibid. th. 18. A quonam adminiſtrentur? p. 1097. th. 30. An in decernendis Collectis majora vota ſufficiant? p. 1093. th. 19. jus exigendi collectas ex feudis imperii ad quem pertineat? p. 1104. th. 49.
Collegia canonicorum, quæ immediate Cæſari & Imperio in civilibus ſubſunt, & in camera conveniri poſſunt. p. 910. th. 13.
Collegium civitatum Imperialium. Vid. infr. *Senatus Civitatum Imperialium.*
Collegium Electorale, an lege aliqua ſit introductum? p. 661. th. 16. quomodo ſedeat, & deliberet in Comitiis? p. 1181. th. 51. Quem directorem habeat? p. 1183. th. 53.
Collegium Principum, Vid. infr. *Senatus Principum.*
Colloquia inſtituendi jus, cui competat? p. 990. th. 17.
Comacli territorium, qua ratione cum Imperio connexum? p. 233. th. 39.
Comes Palatii, quis fuerit dictus? p. 615. th. 7.

Comes Palatinus, quis olim fuerit dictus? p. 616. th. 8. p. 855. th. 9. ſq. Quis Comitis Palatini officio functus ſit Ottonis M. temporibus. p. 123. th. 5. an ſit judex Imperatoris, p. 1223. th. 5. Sec. XI. in ſingulis provinciis exorti ſunt. p. 856. th. 10. II.

Comes Palatinus Rheni p. 858. th. 11. *Saxoniæ* p. 860. th. 12.

Comites Palatini, Kayſerl. u. des H. Reichs Pfaltz-u Hofgrafen, eorum origo. p. 1070. th. 14. Poteſtas. p. 1071. th. 15. & not. * An invito Domino terr. jura ſua exercere poſſit? p. 1071. th. 16.

Comites Provinciales Vid. *Landgravii.*

Comitatus, quotuplices ſint? p. 884. th. 20.

Comitatus Avenionenſis & Venayſinus, an Papæ pleno jure ſint acquiſiti? p. 254. th. 18.

Comitatus Montis Belicardi feudum Imperii manſit. p. 259. th. 29.

Comitatus Provinciæ V. infr. *Provinciæ Comitatus.*

Comites, quinam olim fuerint dicti? p. 870. th. 2. & ibi not. Quid hodie ſint? p. 873. th. 5. Quomodo differant a Baronibus? p. 880. th. 9. Quibusnam juribus gaudeant? p. 881. th. 11. Quotuplices ſint? p. 884. th. 20. In quot ſcamna ſeu curias ſint diviſi? p. 885. th. 22. Comites ſcamni Wetteravici. p. 886. th. 24. Svevici p. 888. th. 28. Franconici p. 890. th. 32. Weſtphalici. p. 891. th. 35.

Comites Sabaudiæ, quando Duces ſint creati? p. 256. th. 23.

Comitia Electoralia, quas ob cauſas inſtitui ſoleant? p. 1209. th. 18. Quotuplicia ſint? ibid. th. 19. Circa quænam negotia verſentur? p. 1210. th. 20.

Comitia Imperii, quid ſint? p. 1159. th. 2. eorum

origo. ibid. th. 3 ſqq. Quotuplicia ſint? p. 1160. th. 4. p. 1164. th. 14. Univerſalia a quibus indicantur? p. 1164. th. 15. p. 1034. th. 17. quonam in loco haberi ſoleant? p. 1165. th. 16. quando ſint indicenda & quamdiu durare debeant? ibid. th. 17. quinam ad ea ſint vocandi? p. 1166. th. 18. p. 1167. th. 20. quomodo convocatio fiat? p. 1166. th. 19. quomodo ad ea conveniant Cæſar, & Status Imperii. p. 1168. th. 22. quinam ritus in iis obſerventur? p. 1170. th. 25 quomodo in Comitiis ſedebant Imp. p. 1187. th. 55 ſq. quomodo colligantur vota & concluſum formetur? p. 1191. th. 61. ſq.

Comitia Provintialia, quid ſint? p. 1553. th. 2. eorum origo. ibid. th. 3. Quotuplicia olim fuerint? p. 1554. th. 4. a quo indicantur? p. 1558. th. 17. Quo loco & tempore haberi ſoleant? p. 1559. th. 18. quomodo haberi ſoleant? ibid. th. 19. ſqq. De quibus cauſis ſeu negotiis in iis agi ſoleat? p. 1558. th. 16. Quis modus conſultandi? p. 1560. th. 21.

Comitiva, quid ita dicatur? p. 1070. th. 15.

Commercia, jus ea dirigendi, quibus in Imperio R. G. competat? p. 1115. th. 74. Quænam ſub ſe comprehendat? p 1116. th. 75.

Communicatio atque collatio ſententiarum mutua in Comitiis, quomodo fieri ſoleat? p. 1195 th. 67.

Concordata Nationis Germanicæ, locum quodammodo occupant inter leges Imperii publicas. p. 391. th. 1. per hæc parum conſultum libertati Germanicæ. p. 971. th. 15.

Concordatum nationis Germaniæ antiquiſſimum. p. 19. th. 10.

Concilia convocandi jus, cui competat? p. 989. th. 16.

Conjuges illuſtres, quale judicium competens in cauſis matrimonialibus agnoſcant? p. 1119. th. 18. ſqq.

Connubiorum Illuſtrium Jus, de hoc vide tot. cap. 2. lib. 8. p. 1605. ſqq.

Conradus I. Rex eligitur. p. 70. th. 62. ſqq. Ejus res geſtæ ibid. th. 63. ſqq.

Conradus II. Saliquus, eligitur Imperator p. 78. th. 78.

Conradus III. p. 79. th. 82.

Conradus IV. p. 81. th. 86.

Conradi III. Reſcriptum ad Ioannem Comnenum. p. 19. th. 11.

Conſecratio Imperatoris, a quonam fieri debeat? p. 464. th. 10. ſqq.

Conſenſus tacitus, quando in translatione finium præſumatur? p. 277. th. 16. ſqq.

Conſilium ſtatus intimum 1563. th. 4.

Conſiſtoria eccleſiaſtica, an mero mixtoque Imperio gaudeant? remiſſive. p. 1438. th. 104. n.

Conſtantinus M. ruinam Imperii Rom. maturavit. p. 37. th. 4.

Conſtitutiones & Pactiones de primævo Reip. Germ. ſtatu, ejusque mutationibus. p. 16. th. 4. ſqq.

Conſuetudo, quomodo differat ab obſervantia Imperii? p. 412. th. 3.

Conſultandi Jus, quotuplici ratione ab Imperatore exerceatur? p. 1030. th. 3.

Conſultationes Comitiales, an in Conſultationibus Comitialibus ad placitum Ordinum trium Collegiorum conſenſus requiratur, an major pars ſufficiat? p. 1039. th. 25.

Contractus Statuum Imperii, de his vid. tot. Cap. II. lib. 8. p. 1654. ſqq.
Controverſia, quæ Imperatori ac Statibus enaſci poſſunt, quotuplices, & ex quibus legibus definiendæ ſint? p. 8. th. 14. ſqq. Quomodo definiantur? p. 10. th. 20.
Controverſia theologica, an Imper. pro Imperio easdem decidere poſſit? p. 989. th. 14. ſqq. in quantum ad dom. territor. pertineant? p. 1421. th. 58. ſqq.
Convenandi jus, an Domino territorii in caſu conceſſionis, aliis factæ, competat? remiſſive. p. 1481. n.
Conventus annui, quid fuerint? p. 1203. th. 3.
Conventus circulares, quotuplices ſint? p. 1351. th. 31. de quibus negotiis inſtituantur ibid. th. 33. p. 1356. th. 47. quomodo in iis procedatur? p. 1357. th. 50.
Conventus Circulorum Particulares p. 1352. th. 34. *ſingulares* p. 1355. th. 44. *univerſales* p. 1351. th. 32.
Conventus Civitatum, *Stadte - Tage*. p. 1211. th. 23.
Conventus Comitum, *Graffen-Tage*. p. 1211. th. 22.
Conventus Corporis Evangelici, p. 1212. th. 1. ſqq.
Conventus Imperii, generales. p. 1161. th. 5. univerſales. p. 1164. th. 14. particulares. p. 1202. th. 1.
Conventus Monetales. p. 1352. th. 35.
Conventus Nobilium Immediatorum. p. 1211. th. 23.
Conventus Populi & Curiæ generales, Carolingorum ætate inſtituti? p. 1160. th. 4. ſqq.
Conventus Principum, *Fürſten-Tage*. p. 1162. th. 9.
Conventus Proteſtantium, quem Directorem habeant? p. 1212. th. 1. ſqq.

Conventus minores, quid fuerint? p. 1161. th. 8.
Conventus Particulares in Comitiis. p. 1202. th. 1. ſqq.
Conventus Provinciales, de his vid. cap. tot. 11. lib. 7. p. 1551. ſqq.
Convocatio Electorum ad Imperatorem eligendum, a quo fieri ſoleat? p. 443. th. 35. ſqq.
Corona Caroli M. deſcripta. p. 465. th. 14. n. 1.
Coronatio Imperatoris, quid ſit? p. 460 th. 1. Quem finem intendat, & qualem effectum habeat? p. 461. th 3. Ubi fieri debeat? p. 463. th. 7. a quibus fiat? ibid. th. 8. Quibus ritibus fieri ſoleat? p. 472 th. 16. ſqq. Quotuplex coronatio olim in imperio Romano-Germanico fuerit frequentata? p 461. th. 4. Qualis coronatio hodie in uſu ſit? p 461 th. 5.
Coronatio Imperatoris Longobardica, p. 481. th 52.
Coronatio Imperatoris Romana, p. 479. th. 45.
Corpora Statuum Imperii, unde enata? p. 1213. th. 3.
Corpus Catholicum, p. 1221. th. 27.
Corpus Evangelicum in Comitiis, ejusdem origo. p. 1213. th. 4. jura ejusd. p. 1215. th. 7. materia conſultationum. ib. th. 9. gaudet peculiari directorio. p. 1217. th. 15.
Corſica, an in hoc regnum Imperio jus ſalvum adhuc ſit? p. 241. th. 54.
Curia provinciales, p 1567. th. 13.
Curia ſolennes, quid fuerint? p. 1134. th. 18.
Curlandia, ejus fata. p. 270. th. 18. ſqq.

D.

Dalphinatus an pleno jure ad Regnum Galliæ pertineat? p. 253. th. 16.

Dania,

Dania, hodie regnum ſui juris, & extra Germaniam poſitum. p. 263. th. 1. 2.

Decretum Commiſſionis Cæſareæ, quid ita vocetur? p. 1176 th. 38.

Decretum Imperii, quando fiat? p. 1199. th. 76.

Denarium Romanum, quid? p. 1127. n.

Depoſitio Imperatoris, an aliquando licita ſit? p. 503. th. 7. a quibus fieri debeat? ibid. th. 10. Quomodo fiat? p. 505. th. 11.

Deliberationes Comitiales, p. 1174. th. 34. ſqq.

Deputatio Nunciaturæ, quid ita vocetur? p. 1198. th. 74.

Deputationes Comitiorum Extraordinariæ, quænam dicantur? p. 1208. th. 16. A quorum arbitrio in his conſtitutio Deputatorum & modus agendi pendeat? ibid. p. 1201. th. 81.

Deputationes Imperii Ordinariæ, quid ſint? p. 1104. th. 7. earum origo. p. 1105. th. 3. Ex quibus conſtituantur? ib. th. 9. A quo indicantur? p. 1106. th. 11. Quonam in loco conveniant? ibid. De quibus negotiis conſulent? p. 1107. th. 12. A quibus propoſitio fiat, & quomodo deliberationes in illis inſtituantur? p. 1107. th. 13. Quomodo Receſſus in illis fiant & promulgentur. p. 1108. th. 14. A morte Cæſaris diſſolvantur? p. 1108. th. 15.

Deſcendentes Illuſtres, an ſuccedant Parentibus, ſi ex impari matrimonio ſint nati?

Detractus Jus, quibus competat? p. 1496. th. 83.

Diætæ quotuplices ſint? p. 1561. th. 26. & p. 1596. th. 21.

Dictatura publica, quomodo differat a privata? p. 1200. th. 80.

Di-

Dignitas, qua Status Imperii gaudent, quid ſit? p. 1520. th. 2.

Dignitates, Jus eas concedendi, cui competat? p. 1065. th. 2. p. 1459. th. 11.

Dignitates, quotuplices ſint? p. 1066. th. 4.

Director Circuli, quid ſit? p. 1339. th. 8. ejus officium. ibid. th. 9. p. 1341. th. 11. Muneris hujus origo. p. 1343. th. 13.

Directorium Deliberationum Comitialium, cui competat? p. 1176. th. 40. Moguntino abſente, vel ſi cauſſa eum concernat. p. 1177. th. 42.

Directorium circa negotia Proteſtantium, penes quem ſit? p. 1217. th. 15. 1218. th. 19. 20. An abſente legato Saxonico Electorali, Directorii munus a Legato Brandenburgico, exercendum ſit? p. 1218. th. 18. ſqq.

Doctrina eccleſia, quid de hac diſponere poſſit dom. terr. p. 1411. th. 58. ſqq.

Domania, vox a Gallis mutuata. p. 1464. n. an libere alienari poſſint? p. 1649. th. 6.

Dominium eminens, ſeu *ſupremum*, *Imperatori competens*, quales effectus producat? p. 1098. th. 33. ſqq. competit dom. terr. in bona ſubditorum in caſu neceſſitatis. p. 1499. th. 91.

Dominus, qui in ſenſu generaliori olim ita dictus videatur. p. 668. th. 1. n.* in ſpecialiori. ibid. n.*

Dominus Territorialis, an literis reverſalibus certæ religioni ſe adſtringere poſſit? p. 1408. not. Ejus jura circa ſacra. p. 1393. th. 1. ſqq. circa capitula & commendas. p. 1430. th. 79. ſqq. circa canonicatus & præbendas. ibid. th. 83. circa monaſte-

tia.

ria. p. 1432. th. 84. ſq. circa ſecularia. p. 1442. th. 1. ſqq. circa perſonas. p. 1455. th. 1. ſeqq. circa bona tam publica, quam privata. p. 1461. th. 1. ſqq. Ejus juſſus an Cæſaris juſſui ſit præferendus? p. 917. th. 8. De ejus obligatione. v. tot. cap. 15. lib. 7. p. 1579. ſqq.

Donatio propter nuptias, quomodo inter Illuſtres conſtituatur? p. 1614. th. 8.

Donationes Illuſtrium, quid ſint? p. 1658. th. 11. An inſinuari debeant, ſi quingentos ſolidos excedant? ibid. th. 12.

Dos, filiabus illuſtribus debetur. p. 1613. th. 6.

Dotalitium, quid ſit? p. 1615. th. 12. Unde originem duxerit? p. 1616. th. 13. In quibus rebus conſtitui poſſit? ibid. th. 14. A quo conſtituatur? p. 1617. th. 15. ſqq. a quonam tempore a vidua acquiratur? p. 1618. th. 22.

Ducatus Romanus, unde enatus? p. 39. th. 10. n.

Ducatus Sileſiæ, unde ſit enatus? p. 207. th. 22.

Dux, quis olim, quis hodie? p. 852. th. 3. Quot duces fuerint numerati, Carolingis extinctis. p. 853. th. 4. Quot familiæ ex Ducibus hodie tantum ſuperſint? p. 854. th. 7. Quot Ducatus in Germania ſine peculiaribus familiis dentur? p. 855. th. 8. In quibus Duces ratione tituli a Principibus differant? p. 866. th. 27. Unde Ducum præcedentia æſtimetur? p. 867. th. 28.

Dux belli ſupremus, quomodo eligendus? p. 1140. th. 16.

Dux circuli, quis dicatur? p. 1346. th. 20. A quibus & quomodo eligatur? p. 1347. th. 21. quis eligi poſſit? ibid. th. 22. Quibus modis talis eſſe deſi-

deſinat? p. 1348. th. 24. Quando duces circuli munus fuerit enatum? p. 1346. th. 20. In quibus ejus officium conſiſtat? p. 1348. th. 25.

E.

Eccleſia, quotuplex ſit? p. 1395. th. 6.

Eccleſia, jus de rebus ad ſalutem ejus ſpectantibus conſultandi & decernendi, quomodo ſeu per quos a Domino territoriali exerceri ſoleat? p. 1433. th. 91. ſqq.

Eccleſia, quando collegia publice approbata facta. p. 1397. th. 12. Jus eas viſitandi, quibus competat, & per quos exerceri ſoleat? p. 1451. th. 112.

Edicta Cæſarea, an obligent omnes in univerſo Imperio? p. 1051. th. 13. An a ſolo Imperatore promulgari poſſint? ibid. th. 14. Quomodo differant a Mandatis? ibid. th. 15.

Electio fori, quid ſit? p. 1254. th. 80.

Electio Imperatoris, quid ſit? p. 1437. th. 11. A quibus fiat? ibid. th. 13. ſqq. quomodo ordinarie fieri ſoleat? p. 443. th. 33. ſqq. quot & qualibus actibus conſtet? p. 437. th. 12. p. 443. th. 34. quibus ſolennibus fieri ſoleat? p. 454. th. 53. ſqq. quinam ad eam ſint convocandi? p. 445. th. 38. Locus electionis. p. 446. th. 39.

Elector Bavariæ, ejus officium p. 804. th. 1. lis cum Rege Bohemiæ. ibid. th. 2. ſqq. Subofficialis p. 807. th. 9. jura & privilegia p. 808. th. 10. Vota in comitiis. ib. th. 11.

Elector Brandenburgicus, ejus officium p. 822. th. 1. ſubofficialis p. 824. th. 4. jura & privilegia. p. 825. th. 6. Vota in Comitiis p. 826. th. 11.

Elector Brunſuico Lüneburgenſis, quando & quibus cum conditionibus dignitatem Electoralem ſit conſecutus p. 831. th. 1. ſqq. Ejus officium & inſignia p. 834. th. 5. ſqq. terræ Electorales p. 836. th. 8. Privilegia ibid. Vota in Comitiis p. 836. th. 9.

Elector Colonienſis, ejus officium p. 791. th. 9. jura & privilegia. p. 792. th 11.

Elector Moguntinus, ejus officium p. 683. th. 5. jura & prærogativæ. p. 680. th. 1. ſqq.

Elector Palatinus, ejus officium p. 817. th. 1. & p. 818. th. 4. Jura & privilegia p. 818. th. 5. ſqq. Subofficialis ibid. th. 6. Vota in Comitiis. p 831. th. 14.

Elector Saxoniæ, ejus officium p. 809. th. 1. Subofficialis p. 810. th. 3. jura & privilegia p. 811. th. 6. gerit directorium corporis evangelici 1217. th. 15.

Elector Trevirenſis, ejus officium p. 688. th. 1. prærogativæ & jura. p. 689. th. 3. ſqq.

Electoratus, An Pater & Filius duorum Electoratuum poſſeſſores eſſe queant? p. 678. th. 39. Num Electoratus aperti a ſolo Imperatore aliis conferri poſſint? p. 1100 th. 38.

Electores, quid ſint? p 639. th. 1. an ſoli jure conficiendi capitulationem, excluſis ceteris Statibus Imperii, gaudeant? p. 369. th. 16. Intra quantum temporis ſpatium ad novi Imperatoris electionem venire debeant? p. 449. th. 45. Quanto comitatu ad Electionis locum venire poſſint? p. 450. th. 47. Quanam ex cauſa vel occaſione ſoli jus eligendi Regem vel Imperatorem ſint conſecuti? p. 655. th. 12. ſqq. quot olim fuerint? p.

661.

661. th. 15. quot hodie ſint? ibid. th. 16. ſqq. qualibus juribus gaudeant? p. 663. th. 1. ſqq. & p. 1011. th. 18. quibus modis conſtituantur? p. 677. th. 37. Num duos Electoratus poſſidere poſſint? p. 677. th. 37. quomodo ſedeant in Comitiis? p. 1174. n. An miniſtros primi ordinis mittere queant? p. 1517. th. 40. An filiis tutores pro arbitrio teſtamento conſtituere posſint? p. 1626. th. 8. Eorum origo p. 639. th. 2. ſqq. officia in coronatione Imperatoris. p. 476. th. 32. ſqq. Ordo tam ſuffragandi, quam ſedendi & procedendi. p. 672. th. 23. Officia p. 676. th. 35. An pater & filius duorum Electoratuum poſſeſſorum eſſe poſſint? p. 678. th. 39. An novus Elector a ſolo Imperatore conſtitui poſſit? p. 1068. th. 9. quomodo ſalutetur ab Imperatore? p. 1518. th. 25.

Electores Eccleſiaſtici, an jure eligendi Imperatorem gaudeant, illudque exercere poſſint, ſi a Pontifice Infula non dum ſint exornati? p. 439. th. 10.

Emancipatio Illuſtrium, p. 1619. 1623. th. 12.

Emigratio, intra quod ſpatium injungendum? p. 1418. th. 48.

Emporii jus concedendi, cui competat? p. 1118. th. 79.

Epiſcopatus varii, qui tempore Henrici Aucupis ſunt erecti. p. 169. th. 13. quot epiſcopatus, & a quo in Marchia, fuerint fundati? p. 176. th. 8. quot Epiſcopatus in Miſnia fuerint conſtituti? p. 190. th. 18. quinam Epiſcopatus Imperio plane ſint exemti? p. 843. th. 15. quinam Epiſcopatus

quoad

quoad immedietatem tantum certa ratione ſint exemti, voto tamen adhuc in Comitiis gaudeant? p. 844. th. 16.

Epiſcopi, qualem poteſtatem olim habuerint, & qualem hodie habeant? p. 839. th. 4. quotuplices ſint? p. 839. th. 5. quinam olim fuerint Epiſcopi dicti? p. 842. th. 12. quinam hodie tales ſint? p. 843. th. 13. quibus modis hodie conſtituantur? p. 844. th. 17. quibus & quotuplicibus juribus gaudeant? p. 846. th. 25. quot Epiſcopi inter Status Imperii ſint? p. 843. th. 14. religionem mutantes amittunt epiſcopatus. p. 918. th. 8. quibus modis olim conſtituti? p. 957. th. 11. quo banno notari queant? p. 1240. th 45. An Epiſcopi recte ſeculare Imperium exerceant? p. 1392. th. 10.

Exarchatus, a Longobardis occupatus. p. 40. th. 11.

Exauctoratio Imperatoris, an aliquando licita ſit? p. 503. th. 7. A quibus fieri debeat? p. 504. th. 10. quomodo fiat? p. 505. th. 11

Excellentia titulus, legatis datus, quando invaluerit? p. 1542. th. 66.

Executio pacis, a quo fiat? p. 1152. th 47.

Executio decretorum Imperial. jud. penes quem ſtet? p. 1260. th. 96. modus ejusd. p. 1261. th 98.

Exemtio, quotuplex p. 273. th. 3. non poteſt fieri per ſucceſſionem ab Imperio, p. 277. th. 14.

Exemtiones Territoriorum Imp. R. G. de his vid. Cap. XVIII. Lib. I. p. 272. ſqq.

Exercitium Religionis ſimultaneum p. 1410. th. 37. Vnde differentia inter publicum & privatum religionis exercitium, inprimis æſtimetur. p. 1405. not.

 Exiſti-

Exiſtimatio Electorum, Principum & Statuum Imperii. p. 1524. th. 13.

Expeditio privilegiorum, ubi fieri ſoleat? p. 1054. th. 23.

Expeditio Romana, quæ olim fuerit dicta? p. 928. th. 10. p. 1134. th. 2.

Expeditiones cruciatæ, quando ab Imperatoribus ſuſceptæ. p. 80. th. 83.

Expectantiæ, Jus dandi eas, utrum Statibus Imperii quoque competat? p. 1429. th. 76.

Exſpectativæ, an ab Imperatore libere concedi poſſint? p. 1101. th. 40.

F.

Facultas alienandi territoria, vel ejus partes, aut Regalia, quousque Statibus Imperii competat? p. 1647. th. 1. ſqq.

Fama, ejus reſtitutio, quousque ad reſervata Imperatoris ſpectet? p. 1078. th. 34. quotuplici modo ea reſtituatur? p. 1079. th. 38. Statibus etiam competit. p. 1458. th. 10.

Ferdinandus I. ejusque fata. p. 97. th. 114.

Ferias conſtituendi jus, cui competat? p. 987. th. 9.

Feuda Imp. quibus modis aperiantur? p. 1099. th 36. quotuplicia ſint? p. 1641. th. 2. Feuda, quæ Lotharingiæ Duces ab Imperio tenent. p. 118. th. 13.

Feuda Imperii Regalia. De his vid. tot. cap. 8. lib. 8. p. 1641. ſqq. Jus cognoſcendi de feudis Imperii regalibus. p. 1247. th. 64.

Feuda, jus conferendi ea Imperio aperta, an & quatenus Imperatori competat? p. 1099. th. 3.

Feudale Jus, an in jure publico uſum & autoritatem habeat? p 430. th. 15.
Feuda regalia, Jus cognoſcendi de illis, an ſoli Imperatori competat? p. 1027. th. 34. p. 1104. th. 48.
Filiæ Illuſtres, quibus juribus gaudeant? p. 1613. th. 6.
Finarium, hujus fata. p. 226. th. 27.
Fines Imperii, quotuplices ſint? p. 103. th. 8 ſqq.
Fiſcus, quænam jure Francorum & Germanorum fuerit complexus? p. 1084. th. 5. ejusd. reditus. p. 1086. th. 7. ſenſim exhauſtus p. 1089. th. 10. An beneficio reſtitutionis in integrum in quacunque læſione gaudeat? p. 1657. th. 8 quomodo Fiſcus Principis differat ab ærario provinciali? p. 1462. th. 2. qualia Jura Domino Territorii circa Fiſcum, ſeu bona territorii publica, competant? ib. th. 3. ſqq. quales res, & qualia jura Fiſcus Principis complectatur? p. 1464. th. 8. ſq. quænam regulæ in definiendis Fiſci regalibus ſint obſervandæ? p. 1470. th. 21.
Fœdera, Jus fœderum pangendorum, quibus competat? p. 1157. th. 56. quatenus ſtatibus Imperii competat? p. 1511. th. 25.
Fœdus Hanſeaticum, qua occaſione fuerit initum? p. 84. th. 89.
Fœdus Rhenanum, qua occaſione & inter quos fuerit initum? p. 84. th. 89. ſq.
Fœdus Smalcaldicum corroboratum. p. 326. th. 9.
Fœmina, an ſuperioritate territoriali gaudere poſſint? p. 1373. not. An Fœmina illuſtris, in feudum regale ſuccedens, Cæſaris & Statuum Provincialium conſenſum in matrimonio contrahendo adhibere debeat? p 1606. th. 4. de Fœmina-

Digitized by Google

rum Illuſtrium juribus. v. tot. cap. 3. lib. 8. p. 1611. ſqq. An Fœminæ Illuſtres curatore opus habeant? p. 1612. th. 3.

Fœminæ Illuſtres, jus earum, de hoc vid. tot. cap. 3. lib. 8. p. 1611. ſqq.

Foreſtale Jus, quibus competat? p. 1478. th. 41. quot partes habeat? p. 1479. th. 42. quænam ad Jus Foreſtale pertineant? ibid. th. 43.

Forma Imperii Romano-Germanici, in quonam conſiſtat? p. 934. th. 1. ſqq. an de hac diſquiſitio inter otioſas referenda. p. 935. th. 2. n. *

Franci, quo tempore inclareſcere cœperint, & novum regnum condiderint? p. 51. th. 13. ſq. p. 942. th. 14. Unde ita dicti, & ex quibus populis coaluerint? p. 51. th. 14.

Francia, quotuplex ſit? p. 55. th. 25. p. 108. th. 1.

Franconia, ejus origo & regiones p. 109. th. 7. fines p. 110. th. 8. Adminiſtratio Carolingorum tempore, p. 111. th. 11. Duces p. 111. ſq. th. 12. ſq. cur territoriis non clauſis annumeretur? p. 1366. n.

Fridericus Aenobarbus, ejusque res geſtæ. p. 80. th. 84.

Fridericus II. ejusque fata. p. 81. th. 86. p. 944. th. 19.

Fridericus III. ejusque res geſtæ. p. 92. th. 108.

Friſia, quos fines olim habuerit? p. 162. th. 1. quomodo hodie dividatur? p. 163. th. 3.

Friſii, quando jus Comitiorum fuerint adepti? p. 164. th. 4. ſq.

G.

Ganerbinatus, eorum origo. p. 909. th. 9. natura

p. 908.

p. 908. th. 6. ſedes primaria p. 908. th. 7. exempla. p. 909. th. 10.
Genuenſis Reſpublica, an prorſus exemta Imperio? p. 237. th. 46.
Geranii Jus, quomodo illud differat a jure ſtapulæ & emporii? p. 1118. th 79.
Germania, quomodo olim fuerit diviſa? p. 105. th. 14. p. 284. th. 4. quomodo hodie dividatur? p. 287. th 9. Olim urbes non habuit. p. 893. th. 2. quando in illa urbes exſtrui cœperint? p. 894. th. 3. ſq. In quot Ducatus olim fuerit diviſa? p. 1379. th. 8. olim in ead. ſumma libertas regnabat. p. 942. th. 13. de Statu Germaniæ antiquo, vid. tot. art. 1. ſec. 2. l. 1. p. 46. ſq. Germania antiqua quomodo fuerit diviſa? p. 47. th. 3. ſq. A quibus populis Germania antiqua fuerit inhabitata? p. 48. th. 5. De Germaniæ Statu in interregno. Lib. I. Cap. I. Sect. art. 6. p. 81. ſq. Germaniæ fines. p. 105. th. 13. A quibus peregrinis populis partes Germaniæ fuerint occupatæ & inhabitatæ? p. 165. th. 1. ſq. quomodo a nonnullis particularia Germaniæ territoria dividantur? p. 286. th. 6.
Gladii duo, inter inſignia Imperii relati. p. 467. n. 5. 6.
Gregorius VII. ſeu *Hildebrandus*, Pontifex, quænam contra Imperatorem & Imperium geſſerit & qualia jura ſibi vindicaverit? p. 966. th. 5. ſq.
Groſſi, quandò primum excuſi? p. 1127. n.
Grutiæ Jus, an ad regalia pertineat? p. 1474. th, 31.
Guarandiæ quid ſint? p. 1507. th. 17.

H.

Hæreditatis petitio, an etiam illuſtribus competat perſonis, ad jus ſuccedendi in territorium ab injuſtis poſſeſſoribus vindicandum? p. 1697. th. 6.
Hæreſis, An quis ob hæreſin a Domino territorii puniri poſſit? p. 1423. th. 62.
Hamburgenſis Civitas, ejus fata. p. 153. th. 35 ſq.
Helvetiorum Pagi, quibus olim ſubfuerint, & an hodie ab aliorum Imperio liberi ſint? p. 257. th. 24. ſqq.
Henricus Auceps, quænam contra Slavos, Hevellos, Sorabos, Dalemincios & Luſicos geſſerit? p. 169. th. 12. ſqq.
Henricus Leo, Saxoniæ & Bavariæ Dux, proſcribitur, ejusque terræ aliis Regni Proceribus cedunt. p. 81. th. 85.
Henricus II. ejus res geſtæ. p. 77. th. 77.
Henricus III. ejusque res geſtæ. p. 78. th. 78.
Henricus IV. Quænam hujus tempore in Imperio acciderint? p. 78 th. 79.
Henricus V. ejusque res geſtæ. p. 78. th. 79. p. 944. th. 18.
Henricus VII. ejusque fata. p. 86. th. 97.
Hetruriæ Ducatus, duplici territorio conſtat. p. 228. th. 30. eſt feudum Imperii. p. 229. th. 32.
Hildebrandus, ſeu *Gregorius* VII. *Pontifex* Vid. ſupr. *Gregorius* VII. ſeu *Hildebrandus Pontifex*.
Homagium, quid ſit? p. 1583. th. 5. Quotuplex ſit? ibid. th. 6. a quibus exigatur? p. 1457. th. 5. & p. 1583. th 6. Quando ſpeciem Servitutis Juris Publici habere videatur? p. 1550. th. 17. Quomodo & quando præſtetur, qualemque effectum habeat?

beat? p. 1584. th 8. An Homagii formula quandoque mutari poſſit? p 1457. th 6.

Homagium, Jus exigendi illud, quibus competat? p. 1456 th. 4.

Honores. Quales exhibeantur ab imperatore Statibus Imperii, vel etiam & Statibus ſibi invicem? p. 1530. th. 31 ſqq. Quotuplicis generis ſint, quibus Electores & Principes Imperii per Legatos ſuos fruuntur? p. 1533. th 40. ſqq.

Hoſpitationes Militum, a quorum arbitrio dependeant? p. 1142 th. 21.

Holſatia Comitatus, quando in Ducatum fuerit commutatus? p 151. th 32.

Hungaria, ejusque fata. p. 271. ſq. th. 20. ſqq.

I.

Idioma Imperii, quid hoc nomine veniat? p 1345. th. 11. Quale hodie ſit in Imperio? ibid.

Immunitas a collectis, quali præſcriptione acquiri poſſit? p. 1661 th. 26.

Imperator, quid ſit? p. 434. th. 1. Quomodo conſtituatur? ibid. th. 3 A quibus eligatur? p 437. th. 13 Qualis eligi debeat? p. 440. th 23. ſqq. quando ordinarie eligatur? p. 443 th. 33 Quibus ſolemnibus eligi ſoleat? p 454 ſqq. th 53 ſqq. quale jus conſequatur, electione legitime peracta? p. 460. th 70. Quibus cum ritibus coronetur? p. 472. ſqq. th. 16. ſqq. Quibus titulis gaudeat? p. 483. th. 1. p 489 th. 21. quale inſigne habeat? p. 494 th. 35. Ad quid intuitu Papæ ſit obligatus? p 498. th. 3. Ad quid intuitu Imperii? p. 499. th. 5. ſqq. An ſit obligatus ad prætenſiones antiquas revocandas, terrasque facto exemtas, & a

potentioribus per multa ſecula poſſeſſas, armis vindicandas? p. 280. th. 25. ſqq. An in caſu neceſſitatis ad Capitulationem non ſit adſtrictus? p. 389. th 53. Qualem & quantam poteſtatem ſeu majeſtatem habeat? p. 484. th. 4. ſq. Quibus ex cauſis eminentia ac prærogativa præ cæteris Regibus ac Principibus gaudeat? p. 487. th. 16. An bona Imperii alienare poſſit? p. 277. th. 15. quibus modis Imperator eſſe deſinat? p. 501. ſq. th. 1. ſqq. An libere reſignare queat? p. 502. th. 4. ſqq. Num exauctorari ſeu deponi poſſit? p. 503. th. 7. ſqq. Jus poſtarum per Imperium ſibi vindicavit. p. 626. th. 26. An & quibus juribus circa ſacra gaudeat? p. 952. th. 1. ſqq. p. 984. th 1. ſqq. Quibus juribus gaudeat circa ſecularia? p. 1013. th. 1. ſq. quali jure gaudeat conſultandi de negotiis Imperii? p. 1029. th. 1. ſq. Quali poteſtate gaudeat circa leges ferendas? p. 1045. th. 1. ſq. Per quos olim poteſtatem judiciariam exercuerit? p. 1056. th. 1. ſqq. Cui judicio ſubſit, ſi peccet, aut in cauſis civilibus ſit conveniendus? p. 1064. th. 31. p. 1222. th. 2. Qualibus juribus gaudeat in perſonas, in Imperio Romano Germanico degentes? p. 1065. th. 1. An hodie principem Imperii vi Imperii ad Regiam dignitatem evehere queat? p. 1067. th. 8. An ſolus novum Electorem conſtituere poſſit? p. 1068. th. 9. Qualibus juribus in res ſeu bona in Imperio contenta, gaudeat? p. 1083. th. 1. An Electoratum vacantem ſolus alii conferre poſſit? 1100. th. 38. Quibus juribus gaudeat circa bellum & pacem, legationes, fœdera & commercia? Vid. tot. cap. II. lib. V. p. 1134. An ſine Ordinum

con-

conſenſu Legatum e Germania proſcribere poſſit? p. 1156. th. 56.

Imperatrix ſive *Auguſta*, quali dignitate & prærogativa ac juribus gaudeat? p. 505. th. 1. An Imperatori ſit ſubjecta? p. 508. th 8. Ejus Archi-officiales p. 624. th. 23. ſqq. Unde jus primar. precum, quod ei tribuitur, deriveur. p. 1006. th. 45. cujus jurisdictioni ſubſit? p. 1227. th. 13.

Imperium Romanum, cum ſummum potentiæ faſtigium attigiſſet, iterum decreſcere cœpit, & quænam excidii cauſæ fuerint? p. 37. th. 3. ſqq. A Carolo M. nec non ab Ottone M. ita eſt quæſitum, ut hæreditario ſemper jure in ſucceſſores transmitteretur. p. 435. th. 5. De Statu Imperii Romani & Regni Italici ab origine usque ad Carolum M. Vid. tot. Sect. I. Cap. I. lib. 1. p. 36. ſqq. De Statu Imperii Romani & Regni Italici a Carolo M. usque ad noſtra tempora. Vid. tot. cap. 15. lib. 1. p. 209. ſqq.

Imperium Romano-Germanicum, unde ſacrum dicatur? p 100. th. 3. De ejusd. variis mutationibus. lib. 1. c. 1. ſect. II. p. 46. ſqq. De illius Statu ſub Imperatoribus, Franconicis & Svevicis. Vid. lib. 1. ſect. 1. cap. 1. art. 5. p. 78. ſqq. Sub Rudolpho ad Maximilianum I. usque lib. 1. c. 1. Sect. II. art. 7. p 86. ſqq. Sub Maximiliano I. & Auſtriacis ceteris ad Ferdinandum III. ſeu pacem Weſtphalicam usque, Vid. L. 1. c. 1. Sect II. art. 8. p. 93. ſqq. De illius nomine & territorio ſeu finibus L. 1. c. II. th. 1. ſqq. De Imperii Romano-Germanici diviſione. Vid. tot. cap. 19. lib. 1. p. 282. De Imperii Romano-Germanici forma. p.

934. th. 1. ſqq. De ſpecialibus Imperii Romano-Germanici Rebus publicis p. 1361. th. 1. ſqq.

Impuberum deſponſationes, an licitæ? p. 1607. th. 7.

Infamia, eam tollere quousque reſervatum Imperatoris ſit? p. 1078. th. 34. ſqq. Quotuplici modo aboleatur? p. 1079. th. 38.

Innocentius X. pacem Weſtphalicam infringere conatur. p. 340. th. 29.

Inſtantia prima Statuum Imp. quænam ſit? p. 1254. th. 81.

Inſtrumentum Pacis Monaſterienſe, quibus articulis abſolvatur? p. 338. th. 15.

Inſtrumentum Pacis Oſnabrugenſe, quibus articulis conſtet? p. 333. th. 7. ſq.

Inſulæ, in mari occupatæ, vel flumine natæ, ad quem ſpectent? p. 1475. th. 34.

Interceſſio fœminæ illuſtris, regalia exercentis, eſt efficax, remiſſive. p. 1657. n.

Interpretatio Legum publicarum, quotuplex ſit? p. 10. th. 21.

Interpretatio Obſervantiæ Imperialis, ad quem pertineat? p. 423. th. 32.

Interpretatio pacis religioſæ authentica, ad quem pertineat? p. 330. th. 19.

Interregnum, quænam tempore Interregni poſt obitum Friderici II. & Conradi IV. in Imperio Romano-Germanico contigerint? p. 81. th. 86. p. 944. th. 19. an tam diuturnum, quod fertur, hac tempeſtate fuerit. p. 81. not. ſq.

Inveſtiendi Status & Vaſallos Imp. Jus, quibus competat? p. 1098. th. 34.

Inve-

Inveſtitura Feudorum Imperii, de hac Vid. tot. cap. 15. lib. 8. p. 1687. ſqq.

Italia, Germaniæ regno juncta. p. 215. th. 11.

Iudæi. Jus recipiendi eos, quibus competat? p. 1456. th. 2.

Judex, quis ſit in cauſis matrimonialibus inter Conjuges Illuſtres? 1229. th. 18. p. 1611. th. 17.

Judicia in Imperio Romano-Germanico, quotuplicia ſint? p. 1057. th. 7. ſq. 1222. th. 1.

Judicia in territoriis, de his vid. tot. cap. 12. lib. 7. p. 1563. ſqq. Quotuplicia ſint? p. 1564. th. 6. ſqq.

Judicia Recuperatoria, a Gallis inſtituta. p. 343. th. 2.

Judicia Superiora Statuum Imperii in ipſorum territoriis. Num horum his cauſæ ipſorum Dominorum territorii agitari poſſint? p. 1453. not.

Judicia Weſtphalica ſecreta, quænam dicantur? p. 1339. th. 25. Unde dicta fuerint Vemica, *Fehm-Gerichte*, *Fehm-Dinge*, ibid. not. * Unde libera, *Frey-Stühle*, *Frie-Gerichte*, *Frie-Geding* ſint appellatæ? ibid. n. ** Unde *Stuhl Gerichte*, *Still Gerichte*, *heimliche Gerichte* ſint nominata? ibid. Quomodo eorum præſes dictus? ibid. Ubi fuerint conſtituta? ibid. n. *** Unde originem habuerint? p. 1340. th. 26.

Judicium Amicabile Civitatum Imperii, quid ſit? p. 1329. th. 58. Unde ejus origo, fundamentum & norma ſint repetenda? ibid.

Judicium Auſtragarum, quid ſit? p. 1307. th. 1. Unde origo ejus ſit repetenda? ibid. th. 2. Quomodo conſtituatur? p. 1311. th. 10. p. 1317. th. 27.

De

De quibus cauſſis cognoſcere poſſit? p. 1313. th. 14. Quomodo coram eo in cauſſis controverſis procedatur? p. 1313. th. 16. ſqq. Vid. ſupr. *Auſtragæ.*

Judicium Camerale, quid ſit? p. 1277. th. 1. Quando fuerit fundatum? ibid. th. 2. p. 395. th. 2. Quibus in locis antehac fuerit, & ubi nunc ſit? p. 1278. th. 3. Ex quibus & quot perſonis conſtet? ibid. th. 4. ſqq. Quot & qualia corpora formet? p. 1282. th. 15. An cum judicio aulico concurrentem habeat juriſdictionem? p. 1286. th. 26. Qualia remedia contra ſententias admittat? p. 1288. th. 30. Perſonæ, quæ ad illud ſpectant, quotuplices ſint? p. 1278. th. 5. Quorum nomine in eo juriſdictio exerceatur? p. 1283. th. 18. Quinam in eo conveniri poſſint? p. 1284. th. 19. Quænam cauſſæ ad iſtud pertineant? ibid. ſqq. Quam cauſſæ ab eo ſint excluſæ? p. 1287. th. 27. Quomodo in eo procedatur? ibid. th. 28. Ejus viſitatio quotuplex ſit? p. 1290. th. 34. ſqq.

Judicium Imperii Aulicum, quid ſit? p. 1261. th. 1. Unde origo ejus ſit deducenda? ibid. th. 2. Ex quibus perſonis conſtet? p. 1265. th. 7. Quot aſſeſſores habeat? p. 1267. th. 11. Quonam in loco ſit? p. 1271. th. 22. Qualia remedia ſuſpenſiva admittat? p. 1273. th. 27. Quinam coram eo conveniri poſſint? p. 1269. th. 17. Quænam cauſſæ coram eo tractari poſſint? ibid. th. 18. Quot ordinationes Judicii aulici extent? p. 1271. th. 23. Quomodo in eo procedatur? p. 1272. th. 25.

Judicium Imperii Feudale cui competat? p. 1247. th. 63. ſqq.

Judicium Principum, quodnam dicatur? p. 1252. th. 25. Ejus requiſita. p. 1253. th. 26. In quibus cauſſ
ibid.

ibid. th. 27. Ubi locum habuerit? p. 1234. th. 28. Utrum meri arbitrii fuerit, an potius neceſſitatis? ibid. th 29. Quando in deſvetudinem abierit? p. 1235. th. 35. p. 1247. th. 70.

Judicium Provinciale auf der leutkircher Heyde in der Purſch, quousque quoad jurisdictionem ſe extendat? p. 1336 th 17.

Judicium Provinciale Burggraviatus Noribergenſis. Ejus locus. p. 1236. th. 18. Judex ſeu Præſes. p. 1337. th. 19. Limites jurisdictionis. ibid. th. 21. Quoties & quomodo celebretur? ibid. th. 20. Quorſum ab eo appelletur? p. 1338. th. 21.

Judicium Provinciale Ducatus Franconici Herbipolenſe, quando cœperit? p. 1338. th. 22. Quorſum ab eo appelletur? ibid.

Judicium Provinciale Hagenovienſe, quousque ſe extenderit? p. 1338. th. 23.

Judicium Provinciale Suevicum, quodnam dicatur? p. 1335. th. 14. Ejus locus & aſſeſſores. ibid. th. 15. Jurisdictio. p. 1336. th. 16. Quorſum ab eo appelletur? ibid.

Judicium Rotbwilenſe, quid ſit? p. 1330. th. 1. Ejus origo. ib. th. 2. Præſes & Vice-Præſes. p. 1331. th. 3. Jurisdictio. p. 1332. th. 4. Ordinationes. p. 1334. th. 10. Quibus modis cauſſæ ad iſtud deferantur? p. 1333. th. 7. Quorſum ab eo appelletur. ib. th. 9. Quomodo ſententias ſuas exequatur? p. 1334. th. 11.

Judicium Statuum Civile. p. 1253. th 79. ſqq.

Jura circa ſacra, qualia Pontifici Romano competant in Imperio R. G. p. 964. th. 1. ſqq. Qualia competant Imperatori & Statibus Imperii? p. 952. th. 1.

th. 1. Qualia competant Domino terr. p. 1393. th. 1. ſqq.

Jura, Electoribus competentia, quæ? p. 663. th. 1. ſqq.

Jura Majeſtatis, quotuplicia ſint? p. 1016. th. 12. Ubi exerceantur? p. 1159. th. 1.

Jura Statuum Imperii, quotuplicia ſint? p. 1637. th. 6.

Jurisdictio, quotuplici modo concedatur? p. 1453. th. 28. An in alieno territorio competere poſſit? p. 1548. th. 14.

Jurisdictio Eccleſiaſtica, in quas perſonas & cauſſas Pontificii competat? p. 982. th. 33. ſqq. Quibus hodie competat? p. 1437. th. 103. 106. 107. Quibus juribus vi hujus jurisdictionis proteſtantes in ſuis territoriis gaudeant? p. 1438. th. 4.

Jurisdictio Feudalis, cui competat in Imperio R. G. p. 1247. th. 63. ſqq.

Jurisdictio Territorialis, a quibus olim fuerit exercita, & quibus hodie competat? p. 1449. th. 16. Nulla ratione turbari debet. p. 1450. th. 19.

Jurisprudentia Publica Romano-Germanica, quid ſit? p. 1. th. 2. Quomodo differat a jure publico remiſſive. ib. not. Ejus objectum. p. 4. th. 5.

Jus Advocatiæ, quibus competat? p. 1441. th. 113. & p. 1546. th. 7. ſqq. Quid ſit? p. 1545. th. 5. Quotuplex ſit? p. 1546. th. 6. ſqq.

Jus Advocatiæ ſummæ, cui competat? p. 1011. th. 54.

Jus aggratiandi, quibus competat, & an in omnibus delictis locum inveniat? p. 1452. th. 25.

Jus Albergariæ, quid ſit? p. 1551. th. 22.

Jus Aperturæ, quid ſit? p. 1506. th. 13.

Jus

Jus apprehendendi delinquentes in alieno territorio, cui in Imperio Romano-Germanico competat? p. 1549. th. 15.

Jus Archivi, quibus competat? p. 1455. th 32.

Jus Armandiæ, quænam jura ſub ſe comprehendat? p. 1504 th. 10. ſqq.

Jus poſtarum, per Imperium ſibi vindicavit Imperator. p. 616. th 16.

Jus privatum, quomodo differat a jure publico. p. 10. th. 12. an & quatenus uſum & auctoritatem in Jure Publico habeat? p 424. th 1 ſqq de Jure Statuum Imperii privato vel quaſi. Vid. tot. lib. 8 p. 1601 ſqq.

Jus publicum Romano-Germanicum, quid ſit? p. 1. th. 1. Quotuplex ſit? p. 3. th. 3. Quomodo differat a jure privato? p. 10. th 12. Quomodo a notitia Imperii? p. 11, th. 13 Quomodo a Jure Publico univerſali? p. 11. th 14. Quomodo a Politica in genere, & ratione Status Imperii in ſpecie? p. 11. th. 15. An & quomodo in Academiis ſit docendum & diſcendum? p. 12. th 16. A quibus ſit docendum? p. 12. th. 19. ſq. Quando ſit ortum? p. 16. th. 1. Cauſſæ, cur priſtinis temporibus in Academiis fuerit neglectum? p. 23. th. 23. p. 25. th. 25. Quo ſeculo in Academiis doceri cœperit? p 24. th. 24. p. 25. th. 27. Nævis non caret. p. 32. th. 37. Juris publici *objectum* p. 4. th. 5. *Materia* p. 4 th 6. *Forma* p. 5. th. 7. Quotuplicia ſint juris publici principia? p. 5. th. 9. Juris publici adminicula quæ? p. 7. th. 13. Juris publici ſtudium, quibusnam abſolvatur? p. 15. th. 31. ſq. Juris publici progreſſus & variæ mutationes.

nes. p. 16. th. 2. Juris publici prima ætas p. 16. th. 3. Juris publici primæ ætatis ſcriptores. p. 20. th. 13. Juris publici ſecunda ætas. p. 21. th. 16. Hujus periodi ſcriptores. p. 22. th. 17. Juris, publici tertia ætas p. 22. th. 18. Juris publici quarta ætas, ejusque ſcriptores. p. 23. th. 20. Juris publici ſcriptores noviores. p. 26. th. 28. ſq. De Jure publico Nobilitatis immediatæ. Vid. tot. cap. 17. lib. 7. p. 1591. ſqq.

Jus Belli, quibus & qua ratione competat? p. 1134. th. 1. ſqq. p 1147. th. 32. quale ſuperioritati territoriali competat? p. 1500. ſqq.

Jus Canonicum, an uſum & auctoritatem in jure publico habeat? p. 431. th. 18 p. 7. th. 12.

Jus capitis familiæ, quid ſit? p. 1612. th. 8.

Jus Ceremoniale Electorum, Principum & Statuum Imperii. De hoc vid. tot. cap. 9. lib. 7. p. 1519. ſqq.

Jus circa Canonicatus & Præbendas conferendas, quale competat Domino Territorii? p. 1426. th. 69. ſq.

Jus circa doctrinam eccleſiæ & controverſias theologicas, an & quatenus cuilibet Principi in ſuo territorio competat? p. 1421. th. 58.

Jus circa homines proprios, quænam jura ſub ſe comprehendat? p. 1550. th. 18.

Jus collectandi, an nobilitati immediatæ competat? p. 1597. th. 23.

Jus Comitia indicendi & convocandi, penes quos ſit? p. 1033. th. 12. ſqq.

Jus diſponendi circa adiaphora, quatenus competat Principibus in ſuis territoriis? p. 1423. th. 63.

Jus epiſcopale, quale ita ſalutari ſoleat? p. 1393. th. 2.

Jus exigendi annatas, an Domino territorii competat? p. 1419 th. 77.
Jus exigendi Collectas ſeu tributa, quibus competat, & quomodo exerceri poſſit? p. 1486. th. 58.
Jus delectus militum, penes quem in Imperio? p. 1138. th. 11.
Jus de non evocando, cui competat hodie? p. 1450. th. 19.
Jus Juſtinianeum, an in juris publici capitibus allegari, & cauſſæ publicæ ex illo decidi poſſint? p. 432. th. 20. ſqq.
Jus papale evangelicorum principum. p. 1417. th. 73.
Jus Regaliæ, ad quem pertineat? p. 1010. th. 52.
Jus Suevicum, an in cauſis principum privatis allegari & adhiberi queat? p. 430. th. 15. ſqq. & not.
Jus ſuffragii præcipuus Status Imperii character. p. 569 th. 7. Vide *Suffragii Jus*.
Jus univerſitati cuidam jus civitatis concedendi, quibus hodie competat? p. 1083. th. 48.

K.

Kleinodia Imperii, ſive *Inſignia*, quæ Noribergæ adſervantur? p. 465. th 14. quæ Aquisgrani cuſtodiuntur. p. 472. th. 15.

L.

Laici majores, qui ad hos pertineant? p. 586. th. 7.
Landgravii, quinam dicantur? p. 860 th 13. Quinam inter Landgravios emineant? ib. th. 14. ſqq.
Landſaſſii, quid? p. 586. th. 14
Legata, an in teſtamentis Statuum locum habeant? p. 1666. th. 12.

Legati Statuum, quem judicem competentem habeant, ſi deliquerint? p. 1246. th. 60. Vtrum in Legatis Statuum Imperii quoque character repræſentatitius, cum omnibus ſuis effectibus locum habeat? p. 1536. th. 47. ſqq.

Legatorum Jus, quid ſit? p. 1512. th. 28. Quibus competat? ibid. & th ſq.

Legatus, an ab Imperatore, ſive ordinum Conſenſu, e Germania proſcribi poſſit? p. 1156. th. 55. Quotuplices ſint Legati? p. 1514. th 33. ſqq.

Legatus natus, qui a Pontifice ita ſalutatus. 841. th. 9.

Leges, quomodo pro diverſo reſpectu & objectum, & principia juris publici eſſe poſſint? remiſſive. p. 6. not. An ad condendas leges placitum Ordinum provincialium ſit adhibendum? p. 1448. th. 12. Jus eas ferendi, quibus in Imperio R. G. competat? p. 1046. th. 3. ſq.

Leges Imperii. Jus diſpenſandi circa eas, circa quæ verſetur? p. 1052 th. 18. Cui in Imperio Rom. Germ. competat? ibid.

Leges Imperii fundamentales, quid ſint? p. 300. th. 1. Quotuplices ſint? p. 301. th. 3. & 5. Qualis obligatio ex Legibus Imperii fundamentalibus oriatur? ibid. th. 4. Legum Imperii fundamentalium ſcriptarum potiores. p. 303. th. 14. Utrum Leges Imperii poſteriores derogent juribus provincialibus pridem conſtitutis? p. 1446. th. 8. ſq. An leges Imperii, quæ quoad ordines ipſos conventionis naturam habent, ſingulorum ſubditos ex eo demum tempore, quo Princeps, cui ſubſunt, eas promulgavit, & vim legis habere declara-

claravit, obligent; & an eæ quoque rationem Juris Provincialis habeant? remiſſive. p. 1444. n. ſq.
Leges Publicæ, quomodo conſtituantur in Imperio Romano-Germanico? p. 1047. th. 8.
Leges ſumtuariæ ut ſerventur, curet Imperator. p. 1114. th. 70.
Legislatoria Poteſtas, Imperatoris & Statuum de ea vid. tot. cap 7. lib. 5. p. 1045. ſqq. Dominorum territor. vid. cap. 5. lib. 7. p. 1442. ſq.
Legitimandi illegitime natos Jus, an ab Imperatore etiam in Statuum Imperii territoriis exerceri poſſit? p. 1082. th. 46. ſq. Quibus competat? p. 1457. th. 8.
Lex Regia Imperii Francorum, qua jus omne & poteſtas in Romam, Carolo M. ſub Patritiatus, itemque Regis Romanorum titulo collata fuit. p. 16. th. 4. Lex Regia, Ottoni M. Imperatori a Papa Leone VIII, renovata. p. 18. th. 6.
Liberi Domini vid. *Barones*.
Liberi Principum vel Comitum, an in ſubditorum numero ſint cenſendi? p. 1588. th. 10. eorum jura. v. p. 1619. De liberorum patria poteſtate, adoptionibus & emancipationibus illuſtrium. Vid. tot. cap. 4 lib. 8. p. 1619. ſqq. An liberi Principum, ex impari matrimonio nati, ſuccedere parentibus poſſint? p. 1673. th. 5.
Libertas, omnibus membris Imperii communis, quid involvat? p. 916. th. 3.
Libertas antiqua Germanica, *Statibus competens*, quænam complectatur? p. 917. th. 4. ſqq.
Libertas religionis, quid complectatur? p. 917. th. 6.
Libertas religionem mutandi & tolerandi, an cuili-

bet principi in ſuo territorio competat? p. 918. th. 7. p. 1407. th. 30.
Libri, tranquillitati publicæ & inprimis Paci religioſæ adverſi, non ſunt edendi. p. 12. th. 17. n.
Liga moneta, quid ſit? p. 1126. th. 99.
Littora maris, ad quem ſpectent? p. 1475. th. 35.
Livonia, ejus fata. p. 269. ſeq. th. 16. ſeq.
Lotharingia, quasnam regiones fuerit complexa? p. 113. th. 1. p. 116. th. 8. p. 119. th. 16. Ad quos pervenerit Lothario juniore defuncto? p. 114. th. 2. ſqq. Per quosnam Ottonis M. tempore fuerit adminiſtrata? p. 115. ſq. th. 5. ſqq. Quomodo poſt fata Ottonis II. dividi cœperit? p. 116. th. 7. Quorum tempore ſeſe Germanorum Imperio ſenſim ſubtraxerit? p. 117. th. 10. ſeq. Quænam Lotharingiæ terræ Gallis ceſſerint? p. 119. th. 14.
Lotharius, commiſſo prælio cum fratribus, aliam, quam a patre facta erat, diviſionem Regni Francici init. p. 64. th. 48. Abdicato Imperio, ad ſacrum ordinem ſe convertit, Regnumque inter filios diſtribuit. p. 65. th. 5.
Lubeca, quonam tempore a Saxoniæ Ducatu fuerit exemta? p. 153. th. 37.
Lucenſis Reſpublica, an prorſus exemta Imperio? p. 238. th. 47.
Ludovicus Bavarus, ejusque res geſtæ. p. 88. th. 98.
Ludovicus Germanus, quæ ſub hujus regimine geſta. p. 943. th. 16.
Ludovicus Pius ſacro ordini, quam Imperio aptior p. 62. th. 43. Quomodo Imperium inter filios diviſerit? p. 63. th. 45.
Luſatia, unde hoc nomen acceperit, & a quibus olim

olim fuerit inhabitata p. 190. th. 19. Quotuplex ſit? p. 193. th. 21. Quomodo in eadem Marchia ſit inſtituta? p. 190. th. 20.

M.

Magiſter poſtarum Imperialium generalis, quis ſit? p. 616. th. 26.

Majeſtas, quid denotet? p. 483. th. 1. Competit Imperatori per Electionem p. 484. th. 2. Qualis & quanta competat Imperatori? ibid. th. 4. An ſit Superioritas territorialis? p. 1371. th. 27.

Majeſtas Imperatoris. In quot claſſes ejus jura diſtribui queant? p. 485. th. 7. Ejus affectiones p. 486. th. 9. Quibus modis deſinat? p. 501. th. 1. ſqq.

Majeſtas Imperii, regno Germanico inhæret. p. 941. th. 12.

Majeſtatis Imperialis Jura, circa ſacra. p. 984. th. 1. ſqq. circa perſonas. p. 1065. th. 1. ſqq. circa res ſ. bona. p. 1083. th. 1. ſqq. circa bellum & pacem. p. 1134. th. 1. ſqq.

Major Domus, quis fuerit? p. 614. th. 5.

Majores Domus, quinam fuerint? p. 54. th. 21. ſublati a Carolo M. p. p. 60. th. 38.

Mandata Cæſarea, quomodo differant ab Edictis? p. 1051. th. 15.

Mantuanus Ducatus Imperii feudum eſt. p. 231. th. 35.

Marchia Brandenburgica, unde enata? p. 169. th. 12. p. 172. th. 3. & p. 176. th. 7. A quibus olim fuerit inhabitata, & a quibus nunc poſſideatur? p. 171. th. 1. ſqq. Quot Epiſcopatus in Marchia fuerint conſtituti? p. 176. th. 8.

Marchia Luſatiæ, unde ortum duxerit? p. 169. th. 12. Quando ſit inſtituta? p. 190. th. 20. & ib. not.

Quo tempore hoc nomine fuerit ornata? p. 194. th. 22. Quibus olim ſubfuerit, & ad quos poſtea, usque ad hodierna tempora pervenerit? p. 194. ſqq. th. 23. ſqq.

Marchia Miſnia, unde orta? p. 169. th. 12. Quibus terris fuerit aucta? p. 188. ſqq. th. 13. ſqq.

Marchio Brandenburgicus, quando hic titulus Marchionibus Brandenburgicis fuerit attributus? p. 174. th. 5. Quis primus Marchio Brandenburgicus fuerit? p. 176. th. 10.

Marchiones, ſeu *Marcgravii*, quinam dicantur? p. 861. th. 16. Quinam ex Marchionibus Ducalem dignitatem ſint conſecuti? p. 862. th. 17. ſqq.

Marchionatus Brandenburgicus, an ſtatim tanquam Ducatus provinciæ, proprio jure & poteſtate uſus fuerit? p. 171. th. 3. ſqq. ibique not.

Maſovia, primum Regno Germaniæ, poſtea vero Poloniæ plenius innexa eſt. p. 165. th. 6.

Matricula Imperii, quid ſit? p. 603. th. 2. Quotuplex ſit? ibid. th. 3. Unde origo ejus ſit deducenda? p. 604. th. 5. A quibus conficiatur? p. 609. th. 17. Quem finem intendat? p. 609. th. 19. Quænam matriculis conficiendis anſam præbuerint? p. 605. th. 7. Cauſſæ defectuum & errorum, qui in Matriculis fuerunt? p. 606. th. 9. An ex Matricula probari poſſit, aliquem Statum Imperii eſſe. p. 609. th. 20.

Matricula Statuum, an detur? p. 603. th. 4.

Matrimonium ad Morganaticam, quid ſit? p. 1609. th. 11. an ſit licitum? ibid. th. 12.

Matrimonium, quibus ex cauſis inter illuſtres perſonas diſſolvi poſſit? p. 1611. th. 16.

Ma-

Maximilianus I. ejusque res geſtæ. p. 93. th. 109.
Maximilianus II. & quæ ſub ejus Imperio facta. p. 97. th. 115.
Mecklenburgicus Principatus, ejus ortus. p. 181. th. 24. An Marchioni Brandenburgico, qua Duci Vandaliæ, quondam fuerit obnoxius? p. 182. th. 27.
Mediationis Jus, quid ſit? p. 1507. th. 16.
Mediolanenſis Ducatus, p. 224. th. 26.
Megapolitani Principes, quando Duces facti & inter Principes Imperii recepti? p. 182. th. 26 Quot lineæ Ducum Megapolitanorum hodie ſuperſint? p. 183. th. 30.
Membra Imperii, quotuplicia ſint? p. 568. th. 1. & p. 916. th. 1. Qualia Jura communia habeant? p. 916. th. 2. Ad quid Imperatori & Imperio ſint obligati? p. 924. th. 1. ſqq.
Merovingi, quinam, & unde ita dicti? p. 51. th. 19. Illorum geſta. ib. th. 17. ſqq.
Merum Imperium, an etiam Conſiſtoriis competat? p. 1438. n.
Metalla & Mineralia, jus in hæc ad regalia refertur. p. 1482. th. 49.
Milites, quot in Imperio R. G. hodie tempore pacis, & quot belli tempore alantur? p. 1139. th. 13. An & quatenus pro exteris in Imperio legi poſſint? p. 1140. th. 15.
Jus exteris militandi, & manus militum adducendi, quibus, & qua ratione competat? p. 1503. th. 6.
Militum delectus jus, p. 1138. th. 11. an in Imperio ſine conſenſu Statuum inſtitui poſſit a Cæſare? p. 1142. th. 19. *hoſpitationes* ibid. th. 21. *tranſitus* p. 1143. th. 22.

Miniſtri Eccleſiæ, Jus conſtituendi eos, penes quem fuerit initio? p. 956. th. 8. quibus competat? p. 1424. th. 67.

Miniſteriales Imperii, quomodo differant ab Officialibus Imperii? p. 611. th. 2.

Minores Illuſtres, quoto ætatis anno fiant majorennes? p. 1633. th. 33.

Mirandulanus principatus, feudis Imperii accenſetur. p. 134. th. 40.

Miſnenſis Marchio, quis primus fuerit? p. 187. th. 11. Quo tempore jus hereditarium Marchionibus Miſnenſibus fuerit firmatum? p. 187. th. 11. a quonam tempore Marchiones Miſnenſes jam in Comitiis comparuerint; ac de reipublicæ ſalute cum Optimatibus Regni egerint atque ſtatuerint? p. 189. th. 17.

Miſnia ſeu *Miſena*, unde ita dicta? p. 186. th. 9. a quo condita? p. 187 th. 10. Quo auctore Marchiæ ſeu Marchionatus dignitatem acceperit? ib. Cur territoriis clauſis annumeretur? p. 1366. in not. Quot Epiſcopatus in Miſnia ab Ottone M. fuerint fundati? p. 190. th. 18.

Miſſi Regii ſeu *Dominici*, quinam tempore Caroli M. fuerint? p. 61. th. 41.

Modi acquirendi territoria eccleſiaſtica, & jura connexa. De his vid. tot. c. 13. lib. 8. p. 1668. ſqq.

Modi acquirendi vel transferendi res publicas & privatas, aut jura, Statuum Imperii in genere. De his vid. tot cap. 9. lib. 8. p. 1645. ſqq.

Modus Collectandi, quotuplex in Imperio ſit? p. 1093. th. 20. ſqq. Quinam æquior ac utilior ſit? p. 1094. th. 24.

Molendina, an a privatis pro lubitu in flumine publico extrui poſſint? p. 1477 th. 39.
Monarchia, an & qualis in Imperio? p. 936. th. 3. ſqq.
Monaſteria, *Jus ea transiocandi*, *ſeu ſurrogandi Ordinem in locum ejectis vel deficientis*, an Domino territorii competat? p. 1431. th. 85.
Moneta, propter commerciorum commoditatem in diverſas ſpecies diviſa. p. 1126. not. de ejusdem valore. p. 1129. not. **
Moneta Jus, quænam complectatur? p. 1122. th. 89.
Monetandi jus, ſive *monetam cudendi*, quibus competat? p. 1122. th. 90. ſqq. A quibus concedi poſſit? p. 1123. th. 91. Ad quænam ſit reſpiciendum, ut abuſui ejus obviam eatur? p. 1125. th. 96. ſqq.
Montisferratum, qua ratione Imperio obnoxium? p. 231. th. 37.
Moratoria concedendi jus, cui competat? p. 1115. th. 73.
Moravia, unde ita dicta? p. 206. th. 17. Quibus primum ſubfuerit, & ad quos poſtea pervenerit? ibid. & th. ſqq.
Morgengaba fœminis illuſtribus datur. p. 1615. th. 13.
Mors Imperatoris ſtatim Moguntino, & Vicariis Imperii adnuncianda eſt. p. 502. th. 2.
Munimenta nova extruendi jus, cui competat? p. 1145. th. 28.
Mutina, qua ratione cum Imperio connexa? p. 233. th. 38.

N.

Negotia Comitialia. p. 1019. th. 16. ſq. *Jus deliberandi de iis*, quibus competat? p. 1029. th. 1. p. 1032. th. 9.

Digitized by Google

Neuſtria, ſeu *Neuſtraſia*, unde ortum duxerit, & quasnam regiones complexa fuerit? p. 53. th. 20. p. 109. th. 5.

Neutralitas, quid ſit? p. 1503. th. 7. an a Statuum quopiam poſſit adprehendi in bello Imperii? p. 1144. th 26.

Nexus ſeu *Unio Statuum cum Imperatore*, quotuplex ſit? p 946 th. 23.

Nobiles Imperii Immediati. Eorum origo? p. 906. th. 2. p. 1591 th. 2. Claſſes. p. 1592. th. 4. Jura. p. 1593. th. 12. ſqq. p. 1595. th. 18. tituli. p. 1595. th. 17. non plane immunes a collectis. p. 1097. th. 31.

Nobiles ſimpliciter dicti, quotuplices ſint? p. 907 th. 4 p. 1555. th. 8. Quinam in Saxonia in Comitiis admitti ſoleant? p. 1555. th. 9.

Nobilitas, quotuplex ſit? p. 907. th. 3. An a Statibus Imperii conferri poſſit? p. 1459. th. 11.

Nobilitas Immediata Ejus origo. p. 1591. th. 2. Ejus bona quotuplicia ſint? p. 1593. th. 10. An Superioritate territ. gaudeat? remiſſive. p. 1594. th. 4. cum civitatibus de prærogativa contendit. p. 1562. th. 20.

Nobilitas Franconica, in quot loca diſtingvatur? p. 1592. th. 6. *Rhenana.* ibid. th. 7. *Svevica.* ibid. th. 5.

Normberga prima inſtituta Comitia. p. 1165. th. 16.

Noribergenſes. His de Cleinodiis Imperii controverſia mota. p. 470. not.

Notitia Autorum juris publici, unde hauriatur? p. 34. th. 44. ſq.

Nucleus monetæ, quis dicatur? p. 1129. not. **

Nundinæ ſolennes, unde olim fuerint ortæ? p. 1117. th. 77. Quomodo ab Imperatore concedi ſoleant? ibid. th. 78. Quibus privilegiis gaudeant? ibid.

O.

O.

Obligatio, qualis obligatio inter Cæſarem & Status Imperii ex Legibus Imperii fundamentalibus oriatur? p. 301. th. 4. An in caſu neceſſitatis Obligatio Cæſaris ceſſet? p. 389. th. 53. Quo fundamento Obligatio Imperatoris nitatur? p. 497. th. 1. De obligatione membrorum Imperii. Vid. tot. cap. XXII. lib. IV. p. 924. ſqq. Dominorum territorialium. Vid. tot. cap 15. lib. 7. p. 1579. ſucceſſoris Illuſtris. Vid. tot. cap. 16. lib. 8. p. 1692. ſqq.

Obotriti poſtea Mecklenburgenſes dicti. p. 180. th. 22.

Obſervantia Imperii, quid ſit? p. 410. th. 2. Quomodo differat ab Obſervantia legum latarum, aut judicialis? p. 412. th. 4. Quomodo a conſvetudine? ibid. th. 5. quotuplex ſit? p. 414. th. 8. Ejus origo. p. 423. th. 32. Requiſita. p. 416. th. 15. Effectus. p. 421. th. 28 Probatio. p. 422. th. 31. Interpretatio, ad quos pertineat? p. 421. th. 29.

Occupatio bellica, an inter titulos referri poſſit? p. 280. th. 24.

Officia Circularia, Quænam inter ea emineant? p. 638. th. 53. *Electorum*. p. 628. th. 32. *Imperii palatina*. p. 632. th. 38. non palatina. p. 633. th. 41.

Officia Imperii, *Jus conferendi ea*, cui competat? p. 1074. th. 25.

Officiales Imperator etiam in Italia habet. p. 631. th. 36.

Officiales Imperii, quomodo differant a Miniſterialibus Imperii? p. 611. th. 2. Quotuplices & quinam ſint? p. 614. th. 3. ſqq.

Officiales Palatini, qui? p. 614. th. 3. Quotuplices ſint? p. 620. th. 15.

Ordinatio Cameralis, quid ſit? p. 394. th. 1. cur promul-

promulgata. p. 395. th. 2. varie ducta. ibid. th
p. 397. th. 9.
Ordinatio Executionis quid ſit? p. 403. th. 23.
Ordinatio Judicii Imperialis aulici, quid ſit? p. 3
th: 14.
Ordinationes monetariæ, quid inferant? p. 409.
8. ſqq.
Ordinationes Politicæ inter leges Imperii locum
veniunt. p. 406. th. 1. ſqq.
Ordo Teutonicus, quando exortus. p. 842. th. 11.
Oſtiariorum Magiſter. p. 633. th. 40.
Otto Magnus, Rex eligitur & inauguratur. p.
th. 68. Ejus res geſtæ. p. 73. th. 69. ſq. Quot E
ſcopatus in Marchia conſtituerit? p. 176. th.
Quot in Miſnia? p. 190. th. 18.
Otto II. & III. Sub horum regimine Status Imp
rii. p. 77. th. 76. p. 944. th. 18.

P.

Pacis Jus, quid ſit? p. 1536. th. 15. quibus compet
p. 1147. th. 32.
Pacta Confraternitatis, quid ſint? p. 1666. th.
Quænam requirantur, ut ſubſiſtant? ib. th. 18.
Pacta ſucceſſoria Statuum Imperii. De his vid. c
12. lib. 8. p. 1663. ſqq.
Pacta & contractus illuſtrium, de his vid. p. 16
th. 1. ſqq.
Pactum fundamentale ipſius Reipublicæ, habet ſe
ſtar tituli originarii, ex quo Reſpublica Jus q
ad fines quæſitum nanciſcitur. p. 275. th. 9.
Pagi immediati. p. 910. th. 14.
Palatinatus Rheni, Ejus initia in quanam terra
quærenda? p. 122. ſqq. th. 2. ſq. primarius auc

atque fundator p. 124. th. 8. quibus ſubfuerit? p. 123. ſq. th. 4. Quonam tempore in juſtum principatum coaluerit? p. 124. th. 6. Mirifice auctus Ezonis & Hezilonis temporibus. p. 125. th. 9.

Palatinatus Saxoniæ, quibus fuerit conceſſus? p. 148. th. 27. utrum Electoratui nexus atque Electori proprius. p. 857. th. 10. n. **

Pallii redemtio, inſtrumentum pecuniam emungendi. p. 979. th. 29.

Pallium Archiepiſcopi, quid ſit? p. 845. n. * th. 20.

Paludamentum, inſigne Imperii. p. 469. n. 9.

Panis-Brieffe, quæ dicantur? p. 1008. th. 49.

Papa ſeu *Pontifex Romanus*, qua ratione ad ſummum faſtigium pervenerit, ſibique jura, alias Imperatoribus competentia, vindicaverit? p. 364. th. 1. ſqq.

Papale Jus Principum Evangelicorum, quale ſit? p. 1427. th. 73. ſqq.

Paragium, quotuplex ſit? p. 1681. th. 30. quid ſit? p. 1682. th. 31.

Parentes Illuſtres, an liberis ſub certa conditione vel pœna, matrimonia certa injungere, aut eadem in totum, vel ex parte prohibere poſſint? p. 1607. th. 7.

Parma & Placentia, harum nexus cum Imperio. p. 226. th. 28. ſq.

Patria poteſtas Illuſtrium, p. 1621. ſqq.

Patronatus Jus Regium, quid ſit? p. 1009. th. 50.

Patronatus Jus, quibus ex cauſis in alieno territorio competere poſſit? p. 1545. th. 4.

Pax Confluentana, ubi, a quibus, & circa quæ fuerit inita? p. 17. th. 5.

Pax Noviomagenſis, an ſit lex fundamentalis 343. th. 1.

Pax Publica ſeu *Profana*, quid ſit? p. 317. th. 2. (occaſione fuerit condita? p. 318. th. 3. Quot pitibus ſeu partibus abſolvatur? p. 322. th Quatenus ſit lex fundamentalis? ibid. th. 14.

Pax Raſtadio-Badenſis, qua occaſione ſit condi p. 356. th. 11. cum conſenſu Statuum inita p. 1 th. 11.

Pax Religioſa, quid ſit? p. 323. th. 1. Ejus occa p. 325 th. 8. Capita p. 327. th. 13. interpreta authentica p. 330. th. 19. cui interpretatio co petat? p. 987. th. 10.

Pax Ryſwicenſis, quæ contineat? p. 345. th. 7. co ſenſerunt in hanc Status. p. 1150. th. 39.

Pax Trajectenſis, p. 355. th. 10.

Pax Viennenſis duplex concluſa. p. 357. th. 12.

Pax Weſtphalica, quid ſit? p. 331. th. 1. Ejus occ ſio. ibid. th. 2. Capita. p. 338. th. 24. Intuitu qu rum ea lex fundamentalis ſit? p. 339. th. 16. ſq. ad hanc faciendam ſtatus admiſſi. p. 1149. th. 36.

Pedemontanus Principatus, an feudum Imperii? 234. th. 41.

Perſonæ Camerales, quem Judicem habeant, ſi liquerint? p. 1247. th. 62.

Pes monetæ, quid ſit? p. 1130. not. ***. Quotup ſit? ib. & p. 1499. th. 90.

Piſcandi jus, quibus hodie in maribus, fluminib publicis, & lacubus competat? p. 1478. th. 40.

Placitum Imperii, ut in Comitiis fiat, quænam quirantur? p. 1039. th. 25. p. 1197. th. 72.

Placitum Ordinum Imperii, quando oriatur? 1197. th. 72.

P

Placitum Ordinum Provincialium, an ad condendas Leges adhibendum ſit? p. 1448. th. 12.

Plenipotentiarius, quis? p. 1515. th. 37.

Pœna fractæ pacis publicæ, quænam requirantur, ut imponi poſſit? p. 1237. th. 38.

Politica, quomodo differat a jure publico? p. 11. th. 25.

Polonia, olim Germanorum Imperio ſubjecta, ſed poſtmodum exemta p. 263. th. 3. ſqq.

Pomerani, eorum origo p. 178. th. 14. fata. p. 179. th. 17. An in Marchionum Brandenburgicorum clientela fuerint, & utrum ac quando jus in iſtos his ſit quæſitum? p. 179. th. 19. ſqq. Quonam tempore eorum nomen inclareſcere cœperit? p. 178. th. 14. Quonam tempore eorum Principes Ducali nomine ſint inſigniti? p. 179. th. 18.

Pomum Imperiale, deſcribitur. p. 467. n. 3.

Pontifex Rom. Cæſaris jura invadere conatus eſt. p. 19. th. 9. *Jus in eum & territorium Eccleſiæ Romanæ, a Carolo M. acquiſitum*, an Imperatoribus ſubſequentibus & Regibus Germanis integrum manſerit, & hodie adhuc competat? p. 211. th. 5. ſqq. non poteſt cenſeri Imperatoris judex. p. 1233. th. 4.

Pontonum & trajectus Jus, quid ſit? p. 1474. th. 32. & an privatis quoque competat? ibid.

Populi, qui Germaniam antiquam incoluerunt. p. 48. th. 5. Quotuplici magiſtratu ii fuerint uſi? p. 49. th. 10. Quinam Carolingorum ævo Principes Germaniæ Populi fuerint? p. 283. th. 3. Quomodo olim omnes Populi Germaniæ fuerint diviſi? p. 284. th. 4.

Portuum jus, ad quem pertineat? p. 1474. th. 30.

Poruſſi,

Poruſſi, quibus olim ſubfuerint, & cui hodie pareant? p. 265. ſqq. th. 7. ſqq.

Poſtæ, quomodo differunt a tabellariis. p. 1112. n. *

Poſtarum jus, quid? p. 1105. th. 51. *origo*, ibid. th. 53. 1106. n. quousque Imperatori jus competat? p. 1108. th. 56. item Domino territ. competat? p. 1485. th. 57. Magiſter generalis hereditarius. p. 1110. th. 61.

Poſtulationes, quid ſint? p. 977. th. 26. & p. 1669. th. 4.

Poteſtas conſultatoria, qualis competat Imperatori & Statibus Imperii? p. 1019. th. 1. ſqq. *De poteſtate conſultatoria, Legislatoria & Judiciaria* Domini territor. vid. tot. cap. 5. lib. 7. p. 1442. ſqq.

Poteſtas Gladii, quibus competat, & quousque extendatur? p. 1451. th. 21. ſqq. An etiam in alios Imperii Status in territorio delinquentes, item in Conjugem, & Apanagiatos, competat? remiſſive. ibid.

Poteſtas Judiciaria, per quos olim in Imperio fuerit exercita? p. 954. th. 6. Per quos hodie exerceatur? p. 1056. th. 2. p. 1449. th. 16. Quænam complectatur? p. 1450. th. 17. Imper. & Statuum an in cauſis religionis prorſus ceſſet? p. 991. th. 18.

Poteſtas Legislatoria, quibus in Imperio R. G. competat? p. 954. th. 5. p. 1045. th. 1. ſqq. p 1435. th. 98. p. 1442. th 1. An in alieno territorio competere poſſit? p 1548. th. 13. Num Poteſtas Legislatoria Statuum Imperii eo ſe extendat, ut etiam contra Jus commune Leges ferre queant? p. 1444. th. 4.

Poteſtas Principum, quando incrementa cœperit? p. 85. th. 92.

Pote-

Poteſtas Summa Imperatoris & Statuum Imperii circa ſacra. p. 952. th. 1. ſqq. circa ſecularia. p. 1013. th. 1. ſqq.

Præcedentia. Jus decidendi controverſias circa eas inter Status Imperii ortas, cui competat? p. 1075. th. 38.

Præcedentia legatorum, p. 1538. th. 54.

Prælati, quotuplicibus juribus gaudeant? p. 850. th. 36. Quinam Prælati in Principum numerum ſint relati? p. 848 th. 29. ſq. Quotuplices ſint Prælati non-Principes? p. 849. th. 33. Quot ſint Prælati non Principes Suevici? p. 850. th. 34. Quot Rhenenſes? p. 850. th. 35. Quinam ad Prælatorum ordinem referri ſoleant? p. 1555. th. 7.

Præſcriptio adverſus Imperium ad probandum difficillima eſt. p. 279. th. 22. Qualis contra fiſcum valeat? p. 1661. th. 21.

Præſcriptio Statuum Imperii, de hac vid. p. 1660. th. 18. ſqq.

Præſes Judicii Imperii aulici, ex quonam ordine perſonarum illuſtrium ſumi ſoleat? p. 1265. th. 8. In quibus partes iſtius conſiſtant? ibid.

Prætenſiones Imperii, quid ſint? p. 274. th. 6. Quomodo debeant eſſe comparatæ? ibid. th. 7. de jure & uſu Prætenſionum Imperii vid. tot. Cap. XVIII. Lib. I. p. 272. ſqq. Prætenſionum tituli quotuplices ſint? p. 275. th. 8. Utrum expediat Imperio, prætenſiones antiquas revocare? p. 280. th. 25.

Primariarum Precum Jus, quid ſit? p. 996. th. 31. Unde ortum duxerit? ibid. th 32. Quo jure Imperatori competat? p. 999. th. 35. ſqq. & not.

Quoad quænam beneficia exerceri poſſit? p. 10
th. 38. Qualem effectum habeat? p. 1005 th.
Quotuplici modo a Cæſare exerceatur? p. 10
th. 44. An etiam Auguſtæ competat? & un
hoc ſit derivandum? p. 1006. th. 45. Utr
competat regi Romanorum? p. 1007. th. 46.
Vicariis Imperii recte aſſeratur? ibid. th. 47.
An etiam Statibus Imperii competat? p. 1418
25. Quibus modis ceſſet effectus Precum Prin
riarum? p. 1006. th. 43.

Primates, qui inter Archiepiſcopos ita ſint ſaluta
p. 840. th. 8.

Primogenituræ Jus, qua occaſione fuerit introd
ctum? p. 1677. th. 16. An licite introduci poſ
ibid. th. 17. Quibus modis introducatur? ib
th. 18.

Princeps, quis initio ita dictus. p. 870. th. 1. n. *
an Nobilem, an plebejam ducere queat, adeo,
& conjux & liberi, ejuſdem dignitatis fiant p
ticipes? p. 1608. th. 10.

Princeps Circuli, quid ſit? 1339. th. 8. quomo
hujus officium ab officio directoris circuli di
rat? p. 1342. th. 12.

Princeps Imperii, an hodie ab Imperatore vi Im
rii ad regiam dignitatem evehi queat? p. 1067.
8. Num gaudeat libertate religionem muta
& tolerandi in ſuis territoriis? p. 1409. th.
An Miniſtros primi ordinis mittere queat?
1517. th. 40.

Princeps aut Comes in alieno territorio delinque
an hic forum delicti vel deprehenſionis loc
habeat? p. 1245. th. 58.

Pr

Principatus Anhaltinus. Vid. ſupr. *Anhaltina terra.*
Principatus Arauſionenſis, an pleno jure Regibus Galliæ ſit acquiſitus? p. 255. th. 19.
Principatus Novi Caſtri plenam libertatem adeptus. p. 258. th. 27.
Principatus Saxo - Querfurtenſis, quibus olim paruerit, & ad quos poſtea pervenerit? p. 198 th. 36. ſqq.
Principes Honorarii, quinam dicantur? p. 866. th. 25.
Principes in ſpecie ſic dicti, quinam appellentur? p. 865. th. 22. Quotuplices ſint? ibid. th. 23. ſqq. Quotuplicibus Juribus gaudeant? p. 866. th. 26. In quibus differant ratione tituli a Ducibus? ibid. th. 27. Quomodo ſedeant in Comitiis? p. 1183. th. 54. n. Unde principum præcedentia æſtimetur? p. 867. th. 28. Quinam Principes ſub Conrado Rege potentiſſimi fuerint? p. 1383. th. 14.
Principes Seculares, quibusnam titulis & nominibus diſtingvantur? p. 851. th. 1. ſqq.
Privatus, an Perſonæ illuſtri tutor dari poſſit? p. 1631. th. 21.
Privilegia. Jus interpretandi, vel declarandi ea, vel pro re nata tollendi, cui competat? p. 1054. th. 22. Jus concedendi ea, cui in Imperio competat? p. 1053. th. 19. Jus de illis cognoſcendi cui competat? p. 1054. th. 22. Quomodo concedi debeant? p. 1449 th. 14.
Privilegium de non appellando, quotuplex ſit? p. 1257. th. 91.
Propoſitio Cæſarea in Comitiis, quid ſit? p. 1174. th. 34.
Proſcriptio. Vid. ſupr. *Bannum Imperii* ſive *Proſcriptio.*

Protectoria, an & in quantum ab Imperatore co
cedi poſſint? p. 1077. th. 31.
Proteſtantes, unde hoc nomen acceperint? p. 31
th. 5. qui hoc nomine veniant? 1212. th. 2. fo
mant Corpus. ib. th. 3.
Provincia Comitatus, utrum ad Imperium R. G.
ad Regnum Galliæ pertineat? p. 252. th. 14.
Proviſiones, quænam dicantur? p. 976. th. 22.
Provocationis extremæ & ultimæ cognitionis ju
an omnibus territorialibus Dominis competa
p. 1454. th. 30.
Publicatio pacis, a quo fiat? p. 1152. th. 46.
Pupilli Illuſtres, quo usque communi privatoru
jure utantur? p. 1623. th. 1.

R.

Ratisbona, Comitiis opportunior viſa p. 1165. th. 17
Receſſus circularis, quid ſub hoc intelligatur? 135
th. 50.
Receſſus Imperii, unde ita dicti, & quomodo al
appellitentur? p. 304. th. 1. Quid ſint? p. 30
th. 3. A quibus fiant? ibid. th. 6. Quos ob
gent? p. 306. th. 11. ſqq. Quotuplices ſint? p. 30
th. 17. ſqq. Quomodo concipiantur? p. 1199.
77. Quomodo publicentur? p. 1200. th. 7
Eorum origo. p. 305. th. 4. materia p. 306. th.
Idioma. ibid. th. 9. Effectus, ibid. th. 10. Qua
diu duret eorum effectus? p. 308. th. 16. jus fere
di receſſus, cui competat? p. 1046. th. 3.
Receſſus Provincialis, quomodo erigi ſoleat? p. 15
th. 25.
Recurſus ad Comitia, quid ſit? p. 1294. th. 1. qua

do in ſubſidium adhiberi poſſit? 1295. th. 2. quibus perſonis competat? p. 1296. th. 4. quæ gravamina ad hunc requirantur? p. 1297. th. 5. qualem effectum habeat? p. 1306. th. 18.

Reditus Fiſcales, unde olim fuerint percepti? p. 1086. th. 7. Ad quos tunc temporis ſpectarint? p. 1088. th. 8. An terræ vel jura, unde reditus fiſcales ſunt percepti, libere potuerint alienari? ibid. th. 9.

Reformandi jus, quid ſit? p. 1405. th. 27. ſqq. Quibus competat? p. 1406. th. 29. & 1419. th. 51. ſqq. An a quolibet Principe in ſuo territorio pro lubitu exerceri queat? p. 1409 th. 34.

Reformati, an pacis religioſæ favore gaudeant? p. 328. th. 15.

Reformationes politicæ ut obſerventur, curare debet Imperator. p. 1114. th 70.

Regalia, quæ dicantur? p. 1374. th. 32. Quotuplicia ſint? p. 1375. th. 37. An in ſubditos transferri, & ab his acquiri poſſint? p. 1652. th. 12. Quali præſcriptione a ſubditis acquiri poſſint? p. 1661. th. 21. Quænam Regalia partes ſuperioritatis territorialis conſtituant? p. 1374. th. 33. regulæ in definiendis fiſci regalibus obſervandæ. p. 1470. th. 21. ſq. unde diviſio in majora & minora enata? p. 1013. n. *.

Reges, a quibus olim fuerint creati, & a quibus hodie conſtituantur? p. 245. th 5. ſqq.

Regimen Provinciæ. Quænam in eo tractentur? p. 1563. th. 2.

Regimentum Imperii, quid fuerit? p. 1203. th. 2. Quem præſidem, & quot Aſſeſſores habuerit? ib.

th. 4. Quænam negotia illi fuerint demandata? ibid. th. 5. ſq.

Regnum Burgundicum, unde hoc nomen acceperit? p. 242. th. 1. Quomodo fuerit diviſum, ibid. Ejus fata, ibid. th. 2. ſq. Fines p. 252. th. 12. Provinciæ ibid. th. 13.

Regnum Francicum, unde ita dictum? p. 107. th. 1. ſq. Ejus origo p. 51. th. 14. ſq. Incrementa ſub Clodovæo M. p. 52. th. 16. Diviſio inter quatuor Clodovæi M. filios p. 53. th. 19. Per quos a Francis fuerit adminiſtratum? p. 59. th. 35. Per quos tempore Caroli M. id factum ſit? p. 60. th. 38 ſq. Dividitur inter Ludovici pii filios p. 63. th. 46. Ex quibus Provinciis conſtiterit? p. 107. th. 2. An hereditarium fuerit? p. 435. th. 6.

Regnum Germanicum, de ejus territorio & præcipuis provinciis ac populis Vid. tot. Cap. II. Lib. I. p. 99. ſqq. de Acceſſionibus trans-Alpinis Vid. tot. Cap. 15. Lib I. p. 209. th. 1. ſqq. de acceſſionibus cis Alpinis. Cap. XVI. Lib. I. p. 242. ſqq. Acceſſionibus trans-Eidoranis, cis & trans Viſtulanis, cis & trans-Danubianis. Vid. tot. cap. 17. lib. 1. p. 263. ſqq.

Religionis Exercitium, Vid. ſupr. *Exercitium Religionis.*

Remiſſio delinquentium ad forum delicti, an neceſſario fieri debeat? p. 1452. th. 24. quibus competat jus exigendi? p. 1549. th. 15.

Renovatio Inveſtituræ, quando neceſſaria ſit? p. 1687.

Repreſſaliæ, an adhuc hodie ſint licitæ? p. 1508. th. 19.

19. Quænam requirantur, ut in Repreſſaliis legitime procedatur. p. 1509. th. 21.

Reſervata Imperatoris, quænam dicantur? p. 1022. th. 22. In quibus conſiſtant? p. 1023. th 23 ſqq. p. 1027. th. 33. Quomodo ſint intelligenda? p. 1025. th. 28.

Reſignatio, an ab Imperatore libere fieri poſſit? p. 502. th. 4.

Res, an potius præſumatur allodialis, an feudalis? p. 1639. th. 4.

Res Monetaria. Ad quænam ſit reſpiciendum, ut abuſui in Re Monetaria obviam eatur? p. 1125. th. 96. ſq.

Reſpublica. De Statu Reipublicæ Germanicæ ſub Francis Merovingicæ ſtirpis. Vid. lib. 1. c. 1. ſ. 11. art. 11. p. 51. ſqq. ſub Carolo M. & Carolingis lib. 1. c. 1. ſect. 11. p. 54. ſqq. ſub Conrado I. & Saxonicis Imperatoribus. l. 1. c. 1. ſ. 11. art. 4. p. 69. ſqq. De ſpecialibus Imperii R. G. Rebuspublicis Vid. tot. cap. 1. lib. 7. p. 1361. ſqq. De origine ſpecialium Imperii R. G. Rerumpublicarum 1025. th. 8. Vid. tot. cap. 2. lib. 7. p. 1376. ſqq. De variis ſpecialium Imperii R. G. Rerumpublicarum figuris. Vid. cap. 13. lib. 7. p. 1569. ſqq. Quotuplices ſint Reſpublicæ ſpeciales Germaniæ? ibid. th. 2. ſqq. Quotuplices ſint Reſpublicæ compoſitæ in Germania? p. 1573. th. 15. ſqq.

Res, quæ territoriis continentur, quotuplices ſint? p. 1461. th. 1.

Res Statuum Imperii, quotuplices ſint? p. 1636. 1. & p. 1637. th. 7. 8.

Res Statuum Imp. publica & privata, de modis l acquirendi vel transferendi. Vid. cap. 9. lib. 8. 1645. ſqq.

Reſtitutio famæ, an ab Imperatore ita fieri poſſ ut etiam in Statuum Imperii territoriis effectu habeat? p. 1078. th. 34. ſqq. Quotuplici mo fiat? p. 1079. th. 38.

Reſtitutio in integrum, an fiſco contra quamcunq læſionem ſit concedenda? p. 1657. th. 8.

Retorſionis jus, quid ſit? p. 1509. th. 22. an inter verſæ religionis conſortes in caſu, ſi princeps a quis Inſtrumento Pacis contravenerit, locum veniat? p. 1421. th. 57.

Retractus jus, an competat nobilitati immediat p. 1599. th. 28.

Rex Bohemiæ, an cum Electoribus ad negotii Capitulationis concurrat? p. 368. th. 12. ſ Quibus juribus & privilegiis gaudeat? p. 793. 1. ſqq. Qua occaſione Electoratus dignitat fuerit conſecutus? p. 795. th. 5. Quem ſubo cialem habeat? p. 801. th. 9.

Regum Bohemiæ origo, ac jura ipſis conceſſa. 203. th. 9. ſqq.

Rex Romanorum, quis olim dictus? p. 508. th Quis hodie ita appelletur? p. 509. th. 2. Q modo eligatur & conſtituatur? ibid. th. 3. p. th. 13. An, ſalvis legibus fundamentalibus, vaque electionis libertate, eligi & conſtitui q at? p. 509. th. 4. ſqq. An invito Imperatore gi poſſit? p. 511. th. 7. Qualia jura ex elect ne conſequatur? p. 514. th. 5. Quibus titu

gaudeat? ibid. th. 17. indicit comitia univerſalia, p. 1164. th. 15. an ei jus primar. precum competat? p. 1007. th. 46. Quem judicem competentem habeat, coram quo conveniri poſſit? p. 1227. th. 13.

Ripæ, ad quem ſpectent? p. 1475. th. 3.

Roma, ejus fata. p. 39. th. 10.

Rudolphus Habspurgicus, ejusque res geſtæ. p. 86. th. 93. ſqq.

Rudolphus II. & quæ ſub ejus Imperio facta. p. 98. th. 116.

Rupertus Palatinus, ejusque res geſtæ. p. 91. th. 103.

S.

Sabaudiæ Duces Statibus Imperii annumerantur. p. 256. th. 23.

Sacra. Jus circa ea, quibus competat? p. 1393. th. 1. ſqq. Unde a Proteſtantibus Jus Epiſcopale dicatur? ibid th. 2. Qua ratione Proteſtantibus & quomodo Catholicis competat? p. 1401. th. 18. ſqq. Juris circa ſacra, Statibus competentis, origo. p. 1394. th. 5. ſqq. Ejusdem norma. p. 1403. th. 22. Quænam circa exercitium hujus juris ſint obſervanda? ibid. th. 23. Quousque ſe extendat? p. 1402. th. 21. Quot & quibus partibus abſolvatur? p. 1404. th. 24. Circa quasnam eccleſias verſetur? p. 1405. th. 26. Qualia jura complectatur? p. 1405. th. 27. p. 1406. th. 28. p. 1421. th. 58. p. 1423. th. 63. ſqq.

Sacrorum Jus, quibus olim competierit, & penes quos hodie ſit? item de origine & progreſſu ejus-

dem, & in quibus conſiſtat? p. 952. th. 1. ſq
Quotupliciter in alieno territorio competere p
ſit? p. 1545. th. 3. Quatenus competat Nobili
Imperii? p. 1595. th. 17.
Salus Imperii, in quibus conſiſtat? p. 924. th. 2.
Sandalia, inſigne Imperii. p. 469. n. 11.
Sardinia, quando regalem dignitatem acceperit?
241. th. 53.
Sarmatæ, quas terras occuparint & inſederint?
166. th. 3. Quomodo fuerint diviſi? p. 167.
5. ſq.
Saxones, quas terras olim inſederint? p. 133. th
Quas ſedes poſtea quæſiverint? ibid. ſeq. th
Per quos ſummam rerum olim adminiſtraru
p. 137. th. 9. & ibid. not. p. 139. th. 11. Q
nam tempore unus cum Francis populus fuer
facti? p. 138. th. 10.
Saxonia, quomodo dividi ſoleant? p. 135. th
Quando in Ducatum fuerit converſa? p. 141.
13. Quibus fuerit ſubjecta? p. 137. ſqq. th
ſqq. Cur territoriis clauſis annumeretur?
1366. n.
Saxoniæ fines p. 137. th. 8. & ib. not. Quæn
terras a Saxonia pedetentim fuerint ademtæ?
145. th. 17. ſqq. usque ad th. 46.
Saxonicum Jus, an ad illuſtranda juris publici
pita adhiberi poſſit? p. 429. th. 14. ſqq.
Sceptrum Imperiale deſcriptum. p. 466. th. 14. 1
Scriptores juris publici p. 20. ſqq. th. 13. 17. p.
ſq. th. 29. 32. ſqq. Quotuplices ſint? p. 33
th. 39. ſqq. Eorum notitia unde hauriatur

Digitized by Google

34. th. 44. Ad quid ſit reſpiciendum in judicio de iis recte formando? p. 35. th. 45. A quibus Auctoribus de illis ex profeſſo ſit actum? ibid. th. 46.

Senatus Civitatum Imperialium, quem directorem habeat, & quomodo vota in Comitiis ab illo exquirantur? p. 1192. th. 6.

Senatus in territoriis. De his vid. tot. cap. 12. lib. 7. p. 1563. ſqq. Quales Senatus hodie in territoriis majoribus dentur, & quænam in iis tractentur? ibid. th. 3. ſqq.

Senatus Principum, quomodo ſedeat in Comitiis? p. 1183. th. 48. ſqq. Quem Directorem habeat? p. 1187. th. 55. Quomodo deliberet & conſultet in Comitiis? p. 1188. th. 56.

Septemviralis Senatus, qua occaſione in Germania cœperit? p. 83. th. 87.

Sequelæ jus, quid ſit? p. 1505. th. 11.

Servitus, an alii in territorio libere conſtitui poſſit? p. 1657. th. 14. De Servitutibus juris publici vid. tot. cap. 10. lib. 7. p. 1544.

Sicilia, Germanorum Imperio acquiſita. p. 238. th. 48. ſq. an Dominium Pontificiis agnoverit? p. 240. th. 51.

Sileſia, quando in Ducatum ſit converſa? p. 208. th. 22. quibus primum ſubfuerit & ad quos poſtea pervenerit? ibid. & th. ſqq. Vid. ſupr. *Ducatus Sileſiæ.*

Sileſii, unde originem ducant, & ubi olim conſederint? p. 207. th. 21.

Simultaneum religionis exercitium an & quousque introduci poſſit? p. 1410. th. 37.

Slavi,

Slavi, initio propriis ducibus uſi. p. 201. th. 3.
Sleſwicenſis Marchionatus, ejus origo & progreſſus. p. 152. th. 34.
Sorabi, in quosnam populos fuerint diſtincti? p. 168. th. 8. Quas terras incoluerint? p. 184. th. 1. ſqq. Per quos fuerint ex ſedibus ſuis ejecti? p. 185. th. 3.
Stabularius Imperii, p. 633. th. 39.
Stapulæ Jus, quomodo differat a jure geranii & emporii? p. 1118. th. 79.
Status circulares, quomodo diſtingvantur? p. 1357. n *.
Status Imperii R. G. qualis hodie ſit, utrum monarchicus, an ariſtocraticus, an mixtus? p. 936. th. 3. ſqq.
Status Imperii, quid ſint? p. 568. th. 3. Unde ita dicti? p. 569. th. 4. Quotuplici ſenſu vox Status ſumatur? p. 569. th. 5. Quænam ad eſſentiam Status Imperii requirantur? ibid. ſqq. th. 6. ſqq. Eorum origo. p. 584. ſqq. th. 1. ſqq. Quotuplices ſint? p. 599. ſqq. th. 26. ſqq. Quibus modis jus Status Imperii acquiratur? p. 575. ſqq. th. 16. ſqq. Quibus modis jus Status amittatur? p. 583. th. 40. An etiam non uſu amittatur? ibid. th. 41. An qualitas Status Imperii ex matricula probari poſſit? p. 609. th. 20. Statuum Imperii officium, in quibus conſiſtat? p. 925. th. 3. religionis cauſa in duas abeunt partes. p. 1212. th. 1. De Statuum territoriis & ſuperioritate territoriali. Vid. tot. cap. 1. lib. 7. p. 1361. ſqq. Quot dentur Statuum Imperii ordines, & quali

quali prærogativa inter ſe gaudeant? p. 1526. th. 16. ſqq. de juribus eorum in territorio alieno, ſive ſervitutibus juris publici. Vid. tot. cap. 10. lib. 7. p. 1544. ſqq. De Jure Statuum privato vel quaſi. Vid. tot. lib. 8. p. 1601. ſqq. De illorum rebus, harumque diviſione, p. 1636. ſqq. An omnes ad confectionem capitulationis Cæſareæ una cum Electoribus ſint admittendi? p. 369. th. 16. ſqq. An ſint ſubditi Imperii? p. 913. th. 12. Qualia jura cum ceteris Imperii membris communia habeant? p. 916. th. 2. ſqq. An & quibus juribus circa ſacra gaudeant? p. 964. th. 21. p. 985. th. 5. Quibus juribus gaudeant circa ſecularia? p. 1013. th. 1. ſqq. Quem judicem competentem habeant? p. 1228. th. 1. 4. p. 1235. th. 33. Quando debeant, vel poſſint eſſe neutrales? p. 1144. th. 25. ſq. 1503 th. 7. an contra jus commune leges ferre queant? 1444. th. 4. Quibus titulis inſigniantur ac honoribus afficiantur, vel inter ſe, vel ab exteris? p. 1527. th. 22. ſq. An in teſtamentis condendis ſolennia Juris Civilis obſervare teneantur? p. 1665. th. 7. Jus recipiendi aliquem in numerum Statuum cui competat? p. 1075. th. 27.

Status Imperii eccleſiaſtici, quotuplices ſint? p. 838. th. 3. Eorum origo. p. 837. th. 2.

Status omnes ad comitia vocandi. p. 1166. th. 18.

Status præſidii, varia continet Imperii feuda. p. 230. th. 34.

Status Provinciales, quinam dicantur? p. 1554. th. 5. Quot eorum ordines dentur? p. 1555. th. 6.

Spe-

Speciatim in Saxonia? p. 1556. th. 11. An eorum conſenſus requiratur in alienatione Provinciæ ſeu territorii. p. 1648. th. 4.

Statuta Capitulorum. *Jus diſpenſandi de iis*, an Domino territorii competat? p. 1429. th. 78.

Statuta Civitatum provincialium, univerſitatum & Collegiorum, num etiam ſine confirmatione Domini territorialis ſint valida? p. 1449. th. 15.

Stola aurea ad inſignia Imperia refertur. p. 468. n. 8.

Studium juris publici, quibusnam abſolvatur? p. 15. th. 51.

Subditi, quotuplices ſint? p. 913. th. 10. & p. 1586. th. 15. ſqq. Ad quænam obligentur? p. 1590. th. 26. ſqq. Utrum liceat ſubditis, prorogando jurisdictionem, exterorum judicio ſe ſubjicere? p. 1451. th. 20. Utrum Subditi Principum, qui delicta, per Receſſus Imperii infamia notata perpetrant, ab Imperio, an a territorii Domino fama multentur. remiſſive. p. 1458. not.

Subditi Imperii, quotuplices ſint? p. 913. th. 11. Quinam ad Subditos Imperii immediatos ſint referendi? p. 914. th. 14. ſeq. Quinam ad mediatos? p. 915. th. 20.

Subditi Statuum Imperii, quibus in cauſis citra appellationem ad ſuprema Imperii tribunalia evocari poſſint? p. 1257. th. 89. Subditorum territorialium jura quæ ſint? p. 1589. th. 23. ſqq.

Subjectio territorialis quid ſit? p. 1582. th. 23. ſq. Quomodo conſtituatur? ibid. th. 2. Quotuplex ſit? p. 1586. th. 13. Quibus modis deſinat ſive ceſſet? p. 1590. th. 27.

Sub-

Subofficialium officia ſunt ſatis antiqua. p. 628. th. 30. ſq.

Succeſſio ab inteſtato, in Principatus & Comitatus Imperii ab inteſtato. De hac vid. tot. cap. 14. lib 8. p. 1671. ſqq.

Succeſſor Illuſtris, an & quatenus obligetur ex facto Anteceſſoris? p. 1691. th. 1. ſqq.

Suerinenſis Comitatus, a quonam fuerit conditus & quando in Principatum ſit erectus? p. 181. th. 16.

Suevia Ducatus, quibus ſubfuerit? p. 129. th. 5. ſqq. Cur territoriis non clauſis annumeretur? p. 1366. n.

Suffragii Jus in Comitiis, p. 569. th. 7. quali fundamento hodie nitatur? p. 570. th. 9. An requirat, ut quis bona immediata ab Imperio jure feudi poſſideat? p. 571. th. 10.

Superioritas, quid denotet? p. 1371. not.

Superioritas territorialis quid ſit? p. 1370. th. 26. An Ottonum tempore orta fuerit? p. 76. th. 75. quando enata diſceptatur. p. 1379. th. 9. An ſit Majeſtas? p. 1371. th. 27. Quo jure & quibus modis ſtatibus competat? p. 1372. th. 28. Quibus competat? p. 1373. th. 30. ſqq. Quænam jura complectatur? p. 1374. th. 34. Unde originem traxerit? p. 1376. th. 1. 1379. th. 9. An jure allodiali teneri poſſit? p. 1639. th. 6. Quomodo probetur? p. 1699. th. 14. Quando nomen Superioritatis territorialis innotuerit? p. 1370. th. 26. De origine Superioritatis territorialis Statuum Secularium Vid. tot. Cap. I. lib. 7. p. 1376. ſqq. De origine S. T. Statuum Eccleſiaſtico-

ſticorum Vid. tot. cap. 3. lib. 7. p. 1389. ſqq. De juribus S. T. circa ſacra. Vid. tot. cap. 4. lib. 7. p. 1393. ſeqq. De juribus S. T. circa ſecularia. Vid. tot. cap. 5. lib. 7. p. 1442. ſqq. De juribus S. T. in perſonas, Vid. tot. cap. 6. lib. 7. p. 1455. ſqq. De juribus S. T. in res ſeu bona Vid. tot. cap. 7. lib. 7. p. 1461. ſqq. De juribus S. T. circa bellum, pacem, fœdera, legationes & ſimilia Vid. tot. cap. 8. lib. 7. th. 1500. de juribus *ejusdem* in territorio alieno. cap. 10. lib. 7. *p. 1544.* ſq. De modis acquirendi Superioritatem territorialem. Vid. cap. 13. lib. 7. p. 1569. de modis amittendi vel extingvendi eamdem. c. 14. lib. 7. p. 1575.

Sylvæ, in has jus refertur inter fiſci regalia, p. *1478.* th. 41.

Synodi, a quibus inſtitui poſſint? p. 1434. th. 95.

T.

Tabellarii vulgares & poſtæ publicæ quomodo differant? p. 1112. n. *

Taxiorum familia, ejusd. origo. p. 626. n. *

Taxius generalis poſtarum Imper. magiſter hered. p. 1110. th. 61.

Terra Rhenenſis quæ dicatur? p. 121. th. 1. cur territoriis non clauſis annumeretur? p. 1366. n.

Territoria, quid ſint? p. 1361. th. 2. Quotuplicia ſint? ibid. th. 3. ſq. p. 1364. th. 11. p. 1367. th. 18. p. 1369. th. 23. 1636. th. 3. De territorio Regni Germanici & præcipuis ejus provinciis ac populis Vid. tot. cap. 2. lib. 1. p. 99. Quotuplex ſit terri-

territorium Imperii R. G. p. 101. th. 5. ſqq. p. 282. th. 1. p. 287. th. 8. Ad quid in definiendo originario Imperii territorio ſit reſpiciendum? p. 275. th. 10. Quomodo a nonnullis territoria Germaniæ particularia dividantur? p. 286. th. 6. De territoriis Statuum & Superioritate Territoriali in genere Vid. tot. cap. 1. lib. 7. p. 1361. th. 1. ſqq. Unde origo territoriorum mediatorum & immediatorum ſit deducenda? ibid. th. 3. Uſus diſtinctionum territoriorum clauſorum & non clauſorum quis? p. 1365. th. 12. Territorii partes quæ ſint? p. 1636. th. 4. item acceſſiones? p. 1637. th. 5.

Territoria allodialia, quæ dicantur? p. 1367. th. 18. An hodie mere talia dentur? ibid. th. 19.

Territoria clauſa, quæ? p. 1364. th. 11. Unde cognoſci poſſint, quænam territoria ſint clauſa, quænam non clauſa? p. 1365. th. 13.

Territoria eccleſiaſtica, & jura annexa, de modis hæc acquirendi. Vid. cap. 13. lib. 8. p. 1668. ſqq.

Territoria eccleſiaſtica & ſecularia. p. 1369. th. 23.

Territoria immediata, quænam dicantur? p. 1361. th. 3.

Territoria mediata, quæ vocentur? p. 1361. th. 3. & p. 1363. th. 9.

Territoria non-clauſa, quæ? p. 1364. th. 11.

Teſtamenta Principum, de his vid. tot. cap. 12. lib. 8. p. 1663. ſqq.

Theodoſius Imp. ruinam Imperii Rom. maturavit. p. 37. th. 4.

Thuringia, regno Franciæ adjecta p. 53. th. 18. quos fines olim habuerit? p 157. th. 1. Quomodo fuerit diviſa, poſtquam Thuringorum Regnum a Francis deſtructum eſt? p. 158. th. 2. Per quos fuerit gubernata? p. 158. th. 4. Quando Ducatus nomen acceperit? p. 158. th. 5. Cur territoriis clauſis annumeretur? p. 1366 n.

Tituli, quibus Imperator gaudet. p. 489. th. 21. ſqq. Quibus titulis inſigniantur Status Imperii vel inter ſe, vel ab exteris? p. 1327. th. 22. ſqq.

Trajectus Jus, an privatis quoque competat? p. 1474. th. 32.

Tranſactio Paſſavienſis p. 327. th. 12. confirmata, p. 334. th. 10.

Tranſitus militum, a quorum arbitrio dependeat? p. 1143. th. 22.

Tributa & Collectas indicendi Jus, an & quatenus Imperatori competat? p. 1092. th. 18.

Tutela Illuſtrium, de hac vid. tot. cap. 5. lib. 8. p. 1623. ſqq.

Tutela materna, an in domibus quoque illuſtribus obſervetur? p. 1628. th. 15.

Tutores Illuſtres, quouſque communi privatorum jure utantur? p. 1623. th. 1.

V. *Va-*

V.

Valor monetæ, quotuplex? p. 1129. n.

Vaſallagium, jus exigendi illud, competit Imperatori. p. 1077. th. 30. ex qua ratione Dominis directis competat? p. 1457. th. 7.

Vaſalli, quotuplex ſint? p. 911. th. 1.

Vaſalli Imperii, quid ſint? p. 911. th. 2. Quotuplices ſint? ibid. th. 4. ſqq.

Vaſalli Italiæ, quinam ſint? p. 912. th 8. Quotuplices ſint? p. 913 th. 10.

Vectigalia, an & quatenus inſtitui, vel augeri poſſint? p. 1118. th. 80.

Venandi jus, ad quem pertineat? p. 1480. th. 45. ſq.

Venator Imperii, quis ſibi hoc officium vindicet? p. 632. th. 38.

Venedi, quomodo fuerint diviſi, & quasnam terras occupaverint ac inhabitaverint? p. 166 th. 5. ſqq. A Carolo M. ſunt devicti, & tributarii redditi. p. 168. th. 10. Extinctis Carolingis jugum excuſſerunt, & cumprimis Saxones vicinos varia injuria affecerunt. p. 169 th 11 Debellantur ab Henrico Leone, & Alberto Urſo, e regionibus ejiciuntur, ac delentur, & in eorum loco alii populi traducuntur. p. 170. th. 15.

Venedorum Principatus, qua ratione ad Marchiones Brandenburgicos pervenerit? p. 195. th. 27. ſq.

Venetiarum reſpublica ſe omni tempore liberam prædicat. p. 235. th. 43. an obligata Imperatoribus? p. 237. th. 45.

Venia ætatis, an ab Imperatore etiam in Statuum Imperii territoriis concedi poſſit? p. 1081. th. 44. th. 46. Quomodo petatur & concedatur? p. 1081. th. 45. hanc etiam concedunt domini directi. p. 1458. th. 9.

Veſtis Dalmatica, inter inſignia Imperii relata. p. 468. n. 7.

Vexilla, quotuplicia olim fuerint? p. 634. th. 44. ſqq.

Viarum publicarum jus, qualia jura complectatur? p. 1485. th. 55. ſqq.

Vicariatus Imperii, unde utriusque Vicariatus Imperii origo ſit deducenda p. 518. th. 7. Cauſæ, ob quas uterque Vicariatus eſt conſtitutus p. 529. th. 18. Quænam terræ ad Vicariatum Palatini pertineant? p. 551. th. 43. Quænam ad Vicariatum Saxonicum? p. 553. th. 46. Controverſia de vicariatu inter Bavarum & Palatinum p. 540. th. 29. ſq.

Vicarii Imperii, quinam dicantur? p. 516. th. 1. Quomodo alias quoque appellari ſoleant? ibid. in not. Quotuplices ſint? p. 517. th. 2. Quot

&

Digitized by Google

& quinam in Regno Germanico ſint? ibid. th. 2. An etiam abſente Imperatore jus ſuum exercere poſſint? p. 546. p. 37. ſqq. Quali poteſtate & quibus juribus gaudeant? p. 555. th. 47. ſqq. Quando eorum poteſtas deſinat? p. 560. th. 57. An etiam dignitates & inſignia conferre poſſint? p. 1073. th. 20. habent jus primar. precum. 1007. th. 47. indicunt comitia univerſalia. p. 1164. th. 15. p. 1036. th. 20.

Vice-Cancellarius Judicii Imperii Aulici. Ejus officium & poteſtas. p. 1265. th. 8.

Viſitatio Cameræ Imperialis, quotuplex ſit? p. 1290. th. 34. ſqq.

Viſitationes Provinciales, quibus competant? p. 1454. th. 31.

Vnions Cammern, a Gallis inſtituuntur. 343. th. 2.

Vota plurima, an etiam in Conſultationibus Comitialibus concludant? 1039. th. 25. ſqq. An votum Civitatum in Comitiis ſit conſultativum an deciſivum? p. 1195. th. 65.

Vrbs, quid ſit? p. 893. th. 1. Urbes in Germania olim non dabantur. ibid. th. 2. Quando urbes in Germania extrui cœperint? p. 894. th. 3. ſqq.

Vxores Principum an hodie ſubditorum numero cenſendæ ſint? p. 1588. th. 20. p. 1610. th. 13.

W.

Wenceslaus, ejusque res geſtæ. p. 96. th. 102.

Weſtphalia, quando in plura territoria ſciſſa, & inter quosnam Epiſcopos & Comites diſtributa ſit? p. 154. th. 38. ſqq.

Wildfangiatus jus. p. 1550. th. 18.

Witteberga, quo tempore & quo autore ſit condita? p. 185. th. 6. ſqq

Würtenbergici Duces ab vexillo quodam inveſtiti. p. 637. th. 50.

Z.

Zona, inſigne Imperii. p. 469. th. 10.

F I N I S.

CORRIGENDA VEL SVPPLENDA.

Pag. 31. not. (c) poſt PFEFFINGER, adde: LUDEWIGIVS, HOFFMANNVS, GLAFEY. Pag. 48. §. V. poſt, SVEVI, adde: BOJI. Pag. 49. § VIII. pro, nonnulla, lege, *nonnulla*. Pag 50. poſt, *praerant*; adde, *In pace vero*. Pag 259. pro, *haud*, lege, *quidem*, pro, *neque ulli*, lege, *ſed nulli*. Pag. 272 pro, *idem*, lege, *itidem vindicare*. Pag. 296 lin. ult poſt, *Noribergam*, dele, *Francofurtum ad Mœnum*. Pag. 297. §. 23. poſt, *Elwangenſis*, dele, *Stabloenſis & Corbejenſis*. Pag. 298 §. 24 poſt. *permultis*, adde, *inprimis Francofurtum ad Mœnum*. Ibid. §. 25. poſt, *Leodienſem*, adde, Abbatias *Stabloenſem & Corbejenſem*. Pag. 335. §. 10 pro, *tolerandam*, lege, tolerandas. Pag. 568. §. 4 poſt, *Imperatori*, adde, & Imperio. Pag. 654. not. ** poſt, *qua*, dele, *dehortatur*. Pag. 686. poſt, *Principum*, adde, *& Civitatum*. Pag. 834. poſt, *Electorale*, adde, *Introductio*. Pag. 912. §. 7. poſt, *Imp*. adde, *mediate*. Pag 932. poſt, *nata*, adde, *vel felonia*. Ibid. poſt, *perduellionis*, dele, *vel etiam felonia*. Pag 1032. §. 8 pro, *conſtitutum*, lege, confirmatum. Pag 1036. §. XX. not. lege. MONZ. Pag 1040. not. § 27. pro, *Collegium*. lege, Collegiorum. Pag. 1227. §. 13. not. pro XIII. lege, XI. Ibid. poſt. p. 412. lege, XIII. Pag. 1255. §. 84. poſt, provinciarum, adde, hereditariarum. Pag 1081. §. XLII. poſt, auctoritate, adde, & conſenſu eorum, quorum intereſt. Pag. 1124. §. XCII poſt, monetandi, adde, petens. Pag. 1188 §. LVII. f pro, articulo, lege, Circulo. Pag. 1250. §. XXXV. poſt, unus, adde, in perſona adeſſe debet, unus Praelatus, unus.

Lib. VI. Cap. VIII. poſt §. XXVII. adde:

Si unius Circuli vires executioni non ſufficiant, proximorum duorum Circulorum Præfecti cum Adjunctis convocandi, & cum iis, quid facto opus ſit, deliberandum: ſi nec trium Circulorum combinatæ vires ſatis validæ ſint, duo adhuc in ſubſidium vocandi: quando autem quinque Circulorum arma adhuc imparia ſunt, res ad Electores Principes deputatos & Status deferenda: Quodſi vero Circulus aut plures Circuli executionem facere nolint, *ea de re Imperator certior faciendus.*

Ibid. in not. adde: * An Duces Directoribus in exequendo præferendi? ſeu, an Duces ſint ordinarii, Directores Adjuncti extraordinarii Conſervatores ſeu Executores? Neg. STRYK de *Jure exequendi ſent.* Cap. VI. Aff. ENGELBRECHT de *Conſervatorib. S.R.I.* C. II. §. 2.

Digitized by Google

Ad Lib. IV. Cap. XXI. poſt §. IV.

V. Utraque ab *Uſu* & *obſervantia immemoriali* repetenda eſt, *legibus* vel *pactis* deinceps firmata, vel etiam reſtricta varieque temperata.

VI. Complectitur autem iſta Libertas primum *libertatem ſuffragandi*, ſeu facultatem ad quævis ardua Imperii negotia concurrendi Statibus ita competentem, ut ne pro arbitrio ipſis imperari poſſit, cum *libertate* quadam *obſequii* conjuncta, vi cujus exercitio Cæſareæ Majeſtatis, ne in abuſum vergat, etiam *intercedere* Status Imp. poſſunt, idque cum renitentia juſta & urgente, legibus probata.

* Neſcio, quomodo factum ſit, ut integræ duæ plagulæ prioris editionis hic omiſſæ ſint, quæ adeo inter ſupplementa inſerenda erunt.

V. v. L. B. a LYNCKER de *Libertate Statuum Imp.* Sect. I. §. 11. n. 5. & Sect. II. §. 2.

VI. v. LYNCKER. l. c. C. I. §. 2. p. 5. ſq. ubi egregia MAURITII Sax. Electoris de hac libertate vox., & Cap. II. §. 1. conf. quæ pro bello Smalcald. ap. HORTLED. *von Urſachen des T. Kr.* T. I. L. III. C. XXIV. allata ſunt GROT. de *J. B. & P.* L. I. C. IV. §. 13. STRYK. de *Via facti Princ.* C. I. §. 22. 23. inſtr. P. art. V. §. 27. & a. VII. OBRECHT. de *Sponſore pacis S. Guarandia* C. II. §. 2. HORN. §. 3. & C. LI. §. 4.

VII. Imo verum hujus Libertatis axioma eſt, quod Status Imp. illam, cumprimis quæ ſecuritatem conſcientiis conciliat, etiam armis tueri, atque adeo Cæſari, in partem non ſuam involanti, vim juſtam opponere, vel Sponſores Pacis Weſtphalicæ, ſi hæc violetur, implorare queant; idque etiam, ſi Status in partes diſcedant, & pars Cæſari adhæreat: quamvis non ſine maxima *cautione*, nec niſi ſumma neceſſitate urgente, eo deveniendum ſit.

VIII. Præterea *jus conventus* de rebus Imp. vel Collegii ſui *agendi* olim ad ſolam Electorum, hodie ad omnium Statuum imo & Nobilitatis Imm. Statuum libertatem ſpectat, poſtquam iſtud his quoque Capitulationibus firmandum eſt.

IX. Etiam *Libertas* quædam *belli & pacis*, fœderum & legationum intuitu exterorum Statibus Imp. convenit, per leges tamen Imp. varie limitata ac ſaluti Imp. attemperata, ut inferius patebit.

VII. * De Statibus collective ſumtis facilius hoc, quam de ſingulis affirmatur. v. LYNCKER. l. c.

VIII. v. LYNCKER l. c. NITSCH. ad Capit. JOS. a. VI. §. 1. ſqq.

IX. v. TITIUS J. Publ. L. III. C. V. §. 4. C. IIX. §. 2. ſqq.

X. Omnibus vero Germaniæ Civibus ac ſubditis ex antiqua obſervantia *libertas* competit *exteris militandi:* ita tamen, ut ne quid detrimenti inde Reſp. Germaniæ capiat, & ſi pro exteris delectus habeatur, Imperatoris accedat conſenſus, imo & a Statibus in ſuis territoriis modus huic libertati ſtatui queat.

XI. Porro Statibus Imp. competit *libertas protectionem* apud *exteros* Reges vel Principes, etiam ſine conſenſu Cæſaris, quærendi: modo non in præjudicium Imp. fiat.

XII. Multo magis Statibus Imp. imbecillioribus, itemque Nobilibus Immediatis, licet, ſeſe

X. v. REC. IMP. d. a. 1570. §. 5. *Reuter und Fuß-knechts Beſtallung* d. a. 1570. rubr. *Verzeichniß etl.* art. I. ibi: *vermöge der Teutſchen hergebrachten* libertat *und Freyheit*, Capit. LEOP. a. 16. JOS. 15. CAROLI VI. a. IV. CAR. VII. a. IV. §. 14. HORN. Diſſ. de *Libert. Germ. ext. milit.* §. 20. 23. 27. 30. *Jus Publ.* C. XLIV. §. 25. L. II. ord. pol. Sax. d. a. 1612. §. 12. LYNCKER de *his quæ Lib. perp.* 5. III. n. I. §. 4. p. 55.

XI. v. *Inſtr.* P. art. VIII. B. *Gaud.* STRYK. Diſſ. de *Via facti* C. I. §. 30. LYNCKER. Diſſ. de *his quæ Princ. lib. perp. &c.* 5. III. §. 2.

XII. v. MYLER. P. I. Cap. XVIII. §. 20. 27. KNIPSCHILD de *Civit. Imp.* L. II. C. XXIV. VIET. de *Cauſ. exemp. conſ.* 30. HORN. C. L. §. 3.

ſeſe alteri Statui potentiori, vel in perpetuum, vel ad tempus, in protectionem dare citra immediatis jacturam, modo ſatis libertati ſuæ ipſi proſpiciant.

XIII. *Mediatorum* libertati hoc in parte modus in legibus Imp. ita poſitus eſt, ut exterorum protectione plane non, alterius vero Status Imp. ſaltem non ſine Domini ſui conſenſu uti liceat, niſi jus iis legitime quæſitum ſit.

XIV. Libertatis quoque egregia ſpecies eſt, quod *invitus* non poſſit Status ullus, aut alius immediatus, ab altero Imp. Statu *eximi*, ſeu in mediatum converti neque cum neque ſine onere.

XV. Quin & hoc in Libertatis ſuæ ſpeciem Imp. Status trahunt, quod nulla *Expectativa* in ditiones ſuas ſive a Cæſare ſolo, ſive cum conſenſu comitiali, cuiquam tribui poſſit.

XVI. Sed merito inter nobiliſſimas Libertatis Germanicæ ſpecies refertur ipſa *Superioritas Territorialis*, ſeu *Juris territorialis libe-*

XIII. v. Capit. LEOP. & JOS. a. VIII. A. B. Cap. XV. R. I. d. 1521. Tit. 13. §. 1. 26. d. 1555. §. 23. l. c. §. 3.

XIV. XV. v. LYNCKER. Diſſ. de *Libert. Stat.* C. II. §. 2.

XVI. v. LYNCKER. l. c. S. I. §. 2. INSTR. P. art. VIII. p. TITIUS J. Publ. L. III. C. V. §. 4.

liberum tam in *Eccleſiaſticis*, quam in *Politicis* exercitium, Statibus ita competens, ut non ſolum ampliſſimam iis poteſtatem tribuat, ſed & nullatenus vel a Cæſare, vel ab aliis Statibus, impedire debeat.

XVII Quæ libertas eousque ſe extendit, ut Status Imp. quin & Nobiles immediati, alterius cujusdam Status Vaſalli, in feudo ſuo. *Religionem* & *Politiam*, absque conſenſu & Diſpoſitione Domini directi & vel invito eo, niſi pacta obſtent, conſtituere vel mutare poſſint, etiamſi Vaſallus una Domino Seniori Superioritatem territorialem in feudum obtuliſſet.

XVII. V. INST. PAC. art. V. §. 12. MINDAV. de *Proceſſ. extrab.* C. XXXII. VNRATH. de *Jurisdict. Eccleſ. Nob. Immed.* §. ſqq. §. 70. FRITSCHII *Exerc.* Vol. I. *Exerc.* 4. LYNCKER. Diſſ. cit. §. 2.

Digitized by Google

005656714

Digitized by Google

Digitized by Google